a ¶Vincat.] Arg. ꝙ conſuetudo nunquam tollit legem, vt ſup. 1. d. conſuetudo. Sed obijcitur hæc lex aut loquitur de bona conſuetudine, aut de mala: ſi de bona, illam nulla ratio vincet, ſi de mala, de illa non poteſt dici, ꝙ non ſit vilis eius auctoritas. Ad hoc dicũt quidam, ꝙ principium loquitur de bona, finis autem de mala conſuetudine, ſed ille intellectus ineptus eſt, qui ſeparat caudam a capite, qđ non licet. ex. de bap. maiores. Alii fere omnes ita exponũt, quod hic dicitur nõ vincit 1, legẽ, ſupple. generalem. ſed in eo municipio bene vincit vbi ſeruatur. Sed, certe de hoc nunq̃ aliquis dubitauit, ꝙ conſuetudo particularis non debeat vincere legẽ in omnib. aliis locis: ideo exponas de cõſuetudine particulari, q̃ licet bona ſit, tamen non vincit legem etiam in illo loco, niſi adſint ila, quæ dixi 2. ſupra d. 8 fruſtra.

1 Sub. immo æquiparatur ei. ſu. c. i his.

2 Idem ſentit Io. de Fã. hic.

m ¶Latura.] Ideſt, paſſura.

n ¶Intente.] Ideſt, mente.

o ¶Scriptura.] Veteris, vel no. te. non. n. ſcriptura vete. vel no. te. hoc docuit, ſed docet canonica in fronte, & in alijs membris ſignaculum crucis debere fieri de conſ. diſt 4.

Crucis ſ... culũ in ... bus m... debeat ...

aut rationem vincat [a], aut legem.

2 *Cum verò [b] nec ſacris canonibus, nec humanis legib. [c] conſuetudo obuiare monſtratur, inconcuſſa ſeruanda eſt.*

*Vnde ex dictis a Baſilij.*

¶Inuiolabilis eſt conſuetudo, quæ nec humanis legibus, nec ſacris canonibus obuiare monſtratur. Cap. V.

Baſilius in li. de Spiritu ſancto, c. 27.

Burc. l. 3 c. 117. Iuo p 4. c. 69. Pann. l. 2. c. 159.

ECcleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam ſcipturis, quaſdam verò Apoſtolica traditione [d] per ſucceſſiones in miniſterio [e] confirmatas accepimus; quaſdam verò conſuetudine [f] roboratas approbauit vſus, quibus par ritus, & idem vtriſque pietatis debetur affectus: Vnde [g] quis, vel [h] aliquantulum ſacrarum expertus ſcripturarum hæſitauerit [i]? Si enim attentauerimus conſuetudines eccleſiæ non per ſcripturas [k] a Patribus traditas nihil æſtimare, [l] quantum religio detrimenti ſit latura [m], a intente [n] inſpicientibus liquido conſtabit. ¶ Quæ enim (vt inde ordiamur) ſcriptura [o] ſalutiferæ crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri; vel quæ trifariã [p] digeſta ſuper panem & calicem prolixæ orationis, vel conſecrationis verba commendauit? Nã non modo, quod in Euangelio continetur, vel ab Apoſtolo inſertũ eſt, in ſecretis dicimus; ſed & alia plura [q] adijcimus magnam quaſi vim cõmendantia † myſterijs. Quæ orientẽ verſus [r] nos orare literarũ forma docuit; Benedicimus fontẽ baptiſmatis oleo vnctionis. Huc accedit, quòd ter oleo [s] inungimus, quos

† *al. conſumandis accomodantia.*] Burch.

b ¶Cum vero.] Hæc eſt ſecunda pars, in qua probat per vij. c. ꝙ conſuetudo bona eſt amplectenda. Io. de Fan.

CASVS. Ab hoc loco tractat de bona conſuetudine vſque in finem.

c ¶Legibus.] 25. q. 2. ideo. Arch.

ECcleſiaſticarum.] CASVS. Quidam nolebant vti conſuetudine, niſi quæ in ſcriptis eſſet redacta a Patribus quos reprehendit Aug. in hoc c. oſtendens tria genera inſtitutionum eſſe in eccleſia, quaſdam ſcilicet in ſcripturis, quaſdam ab Apoſtolis traditas, & per ſucceſſores in miniſterio confirmatas: quaſdam vero ſola conſuetudine roboratas: quibus omnibus par ritus, & affectus debetur. Alioquin niſi conſuetudines in eccleſia ſeruarentur, Chriſtiana religio multum detrimenti pateretur: & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quæ enim] probat quòd hæc ſupradicta in eccleſia ſeruari debent, & hoc probatur ſex exemplis, Primum eſt de crucis ſignaculo. Secundum eſt de verbis trifariam digeſtis, ideſt, ter repetitis ſuper panem, & calicem. Tertium de oratione, quæ fit verſus orientem. Quartum de benedictione baptiſmatis cum oleo. Quintum de olei vnctione, quæ fit in baptizato. Sextum de abrenunciatione ſatanæ, & angelorum eius.

¶Caſus ſeq. c. per ſe patet.

d ¶Traditione.] Sine ſcriptis.

e ¶In miniſterio.] Diuino.

f ¶Conſuetudine.] Non ab Apoſtolis ſed neſciẽ a quo, ADDITIO. Scilicet ritu. i. obſeruantia. Hug.

g ¶Vnde.] Ideſt, de quo ritu, vel obſeruantia.

h ¶Vel] ideſt, etiam

i ¶Hæſitauerit.] q d. nemo etiam inſcius hic dubitat.

k ¶Non per ſcripturas.] Sed per conſuetudinem.

l ¶Aeſtimare.] ideſt, valere.

diſtinct. 4 poſtea ſignatur. & diſt. 5. nunquid 3. verum tamen videtur ſignum crucis traxiſſe originem ex vet. teſtam 4. quia cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum eſt filijs Iſrael vtrumq; poſtem linire de ſanguine agni ad modum thau literæ, quæ eſt ad modum crucis, & dicitur, ꝙ Iacob cancellatis manibus ſuis benedixit filiis Ioſeph, ſcilicet Effraim, & in Manaſſe. Item in Ezechiele legitur, ꝙ cum apparuiſſent ei ſex viri vaſa habentes in manibus, & quidam vir apparuiſſet in medio eorum habens atramentarium ad renes, Dominus dixit ad eum; ſigna thau in frontibus dolentium, & gementium; ſed illud fuit tantum in figura præceptum, 32. q 2. gloria.

3 Iſte cõco... nõ erãt ſcr... ptẽ tpe Au... & iõ ipſe ... loquitur ... hodie ... ſm Io de ... 4 Vel ut ... in prædicto ... ca. nunqui... Ezech. 8.

p ¶Trifariam.] Trifaria dicuntur verba: quia eadem tertio repetuntur in ſecretis, ſcilicet hoſtiam ſanctam, hoſtiam puram, hoſtiam immaculatam. Hic ordo nec in veteri teſtam. nec in nouo eſt præfixus: ſed a ſanctis Patribus vſualiter traditus: vel ideo dicuntur trifaria quaſi ſub triplici ſilentio ſiant. primum vſque ad ſanctus. ſecundum vſque ad Dominicam orationem. tertium vſque ad agnus Dei.

q ¶Alia plura.] Hæc habes extra de celebr. Miſſarum cum Matthę.

r ¶Quæ orientem verſus.] Scilicet noui. & vet. teſt. Sed tamen legitur, ꝙ Daniel in Babylonica captiuitate orabat verſus templum, & Iudæi ſimiliter. templum autem erat verſus orientem, & in Salomone legitur: mane ad ſolem orabis. ſed dic, quod illa faciebant in veneratione templi.

Orãdum ... verſus ori... tem.

ADDITIO. Poteſt tamen dici ſecundum Io. Damaſ. ꝙ octo ſunt cauſæ quare eccleſiæ ſic ſunt ordinatæ, ꝙ fideles orent verſus orientem, quæ habentur in Archid. hoc loco.

s ¶Oleo] Oleo in ſcapulis, & pectore, vt de conſecrat. diſt. 4.

Oleo q̃ mẽ... bra ſunt ... guenda.

distin. 4. deinde. tertio in vertice fit vnctio: ſed hoc fit criſmate, vt de conſec. diſtin ct. 4. poſtquam aſcendit. ſed larga acceptione hic appellatur oleum criſma. ſicut econuerſo. infr. 61. diſtin. Illud ſuperfluum. Ioan.

baptizamus: verbis abrenunciare Satanę & Angelis eius informamus. Vnde hęc, & alia in hunc modum non pauca, niſi quia tacita & myſtica traditione à Patribus eccleſiaſtico more, reuerentiori diligentia ſunt in monaſteriis obſeruata ſilentio, quam publicata ſcripto?

a ¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Auguſtino in lib. ex dictis Baſilij, *in codice Vercellenſi eſt*: vnde Auguſtinus ait; vel ex dictis Baſilij, & *retenta eſt poſterior pars huius diſiuncti, quoniam ita citant Burchar. & auctor* Pannormię, *Iuo autem citat ex lib. Baſilij de ſpiritusancto, c. 27. quomodo in margine eſt indicatum. Caeterum, quoniam multis locis gloſſa obſtitit, ne emendaretur, neceſſarium viſum eſt integrum B. Baſilij locum & graece & latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες; εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρῖσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἀλλὰ δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιαύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν; καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι.

.i. Dogmatum, & inſtitutorum, quę in eccleſia ſeruata ſunt, alia quidem habemus ex doctrina, quę literis conſignata eſt; alia vero ex Apoſtolorum traditione ad nos tranſmiſſa, in miſterio recepimus, Quę utraque eandem uim ad pietatem habent: atque his nemo ſane contradixerit, qui uel exigua legum eccleſiaſticarum peritia ſit pręditus. Nam ſi aggrediamur ea, quę non ſcripto, ſed tantum conſuetudine conſtant, repudiare, imprudentes Euangelio & quidem in pręcipuis ipſius patribus officiemus: uel potius ipſamet inſtituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli cauſa (vt quod primum, maximeque commune eſt, primo loco commemorem) eos, qui in Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine ſpē poſuerunt, figura crucis ſignari, ecquis ſcripto docuit? dum oramus ad orientem ſolem, ecquę nos literę docuerunt? Verba innocationis, cum panis Euchariſtię & calix benedictionis offertur, quis ex ſanctis Patribus ſcripta nobis reliquit? Non enim ijs contenti ſumus, quorum Apoſtolus, & Euangelium mentionem fecerunt; ſed alia quoque cum antea, tum poſt dicimus, vt pote quę magnum momentum ad ipſum myſterium habeant, doctrina non ſcripta, ſed tradita eruditi. Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, atq; illum ipſum prętereà, qui baptizatur, ex qua ſcriptura? nonne occulta, & myſtica traditione? Quid? ipſam olei unctionem quis ſermo ſcriptus docuit? Quòd homo ter mergendus ſit, unde accepimus? Abrenunciare Satanę, atque Angelis eius, & reliqua omnia quęcumque in baptiſmo obſeruamus, quę ſcri-

COnſuetudinem.] CASVS. huius cap. per ſe patet. a ¶ conſuetudinem.] inf. d. 12. cap. nos conſuetudinem, & inf diſt. prox. omnia. contra: ibi enim dicitur, ꝙ quamuis conſuetudo non ſit contra fidem, tamen eſt repellenda. Sol. hic de tolerabili, ibi de ſuperſtitioſa & intolerabili conſuetudine: & omnes auctoritates intelligendæ ſunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

e ¶ Particularis.] Sed contra infra ea. diſt. 100. contra morem, vbi dicitur. ꝙ particularis conſuetudo non excuſat, ſed tantum generalis. Sed hoc uerum eſt in illis, quæ tantum ex priuilegio poſſunt haberi, vbi non valet conſuetudo, niſi vniuerſalis ſit.

Cõſuet particul an excu

Sed

ptūra iuſſit? Annon hæc ipſa minime vulgata, ſed ſecreta doctrina, quam quieto, minimeque curioſo ſilentio Patres noſtri cuſtodierunt; probe quidem illi intelligentes, myſteriorum maieſtatem taciturnitate ſeruari?

*Item Pius Papa .i. in decretis, decreto ſeptimo.*

¶ Laudabilis eſt conſuetudo, quæ nihil fieri contrarium vſurpat. Cap. VI.

COnſuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidẽ[b] catholicam nihil vſurpare dignoſcitur.

Burc. l. 3. c. 124. Anſ. l. 4. c. 42. Iuo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23.

*¶ Verba huius capitis, quæ antea tribuebantur B. Auguſtino, leguntur in editione conciliorum Colonienſi tribus tomis inter decreta Pij I decreto ſeptimo, & in epiſt. Ia eiuſdem Pij ex codice ſexdecim librorum, lib. 3 cap. 19 quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiæ: cuius tamen epiſtolæ omnia fere verba habentur 1. lib. regeſti B. Gregorij (qui citantur in Polycarpo) epiſt. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra. diſt 13. c. nos conſuetudinem.*

*Item B. Auguſtinus ad Caſulanum, epiſt. 86.*

Anſel. l. 4 c. 42. Burc. l. 3. c. 126. Iuo p. 4. c. 58. Pann. l. 2 c. 129. Poly. l. 3. tit. 23. c. fin.

¶ Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum inſtituta pro lege ſeruantur. Cap. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege[c] tenenda ſunt. Et ſicut a præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum[d] coercendi ſunt.

a. Et ſicut.] *Hinc vſque ad finem non ſunt in epiſtola indicata: ſed à Burchardo etiam & Iuone, & in pannormia referuntur.*

*Item in libro de fide Chriſtiana.*

*¶ Hodie inter opera B. Augu. nullum extat hoc titulo. In epiſtola vero ad Ianuarium, quæ eſt 118. cap. 1. & 2. hæc eadem ſententia copioſe exponitur.*

¶ Auctoritate & traditione generali, vel ſpeciali eccleſia regitur. Cap. VIII.

CAtholica eccleſia per orbem terrarum diffuſa tribus modis probatur exiſtere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarũ, aut traditio vniuerſalis, aut certe propria & particularis[e] inſtitutio. Sed auctoritate[f] tota[g] conſtringitur, vniuerſali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis vero conſtitutionibus, & proprijs informationibus vnaquæq; pro locorum varietate, prout cuique viſum eſt ſubſiſtit, & regitur[h].

*Item in libro contra Manichæos.*

b ¶ Contra fidem.] id eſt, contra bonos mores, & ꝙ ita * ſit exponendum; habes de conſecra. diſt 4. ſi nõ ſanctificatur vbi ex neceſſitate oportet facere eãdem expoſitionem.

IN his.] CASVS. Quærebat Caſulanus ab Augu. vtrum conſuetudines eſſent ſeruandæ, vbi nihil ſtatuit diuina ſcriptura certum? Et reſpondet, quod ſic: & tũc ꝓ lege ſeruãdę sũt; & ſicut transgreſſores legum ponũtur, ita & contemptores eccleſiaſticarũ cõſuetudinũ puniri debẽt.

c ¶ Pro lege.] Semper diuturni mores pro lege ſeruantur, vt in ſ. diu. proxi. diuturni. ſic & ead. diſt. cõſuetudinis.

d Cõſuetudinũ.] no. ꝙ æq; punit trãgreſſor conſuetudinis vt transgreſſor legis, vt 1. q. 7 ſi quis omnẽ. & ſup. ca. eccleſiaſticarum vnde ſicut canonice non licet obuiare legi ſine licentia Papæ, ſic nec conſuetudini 1, vt dicitur in hoc eo. c. & tñ de cõmmuni cõſenſu poſſunt venire cõtra conſuetudinem etiam iuramento 2 firmatam ſi cauſa ſubeſt, vt extra de his q̃ fi à ma. par. cap. cum in cunctis. ſed contrarium eſt in ſtatutis. 15. q. 6. auctoritatem Ioan 2.

CAtholica eccleſia.] CASVS Tria ſunt quibus eccleſia per orbem diffuſa regitur, & ſubſiſtit ſ. ſcriptura ue. & no te. & traditio patrũ, & vniuerſalis & particularis inſtitutio, vel cõſuetudo Primis duobus modis vniuerſaliter tota regit eccleſia: particularis vero inſtitutione, vel conſuetudine nõ tota, ſed pro locorũ varietate regitur, & gubernatur, prout vnicuiq; viſum eſt.

f ¶ Sed auctoritate.] Scilicet ſcripturæ.
g ¶ Tota.] Eccleſia.
h ¶ Regitur.] Quia quælibet prouincia abundat in ſuo ſenſu, vt 76. diſt. vtinam. & extra de ſepul. ca. certificari.

Palam.]

*Longe rectius exponitur ibi in glo c. ſi non ſanctificatur. de conſec. diſt 4. Vide Turrecre. ſuper hoc cap.*

Conſuetudinis trãſgreſſor punitur vt tranſgreſſor legis.

1 Antiquæ conſuetudinis ordo ſub decreto mãdatur obſeruari, vt 10. q. 1. decernimus. in pri.

2 Ad idẽ ex. de iure iur. ſicut noſtrũ Archid.

P Alam. ] CASVS. Manichæi dicebant, quod auctoritas Rom. eccl. in re dubia non debat introduci ad fidē faciendā. Contra quos inuehitur Aug. dicē, quod auctoritas Rom. eccl. ad fidem faciendam valet, cum ſit ab ipſis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus confirmata.

a ¶ Pa- vt 20. diſt. de libellis, & ſic ſeruandæ ſunt leges Apoſtolicæ, ſicut leges Petri. 19. d. ſic omnes.

d ¶ Et tot. ] arg. quod priuilegium, quod a pluribus epiſcopis datur prævalet illi quod a paucioribus datur, & argu. 19. diſt. in canonicis c.

¶ Valet ad fidem catholicæ auctoritas eccleſiæ. Cap. IX.

P Alam eſt [a], quòd in re dubia, ad fidem [b] valeat auctoritas eccleſiæ catholicæ [c], quæ ab ipſis fundatiſſimis ſedibus Apoſtolorum vſq; ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet epiſcoporum ſerie, & tot [d] poplorum cōſenſione firmatur.

¶ *Apud B. Auguſtinum lib. 11. contra Fauſtum Manichæum cap. 2. legitur.* Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid eccleſiæ catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipſis, &c. *Hanc verò epiſcoporum ſucceſſionem potiſſimum in ſede Petri, & in libro contra epiſtolam Fundamenti, & in epiſt. 165. de ſchiſmate* Donatiſtarum, *merito certiſſimum putauit eccleſiæ catholicæ indicium.*

*Item Leo Papa ad epiſcopos per Siciliam conſtitutos, epiſt. 4. c. 6.*

¶ Ab Apoſtolicis inſtitutis non licet recedere. C. X.

Anſel. l. 1. c. 45. Poly. l. 1. tit. 17.

H Oc veſtræ indicimus charitati, vt ab Apoſtolis inſtitutis nullo vlterius recedatur exceſſu, quia inultum poſt hoc [e] eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

*Item Innocentius I. ad Decentium [f] epiſcopum Engubinum, epiſt. 1.*

¶ Ab omnibus ſeruari debet, quod Romana ſeruat eccleſia. Cap. XI.

Burc. l. 3. c. 125. Anſ. l. 1. c. 41. Iuo p. 4. c. 67. Poly. l. 1. ti. 17. & l. 3. tit. 24.

Q Vis neſciat, aut non aduertat, id quod a principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari? nec ſuperinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus [g], aut eius ſucceſſores conſtituerunt ſacerdotes: aut legant, ſi in iſtis prouincijs alius [h] Apoſtolorum inuenitur, aut legitur docuiſſe. Quòd ſi non legunt, quia nuſquam inuenitur, oportet eos hoc ſequi, quod eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos principium accepiſſe non dubium eſt, ne dum peregrinis ſermonibus † ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere. † Sæpe dilectionem tuam ad vrbem veniſſe, ac nobiſcum in eccleſia conueniſſe, & quem morem [i], vel in conſecrandis myſterijs, vel in cæteris agendis arcanis teneat [k], cognouiſſe [a]. Quod ſufficere arbitraremur ad informationem eccleſiæ tuę, vel reformationē,

† *al. auctoritatem debeat aliunde accipere, vel exemplum.*

† *al. aſſertionibus.*

† *al. amittere.*

H Oc veſtrę CASVS. Quidam epi nolebant recedere ab inſtitutis, & cōſuetudine Ro. ec. ſed Leo Papa pcipit ne hoc faciāt, qa de cætero non poterit inultum remanere.

e ¶ Poſt hoc. ] Arg. quod grauius punitur delictum iteratum, vt 15. q. 8. hi qui.

f ¶ Ad Decentium. ] Iſte, fuit electus in epiſcopū, & licet ſciret conſuetudines Rom. eccl. tamen petijt a Papa, vt ſcriberet eas pp maiorē auctoritatem. 23. di. quamquam.

Q Vis neſciat. ] CASVS Quidā cui nota erat inſtitutio, & conſuetudo Rom. ecc. electus in epm in ciuitate quadam vbi erant hoīes qui ſuperinducebāt aliter inſtitutiones, & conſuetudines, q̄ B. Petrus docuit, & ſucceſſores ipſius, quod patefaciēs epiſcopus dño Papę ſupplicauit, vt ſibi inſtitutiones Ro. Ec. ſcriberet, quibus ſuum populum erudire volebat. Cui Papa reſpondet, dicēs: Licet noueris conſuetudinē noſtram. in qua toties interfuiſti, vt ſufficiat ad informationē eccleſiæ tuæ: quia tamen auctoritate noſtra tuum vis populū informare: facimus, qd petiſti, vt populum tuū inſtruas, & errātes cōmoneas, aut nobis indices, vt qui ſint ſcire valeamus.

g ¶ Petrus Apoſtolus. ] vel aliqs ex eius mādato, vt Paul⁹. nā Petrus Paulo dedit licentiam prędicādi auctoritate Dñi dū dicit: Segregate mihi Paulum & Barnabā vt 75. diſt. quod die.

r Arg. contra text. de pœni. & remiſ. lib. 6 c. indulgentiæ

a Non vt. hęc bona expoſitio quia nullus Apoſtolus fuit Petro contrarius. & ideo alii ſubaudiunt primo ex xii. nulli nisi Petrus, vel ab eo cōmiſſus. Arc.

a ¶ Palam eſt. ] In his tribus c. loquitur de generali conſuetudine Rom. eccl. quam etiam in alijs eccleſiis ſtatuit obſeruandam.

b ¶ Ad fidem. ] Scilicet adſtruendam.

c ¶ Catholicæ. ] ſ. Romanæ, ad quā recurrit in dubijs,

h ¶ Alius. ] ideſt contrarius. 2. ſic ponitur 11. q. 3. c. 2.

i ¶ Morem. ] Sic conſtrue, ſatis certum haberemus dilectionem tuam agnouiſſe quē morē in celebrandis, &c.

k ¶ Teneat. ] Scilicet Rom. Eccl. vel teneat, ideſt, tenere debeat dilectio tua.

a ¶ Haberemus ] ſcilicet tuam dilectionem.
b ¶ Duxiſſet. ] dilectio tua.
c ¶ Ignorare. ] hic indicat eum ſcire, & neſcire: ſed vulgariter loquitur quaſi dicat, ſatis crederetur te ſcire, niſi à me quæſiuiſſes.

ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & ſatis certum, haberemus [a], niſi de aliqnibus conſulendós nos eſſe duxiſſet [b]: quibus idcirco reſpondemus, non quòd te aliqua ignorare [c] credamus; ſed vt maiori auctoritate [d] tuos inſtituas: vel ſi qui à Romanę eccleſię inſtitutionibus aberrant, aut cómoneas, aut nobis indicare non differas: vt ſcire valeamus, qui ſint, qui aut nouitates [e] inducunt, aut alterius [f] eccleſiæ quam Romanæ, exiſtimant conſuetudinem eſſe ſeruandam.

α ¶ Cognouiſſe. ] *Locus hic in originali concilij quatuor tomorum inſerto ſic habet*, cognouiſſe non dubium eſt. Quod ſufficere ad informationem eccleſiæ tuæ, vel reformationē, (ſi prædeceſſores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) ſatis certum haberem: niſi de aliquibus conſulēdos nos eſſe duxiſſes. *Sed ob gloſſam præcipue in ver. merem non eſt mutatum.*

## DISTINCTIO XII.

Q*vod* [g] *abſque diſcretione iuſtitiæ nulli agere licet.*

*Vnde Calixtus Papa primus omnibus epiſcopis ait in epiſtola prima ad Benedictum epiſcopum.*

¶ Nulli agere licet ſine diſcretione iuſtitię contra diſciplinam Romanæ eccleſiæ. Cap. I.

Anſel. l. 1. c. 12. Poly. l. 1. c. 17.

NOn decet à capite membra [h] diſcedere: ſed iuxta ſacræ ſcripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequantur. Nulli vero dubium eſt, quòd Apoſtolica eccleſia mater eſt omnium [i] eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem patris; ſic & vos voluntatem veſtrę impleatis matris, quæ eſt eccleſia: cuius caput, vt prædictū eſt, Romana exiſtit eccleſia. Quidquid ergo ſine diſcretione [k] iuſtitiæ contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

*Item Gregorius* β *Papa quartus.*

β ¶ Gregorius. ] *Integrum hoc caput inuenitur in epiſtola Gregorij quarti vniuerſis epiſcopis per Galliam, Germaniā, Europā, & vniuerſas prouincias conſtitutis: quæ eſt in codice ſupra citata.*

d ¶ Auctoritate. ] cū iſte epiſcopus hoc ſua auctoritate poterat facere, & per confirmationem Papæ nihil noui iuris datur 1, vt inf. diſt. proxi. præceptis, qui enim confirmat, nihil donat; vt extra de fid inſtr. īter dilectos: in quo eſt ergo maioris auctoritatis? Dicunt quidā, quod ſolet plus timeri, & c. vt 23. d. quāquam. immo dico, quod auctoritas Papę, vel eius confirmatio id quod min' fuit validū facit validum, vt extra de trāſac. c. 1. Itē quia nulli præter auctoritatem Roman. Pōt. licet illud reuocare, vt extra de conſir. vti. vel inut c 2. 2. e ¶ Nouitates. ] inf. 31. di. & hęc aūt ſcripſimus. & ff. de conſti. prin. i rebus ſup. 4 dil. erit autem lex. f ¶ Alterius ] ſcilicet contrariæ bonis moribus, ſic ſoluitur cōtra inf d. prox. noluit. contra ſic Inſt. de ſatiſda. §. vlt.

1 Ad hoc 25 q. 2. non tam nouū. & no. ſup. ea. q. in ſumma. ibi videas. Arch.

Confirmationis Papalis effectus.

2 De hoc & legiſ, & no. 17. q. 4. frater. & extra de tranſa veniēs. ibi' videas. & de conſti c. pe. & per Inn. extra de depoſi. dudum.

QVod abſq;. Hæc diſtinctio diuiditur in tres partes. In quarum prima probat quod bona cōſuetudo ſeruāda eſt ſecūda ibi, [Hoc aūt] tertia ibi, [De his] CASVS. in ſuperiori di. oſtendit, quod cōſuetudo Rom. Ec. eſt ſeruāda Nuc. vero oſtēdit, quod à conſuetudine Rom. ec. non eſt recedēdū ſine cauſa, & ſine diſcretione. Et ad hoc probandum inducit prima duo cap. à contrario ſenſu. Addit etiam, quod bona conſuetudo eſt ſeruanda, mala vero reſecanda: & quòd conſuetudo metropolit. eccleſiæ eſt ſeruanda in prouincia, exceptis monaſterijs.

g ¶ Quod. ] ideſt, vt noua conſuetudo teneatur. In hac 12. diſtin. magiſter proſequitur materiam præcedentis diſtin. ſcilicet, quod conſuetudo ſit ſeruanda, quæ non eſt contraria iuri naturali, vel cōſtitutioni. In fine dicit, quod omnes eccleſiæ debeant ſeruare conſuetudinem Metropolitanæ eccleſię, vt inf. ead. diſt. de his. niſi ſint monaſteria, vt ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c. per quæ vult interpretari vlt. c. præcedentis diſtin. vbi dicitur, quod à conſuetudine Rom. Ecc. deuiare nō debemus: & ſic intelligit, quòd ſine diſcretione deuiare non debemus: ſed cum ratione poſſumus quod probat per duo. cap. proxi. à contrario ſenſu. Ioan.

ADDITIO. Et male. Nam non eſt in eo argumentandum à contrario ſenſu, ſecundum Lau. ſed contra hoc dictum Lau. eſt 56. diſt. c. 2. in fi. Hu. tenet contra.

NOn decet. ] CASVS. quidam epiſcopi deuiabant à regulis Rom. Ecc. quare Calixtus Papa ſcripſit omnibus epiſcopis, vt ipſi tanquam membra Roma. Eccl. quæ eſt caput, non diſcedant ſine diſcretione: ſed voluntatem eius faciant velut ſuæ matris: ſicut Chriſtus venit facere voluntatem patris.

h ¶ Membra. ] ſic inf. de conſec. diſt. 3. celebritatem, & in auth de eccle. titu in princip. 3. Et eſt hic ar. idem iuris eſſe in toto, quod in parte 4, vt 1. q. 3. ſi quis epiſcopus vbi idem hoc.

i ¶ Omnium. ] ergo & Græcorum, vt 24. q. 1. rogamus.

K ¶ Diſcretione. ] nunquid ergo cum diſcretione licitum eſt contra illam agere? certe non, vt 17. q. 4 §. qui autem. vnde hic vacat arg. à contrario ſenſu.

3 Laur[...] 4 Nā q[...] ius eſt i[...] to quo a[...] tū: eſt i[...] te quo[...] partē. [...] adm. t[...] duo. & [...] ſu. qui [...] in prin. [...] cundum [...] de Fant.

Præ-

PRæceptis.] CASVS. Quidam Patriarchæ, vel archiepiſcopi contra ſtatuta Ro. eccleſiæ faciebant epos ſine ſnia ſedis Apoſt. alios deponendo: quos Greg. reprehendit, dicens, quod accuſatio epiſcoporum, & depoſitio ſicut quæſtio fidei tm̃ ad ſedẽ Apoſtolicam ſpectant: ſicut antiqua ſtatuta declarãt; quæ Greg. in hoc c. confirmat, nihil nouum circa hoc ſtatuendo: quare præcipit eis Greg. ne caput ſuum omittant, vnde normam aſſumere debent, & qui contra hoc fecerit, deponetur.

*tp, Bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Initium vero eſt etiam in epiſtola Anaſtaſii II. ad Anaſtaſium Auguſtum, c. 6.*

¶ Apoſtolicis præceptis nullus ſuperbè reſiſtat. C. II.

Anſel. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 17. †abeſt ab ori. & aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus.

PRæceptis Apoſtolicis non dura[a] ſuperbia reſiſtatur, ſed per obedientiã, quæ a ſancta Romana [eccleſia†], & Apoſtolica auctoritate iuſſa ſunt, ſalutiferè impleantur, ſi eiuſdẽ ſanctæ Dei eccleſiæ, quæ eſt caput veſtrũ, communionem habere deſideratis. *& poſt multa.* ¶ Non nouum[b] aliquid præſenti iuſſione præcipimus; ſed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cum nulli dubiũ ſit, quod non ſolum Pontificalis cauſatio †[c], ſed omnis ſanctæ [a] religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam, quaſi ad caput eccleſiarum debeat referri, & inde normã ſumere, vnde ſumpſit exordium; ne caput inſtitutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes, qui nolunt ab Apoſtolicæ petræ, ſuper quam Chriſtus vniuerſalem fundauit eccleſiam, ſoliditate diuelli. Si quis hæc † Apoſtolicæ ſedis præcepta non obſeruauerit, percepti honoris eſſe hoſtis non dubitetur.

† *al. actuſatio.*

† *al. hoc præcepto ſedis Apoſtolicæ præcepta*] orig.

a ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum eſt ex ipſa epiſtola, & aliquot manuſcriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus,* ſpei Romanæ eccleſiæ.

*Item Leo IX. Michaeli epiſcopo Conſtantinopolitano, epiſt. 1. c. 29. & Nicolaus I. epiſt. 2. ad Photium.*

¶ Non eſt reſiſtendum conſuetudini, cui canonica non obſtat auctoritas. Cap. III.

Iuo p. 4. c. 233. & par. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155.

SCit ſancta Romana eccleſia, quòd nihil obſunt ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines[d]; ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel poſſe reſiſtere †.

† *al. reſiſti.*

¶ *Caput hoc confectum eſt ex duobus longe diuerſis locis. Nam vſque ad ver.* ſi illis, *ſumptum eſt ex prima epiſtola ſeu libello Leonis IX. aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtantinopolitani, & Leonis Acridani epiſcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana eccleſia ait:* Scit namque, quia nihil obſint ſaluti credentium diuerſæ pro loco & tempore conſuetudines, quando vna fides per dilectionem operãs bona, quæ poteſt, vni Deo commendat omnes. *& hæc fere ab Iuone, & in Pannormi. referuntur. Altera vero pars accepta eſt ex epiſtola ſecunda Nicolai ad Photium quæ incipit,* Poſtquam B. Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De conſuetudinibus, quas nobis opponere uiſi eſtis, ſcribentes per diuerſas eccleſias diuerſas eſſe conſuetudines: ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, pro qua obuiare debeamus: nihil iudicamus, vel eis reſiſtimus.

*Item Hieronymus ad Lucinium, epiſt. 28.*

¶ Conſuetudines, quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ ſunt, obſeruentur. Cap. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditio-

a ¶ Non dura.] Quamuis graue, & intolerabile ſit, tñ adimplendum eſt, vt 19. diſt. in memoriã. & 100. d. 1. contra morem. vel aſſignetur rõ quare adimpleri nõ poſſit, vt extr. de reſcrip. ſi quando.

b ¶ Non nouum.] arg. quod non dr̃ nouũ, quod qñque ſtatutũ fuit: licet modo renouetur[1], vt 24. q. 1. Achatius. & 24. q. 1. non ſatis. vnde ſi epiſcopus iurauit, quod nõ alienabit nouũ feudum, tñ feudum de nouo vacans poteſt licite alienare, vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, quod per cõfirmationẽ Papæ non datur ius nouum, vt extra de confir. vti. vel inuti. cum dicta. Quid iuris ſit, dixi de hoc ſupra diſt. prox. c. vlt.

1 Et eſt arg. contra illos qui innouatas quæſtiones vilipendunt 22. diſ. renouantes. 10. q. 1. antiquos. Lau.

c ¶ Cauſatio epiſcoporum] Solus enim Papa poteſt cõdemnare epm, licet ab alio poſſit abſolui, vt 3. q. 4. quamuis &c. dudũ. & 3. q. 4. duodecim. Item ſolus Papa reſtituit eum, vt 2. q. 6 ideo 1. Item ſolus agit de eorum renunciatione, vt 6 q. 3. denique & de eorum mutatione, vt 7. q. 1 mutationes, & de eorum exemptione, vt 16 q. 1. frater.

Papa ſolus condemnat epiſcopos.

SCit ſctã.] CASVS. Reuertitur modo Gratianus ad propoſitũ ſuum, oſtendens quod conſuetudo quæ non obuiat iuri naturali, vel conſtitutioni, eſt ſeruanda. Dr̃ ergo in hoc c. quod bene poſſunt diuerſæ conſuetudines pro locis & tpibus obſeruari, dũmodo illis canonica auctoritas nõ obſtaret, nec obeſt ſaluti credentiũ.

d ¶ Conſuetudines.] vt 31. di. aliter. & de conſe. diſt. 4 de trina. & de conſecr. diſt. 2. quotidie.

ADDITIO. Ad idem infra, ea. diſt. illa.

ILlud.] CASVS Lucinius inueniebat varias

nes [a] eccleſiaſticas, præſertim [b] quæ fidei non obſiſtunt, ita obſeruandas, vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorū conſuetudinem, aliorum contrario more [c] ſubuerti.

*Item Nicolaus Hincmaro archiepiſcopo.*

¶ Traditiones a Patribus inſtitutæ non ſunt infringendæ Cap. V.

Iuo p.4.c.212. Pann.l.2.c.156.

Ridiculum eſt [d], & ſatis abominabile dedecus, vt temporibus noſtris vel falſo inſimulari ſanctam Dei eccleſiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus á Patribus ſuſcepimus; pro libitu ſemper errantium infringi patiamur.

¶ *Habetur in epiſtola ſcripta Hincmaro, & cæteris archiepiſcopis & epiſcopis in regno Caroli eccleſias regentibus, quæ extra in codice iā memorato Bibliothecæ Dominicanorū, & ex ea caput hoc locupletatum eſt. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem, & in Panormita.*

*Item Iuſtinianus Inſtitutionum lib.1.tit.2.*

¶ Diuturni mores pro lege ſunt habendi. Cap VI.

Iuo.p.4.c.164. Pann.l.2.c.160.

Diuturni [e] mores conſenſu vtentium approbati legem imitantur.

*Item Cod.lib.8.tit.quæ ſit longa conſuetudo.l.1.*

¶ Quidquid contra longam conſuetudinem fit, reuocari oportet. Cap. VII.

Iuo p 4 c.202. Pann.l.2.162.

Conſuetudo [f] præcedens, ratio, quæ conſuetudinē ſuaſit, tenēda eſt. Et quidquid contra longā [g] con-

varias conſuetudines, & diuerſa, vnde dubitabat vtrum altera deberet alteri præiudicare & de hoc Hieron conſulebat, qui reſpondit dicens, ꝙ conſuetudines á ſanctis patribus traditæ obſeruari debent quæ fidei non obſtant nec vnius loci conſuetudo alterius loci conſuetudine debet ſubuerti. Tria aūt ſequētia capitula plana ſunt.

a ¶ Traditiones.] i. cōſuetudines 8 diſt. quæ contra mores.

b ¶ Præſertim.] i. tantum: ſic ponitur 11.q.3. ſi quis epiſcopus dānatus, & 16.q.3. per ſingulas 7 q 1. ſi quis presbyter. & 27 q 2 multorū. Et dic non officiant. id eſt, quæ fidei nō aduerſent vel moribus bonis, vt infra ea oia

c ¶ Contrario more.] arg. eſt hic contra epiſcopos qui ſic argumentantur contra eccleſiam aliquam: ex quo aliæ eccleſię hoc, vel illud faciunt: ergo & iſta idem faciet. Reſpōdeatur ergo eis, ꝙ conſuetudo vnius eccleſię non ſubuertitur pp contrarias conſuetudines aliarū. ar tū eſt pro eis, 100. diſt. contra morē extra de cenſi. ex parte i. arg. cōtra extra de ca. mo. dilectus circa fi.lo. Sol. q̄libet eccleſia faciat id qđ aliæ faciūt de iure cōi. 61. diſt miramur niſi preſcripſerit, vt extra de præſcri. auditis. vel niſi habeat priuilegiū 16 q.1 hinc ēt. B. Ex his duobus c. vř ꝙ iudex delegatus iudicabit ſecundū conſuetudinem loci, vt inf ea.d.illa. & ſup.d. 8. c.q̄ cōtra mores, vbi dicitur, nulla ciues, vel peregrini. & extra de conſue. cum olim. in fi. & de cog. ſpiri. ſuper eo. & optime extra de eo, q mit. in poſſ. cum veniſſet. & C. de ædi pri an in totum, vbi dř, ꝙ iudex ſeruabit 2, ea quæ in oppido frequēter ſeruata ſunt 3 Et legatus ſeruabit conſuetudinem prouincię: nam magnum exiſtimant ꝓuinciales ſibi ſeruari cōſuetudines ſuas. ff de offi. procon. obſeruare. Item lex præcipit, ꝙ iudex ſeruet conſuetudinē ꝓuincię. ff. de teſta. l.3. in fi. Econtra ꝓbat. ꝙ iudicabit ſcđm ius Romanum. vt ſup.d.proxi. c.vlt. & c. conſuetudinis, & in ſatiſdatione dicit lex ſeruādā conſuetudinem vrbis Romanæ, vt inſti. de ſatiſd. §.vlt. extra de ſen. & re iud. in cauſis &c. cum cauſa. & 25.q.2. ſeruatis in fi. Itē qa delegatus non ſua, ſed delegātis vice fungitur 4. vt 93. diſt. vlt. extra de offi. dele. ſanè 2. ff. de offi. eius cui māda. eſt iuriſdictio. l.1. & 3. Itē magnum ſequeretur incōueniēs ſi ſcđm conſuetudinem loci iudicaretur, quia ſi illa loca haberent diuerſas conſuetudines in quibus iudicatur iā ſequeretur ꝙ eadem cauſa regeret ſcđm conſuetudines cōtrarias. 12. q 2. monemus. Itē vř, ꝙ ſcđm cōſuetudinem rei ſit iudicādū: tū qa actor ſp ſequitur forū rei, vt 11.q.1. experientiæ: tū qa fauorabiliores rei ſunt, q̄ actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ſi aliqui ſe ſponte ſubiiciant iudicio alicuius, vel ſponte petant iudices delegatos, ꝙ ſemper ſecundum conſuetudinem delegantis iudicandū ſit. Si autem inuitis datus ſit iudex: tunc iudicabitur ſecundum conſuetudinem litigantium, & potius ſcđm conſuetudinē rei, q̄ actoris, vt in d.l. fauorabiliores. Melius pt̄ diſtingui, aut appellatur ad Papam aut non: ſi propter appellationem obtinetur iudex, dico tunc delegatum dēre ſequi conſuetudines illius loci a quo eſt appellatum, qa iudex appellationis tenetur ſequi legem prioris ſniæ, vt in authen. coll. 8. vt cum de ap.cog. in princ argu. ad hoc extra de teſt. Raynutius. vbi iudex ap. ſequitur conſuetudinem loci à quo fuit appellatū. Sed ſi ſine ap impetretur iudex: tunc tenetur ſequi conſuetudinem delegantis. arg. ad hoc ff de cond & dem. quæ conditio. in fi.lo. Ego credo, ꝙ iudex iudicabit ſecundum conſuetudinem rei, cum actor forum rei ſequatur: vt extra de for. compe. cum ſit generale. niſi ratione cōtractus, vel maleficij factus ſit de foro alterius: quia tunc ſeruabitur conſuetudo loci vbi contraxit, vel vbi deliquit. vt 8. d. quę contra mores & extra de for. compe. c.vlt. con.

c ¶ Contrario more.] C. de temp. in integ. reſt. l. vlt. contra ubi dicitur, ꝙ abſurdum eſt ex locorum differentia aliquod induci diſcrimen Sol. verum eſt, quod propter loca diuerſa non debet induci ius diuerſum: niſi alia ratio ſubſit 29. diſt. ſciendum.

d Ridiculum eſt.] ff de interdictis, & relegatis, l. relegatorum. § ultimo.

Diuturni. Hoc dicitur Inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto.

f Conſuetudo] ubi non eſt contraria iuri ſcripto.

g ¶ Contra longam.] Sed longum eſt illud quod eſt x. uel xx. annorum, ut C. de preſcri. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, ꝙ conſuetudo excedat hominum memoriam, ut dicunt quidam uel etiam, ꝙ ſit præſcripta Sed illud uerum eſt, ubi conſuetudo non eſt contraria, uel quando eſt uetuſtatis ita ut excedat memoriam hominum ff. de aqua plu. arcen. in ſumma §. item uarus. quia tunc habetur loco conſtitutionis. ut l. hoc iure. §.

1 Et c. ſopire vbi de hoc, &c. ſuper eo. vbi de hoc. extra de offi. archi. ca fi. vbi plene đ hoc p Inn. & facit ad hoc quod not extra đ decimis, quoniā. Iudex iudicando an loci conſuetudinem ſeruare dēat.

2 In iudicādo.

3 Scilicet in ſimili genere controuerſiarum. Archid.

4 Idem Bal. in l. aduerſus. C. ſi ad uer. rem iu. & Alex. de Imo. in l. ſolet. ff. de iuriſ. om. iu. circa prin.

Cōſuet[...] rei dēta[...] dic e ſcđm [...]

iure.§.ductus aquæ. ff de aqua quoti. & æſti. ubi autem eſt iuri contraria, requirunt ea, q̄ no. 3. 8. diſt. fruſtra. 1

NOs conſuetudinem. ] CASVS. In Numidia erant multi Donatiſtæ, quos cum ad eccleſiam redibant archiepiſcopi, & primates de cõſuetudine in epiſcopos promouebant: cum hæc conſuetudo eſſet contra eccleſiaſticas conſtitutiones. Dicit ergo Papa in cæteris articulis conſuetudinem eſſe ſeruandam. In promotione vero Donatiſtarum ſeruari non debet. licet in dignitatibus ex diſpenſatione tolerentur, cum in quibuſdam antea conſiſtebant.

ſionis & proprie. Item eſt hic argu. quòd perſona, quæ aliàs eſt ineligibilis ratione conſuetudinis fiat eligibilis. & ſic extra de clericis coniug. cũ olim 2. & ff. de decu. non tantum. in fi. arg contra, extra de conſuet. cum venerabilis. Item habes hic, quod diſpenſatur in uno ordine cum aliquo, qui tamen non poteſt ꝓmoueri ad ſuperiorem ordinẽ, ut 34. diſt. lector & 1. q. 5. c. 1. & q. 7. ſaluberrimum. poteſt. n. aliquis habere minorem honorem, qui non poteſt habere maiorem, vt ff. de interd. & rele. relegatorum. §. vlt. & 15. quæſt. vlt. c. 1.

ſuetudinem fiet, ad ſolicitudinem ſuam reuocabit pręſes prouinciæ.

α ¶Quidquid.) *In originali eſt*, & ne quid contra longam conſuetudinem fiat, *ſed quoniam rubrica videtur magis conuen. tę lectioni Gratiani, quæ eſt etiam apud Iuonem, & in Panormita; non eſt mutatum.*

*Itē Gregorius vniuerſis epiſcopis Numidiæ, li. epi 75.*

¶Immota permaneat conſuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vſurpare dignoſcitur. Cap. VIII.

supra. diſt. 11. c. conſuetudinem. Iuo p. 4. c. 204.

NOs conſuetudinem, quæ tamen contra fidē catholicam nihil vſurpare dignoſcitur, immotam [a] permanere concedimus, ſiue de primatibus [b] conſtituendis, ſiue de cæteris capitulis, exceptis ijs, qui ex Donatiſtis ad epiſcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum [c] ordo [d] clericorum β eos ad locũ eundem deferat) modis omnibus prohibemus [e]. Sufficiat autem illis commiſſæ ſibi plebis † curam gerere, non autem etiam illos antiſtites, quos catholica fides in eccleſiæ ſinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.

† *tantum modo* ] orig.

β ¶Ordo clericorum. ] *Sic etiam legitur in aliquot vetuſtis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus: ſed auctor gloſſæ non videtur habuiſſe verbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo, neque pleraque Gratiani manuſcripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorij operum editiones.*

*Idem Gregorius ad Maximum Salonitanum epiſcopum lib. 7. reg. epiſt. 81.*

¶Non negantur quæ conſuetudinis ſunt. Cap. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur, ſic [f] quæ ſunt conſuetudinis non negamus.

*Idem Gregorius ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum, reſp. 3.*

¶Non locus conſuetudinem, ſed conſuetudo locum commendat. Cap. X.

Iuo p. 2. c. 80.

NOuit fraternitas tua Romanę eccleſię cõſuetudinē, in qua ſe meminit enutritā. Sed mihi placet, vt ſiue in Romana, ſiue in Gallicorũ † [g], ſiue in qualibet eccleſia aliquid inueniſti, quod plus omnipotēti Deo poſſit placere, ſolicite eligas, & in Anglorum eccleſia, quæ adhuc in

† *Gallicanorum* ] orig.

†*Gallicana.*] Iuo.

c ¶Etiā cũ. ]. i. q̄uis.

d ¶Ordo.] Licet ſint talis ordinis, ꝙ poſſint eſſe primates.

e ¶Prohibemus. ] 23. q. 4. ipſa pietas 3. ver item ſi contra. 1. q. 1. ſi quis hæreticę. 1 q. 1. cap 1. & c. conuenientibus contra. Sol. de iure communi eſt, ꝙ nullus rediens ab hæ eſi poteſt ordinari. 1. q. 7. c. 1. ſed diſpenſatur cum eis multipliciter. Diſpenſat enim cum eis quandoque ſemiplene, quādo ad minores ordines ꝓmouentur, vt 1. q 1. ſi quis hæreticæ, plena eſt, qñ poteſt fieri ſacerdos, & non ultra 1. q. 7 cõuenientibus. plenior quãdo põt fieri epiſcopus: ſed non primas, vt hic, pleniſſima quando ad omnes ordines, & dignitates promouetur 23. q. 4. ipſa pietas. lo.

QVemadmodũ. ] CASVS. huius capit. per ſe patet.

f ¶Sic.] ſimilis comparatio eſt. 2 quæſt. prima, ſicut fine lo.

NOuit.] CASVS. Gregorius miſit Auguſtinum monachũ ſuũ ad p̄dicādũ Anglicis, qui iuit, & conuertit eos, & factus eſt ibi epiſcopus. Vnde quæſiuit à Gregorio, an ſcd̄m conſuetudinem Romanæ eccleſiæ, quam Aug. bene nouit, deberet Angliam informare? Et reſpondet Greg. ꝙ ubicunque inuenerit bonas conſuetudines, illas aſſumat, quibus in unũ collectis Anglicorũ mores informet. nec debet ꝑ loci dignitatē cõſuetudinem approbare quia nõ res ꝑ loca, ſed loca ꝑ res, & conſuetudines ſunt amanda.

1 Põt dici id quod dicit in hac decr. plus fieri ꝑ ſcandalũ vitandum: q̄ propter conſuetudinẽ: vt in hoc c. nos conſuetudinem.

3 Hoc cap. potius eſt cõcordātia cũ hoc, & ibi tales permittũtur epari, ſm Hugo: Rediens ab hæreſi an poſſit ordinari.

Cõſuetudo in electione attenditur.

a ¶Immotam.] Contra extra de conſue. cum uenerabilis, ſed ibi de conſuetudine circa ſtatuta canonum, ut 22. q. 1. & iurabunt.

b ¶De primatibus.] ar. eſt hic, ꝙ cõſuetudo attenditur in electione, ut 24. q. 1. pudenda, in fi. & extra de elect. cum inter uniuerſas, & c. cum eccleſia, de cauſa poſſeſ-

g ¶Siue in Gallicorum.] ſup. proxi diſt. c. vlt. contra. Sed ibi de generali conſuetudine. Vel ibi de illa, quæ conſiſtit in ordine. 54. diſt. ex antiquis, hic de illa, quæ conſiſtit in obſequijs.

a ¶Res.]

a ¶Res.] ideſt conſuetudines quaſi dicat non ideo eſt comprobanda conſuetudo mala, quia bonus locus eſt. 40.diſt. non loca.

ADDITIO Nec bona conſuetudo repellenda eſt, ideo quia locus ſit vilis ac ignobilis, ſecundum Hug.

e ¶Liberas.] Hic dicit Aug. ꝙ liberum eſt Sabbato ieiunare quantum ad extraneos, non quantũ ad illos vbi talis cõſuetudo ſeruata eſt. Sed contrariũ dicit Inn.ĩ. de conſecr. diſt. 3. Sabbato. Sed ibi loquitur de conſilio. Vel ſpecialiter illud præcipitur Romanis. 76. diſt. vtinam.

f ¶So-

fide noua eſt, inſtitutione præcipua, quæ de multis eccleſijs colligere poteris †, infundas. Nõ enim pro locis res[a], ſed pro rebus † loca amanda ſunt. Ex ſingulis ergo quibuſque eccleſijs quæ pia, quæ religioſa, quæ recta ſunt, elige: & hæc quaſi in faſciculum collecta apud Anglorũ mentes in conſuetudinem depone.

† *potuiſti* ] orig.
† *bonis rebus* ] ori.

### *Item Auguſtinus ad Ianuarium, epiſt.* 118. *c.* 1.

¶Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores eſſe conuincitur, indifferenter eſt habendum. Cap. XI.

ILla autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quę quidem toto terrarum orbe obſeruantur, datur intelligi[b] vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs concilijs, quorũ eſt in eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata[c], atq; ſtatuta retineri[d]: ſicuti ꝙ Domini paſſio, & reſurrectio, & aſcenſio in cœlũ, & aduentus de cœlo Spiritus ſancti, anniuerſaria ſolennitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab vniuerſa, quacumq; ſe diffundit, eccleſia. ¶Alia vero, quæ per loca terrarũ, regioneſq; variantur, ſicuti eſt, quòd alij ieiunant Sabbato, alij vero non; alij quotidie communicãt corpori & ſanguini dominico, alij certis diebus accipiũt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi Sabbato tantũ & dominico, alibi tantũ dominico; & ſi quid aliud huiuſmodi animaduerti poteſt; totum hoc genus rerũ liberas[e] habet obſeruationes. Nec diſciplina vlla eſt in his melior graui, prudentiq; Chriſtiano, quam vt eo modo agat, quo agere viderit eccleſiã, ad quamcunque forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur †, indifferẽter eſt habendũ; & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate[f] ſeruandũ eſt. Mater mea[a], Mediolanũ me conſecuta inuenit eccleſiam Sabbato non ieiunantẽ: cęperat fluctuare quid ageret. Tũc ego cõſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virũ Ambroſium. At ille ait; cũ Romam venio, ieiuno Sabbato; cũ Mediolani ſum, non ieiuno. Sic etiã tu, ad quam forte eccleſiam veneris[g], eius morẽ ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quẽquam tibi. Hoc, cũ matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt[h].

ibidem c. 2.

fere idem epiſt. 119 cap. 18.

† *al. eſſe conuincitur.*

a ¶Mater mea.] *In hoc capite, quẽadmodũ & in ſequẽti, multa*

ILla autem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quærebat Ianuarius ab Auguſtino, quare gñaliter per totũ orbem ſeruẽtur paſſio Dñi, reſurrectio, & aſcenſio: & his ſimilia: cũ non inueniatur in auctoritate, ꝙ illa ſeruar i ꝑcipiat? Et rñdet Augu. ꝙ iõ ſeruantur, quia intelligere debemus, & credere hoc eſſe traditum ab Apoſtolis, vel à cõcilijs ſtatutum. vnde debent ab vniuerſis ſeruari. In ſcđa parte, quæ incipit ibi, [Alia uero] dr̃, ꝙ particulares conſuetudines liberam habẽt obſeruantiã: nec ad alios q ibi non habitant, pertinẽt: ſicut eſt de ieiunio Sabbati, & de quotidiana ſumptiõe corporis Chr̃i, & de his ſimilibus, & hic probatur exẽplo Ambroſij. Nam cũ mater Auguſtini iuiſſet Mediolanũ, & dubitaret utrum deberet ieiunare die Sabbati: cum ibi eccleſia nõ ieiunaret, Aug. conſuluit Ambroſium ſuper hoc, qui reſpondit: Cum ſum Romæ, Sabbato ieiunio: cum ſum Mediolani, nõ ieiuno, & tu Auguſtine ad quã cumq; eccleſiam veneris, eius morẽ ſerua: ne ſcandalum generetur alicui ꝑꝑ te. Hoc cum Au. renũciaſſet mr̃i, libẽter amplexa eſt.

Cõſuetudo præſumitur iuſta.

b ¶Intelligi.] argu. quòd præſumẽdum eſt conſuetudinẽ eſſe iuſtam, & ex iuſta cauſa proceſſiſſe, niſi probetur contrarium arg. contra, infra eadem diſt. omnia, & 68. diſt. choriepiſcopi. & extra de cenſi. peruenit. ubi habes, ꝙ licet ordo choriepiſcoporum diu ſeruatus ab omnibus fuerit: tamen aboletur, quia cauſa inſtitutionis ignoratur 1. Sed illa conſuetudo mala fuit & oneroſa, & ideo fuit extirpata. Hic autem loquitur de bona conſuetudine, & non oneroſa, ut in Auth. de referen. §. fi. Item eſt hic argu. quòd ex tempore præſumitur aliquid eſſe debitum, ut 18 q 2 ſeruitium.

1 Poteſt dici ſecũdum Laur. ꝙ ibi non negat Damaſus eos in concilijs inſtitutos fuiſſe: ſed cauſam inſtitutionis dicit ſe negare.

c ¶Commendata.] eſſe.

d ¶Retineri.] ideſt, ut retineantur.

f ¶Societate.] arg. quòd quilibet tenetur viuere ſecundum conſuetudinem illorum inter quos verſatur, ut ſupra 8. diſtinct. quæ contra. & 41. diſtinct. quiſquis. B. Vnde verſus.

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

g ¶Veneris.] arg. ꝙ viatores tenentur ſequi conſuetudinem loci ad quem veniunt, ut hic, & ſup. di. 8. quæ cõtra arg. contra. ff. de iud. hæres abſens. Sol. ut in diſtinct. 100. quæ contra. quia refert an ſint moraturi, an cito receſſuri, vel an ſit conſuetudo apparens uel latens.

h ¶Amplexa eſt.] ſed fortè non libenter ieiunauit.

HOC

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars, in qua dr̄, ꝙ licet conſuetudo non ſit contra fidem, ſi tamen arguat, remouenda eſt ſi pōt fieri ſine ſcandalo. Io. de Fan.

CASVS. Hic aſſignat Gratianus, ꝙ ſupradicta cap. loquuntur de generali cōſuetudine, vel particulari rationabili,

luit religionem Chriſtianam liberā eſſe in pauciſſimis ſacramentis: nec eam voluit ſeruilibus oneribus premi, quæ hodie in tantum eccleſiam premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum quàm noſtra qui licet legē Chriſti non ſuſceperint: legalibus tamen ſacramentis, non præſumptionibus ſubijciuntur humanis.

*ſunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ad hoc tamen loco vſque in finem, quoniam verba B. Auguſtini apte erāt in epitomen redacta, nihil additum eſt.*

2 *Hoc autem* [a] *de conſuetudine illa intelligendum eſt, quæ vel vniuerſalis eccleſiæ vſu, vel temporis prolixitate roboratur. Cæterum ſi pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum, variæ conſuetudines introducātur, inuenta opportunitate reſecandæ ſunt potius, quam obſeruandæ.*

*Vnde Auguſtinus ſcribit ad inquiſitiones Ianuarij, epiſt. 119. c. 19.*

¶Reſecanda ſunt quæ neque auctoritate, neque moribus Vniuerſitatis comprobantur. Cap. XII.

Omnia talia, [b] quæ neq; ſanctorum ſcripturarū auctoritatibus continentur, nec in concilijs epiſcoporū ſtatuta inueniuntur, nec conſuetudine vniuerſalis †, eccleſiæ roborata ſunt, ſed diuerſorum locorum diuerſis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino nūquam inueniri poſſint cauſæ [c], quas in eis inſtituendis homines ſecuti ſunt, vbi facultas [d] tribuitur, ſine vlla dubitatione reſecanda exiſtimo. Quamuis. n. neque hoc inueniri poſſit, quomodo contra fidem ſint; ipſam tamen religionem [e], quam pauciſſimis [f], & manifeſtiſſimis [g] celebrationum ſacramētis miſericordia Dei eſſe liberam voluit, ſeruilibus oneribus † premunt, vt tolerabilior ſit conditio Iudæorum qui etiam ſi tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen ſacramentis †, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur.

*Item ex Concilio Toletano 11. c. 3.*

¶Omnes prouinciæ eundem in pſallendo modum teneant, quem metropolitanam ſedem † habere cognouerint. Cap. XIII.

3 De ijs, qui contra Apoſtoli voluntatem [h] circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto concilio, vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſq; prouinciæ & ciues [i], rectoreſq; eccleſiarum vnum eundemq; in pſallendo teneant modum, quem in † metropolitana ſede cognouerint inſtitutum, nec aliqua diuer-

ronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. ¶ Item Chronicon † Euſebij Cæſarienſis, atq; eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atq; excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum cõſcripſerit librum: propter rerum tamen notitiam ſingularem, quę ad inſtructionem pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſariam aduerſus Paganorum calumnias ordinauit hiſtoriam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus†. ¶ Item Iuuenci nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cæterum, quæ ab hæreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum à Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. viii. apocryphum. Actus nomine Andreæ apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apoſtoli, apocryphi. Euangelium nomine Thadæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ apoſtoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryhum. Euangelium nomine Bartholomæi apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de S. Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apochryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ [vel † Geneſeos, apocryphus. Centimetrum de Chriſto Virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclę, & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & S. Xiſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Thomę apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † S. Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentię Adę, apocryphus. Liber Ogię nomine gigantis, qui ab hęreticis cum dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambrę, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum † apocryphus. Liber Luſanę apocryphus. Liber canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hęreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine prę ſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebii Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillę, & Maximillę, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichęi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuſcula Caſſiani preſbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victoriani Pictauienſis † apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumentii †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agabarum regem, apocrypha. Paſſio Georgii, apocrypha. Paſſio Cyrici [a], & Iulitę, apocryphia. Scriptura, quę appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quę non Angelorum, vt illi confingunt, ſed dœmonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hęc, & omnia his ſimilia, quę Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcœniſſimis ſequacibus, Appollinaris, Valentinus, ſiue Manichęus, Fauſtus †, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cœleſtius †. Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius, Iulia-

† al. præferimus] orig.

Burch. l. 3. c. 221. Iuo par. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 123.

† decem] ori.

† al. Eſitius] al. Heſychius.

† al Lentius] al. Leutius.

† Abeſ... orig.

† al. Sixti...

† tranſitus id eſt aſſumptio] orig.

† al. Iob] orig.

† qui appellatur ... Apoſtolorum] orig.

† Tertulliani ... apocrypha. Opuſcula Lactantij ... apocrypha. Opuſcula Africani ... apocrypha] orig.

† Opuſcula Commodiani apocrypha] orig.

† Opuſcula Tatiani, Cypriani apocrypha. Opuſcula Arnobii apocrypha. Opuſcula Tyconij apocrypha] orig.

† al. Piſtauienſis.

† al. Frumentica c.] ...

† Africani orig.

† al. Caliſtius

† *Iulianus ...clanenſi. ...leſtinus.* ...c.orig. *...iſcilliano ...Hiſpania ...ſtorius Cō ...ntinopolita ...s, Maxi- ...us, Vnicus. ...mper sus. ...Hæretici, ...rumque di ...puli.*] ori. ...arc. lib. 3. ...22. ...o p. 4. c. 67 ...on. lib. 2. ...o.

Iulianus, & † Laclenſis Cœleſtinus, Maximinus, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, equibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, nec nō omnes hæreſes, quas ipſi, eorumque diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt: quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atq; cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. ¶Cæterum, qui libri in eccleſiaſticis officiis per anni circulum a nonnullis legantur, quòd ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia, pro fidelium ædificatione adnotandum cēſuimus. Quidam, quòd in ſeptuageſima ponunt Pentateuchum (vſq. in 15. diem ante Paſcha, 15. die ponunt Hieremiam vſque in cœnam Dñi. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ. [Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.] & tres de tractatu Sancti Auguſtini in pſalmum 54. ([Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corinth. [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio incipit: [Similiter & calicem poſtquam cœnauit,] Tertia. [de ſpiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres. In Paraſceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. [& tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia. [De quo grandis nobis ſermo.] In Sabbato ſancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in eundem pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. [In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis) † Paſchæ ponunt actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apoclypſim vſque in octauas † Pentecoſtes. In octauis Pentecoſtes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vſque in Kalend. Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem vſque in Kalendas Septembris. In Dominica 1. Septemb. ponunt Iob, Tobiam †, Heſter, Eſdram vſque in Kalen. Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponunt librum † Machabæorum vſque in kalendas Nouembr. In Dñica prima menſis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in kalendas Decemb. In Dominica prima menſis Decembris ponunt Eſaiam prophetam vſque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamini, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes. In Natali S. Stephani homilia de ipſo die. In Natali S. Ioannis ſimiliter. In Natali Innocentium ſimiliter. In Natali S. Silueſtri ſimiliter. In octaua Natalis Domini homilia de ipſo die. In Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimam. In Epiphan. lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, [Omnes ſitientes.] Secunda,] Surge, illuminare Hieruſalē.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

Margin (left): Cor. 11. — Cor. 10. — Heb. 4. — Heb. 5. — Heb. 9. — Heb. 10. — † al. octaua. — † al. octaua.

Margin (right): phia Grçcè, Latinè ſecreta. Et quia in cameris ſoldè virgines abſconditæ & ſecrete morati, ſecundum Io. de Fan. inde eſt, quod virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur ſecreta. — † *Iudith. Heſter.*] Iuo. — † *libros.*] Iuo. — † *al. inna talem.* — † *al. in vigiliā natalis Domini*] Bur. & Iuo. & ordo Romanus. — *Eſa. 9.* — *Eſa. 40.* — *Eſa. 51.* — *Eſa. 55.* — *Eſa. 60.* — *Eſa. 61.*

α ¶Mandamus.] *Poſt hoc verbum in* Decreto *Gelaſii ſequitur continenter.* Item opuſcula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, vt ſatis certo ſtatui non poſſit, quæ vera, & pura ſit Gelaſii lectio; nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emēdari poterant, ea ſunt emendata: cæteris locis partim indicatæ varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuiſſet, labor hic ad libros audiendi accurato lectori eſt relictus.*

β ¶Item geſta.) Hinc *vſque ad finem capitis omnia abſunt a pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus; quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiuſdem* Gelaſii *vſque ad verſ.* Cęterum qui libri, *& apud Burchardum, &* Iuonem *referuntur proximè poſt ſuperiora.*

γ ¶Iuuenci.) *Antea legebatur,* Item Vincentij, *reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, &* Iuone. *De quo* Iuuenco *meminit B.* Hiero. *in Catalogo.*

m ¶De S.Maria.] *In collectione Iſidori legitur*, & de Maria obſtetrice. *Apud Burchardum*, & de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuonem uero*, & de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

s ¶Cæterum.] *Hinc vſque ad finem neque in collectione Iſidori neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quę collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen*, in Septuageſima ponunt, *referuntur a Burchardo, & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis. Fere autem omnia habentur ſparſim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶Pentateuchum:) *Apud Iuonem legitur*, Heptateucum, *vt vltra quinque libros comprehendas librum Ioſue. & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinum ſcribens vtitur. Alij verò Heptaticum appellant, vt ſanctus* Gregorius, *lib. 7. in l. 2. epiſt. 48. & li. 10. epi. 21. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, c. de Septuageſima.*

n ¶In Pſalmum 54.) *Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, c. de officijs diuinis a Cœna* Domini *vſque in octauas Pentecoſtes, & apud Burchardum legitur*, in pſalmum 63.) *id eſt*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in c. de ordine in nocte Paraſceues*, Tres tractatus de Auguſt. pſal. 63.

o ¶In octauis.) *Ipſam diem octauam ſolitam fuiſſe proferri nomine multitudinis, id eſt octauas, notabitur infra de conſec. d. 3. cap. pronunciandum.*

p ¶In Natali Domini.) *Burchardus, & Iuo habent in* Vigilia Natalis Domini, *& ita in ordine Romano, c. quod inſcribitur*, In Chriſti nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in Eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet, vt Gratianus.*

## DISTINCTIO XVI.

1 pg *Apoſtolorum* [a] *verò canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe tranſlati* a, *ſunt quinquaginta.*

a ¶Tranſlati.) *In titulo qui præponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidori, & in concilio Stephani Papæ iiij. (cuius magnam partem Deus dedit Cardinalis in ſua canonum collectione refert) pro voce*, tranſlati, *habetur*, prolati, *Dionyſius certe Exiguus, nullam huius verſionis mentionem facit, & aliqui ſcriptores ſolent epiſtolas Clementis hoc modo citare*, Ex dictis Petri Apoſtoli per Clementē prolatis, *vt auctor Polycarpi, & alii.*

*Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputatos Iſidorus ſcribit dicens.*

### ¶Apoſtolorum canones Apoſtolica reijciuntur auctoritate. Cap. I.

CAnones [b] dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamuis in eis vtilia [c] inueniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter [d] apocrypha deputata.

*¶Caput hoc eſt in præfatione Iſidori ad collectionem conciliorū, quæ ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ deſcripta Romā miſſa eſt. Nam in illa, quæ vulgatæ Iſidori collectioni, de qua initio dictum eſt, præponitur, contrarium pótius videtur dici. & refertur infra c. Placuit, hac eadem diſt. ſi modo idem eſt Iſidorus.*

APoſtolorū.] Hac diſtinctio diuiditur in duas partes. Secūda ibi,] Et ſoluta.] CASVS. In hac 16 diſtin. oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos: primo tamē ponit quandam cōtrarietatē de canonib. apoſtolorum primo de non recipiendis, & poſtea de recipiēdis, & eam ſoluit.

a ¶ Apoſtolorum.] Hic intitulatur. 16. d. in qua ꝓbat, ꝙ canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tēpore, & quo reſidente in Papatu, vel Imperio q̃dlibet concilium eſt celebratum. Et nota, ꝙ Gratianꝰ ponit quandam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam nō ſoluit, ꝓbat enim auctoritate Iſidori, ꝙ canones Apoſtolorum non ſunt recipiendi, q̃a ſunt apocryphi: poſtea probat auctoritate Zephirini, & Leonis, quod ſunt recipiendi, & non ſunt apocryphi. Sol. breuis eſt, q̃a illi canones ſunt recipiendi, q̃a veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi, non quia pſeudo apoſtolis ſunt editi ſu. prox. di. ver. item geſta.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Iſidoro an canones, qui dñr Apoſtolorum, ſint approbandi: & reſpondet quoniā ab hæreticis ſub noīe apoſtolorū ſunt compoſiti, nec Rom. ecc. nec ſancti Patres eos approbauerunt, quāuis in eis multa vtilia inueniā tur, tamen apochryphi reputantur.

b ¶Canones.] Sic cōſtrue: quamuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶Vtilis.] Argu. ꝙ vtile vitiatur ꝑ inutile 1. vt no. ſup. di. 9. ſi ad ſcripturas.

d ¶ Atque inter

¶ Ad idem 9 q. 9. pute Archid.

apocrypha.] id eſt, ſine certo auctore [b], vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach. qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, ſed fortè non generaliter.

b Quia nomen libri iſti non apocryphi, ſed canonici ſunt, tamen olim idem eſſe catholici de his dubitarunt. Conc. Triden. ſeſſ. 4. de ca. ſcriptu.

d ¶ Orthodoxæ.] Id eſt, rectę: orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, id eſt, catholica recta, ſcilicet in qua rectè gloriamur. Ioan. de Fan.

e PLacuit.] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit, nec ponit: ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonũ Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidã [2]. ita ſoluunt, ꝙ ſexta ſynodus fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus añ Leonem, & obſeruabantur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus, ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt cantum 10. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus pceſſit. vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt inf. ea. diſtin. cap. ſexta. qui longo tẽpore fuit poſt Zepherinũ, vt ex chronicis apparet. Omiſſis alijs ſolutionibus, dic ꝙ non contradicũt ſibi: qa dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis, ſed de ſententijs: & poteſt eſſe, quod in vno capitulo ſint ſententiæ plures.

1 ius mũdi. i. de nobis in hoc mundo remanentibus. quid. f. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.

2 Vt Goffredus.

*Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis, epiſt. 1.*

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Poly. l. 3. tit. 20.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. Cap. II.

SExaginta [a] ſententias Apoſtoli præſcripſerunt † cum alijs plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

† al. præſumeront. ] ori g.

a ¶ [Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta *itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

*Item Leo [ß] Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.*

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur. Cap. III.

CLementis [a] librũ, id eſt Petri Apoſtoli itinerarium [b] & Apoſtolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [c] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [d] fidei adiungenda.

† al. regulis orthodoxis.] al. regulis orthodoxæ]

ß ¶ [Item Leo.] *Hoc caput ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, &* Monachi *contra Latinos editum: quæ Romæ in Monaſterio S. Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Meritò autẽ potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit.*

*Item vi. ſynodus, cap. 2.*

Cap. III.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 123.

PLacuit [e] huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

*Epiſtola [a] Iſidori in capite canonum.*

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

Iſidorus [ß] ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cęteris concilijs pręponimus [f] canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet a quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiũt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. *Itẽ infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prędictũ eſt, de celebrando concilio inſertus habetur; & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorũ (id eſt à Sancto Clemente vſque ad Sanctum Sylueſtrum) decretorum,

ISIDORVS, CASVS Probat Iſidorus in hoc c. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, qa plures eos receperũt. Secũdo, quia Sancti Patres eorum ſententias confirmauerũt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit a Clemente vſque ad Silueſtrum. Quę autem ſequuntur, plana ſunt.

SExaginta.] CASVS. Tria ſequentia capitula plana ſunt.

a CLementis.] Id eſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium.] Qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit [1].

c ¶ Exceptis.] Impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic, ꝙ hoc nomen, canones, ſumitur largè; tam pro veris, quàm pro falſis canonibus, vt ponitur infra 32. diſt. §. verum.

1 Vel dic, ꝙ ideo itinerarium appellatur, quia ibi agitur de itinere, id eſt actione huius mũdi. i. de nobis in hoc mundo remanentibus. quid. f. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.

f ¶ Præponimus.] Argumen quòd illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſtinctio. in canonicis 3. vnde licèt Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt infra ead. diſtinct. cap. ſexta. ibi. [Prima adnotatio, &c.] argum. extra de reſcript. ab excommunicato.

3 Ad idem ff. de pact. l. maiorẽ. Archid.

atque diuerſorum conciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

a ¶ Epiſtola.] *Hęc epiſtola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum. & eſt ea, quæ Iſidori nomine eſt prępoſita tomis conciliorum, licet in vetuſtiore editione, in qua purior eſt Iſidori collectio nonnulla verba deſiderentur. Eſt autem confectum hoc caput ex duobus locis illius pręfationis. Nam verba illa,* Propter eorumd auctoritatem, &c. *vſque ad ver.* conſtitutiones, *non longe abſunt ab initio. Reliqua uero ſunt in extremo.*

β ¶ Iſidorus ſeruus.] *In pãnormia eſt eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt,* Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti cõſeruo ſuo, & parenti fidei † in Domino ſalutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Iſidorus peccator, ſeruus, &c.

† al. fideli.

*Item cum Hadrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiam ſancta octo vniuerſalia concilia profeſſione Romani Pontificis ſint roborata in ſexta † autem ſynodo ſiue in ſeptimo concilio Apoſtolorum canones ſint recepti & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi: Vnde ſcribit Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ.*

† al. ſeptima ſynodo, ſiue concilio.] al. ſexta ſynodo ſiue in ſexto concilio.

¶ Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroboratur. Cap. V.

Ivo p. 4. c. 131.

SExtam a ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

a ¶ Sextam.] *Hoc habetur in ſecunda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſium. Sed eo in loco Hadrianus refert uerba ſynodicæ epiſtolæ à Tharaſio ad ſe miſſę. Et hic Gratianus non refert, propriè eius epiſtolæ uerba. In uerſione. n. Anaſtaſij bibliothecarij ſic legitur,* Inuenimus autẽ in prędictæ ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtrę, poſt plenitudinem fidei, & confeſſionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſynodorũ, & de ſacris venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſſimum cõtineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quę iure, ac diuinitus ab ipſis promulgatę ſunt. *Et hæc quidem poſtrema uerba ſunt etiam in illa ipſa Tharaſij epiſtola, quod ex concilio* Græco, *& noua interpretatione clarè apparet.*

*Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ β ſynodi facile abſoluitur.*

β Sextę.] *in ſecundo & xij. Vaticanis, eſt,* ſextę alias ſeptimę, *& uere ſeptima eſt, ſed ob gloſam nihil eſt mutatum.*

*Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.*

Sexta ſynodus canones conſcripſit. Cap. VI.

Ex actione quarta ſeptimæ ſynodi. Ivo. p. 4. c. 128.

HAbeo librum a continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis, dicẽtes, nunquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam ſancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino congregata eſt, contra eos, qui dicebant vnam operationẽ, & vnã voluntatẽ eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hęreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. a ¶ Et ſoluta ſynodus eſt Conſtantini c xiiij. anno. Poſt quatuor vero,

SExtam] Sed dubitatur.

CASVS. Probat Gratianus, quod ſexta ſynodus canones fecit: & hoc probat per ſeq. cap.

a ¶ Sextæ ſynodi.] falſa eſt littera, ſed debet ibi eſſe ſeptimæ ſynodi. qualiter. n. dubitaret ſexta ſynodus de eo quod ipſa fecerat.

a Tu dic, quod in c. ſextam ſynodum. facit mentionẽ de ſexta ſynodo congregata, quę debet ſeptima dici: ſed propter eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, quod illa litera ſeptimę, &c. eſt falſa, & illa ſextę eſt vera, ſecundum Io. de Fant. Arch.

HAbeo.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ſexta ſynodus canones fecit, quę congregata fuit ſub Conſtãtino Imperatore, reprobãs perfidiam hæreticorum quorũdam dicẽtium, Chriſtum fuiſſe tãtũ operatum ſecundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera. vt reſuſcitare mortuos. & ambulare ſuper aquas, phantaſtica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte, In ſecũda parte quę incipit ibi,] Et ſoluta.] dicit, quod hæc ſexta ſynodus fuit poſtea cõgregata ſub Iuſtiniano filio Conſtantini: in qua iidẽ plures eoſdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem ſexta ſynodo. In tertia parte quæ icipit ibi, [Eadem ſancta.] repetit fere, quæ dicta erãt in ſecũda parte. ¶ Caſus §. Planus eſt.

b Voluntatem.] Quidam dicebant tantũ vnam fuiſſe voluntatem in Chriſto. Sed dicẽdum eſt, quod duæ fuerunt voluntates in eo, quod homo fuit, una ſenſualitatis, ſecundum quam ipſe dixit: Pater ſi. fieri poteſt trãſeat à me, &c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dicit: uerum tamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut tu vis.

Voluntates duę fuerunt in Chriſto.

c ¶ Conſtantini.] Nõ illius magni Cõſtantini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo. n. fuit Nicænum concilium tempore Silueſtri.

c ¶ Cõſtãtini.] cõtra

Ex ſexta actione ſeptimæ ſynodi.

aut quinque annos ijdem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano [a] filio Conſtantini,& prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Conſtantino in ſynodo fuerunt, ijdem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item.* ¶Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnante pro eo. ¶Eadem [b] ſancta Synodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto, aut quinto anno congregata eſt, & canones numero cij. ad correctionem eccleſiæ promulgauit.

a ¶Habeo librum ] *Verba ſunt Petri epiſcopi Nicomediæ, ac Tharaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi: quæ quidem ipſi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore* Iuſtiniani *Rhinotmeti ſecundo anno ſuæ reuocationis ad Imperium, editi ſunt. Verum ex his ipſis verbis Tharaſij apparet, eos canones non eſſe proprios ſextæ ſynodi; quia fatetur poſt annos quatuor, aut quinque, quàm ea ſynodus fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos; quo tempore certiſſimum eſt neque eundē Romanum* Pontificem, *neque eoſdem epiſcopos fuiſſe. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum eſt diligentiſſimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco; quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter tranſlata leguntur apud Franciſcum* Turrianum *libro 6 7. & octaua ſynodo) & Anaſtaſio, &* Georgio *Cedreno, quam Tharaſio. Illi enim non quatuor, aut quinque, vt Tharaſius, ſed viginti ſeptem annos, a fine ſextæ ſynodi tempore Agathonis habitæ, vſque ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſſiſſe: Epiſcopos vero, qui hos ediderunt, noluiſſe ipſos edere tanquam canones ſextæ ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere, quod videbatur in quinta, ac ſexta ſynodo deeſſe, ipſamet illorum ad Imperatorem allocutio teſtatur. Itaque noua dicenda eſt hæc epiſcoporum ratio, ideoque Græci illam, ut ſcribit Balſamon πενθέκτην, ideſt quintam ſextam ſynodum appellant. Cæterum non fuiſſe omnes illos canones à Romana eccleſia receptos, duo viri rerum eccleſiaſticarū peritiſſimi. Anaſtaſius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtantur Humbertus quidem his verbis;* Non autē miror, & Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus ſextę ſynodi ueſtra imputetis delitamenta, & quę aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula: cum & ipſi Domino Ieſu,& Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatam, capitula, quę nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita ſcripſit:* Ergo regulas, quę Gręci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptima ſynodo principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illę recipiantur, quę prioribus canonibus, uel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſę. quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitę, quia nec interpretatę. Sed nec in cęterarum Patriarchalium ſedium, licet Gręca utantur lingua, reperiūtur in archiuijs: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem pręſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Gręci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuenti: ſed nullis certis probare poſſunt indicijs.

*Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit: ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.*

*Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt.*

¶Conſtitutiones ſynodi ſextæ. Cap. VIII.

QVoniam a ſanctæ [c], & vniuerſales ſynodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, ſexta ſub Conſtantino patre tuo Auguſto, de myſterio ß fidei pleniſſime diſputātes, canones nō fecerūt, ſicut cæterę quatuor vniuerſales

Inſti. de do. §. eſt & aliud. Inſti qui. non eſt pot. fa te. § lęt. ubi Iuſtinianus uocat patrem ſuum Iuſtinum. Sed loquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt inf. ea cap. ſexta. Sub Iuſtiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata eſt quinta ſynodus, ut inf. eo. c. ſexta.

a ¶Sub Iuſtiniano.] Sed certe nec ſic ceſſat cōtrarietas: quia tā Leo quàm ſynodus loquitur de cap. Tu diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶Eadem.] Not. quòd eadem dicitur ſynodus, quia ijdē patres illuc conuenerunt. ſimile 7. q. 1. deinde. & ff. de iud. proponebatur Et eſt hic argum. quod eadem ſit cauſa [1] appellationis, cū cauſa principali. 2. q. 6. ſi quis in quacumque.

c QVoniam ſanctæ.] CASVS.

1 Idē Spec. & Io. Andr. in tit. de iuram. calum. §. ſequitur verſi. quod de cauſa & plene p Cy. & Salic. in l. i nutus C. de procu. & per Alex. de Imol. in l. ita demum. col. 3. eo. tit.

quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculoſiſſime [a] admittitur hæc compenſatio [b]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotę, nullo modo imitanda eſt.

2 *Conſuetudinis autem, vel conſtitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

*Vnde Leo Papa ait ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, epiſt. 90. ante caput 1.*

¶Quæ conſtitutiones valeant temperari, vel quæ non. Cap. II.

Sicut quædam ſunt [c], quæ nulla poſſunt ratione conuelli; ita multa ſunt, quæ aut pro neceſſitate temporũ [d], aut pro conſideratione ætatum [e] oporteat temperari: illa conſideratione † [f] ſemper ſeruata, vt in ijs, quæ vel dubia [g] fuerint aut obſcura, id nouerimus ſequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium; nec decretis ſanctorum Patrum inueniatur aduerſum. — Pann. in prolo. c. 12. Ordo verborum nõ reſtitutus ob gloſſã † *conditione*, ori

## DISTINCTIO. XV.

*Quoniam de iure naturali [h], & conſtitutione, vel cõſuetudine hactenus differnimus, differentiam, qua inuicem diſcernuntur, aſſignantes; nunc ad eccleſiaſticas conſtitutiones ſtylum vertamus, earum originem & auctoritatem, prout ex libris ſanctorum Patrum colligere poſſumus breuiter aſſignantes.*

¶Quo tempore cœperunt canones generalium conciliorum. Cap. I.

Canones generaliũ cõciliorum (vt Iſidorus ait lib. 6. — Pann. l. 2. c. 104.

a ¶Periculoſiſſime.] Hic dicit Aug. ꝙ nemo debet minus malum committere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidã, quod nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, ſed veniale debet committere, vt alter euitet mortale nam etiam animam quis debet ponere pro proximo 1, & ſic mortẽ temporalẽ poteſt aliquis ſubire, ne alter incurrat pęnam æternam de pœn. diſt. 2. charitas. §. & proxi. ſed pro veniali debetur tantũ pœna temporalis 2, pro mortali æterna, 13. q. 1. nemo. ergo aliquis poteſt peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item quia Apoſtolus dicit: Orabam eſſe anathema pro fratrib. meis: ſed nemo anathematizatur niſi pro mortali, vt 11. q. 3. nemo. Itẽ cum virtus, & vitiũ ſint contraria, nec ſe compatiantur, vt 32 q. 1. cum renunciatur, ſed venialia ſimul cum virtutibus inſunt homini. non ergo proprie dicuntur vitia, vt de pœn. diſt. 3. ſepties. Alij dicunt, quod nullum peccatum debet homo facere, vel pro ſuo bono, vel alterius, vt 23. q. 5. cũ homo. ver. quid ſi alius non enim Deus vult tale dãnũ cũ tali lucro cõpẽſari, vt 33. q. 5. ſi dicat. non enim debet quis crimen ſuum alienis commodis impendere, vt 46. d. ſicut non ſuo. Præterea neq; pro ſalute alterius temporali, vel æternali debet quis peccare venialiter. quia nullus perducendus eſt ad ſalutem 3 opitulãte mẽdacio, vt 22. q. 2. c. faciat, & c. primum. Io. Sed quare redarguitur hic Loth ab Aug. cum alibi commẽdetur ab Ambroſio, vt 31. q. 7. offerrebas? Sed Ambroſius conſiderauit pietatem quam habuit ad hoſpites. Aug vero delictum filiarum, 26. d. c. 1. & 2.

Veniale põt ne quis committere, vt alter euitet mortale.

1 De pœ. d. 2. quis vult. & ſeq.

2 25. d pec-cata.

Ad Rom. 9

3 De hac materia not. ex ne. cler. vel mo. c. 3. in gl. argu ꝙ, &c. Arch.

b ¶Hoc compenſatio.] Arg. ꝙ non eſt admittenda compẽſatio in malis, vt 24. q. 3. forte & 23. q. 5 c. 1. & 32. q. 8 non ſolum, & 1 q. 1. non eſt putanda. admittitur tamen compenſatio in criminibus, vel excipiendo, vel replicando, vt 32. q. 6. nihil, & ff. ſolu matr. viro. verũ eſt in iudicijs admittitur compenſatio, non in foro pœnitentiali. 34. q. 5. quod Deo.

Cõpenſatio in pniali foro nõ admittitur.

CONSVETVDINIS Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis: in qua dicitur quando rigor eſt relaxandus, & quando non. Io. de Fan.

CASVS. Iſte §. continuatur ad illud, quod dictum fuit ſupra in principio 13. d vbi dictum fuit, ꝙ aduerſus ius naturale non admittitur diſpenſatio. ſed hic dicitur, ꝙ conſuetudinis, vel conſtitutionis rigor relaxatur, quandoque etiam hoc probatur in ſeq c.

Sicut.] CASVS. Quæſitum fuit a Leone Papa, vtrum contra conſuetudinem, & conſtitutiones poſſit diſpenſari, qui reſpondit, dicens, ꝙ ſicut ſunt quædã cõtra quæ diſpenſari non poteſt, vt ius naturale: ſic quædam ſunt, vt conſuetudines, & conſtitutiones, contra quas ratione temporum, & ætatum poteſt diſpenſari: hac habita diſcretione, vt in dubijs nihil contra Euangelium, vel decreta fiat Patrum.

c ¶Sicut quædã ſunt.] Vt præcepta decalogi, & forma 4 baptiſmi, & forma conficiendi 5 corpus Chriſti, de conſec. d 4 proprie, & d. 2. accipite.

4 Extra de bap. c. 2.

5 De conſe. d. 2. c. 1.

d ¶Temporum.] Vt 1. q. 7. quod pro remedio, & 81. diſ. presbyter, & 34. d. fraternitatis.

e ¶Aetatũ.] Vt 7 13. q. 2. in adoleſcẽtia 6. & 86. d. tanta.

f ¶Conſideratione.] inf. 19. d ſciendum.

g ¶Vel dubia.] Extra de ſponſ. iuuenis.

Quoniam de iure.] Hæc diſ. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt concilia ortum. Secunda ibi, [Quintum vero.]

CASVS. Supra de naturali iure, conſuetudine, & conſtitutione dixit Gratianus, inter iſta differentiam aſſignando. In hac vero d. reuertitur ad conſtitutiones eccleſiaſticas: & earum originem, & auctoritatem breuiter oſtendit.

h ¶Quoniam de iure naturali.] Hactenus tractauit magiſter de naturali 7 iure: hic incipit tractare de iure canonico. aſſignat itaq; rationem, & originẽ ipſius, & oſtendit quæ opuſcula recipiantur ab eccleſia, & quæ non.

Canones.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In 1 parte oſtenditur, ꝙ a tpe Conſtantini canones generaliũ cõciliorũ inceperunt. Ipſe n. primo dedit auctoritatẽ Chriſtianis libere congregandi: cum eccleſia antea fuiſſet paſſa perſecutionem. In 2 parte, quæ incipit ibi, [Inter cætera.] dr, ꝙ ſub quatuor Imperatorib. ſunt quatuor concilia vniuerſalia celebrata. ſ. ſub Cõſtantino Theodoſio ſeniore, Theodoſio iuniore, & Martiano, & oſten-

6 Hoc c[…] tur de iuu[…] nili ætat[…] ſed ſeque[…] concor. l[…] tur de ſe[…] ad hoc. […] q. 7. tẽpo[…] & c hoc […]

7 Sub. c[…] diuerſion[…] & dñas […] cætera i[…] multiplic[…] aſſignans […] cõpetent[…] ad tractan[…] de iure ca[…] nico deſc[…] deret n[…] ad, &c. Hu[…]

oſtendit q̃d in eis fuerit reprobatũ. & quòd iſta quatuor concilia & his ſimilia debent inuiolata ſeruari. In tertia parte, quæ incipit ibi; [Synodus.] ponit etymologias iſtorum nominum. ſ. ſynodus concilium, & cœtus.

a ¶Conſtantini.] infra. 16. diſt. Iſidorus. contra. ibi dicitur

de ſuo morſello aliquid appoſuit.

c ¶Cccxviij.] Alibi dicitur de ccc. epiſcopis. vt 10. q. 1. hanc. Sed dic quod minor numerus non excludit maiorem. ff. de inſtit. iuran. cum furti.

d ¶Quam de inæqualitate.] Dicebat. n. patrem maiorẽ filio, & filium maiorem ſpiritu ſancto. 24. q. 3. quidam. ver. Agriani. Hug.

etymol. c. 16.) a temporibus Conſtantini [a] cœperunt. In præcedentibus namque annis perſecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas: inde Chriſtianitas in diuerſa hæreſes ſciſſa eſt; quia non erat licentia epiſcopis in vnum conueniendi, niſi tempore ſupradicti Imperatoris; Ipſe enim dedit facultatem Chriſtianis libere congregari. Sub hoc etiam ſancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam, & Apoſtolicam, ſecundum poſt Apoſtolos [b] ſymbolum tradiderunt. ¶Inter cætera autem cõcilia, quatuor eſſe ſcimus venerabiles ſynodos, quæ totã principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor Euangelia, vel totidem paradiſi flumina. ¶Harum prima Nicæna ſynodus cccxviij. [c] epiſcoporum Conſtantino Auguſto imperante peracta eſt: in qua Arrianæ perfidiæ condemnata blaſphemia, quam de inæqualitate [d] ſanctæ Trinitatis idem Arrius aſſerebat, conſubſtantialem Deo patri Deum filium eadem ſancta ſynodus per ſymbolum definiuit. ¶Secunda ſynodus cl. Patrum ſub Theodoſio ſeniore Conſtantinopoli [e] congregata eſt, quæ Macedonium [f] ſpiritum ſanctum Deum eſſe negantem condemnans, cõſubſtantialem patri & filio ſpiritũ ſanctum demõſtrauit, dans ſymboli formam, quam tota [g] Græcorum & Latinorum confeſſio in eccleſijs prædicat. ¶Tertia ſynodus Epheſina [h] prima cc. epiſcoporum ſub iuniore Theodoſio Auguſto edita eſt, quæ Neſtorium duas perſonas [i] in Chriſto aſſerentem, iuſto anathemate condemnauit, oſtendens manere α in duab. naturis vnam [k] Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam. ¶Quarta ſynodus Chalcedonenſis. dcxx. ſacerdotum ſub Martiano principe habita eſt; in qua Eutychem [l] Conſtantinopolitanum abbatem verbi Dei & carnis vnam naturam renunciantem, & eius defenſorem [m] Dioſcorum; quondam Alexandrinum epiſcopũ & ipsũ rurſus Neſtorium cũ reliquis hæreticis vna Patrum ſnĩa damnauit, prædicans eadem ſynodus Chriſtum Dominum de Virgine ſic natum, vt in eo ſubſtantiã diuinæ & humanæ confiteamur naturæ. ¶Hæ ſunt quatuor ſynodi principales, fidei [n] doctrinã pleniſſimè prædicantes. Sed, & ſi qua ſunt concilia, quæ ſancti patres ſpiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor auctoritatẽ omni manẽt ſtabilita vigore; quorum geſta in hoc opere [o] condita continentur. ¶Synodus aũt ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij β verò nomẽ tractum eſt ex more Romano. Tempore enim quo cauſę agebantur, cõueniebant omnes in vnum, communiq; intẽtione tractabant. Vnde concilium a cõi intentione dictum

e ¶Conſtantinopolis.] ſup. ea. ſicut.

f ¶Macedonium.] qui dixit ſpiritum ſanctum ſeruum patris & filij, vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vl. quidam, ver. Macedoniani.

g ¶Quã tota] Hoc nõ habemus: q a nõ habemus niſi Apoſtolorũ, & Nicęnũ, & Athanaſii, Quicunque vult.

h ¶Epheſina.] Hoc dicit ad dñiam ſecũdæ, q̃ fuit reprobata, vt infra 16. d. quoniam ſanctæ.

i ¶Perſona.] Verbi & hominis.

k ¶Vnã] Vna eſt perſona: ſed hẽt duas naturas, ſ. diuinã & humanã. inf. c. ſicut. ver. quintum.

l ¶Euthychẽ.] Qui poſt reſurrectionem Chrm habuiſſe vnã naturã dixit, ſ. diuinam. 16. diſ. c. 6. ver. quarta.

ADDITIO. Habet. n. vtrãq; ext. de hæreticis, cũ Chrs. vbi notat Ala. q̃ ante illam diffinitionẽ; de qua loqtur ipſa decre. contrariũ dicere licebat, cũ ꝓhibitũ nõ eſſet: ſed poſt, nequaq̃ ergo, q̃d prius non fuit fidei articulus, poſt conſecrationem factus eſt fidei articulus. Archid.

m ¶Defenſorẽ.] Peccabat ergo i fidẽ, ex quo erat defenſor hęreticorũ, vt 24. q. 1. c. 1. q. 3. qui aliorum. & extra de hær. vrgentis 3. ſicut dicit lex de latrone. C de his qui latr. occ. l. 1. Sed cõtra 21. d. in tñ. & 24. q. 2. ſane profert. verſ. Item Romanorum, ibi. n. dicitur, q̃ Dioſcorus non peccauit in fide. ſed expone, non peccauit in fide, ideſt non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, quod auſus fuit Papam Leonem excommunicare 21. diſt. in tantum.

3 Parum aut nihil facit, ſed melius eod. tit. ſicut & c. excommunicamus § credentes. Pet.

n ¶Fidei] Articulos.

o ¶In hoc opere.] Iſidori: ne ſit contra 19. diſt. ſi Romanorum verſ. præſertim.

citur a tempore Clementis fuerunt celebrata concilia. Reſpon. quod ante fuerunt celebrata: ſed non ita generaliter t: & ita hoc verbum, gñaliter, ſoluit contrarium.

b ¶Apoſtolos.] Apoſtoli enim fecerunt primũ ſymbolum, ſ. Credo in Deum Patrem ſed Nicæna ſynodus fecit, Credo in vnum Deum 2. & dr a ſyn, q̃d eſt cum, & bolos: quod eſt morſellus: quia quilibet Apoſtolorum





Quid d… litera, ge… aliter in… t ſolutio… n. Hugo. …r. & Ar… d. Notandũ Damaſus a conſti… , vt ſym… ũ canta… r in Miſ… x decre… ſanctæ ſy… a vniuer… apud …ſtantino… lim cele… ta Arch.

Sicut ſancti Euangelij.] CASVS. In prima parte huius c. dicit Greg. quod ita vult ſeruare quatuor concilia ſicut quatuor Euãgelii libros: & oſtendit in vtroque iſtorũ quid fuerit reprobatũ. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Quintũ] dicit Greg. ꝙ quintũ conciliũ vult venerari, in quo tria sũt reprobata. ſ. epiſtola erroris plena, q̃ Ibę dicebatur, & opinio Theodori, qui perſonam Chriſti mediatoris Dei & hominũ in duabus ſubſtantiis ſeparabat, ideſt perſonis, dicẽs Chriſtũ duas hr̃e perſonas: & ſcripta Theodoriti, q vitã B. Cyrilli, & fidẽ reprehẽdebat: & qui ſupradicta cõcilia nõ obſeruat, ſeipsũ deſtruit.
a ¶ Ibę dicitur.] Ab inuentore.
b ¶ Mediatoris.] i. Chriſti. Ioan.
c ¶ Subſtãtiis.] Scilicet perſonis.
d ¶ Pręſumit.] Vr ergo, ꝙ Papa nõ poſſit deſtruere ſtatuta cõcilii: q a orbis maior ẽ vrbe 93. d. legim^9. circa med. vnde req rit Papa cõſensũ cõci-

quaſi conſilium; conſilium, quaſi conſidum, d. in l. literam tranſeunte: vel concilium dictum eſt a communi intentione, eo quod in vnum dirigant omnem mentis obtutũ. Cilia enim oculorum ſunt: vnde qui ſibimet diſſentiunt, nou agunt concilium: quia non conſentiunt in vnum. Cœtus verò conuentus eſt, vel congregatio, a coeundo, ideſt a conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus eſt, nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum; ſicut a conuentu cœtus dicitur, ſic & concilium a ſocietas multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Iſidori ante ipſius præfationem, non autem in codice bibliotheca Dominicana: in quo tamen vſque ad verſiculum*, Inter cætera. *ponitur etiam (quemadmodum & in aliis) ante initium concilii Nicani.*

α ¶ Manere.) *In pleriſque antiquis Gratiani exemplaribus, & Iſidori codice impreſſo legitur, vt eſt emendatum. Sed in aliis eorundem manuſcriptis, & impreſſis Gratiani legitur*, manere in Chriſto duas naturas, & unam Domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

β ¶ Concilij uerò.] *Apud Iſidorũ in lib. Etymol. locus hic mendosè legitur. Verum in præfatione eiuſdem Iſidori editioni Pariſienſi conciliorum præpoſita, quæ cum aliquot vetuſtis codicibus collata eſt; ſic legitur*; Concilij uerò nomen tractum ex cõi intentione, eo quòd in unum dirigant oẽs mentis obtutũ. Cilia enim oculorum ſunt, unde & qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non ſentiunt unum. Cœtus uerò conuentus eſt, uel congregatio a coeundo, i. conueniendo in vnum, unde & conuentus eſt nuncupatus, quòd ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, uel concilium a ſocietate dicitur multorum in unum. *In Gratiani codicibus ſunt multa varietates, ex quibus ea lectio retenta eſt, quæ viſa eſt melior, quamuis adhuc aliquid fortaſſe deſideretur.*

*De quatuor vero † concilijs ſcribit, B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Regiſti, Epiſt. 24.* † al. quoque.

¶ De auctoritate quatuor conciliorum. Cap. II.

Sicut S. Euangelij quatuor libros, ſic quatuor concilia ſuſcipere, & venerari me fateor; Nicænum ſcilicet, in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error cõuincitur, Epheſinum etiam primũ, in quo Neſtorij impietas iudicatur. Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione cuſtodio: quia in his velut in quadrato lapide, ſanctæ fidei ſtructura cõſurgit, & cuiuslibet α vitæ, atque actionis norma conſiſtit. ¶ Quintum quoque cõcilium pariter veneror, in quo epiſtola, quæ Ibæ dicitur [a], erroris plena reprobatur, in quo Theodorus perſonam mediatoris [b] Dei & hominum in duab. ſubſtantijs [c] ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur, & in quo ſcripta quoq; Theodoriti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, auſu dementiæ prolata refutantur. Cunctas verò, quas præfata veneranda concilia perſonas reſpuunt, reſpuo; quas venerantur, amplector: dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta; ſe, & non illa deſtruit, quiſquis præſumit [d] aut ſoluere, quos religant †; aut ligare †, quos ſoluunt. † al. ligans, † al. religare.

α ¶ Cuiuslibet.) *Apud B. Gregorium legitur.* Et cuiuslibet uitæ, atque actionis exiſtat, quiſquis eorum ſoliditatem non tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. *& in ſequentibus ſignificantur tria capitula, quorum occaſione nonnulli quintam ſynodum non recipiebant.*

*De iiſdem etiam Gelaſius in concilio habito Romæ cum lxx. epiſcopis ſcribit dicens.*

¶Quæ † concilia ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiat. Cap. III.

Quas
vas.
l. 3. c.
4. cap.
l. 2. c.
l. 9. di-

SAncta Romana Eccleſia poſt illas veteris teſtamenti & noui ſcripturas, quas regulariter ſuſcipimus, etiam has ſuſcipi non prohibet: Sanctam ſynodum Nicęnam cccxviij. patrum, mediante Conſtantino Maximo Auguſto, in qua Arrius hæreticus condemnatus eſt: Sanctam ſynodum Conſtantinopolitanam, mediante Theodoſio ſeniore Auguſto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam ſynodum Epheſinam, in qua Neſtorius damnatus eſt conſenſu beatiſſimi Papæ Cæleſtini, mediante Cyrillo Alexandrinæ ſedis antiſtite, & Arcadio epiſcopo ab Italia deſtinato: Sanctam ſynodum Chalcedonenſem, mediante Martiano Auguſto, & Anatolio Conſtantinopolitano epiſcopo, in qua Neſtoriana, & Eutychiana hæreſes ſimul cum Dioſcoro, eiuſque complicibus damnatæ ſunt: ſed & ſi qua ſunt concilia à ſanctis patribus hactenus inſtituta, poſt † iſtorum quatuor auctoritatem & cuſtodienda, & recipienda decernimus, & mandamus a. ¶ Iam nunc ſubijciendum eſt de opuſculis ſanctorum patrum, quæ in eccleſia catholica recipiuntur. ¶ Opuſcula beati Cypriani martyris, & Carthaginienſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Athanaſij Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Gregorij Nazianzeni epiſcopi. Item opuſcula beati Baſilij Cappadociæ epiſcopi. Item opuſcula beati Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi. ¶ Item opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Cyrilli Alexandrini epiſcopi. ¶ Item opuſcula beati Hilarij Pictauienſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi. ¶ Item opuſcula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuſcula B. Proſperi viri religioſiſſimi. ¶ Item epiſtolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Conſtantinopolitanum epiſcopum deſtinatam: cuius textum quiſpiam ſi vſq; ad vnum iota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema ſit. ¶ Item opuſcula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à ſanctæ Romanæ eccleſiæ conſortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione ſeiuncti ſunt, ſed communionis ipſius, gratia Dei, vſque ad vltimum diem vitæ ſuæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epiſtolæ, quas beatiſſimi Papæ diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendæ ſunt. ¶ Item geſta † ſanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeſſionum triumphis irradiant. Quis ita † eſſe catholicorum dubitet. & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adiutorio vniuerſa toleraſſe? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in ſancta Romana eccleſia non leguntur: quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, ſcripta eſſe putantur: ſicut cuiuſdam Quirici †, & Iulitæ; ſicut Gregorii, aliorumq; huiuſmodi paſſiones, quæ ab hęreticis perhibentur conſcriptæ. Propter quod, vt dictum eſt, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia non leguntur. Nos tamen cum prædicta eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quam hominibus noti ſunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium Heremitarū, quas tamen vir beatiſſimus ſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. ¶ Item Actus B. Silueſtri Apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius, qui conſcripſit, nomen ignoremus; à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ hoc imitantur eccleſię. ¶ Item ſcripta de inuentione ſanctæ Crucis Dominicæ, & alia ſcripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptiſtæ, nouellæ quidem † reuelationes ſunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum ad catholicorum manus peruenerint, B. Pauli Apoſtoli ſententia procedat, [Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.] ¶ Item Ruffinus vir religioſus, plurimos eccleſiaſtici operis edidit libros: nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt: ſed quoniã B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa ſentimus, quæ prædictum B. Hieronymum ſentire cognoſcimus: & non ſolum de Ruffino, ſed etiam de vniuerſis †, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuſcula, quæ uir beatiſſimus Hieronymus

Margin: præter: — ſel. l. 6. c. — de, vel præ ... — ... l. & Bar... — Nicolaus in epiſtola ... — ... epi... Gal.

Margin: ...ſiæ cuius initium. [Quamuis.] — † al. iſta. — † al. dictis. — † al. Cyrici. — † quædam reuelationes] oti. 1. Theſ. 5. — † al. diuerſis] otih. — † al. religione.

cili. 19. diſtin. Anaſtaſius. arg. cōtra. 17. di. §. hinc etiã & extra de electio. ſignificaſti. vbi dr̄ ꝙ conciliũ nō pōt Papę legē imponere. & 35 q. 9. veniam. Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. ſunt quidam.

SAncta Romana Eccleſia.] CASVS. In hoc cap. ponũtur fere eadē, quæ dicta ſunt in illo cap. canones. & 1 c. ſicut. Dicit .n. Gelaſius, ꝙ ſupra dicta quatuor concilia vult venerari & ſi qua alia fuerunt a ſãctis Patrib. inſtituta: & oſtendit q̄ opuſcula ſanctorum Patrũ in eccleſia recipiant. a ¶ Cy-

a ¶ Cyrici.]al. Quirici.

ADDITIO. Apocryphum dicitur occultum & ſecretum ab apo, quod eſt de; & cryſis, quod eſt ſecretum. inde liber dicitur apocryphus, id eſt, occultus & ſecretus: ſcilicet cuius auctor ignoratur: non tñ ab eccleſia recipitur, ſed reprobatur; quaſi dicatq́, non in eccleſia, ſed remote & ſecrete ab eccleſia eſt legẽdus, ſecũdum Hug. Vñ dic apocrypha

† al. Chronica] orig.

ronymus non repudiat; legenda ſuſcipimus reliqua autem omnia cum auctore ſuo dicimus eſſe renuenda. ¶ Item Chronicon † Euſebij Cæſarienſis, atq; eiuſdem hiſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quamuis in primo narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſtea in laudibus, atq; excuſatione Origenis ſchiſmatici vnum cõſcripſerit librum: propter rerum tamen notitiam ſingularem, quę ad inſtructionem pertinet, vſquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Oroſium virum eruditiſſimum collaudamus, quia valde nobis neceſſariam aduerſus Paganorum calumnias ordinauit hiſtoriam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paſchale opus, quod heroicis deſcripſit verſibus, inſigni laude proferimus†. ¶ Item Iuuenci, nihilominus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Cæterum, quæ ab hæreticis, ſiue ſchiſmaticis conſcripta, vel prædicata ſunt, nullatenus recipit Catholica, & Apoſtolica eccleſia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubdenda. In primis Ariminenſem ſynodum à Conſtantino Cæſare Conſtantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vſque in æternum confitemur eſſe damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apoſtoli, quod appellatur ſancti Clementis lib. viii. apocryphum. Actus nomine Andreæ apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Petri apoſtoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apoſtoli, apocryphi. Euangelium nomine Thadæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ apoſtoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryhum. Euangelium nomine Bartholomæi apoſtoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apoſtoli, apocryphum. Euangelia, quæ falſauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falſauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de S. Maria, & de obſtetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Paſtoris, apochryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † diſcipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur theſaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ [vel † Geneſeos, apocryphus. Centimetrum de Chriſto Virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Teclę, & Pauli apoſtoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & S. Xiſti † nomine ſignatus eſt, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Thomę apoſtoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus † S. Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentię Adę, apocryphus. Liber Ogię nomine gigantis, qui ab hereticis cum dracone poſt diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur teſtamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambrę, apocryphus. Liber, qui appellatur, ſortes Apoſtolorum † apocryphus. Liber Luſanę apocryphus. Liber canonum Apoſtolorum, apocryphus. Liber Phyſiologus, qui ab hęreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſij nomine pręſignatus, apocryphus. Hiſtoria Euſebii Pamphili, apocrypha. Opuſcula Tertulliani †, ſiue Africani, apocrypha. Opuſcula Poſthumiani, & Galli, apocrypha. Opuſcula Montani, Priſcillę, & Maximillę, apocrypha. Opuſcula omnia Fauſti Manichęi, apocrypha †. Opuſcula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuſcula Caſſiani preſbyteri Galliarum, apocrypha. Opuſcula Victoriani Pictauienſis † apocrypha. Opuſcula Fauſti Rhegienſis Galliarum, apocrypha. Opuſcula Frumentii †, apocrypha. Epiſtola Ieſu ad Agabarum regem, apocrypha. Paſſio Georgii, apocrypha. Paſſio Cyrici [a], & Iulitę, apocryphia. Scriptura, quę appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quę non Angelorum, vt illi confingunt, ſed dœmonum magis arte conſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hęc, & omnia his ſimilia, quę Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samoſatenus, Photinus & Bonoſus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſcœniſſimis ſequacibus, Appollinaris, Valentinus, ſiue Manichęus, Fauſtus †, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cœleſtius †, Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius, Iulia-

† al. præferimus] orig.

Burch. l. 3. c. 221.
Iuo par. 4. c. 65.
Yuon. l. 2. c. 123.

† decem] ori.

† al. Eſitius] al. Heſychius.

† al. Lentinus] al. Leutius.

† Abel… orig.

† al. Sixti.

† tranſitus, id eſt aſſumptio] orig.

† al. Iob] orig.

† qui appellantur, Iani …ſtolorũ] orig.

† Tertulliani apocrypha. Opuſcula Tertulliani apocrypha. Opuſcula Africani apocrypha] orig.

† Opuſcula Commodiani apocrypha] orig.

† Opuſcula Tatij, Cypriani apocrypha. Opuſcula … noui apocrypha. Opuſcula Tyconij apocrypha] orig.

† al. Pictauienſis.

† al. Frumentia c.] orig.

† Africanus] orig.

† al. Caleſtius.

Iulianus, & † Latienſis Cœleſtinus, Maximinus, Priſcianus † ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, equibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Conſtantinopolitanus cum conſortibus ſuis, nec nõ omnes hæreſes, quas ipſi, eorumque diſcipuli, ſiue ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt: quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atq; cum ſuis auctoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. ¶Cæterum, qui libri in eccleſiaſticis officiis per anni circulum a nonnullis legantur, quòd ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia, pro fidelium ædificatione adnotandum cẽſuimus. Quidam, quòd in ſeptuageſima ponunt Pentateuchum (vſq. in 15. diem ante Paſcha, 15. die ponunt Hieremiam vſque in cœnam Dñi. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ. [Quomodo ſedet ſola ciuitas, &c.] & tres de tractatu Sancti Auguſtini in pſalmum 54. ( [Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in epiſtola ad Corinth. [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio incipit: [Similiter & calicem poſtquam cœnauit,] Tertia. [de ſpiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres. In Paraſceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in pſalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. [& tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Feſtinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia. [De quo grandis nobis ſermo.] In Sabbato ſancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu ſancti Augnſtini in eundem pſal. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, vbi ait in Epiſtola ad Hebræos, [Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim teſtamentum eſt.] Tertia, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. [In Paſcha Domini homilias ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis) † Paſchæ ponunt actus Apoſtolorum, & epiſtolas canonicas, & Apoclypſim vſque in octauas † Pentecoſtes: In octauis Pentecoſtes ponunt libros Regum; & Paralipomenon vſque in Kalend. Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem vſque in Kalendas Septembris. In Dominica 1. Septemb. ponunt Iob, Tobiam †, Heſter, Eſdram vſque in Kalen. Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponunt librum † Machabæorum vſque in kalendas Nouembr. In Dñica prima menſis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vſque in kalendas Decemb. In Dominica prima menſis Decembris ponunt Eſaiam prophetam vſque ad † Natiuitatem Domini. In Natali † Domini legunt primum de Eſaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamini, conſolamini.] Tertia, [Conſurge, conſurge.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes. In Natali S. Stephani homilia de ipſo die. In Natali S. Ioannis ſimiliter. In Natali Innocentium ſimiliter. In Natali S. Silueſtri ſimiliter. In octaua Natalis Domini homilia de ipſo die. In Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiſtolas Pauli vſque in Septuageſimam. In Epiphan. lectiones tres de Eſaia. Prima lectio incipit, [Omnes ſitientes.] Secunda,] Surge, illuminare Hieruſalẽ.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliæ ad ipſum diem pertinentes.

*pli Græce, Latine ſecreta. Et quia in cameris ſolẽt virgines abſconditi & ſecrete morari, ſecundum Io. de Fan. inde eſt, ꝙ virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur ſecreta.*

† *Iudith. Heſter.*] Iuo.
† *libros.*] Iuo.
† *al. inna talem.*
† *al. in vigilia natalis Domini*] Bur. & Iuo. & ordo Romanus.
*Eſa. 9.*
*Eſa. 40.*
*Eſa. 51.*
*Eſa. 55.*
*Eſa. 60.*
*Eſa. 61.*

α ¶Mandamus.] *Poſt hoc verbum in Decreto Gelaſii ſequitur continenter.* Item opuſcula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis diſcrepant collectiones ab originali, vt ſatis certo ſtatui non poſſit, quæ vera, & pura ſit Gelaſii lectio; nec magnopere ſit mirandum, ſi nonnulla ſint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emẽdari poterant, ea ſunt emendata: cæteris locis partim indicata varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuiſſet, labor hic ad libros audiendi accurato lectori eſt relictus.*

β ¶Item geſta.) Hinc *vſque ad finem capitis omnia abſunt a pleriſque vetuſtis Gratiani codicibus; quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiuſdem Gelaſii vſque ad verſ.* Cæterum qui libri, *& apud Burchardum, &* Iuonem *referuntur proximè poſt ſuperiora.*

γ ¶Iuuenci.) *Antea legebatur,* Item Vincentij, *reſtituta eſt vera lectio ex Gelaſio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hiero. in Cathalogo.*

*d* ¶De S.Maria.] *In collectione Iſidori legitur*,& de Maria obſtetrice. *Apud Burchardum*,& de Maria vel obſtetrice. *Apud Iuonem vero*,& de ſancta Maria, vel de obſtetrice Saluatoris.

*e* ¶Cæterum.] *Hinc vſque ad finem neque in collectione Iſidori neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quę collata ſunt, inueniuntur. A verbo tamen*, in Septuageſima ponunt, *referuntur a Burchardo, & Iuone ſine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelaſio ipſo cum lxx. epiſcopis. Fere autem omnia habentur ſparſim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

*ʒ* ¶Pentateuchum.) *Apud Iuonem legitur*, Heptateucum, *vt vltra quinque libros comprehendas librum Ioſue. & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinum ſcribens vtitur. Alij verò Heptaticum appellant, vt ſanctus Gregorius, lib. 7. in l. 2. epiſt. 48. & li. 10. epi. 21. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, c. de Septuageſima.*

*n* ¶In Pſalmum 54.) *Sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, c. de officijs diuinis a Cœna* Domini *vſque in octauas Pentecoſtes, & apud Burchardum legitur*, in pſalmum 63.) *id eſt*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in c. de ordine in nocte Paraſceues*, Tres tractatus de Auguſt. pſal. 63.

*o* ¶In octauis.) *Ipſum diem octauam ſolitam fuiſſe proferri nomine multitudinis, id eſt octauas, notabitur infra de conſec. d. 3. cap. pronunciandum.*

*p* ¶In Natali Domini.) *Burchardus, & Iuo habent in* Vigilia Natalis Domini, *& ita in ordine Romano, c. quod inſcribitur*, In Chriſti nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in Eccleſia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet, vt Gratianus.*

## DISTINCTIO XVI.

1 gr. *APoſtolorum* [a] *verò canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, ſicut quidam aſſerunt, dicuntur eſſe tranſlati a, ſunt quinquaginta.*

*a* ¶Tranſlati.) *In titulo qui præponitur canonibus Apoſtolorum in collectione Iſidori, & in concilio Stephani Papæ iiij (cuius magnam partem Deus dedit Cardinalis in ſua canonum collectione refert) pro voce*, tranſlati, *habetur*, prolati, *Dionyſius certe Exiguus, nullam huius verſionis mentionem facit, & aliqui ſcriptores ſolent epiſtolas Clementis hoc modo citare*, Ex dictis Petri Apoſtoli per Clementē prolatis, *vt auctor Polycarpi, & alii.*

*Hos non recipiendos, ſed inter apocrypha deputatos Iſidorus ſcribit dicens.*

### ¶Apoſtolorum canones Apoſtolica reijciuntur auctoritate. Cap. I.

CAnones [b] dicuntur Apoſtolorum, ſeu quia eoſdem nec ſedes apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quòd ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur, quamuis in eis vtilia [c] inueniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apoſtolica eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter [d] apocrypha deputata.

*¶Caput hoc eſt in præfatione Iſidori ad collectionem conciliorū, quæ ex bibliotheca eccleſiæ Toletanæ deſcripta Romā miſſa eſt. Nam in illa, quæ vulgatæ Iſidori collectioni, de qua initio dictum eſt, præponitur, contrarium potius videtur dici. & refertur infra c. Placuit, hac eadem diſt. ſi modo idem eſt Iſidorus.*

APoſtolorū.] Hæc diſtinctio diuiditur in duas partes. Secūda ibi,] Et ſoluta.] CASVS. In hac 16 diſtin. oſtendit Gratianus canones Apoſtolorum eſſe recipiendos: primo tamē ponit quandam cōtrarietatē de canonib. apoſtolorum primo de non recipiendis, & poſtea de recipiēdis, & eam ſoluit.

a ¶ Apoſtolorum.] Hic intitulatur. 16. d. in qua ꝓbat, ꝙ canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tēpore, & quo reſidente in Papatu, vel Imperio qđlibet concilium eſt celebratum. Et nota, ꝙ Gratian⁹ ponit quandam contrarietatem de canonibus Apoſtolorum, & eam nō ſoluit, ꝓbat enim auctoritate Iſidori, ꝙ canones Apoſtolorum non ſunt recipiendi, quia ſunt apocryphi: poſtea probat auctoritate Zephirini, & Leonis, quòd ſunt recipiendi, & non ſunt apocryphi. Sol. breuis eſt, quia illi canones ſunt recipiendi, quia veris Apoſtolis ſunt editi: ſed illi, non quia pſeudo apoſtolis ſunt editi ſu. prox. di. ver. item geſta.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Iſidoro an canones, qui dr̄ Apoſtolorum, ſint approbandi: & reſpondet quoniā ab hæreticis ſub noīe apoſtolorū ſunt compoſiti, nec Rom. ecc. nec ſancti Patres eos approbauerunt, quāuis in eis multa vtilia inueniātur, tamen apochryphi reputantur.

b ¶Canones.] Sic cōſtrue: quamuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apoſtolorum.

c ¶Vtilis.] Argu. ꝙ vtile vitiatur p inutile 1, vt no. ſup. di. 9. ſi ad ſcripturas.

d ¶ Atque [illegible]

Ad idem 3 q. 9. puta Archid.

…ocrypha.] ideſt, ſine certo auctore *, vt ſapientia Salomonis: liber Ieſu filij Sirach, qui dicitur eccleſiaſticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorum: apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, ſed fortè non …neraliter.
…za.

d ¶ Orthodoxæ.] Ideſt, rectę: orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, ideſt, catholica recta, ſcilicet in qua recte gloriamur. Ioan. de Fan.

e PLacuit.] Ex his tribus cap. ſurgit contrarietas, quam Gratianus non ſoluit, nec ponit: ſexta ſynodus dicit lxxxv. capitula canonũ Apoſtolorum eſſe ſeruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidã 2. ita ſoluunt, ꝙ ſexta ſynodus fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus añ Leonem, & obſeruabantur lxxxv. canones, prout dicit ſexta ſynodus, ſed poſtea in deſuetudinem abierunt xxv. & remanſerunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierunt, & ſic remanſerunt tantum 10. vt dicit Leo. Sed hæc ſolutio ſtare non poteſt: nam Zepherinus p̃ceſſit. vj. ſynodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt inf. ea. diſtin. cap. ſexta. qui longo tẽpore fuit poſt Zepherinũ, vt ex chronicis apparet. Omiſſis alijs ſolutionibus, dic ꝙ non contradicũt ſibi: qa dicebat ſynodus lxxxv. fuiſſe capitula: Leo dicebat quinquaginta fuiſſe capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis, ſed de ſententijs: & poteſt eſſe, quod in vno capitulo ſint ſententiæ plures.

ius mũdi. l. de nobis in hoc mundo remanentibus. quid. ſ. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.
2 Vt Goffredus.

x *Zepherinus autem econtra ſcribit epiſcopis per Siciliam conſtitutis, epiſt. 1.*

…o p. 4. c. 107.
…an. l. 2. c. 105.
…ly. l. 3. tit. 20.
…d. *præſcripſerunt*. ]
…i g.

¶ Apoſtolorum canones ſunt recipiendi. Cap. II.

SExaginta α ſententias Apoſtoli præſcripſerunt † cum alijs plurimis epiſcopis, & ſeruandas cenſuerunt.

α ¶ [Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta *itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

*Item Leo β Papa nonus contra epiſtolam Nicetæ abbatis.*

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apoſtolorum inter apocrypha deputantur. Cap. III.

…o p. 4. c. 105.
…ann. l. 2. c. 124.

CLementis [a] librũ, ideſt Petri Apoſtoli itinerarium [b] & Apoſtolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [c] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [d] fidei adiungenda.

…d. *regulis orthodo…*]
… *regulis orthodo…*]

β ¶ [Item Leo.] *Hoc caput ſumptum eſt ex reſponſione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi contra Latinos editum: quæ Romæ in Monaſterio S. Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuſcripta. Merito autẽ potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iuſſione Humbertus legatus ſedis Apoſtolicæ ea ſcripſerit.*

*Item vi. ſynodus, cap. 2.*

Cap. III.

…o p. 4. c. 106.
…ann. l. 2. c. 123.

PLacuit [e] huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula.

*Epiſtola α Iſidori in capite canonum.*

…uo p. 4. c. 107.
…ann. l. 2. c. 125.

Iſidorus β ſeruus Chriſti lectori ſuo conſeruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cęteris concilijs pręponimus [f] canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet a quibuſdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiũt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones. *Itẽ infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prędictũ eſt, de celebrando concilio inſertus habetur; & poſtmodum canonum Apoſtolorum, ac primorum apoſtolicorũ (ideſt à Sancto Clemente vſque ad Sanctum Syluestrum) decretorum,

ISIDORVS. CASVS Probat Iſidorus in hoc c. canones Apoſtolorum eſſe recipiendos tribus rationibus. Primo, qa plures eos receperũt. Secũdo, quia Sancti Patres eorum ſententias confirmauerũt, & eas inter canonicas conſtitutiones poſuerunt. Tertio, quia poſiti ſunt & inſerti in Breuiario, in quo decreta diuerſorum conciliorum poſita ſunt: quod factum fuit a Clemente vſque ad Siluestrum Quę autem ſequuntur, plana ſunt.

SExaginta.] CASVS. Tria ſequentia capitula plana ſunt.

a CLementis.] Ideſt, qui ſub nomine Clementis compoſitus eſt ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium.] Qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit 1.

c ¶ Exceptis.] Impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falſis. Non de falſis: quia nullus ex illis obſeruatur. Item non de veris: quia nullus eorum eſt apocryphus. Vel dic, ꝙ hoc nomen, canones, ſumitur large; tam pro veris, quàm pro falſis canonibus, vt ponitur infra 32. diſt. §. verum.

f ¶ Præponimus.] Argumen quòd illi qui ſunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. diſtinctio. in canonicis 3. vnde licèt Ancyrana ſynodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt infra ead. diſtinct. cap. ſexta. ibi. [Prima adnotatio, &c.] argum. extra de reſcript. ab excommunicato.

3 Ad idem ff. de pact. l. maiorẽ. Archid.

atque diuerſorum conciliorum breuiarium interpolatur ſequens ordinem ſuum.

a ¶ Epiſtola.] *Hæc epiſtola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum. & eſt ea, quæ Iſidori nomine eſt præpoſita tomis conciliorum, licet in vetuſtiore editione, in qua purior eſt Iſidori collectio nonnulla verba deſiderentur. Eſt autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, &c. *vſque ad ver.* conſtitutiones, *non longe abſunt ab initio. Reliqua vero ſunt in extremo.*

β ¶ Iſidorus ſeruus.] *In pãnormia eſt eodem modo atque apud* Gratianum. *Apud Iuonem, & in manuſcriptis collectionis illius codicibus eſt,* Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti cõſeruo ſuo, & parenti fidei † in Domino ſalutem *In vulgatis autem conciliorum editionibus*, Iſidorus peccator, ſeruus, &c.  †al. fideli.

*Item cum Hadrianus Papa ſextam ſynodum recipiat cum omnibus canonibus ſuis, cum etiam ſancta octo vniuerſalia concilia profeſſione Romani Pontificis ſint roborata in ſexta † autem ſynodo ſiue in ſeptimo concilio Apoſtolorum canones ſint recepti, & approbati: patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi: Vnde ſcribit Hadrianus Papa Tharaſio Patriarchæ.*  †al. ſeptima ſynodo, ſiue concilio. al. ſexta ſynodo ſiue in ſexto concilio.

¶ Sexta ſynodus auctoritate Hadriani corroboratur. Cap. V.

Ivo p. 4. c. 124.

SExtam a ſynodum ſanctam recipio cum omnibus canonibus ſuis.

a ¶ Sextam.] *Hoc habetur in ſecunda actione ſeptimæ ſynodi in epiſtola Hadriani ad Tharaſium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba ſynodicæ epiſtolæ à* Tharaſio *ad ſe miſſæ. Et hic* Gratianus *non refert, propriè eius epiſtolæ verba. In verſione.n. Anaſtaſij bibliothecarij ſic legitur,* Inuenimus autẽ in prędictæ ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtrę, poſt plenitudinem fidei, & confeſſionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſynodorũ, & de ſacris venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione digniſſimum cõtineri. Quare & eaſdem ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus regulis, quę iure, ac diuinitus ab ipſis promulgatę ſunt. *Et hæc quidem poſtrema verba ſunt etiam in illa ipſa Tharaſij epiſtola, quod ex concilio* Græco, *& noua interpretatióne clarè apparet.*

*Sed dubitatur de ea, an canones conſcripſerit: quod ex quarta actione ſextæ β ſynodi facile abſoluitur.*

β Sextę.] *in ſecundo & xij. Vaticanis, eſt,* ſextę alias ſeptimę, *& vere ſeptima eſt, ſed ob gloſam nihil eſt mutatum.*

*Ait enim Petrus epiſcopus Nicomediæ.*

Sexta ſynodus canones conſcripſit. Cap. VI.

Ex actione quarta ſeptimæ ſynodi. Ivo. p. 4. c. 125.

HAbeo librum a continentem canones ſanctæ ſextæ ſynodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam ſcandalizantur per ignorantiam pro canonibus iſtis, dicẽtes, nunquid ſexta ſynodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam ſancta ſynodus ſexta ſub Conſtantino congregata eſt, contra eos, qui dicebant vnam operationẽ, & vnã voluntatẽ b eſſe in Chriſto: in qua ſancti Patres illos, vt hęreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et ſoluta ſynodus eſt Conſtantini c xiiij. anno. Poſt quatuor vero,

---

SExtam] Sed dubitatur.
CASVS. Probat Gratianus, quod ſexta ſynodus canones fecit: & hoc probat per ſeq. cap.

a ¶ Sextæ ſynodi.] falſa eſt littera, & debet ibi eſſe ſeptimæ 1 ſynodi. qualiter. n. dubitaret ſexta ſynodus de eo quod ipſa fecerat.

1 Tu dic, quod in c. ſextam ſynodum. facit mentionẽ de ſexta ſynodo congregata, quę debet ſeptima dici: ſed propter eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, quod illa litera ſeptimę, &c. eſt falſa, & illa ſextę eſt vera, ſecundum Io. de Fant. Arch.

HAbeo.] CASVS Dicitur in hoc cap. quod ſexta ſynodus canones fecit, quæ congregata fuit ſub Conſtantino imperatore, reprobãs perfidiam hæreticorum quorũdam dicẽtium, Chriſtum fuiſſe tãtũ operatum ſecundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera. vt reſuſcitare mortuos, & ambulare ſuper aquas, phantaſtica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte, in ſecũda parte quæ incipit ibi,] Et ſoluta.] dicit, quod hæc ſexta ſynodus fuit poſtea cõgregata ſub Iuſtiniano filio Conſtantini: in qua ijdẽ plures eoſdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem ſexta ſynodo. In tertia parte quæ incipit ibi, [Eadem ſancta.] repetit fere, quæ dicta erãt in ſecũda parte. ¶ Caſus §. Planus eſt.

b Voluntatem.] Quidam dicebant tantũ vnam fuiſſe voluntatem in Chriſto. Sed dicẽdum eſt, quod duæ fuerunt voluntates in eo, quod homo fuit, vna ſenſualitatis, ſecundum quam ipſe dixit: Pater ſi fieri poteſt trãſeat à me, &c. alia rationis, ſecundum quam ipſe dicit: uerum tamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut tu vis.

Voluntates duę fuerunt in Chriſto.

c ¶ Conſtantini.] Nõ illius magni Cõſtantini, qui fuit tempore Silueſtri: ſub eo. n. fuit Nicænum concilium tempore Silueſtri.

c ¶ Cõſtãtini.] cõtra

aut quinque annos ijdem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano [a] filio Conſtantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim ſub Conſtantino in ſynodo fuerunt, ijdem ipſi epiſcopi ſub Iuſtiniano iſtis canonibus ſubſcripſerunt. Oportebat enim vt ſynodus vniuerſalis canones eccleſiaſticos promulgaret. *Item.* ¶Sancta ſexta ſynodus poſt promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Conſtantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo poſt defuncto, & Iuſtiniano eius filio regnante pro eo. ¶Eadem [b] ſancta Synodus diuinitus inſpirata, iterum Conſtantinopoli quarto, aut quinto anno congregata eſt, & canones numero cij. ad correctionem eccleſiæ promulgauit.

a ¶Habeo librum ] *Verba ſunt Petri epiſcopi Nicomediæ, ac Tharaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani actione quarta ſeptimæ ſynodi: quæ quidem ipſi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iuſtiniani Rhinotmeti ſecundo anno ſuæ reuocationis ad Imperium, editi ſunt. Verum ex his ipſis verbis Tharaſij apparet, eos canones non eſſe proprios ſextæ ſynodi; quia fatetur poſt annos quatuor, aut quinque, quàm ea ſynodus fuerat abſoluta, canones illos fuiſſe editos; quo tempore certiſſimum eſt neque eundẽ Romanum Pontificem, neque eoſdem epiſcopos fuiſſe. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum eſt diligentiſſimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco; quod in bibliotheca Vaticana extat, ſatis fideliter tranſlata leguntur apud Franciſcum Turrianum libro 6 7. & octaua ſynodo) & Anaſtaſio, & Georgio Cedreno, quam Tharaſio. Illi enim non quatuor, aut quinque, vt Tharaſius, ſed viginti ſeptem annos, a fine ſextæ ſynodi tempore Agathonis habitæ, vſque ad hanc huiuſmodi Decretorum editionem aſſerunt interceſſiſſe: Epiſcopos vero, qui hos ediderunt, noluiſſe ipſos edere tanquam canones ſextæ ſynodi, ſed voluiſſe ſupplere, quod videbatur in quinta, ac ſexta ſynodo deeſſe, ipſamet illorum ad Imperatorem allocutio teſtatur. Itaque noua dicenda eſt hæc epiſcoporum ratio, ideoque Græci illam, ut ſcribit Balſamon πενθέκτην, ideſt quintam ſextam ſynodum appellant. Cæterum non fuiſſe omnes illos canones à Romana eccleſia receptos, duo viri rerum eccleſiaſticarũ peritiſſimi, Anaſtaſius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte teſtantur Humbertus quidem his verbis;* Non autẽ miror, & Agathoni Papæ, & ſanctis Patribus ſextę ſynodi ueſtra imputeris delitamenta, & quę aut corrupiſtis, aut finxiſtis capitula: cum & ipſi Domino Ieſu, & Apoſtolis eius imputetis figmenta. Vnde nos ſcientes ſextam ſynodum ad deſtruendam hæreſim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas conſtitutiones congregatam, capitula, quę nobis ſub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apoſtolica ſedes nec aliquando ea accepit, nec obſeruat hactenus. *Anaſtaſius vero in præfatione in ſeptimam ſynodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita ſcripſit:* Ergo regulas, quę Gręci in ſexta ſynodo perhibent editas, ita in hac ſeptima ſynodo principalis ſedes admittit, ut nullatenus ex his illę recipiantur, quę prioribus canonibus, uel decretis ſanctorum ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduerſę. quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitę, quia nec interpretatę. Sed nec in cęterarum Patriarchalium ſedium, licet Gręca utantur lingua, reperiũtur in archiuijs: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem pręſens inuenta eſt. Quamquam eoſdem Patres illas Gręci promulgaſſe perhibeant, qui in ſexta ſynodo ſunt inuenti: ſed nullis certis probare poſſunt indicijs.

*Ex his ergo colligitur, quòd ſexta ſynodus bis congregata eſt, primo ſub Conſtantino, & nullos canones conſtituit: ſecundo ſub Iuſtiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.*

*Vnde ſancti Patres in eadem ſynodo ſecundo congregati dixerunt.*

¶Conſtitutiones ſynodi ſextæ.
Cap. VIII.

QVoniam a ſanctæ [c], & vniuerſales ſynodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, ſexta ſub Conſtantino patre tuo Auguſto, de myſterio β fidei pleniſſime diſputãtes, canones nõ fecerũt, ſicut cæterę quatuor vniuerſales

Inſti. de do. §. eſt &. aliud. Inſti qui. non eſt pot. fa te. § iet. ubi Iuſtinianus uocat patrem ſuum Iuſtinum. Sed loquitur hic de alio Iuſtiniano, ſub quo ſexta ſynodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt inf. ea cap. ſexta. Sub Iuſtiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata eſt quinta ſynodus, ut inf. eo. c. ſexta.

a ¶Sub Iuſtiniano.] Sed certe nec ſic ceſſat cõtrarietas: quia tã Leo quàm ſynodus loquitur de cap. Tu diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶Eadem.] Not. quòd eadem dicitur ſynodus, quia iidẽ patres illuc conuenerunt. ſimile 7. q. 1. deinde. & 11 de iud. proponebatur Et eſt hic argum. quòd eadem ſit cauſa 1 appellationis, cũ cauſa principali. 2. q. 6. ſi quis in quacumque.

c QVoniam ſanctæ.] CASVS.

Sexta a- ſepti ...odi,

1 Idẽ Spec. & Io. Andr. in tit. de iuram. calum. §. ſequitur verſ. quod de cauſa & plenẽ p Cy. & Salic. in l. i nuitus C. de procu. & per Alex. de Imol. in l. ita demum. col. 3. eo. tit.

Iuo ſeptima uoca Iuo p. 4 c. 123.
In oratione allocutoria Patrũ, q in Trullo conuenerant ad Iuſtinianũ Imperatorẽ.

Dicitur in hoc cap. quòd quinta, & ſexta ſynodus non ita plenè canones fecerunt, ſicut cæteræ ſynodi, & ideo ſancti patres eiuſdẽ ſextæ ſynodi conuenerunt apud Conſtantinopolim, ut canones conderent in eadem ſexta ſynodo ſub Iuſtiniano congregata ſuper quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo cõgregata ſub Iuſtiniano propter maiorem auctoritatem, quia in ea confirmati fuerunt canones facti ſub Conſtantino, quæ etiam ſexta fuit. Sequentia capitula plana ſunt vſque ad c. quod dicitis.

c 2. eius ſynodi.
ſup. ea.cap. placuit.
Iuo par. 4. c.106.
Iuo par. 4. c.134.
Pann.l.2.c. 117.

a SAncta.] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies ſunt celebrata, vt hic dicuntur, & quatuor locis celebrata, vt ſup. diſt. proxi ſicut.

b SExta ſynodus, &c.

ſales ſynodi; propterea nos conuenientes in hanc imperialem vrbem, ſacros canones conſcripſimus. *Item.* ¶ Placuit huic ſanctæ ſynodo, vt amodo confirmata, & rata ſint canonum Apoſtolorum lxxxv. capitula. *Item.* ¶Confirmamus γ & cæteros ſanctorum canones, & ſynodos, ideſt Nicænam, Ancyranam, Neocæſarienſem, Gangrenſem, Antiochenam, Laodicenſem, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primam, Chalcedonenſem, Sardicenſem, & Carthaginienſem δ, & opuſcula Theophili Alexandrini epiſcopi, & Dionyſij ε Alexãdrini epiſcopi, & Petri Alexandrini epiſcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæſarienſis epiſcopi, Athanaſij epiſcopi Alexandrini, Baſilij Cæſareæ Cappadociæ epiſcopi, Gregorij Nyſſeni epiſcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconienſis epiſcopi, Timothæi Alexandrini epiſcopi, Gennadij † Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli Alexandrini epiſcopi, Cypriani Carthaginienſis epiſcopi, & ſynodum ζ ſuam.

† al. Germani.

a ¶Quoniam.] *Emendata ſunt multa in hoc capite ex canone ſecundo eorum, qui ſextæ ſynodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in ſummam redacta.*

β ¶De myſterio.] Græcè eſt, *τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανοῦν ἀπαραμύθητον*, ideſt fidei myſterium paterne declarantes.

γ ¶Confirmamus.] *Iuo habet,* confirmamus ſanctorum Patrum canones, & ſynodos, &c. *Græcè eſt, ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας· τουτέστι τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων*, &c. ideſt obſignando autem confirmamus & cæteros omnes ſacros canones, qui à Sanctis, & Beatis Patribus noſtris ſunt editi; ideſt ab iis, qui Niceæ conuenerunt, &c.

δ ¶Carthaginienſem.) *Apud Iuonem ſequitur,* Conſtantinopolitanam ſub Nectario, & opuſcula Theodoſij, al. Theophili, &c. *Græcè autem eſt. καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, ideſt, &* eorum, qui rurſus in hac a Deo cuſtodita, & imperiali urbe conuenerunt ſub Nectario imperialis huius ciuitatis præſide, & Theophilo, qui Alexãdriæ fuit archiepiſcopus.

ε ¶Et Dionyſij.) *In canone Græco vulgato ſeru eſt, quemadmodum antea apud* Gratianum, Dionyſij Alexandrini epiſcopi, & martyris. *Sed apud Balſamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum reſtitutum eſt,* Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiſcopi, & martyris. *Reliquas varietates per ſe accuratus lector notabit.*

ζ ¶Et ſynodum.) *In iſto canonis loco eſt error; quia illa ſynodus Cypriani reprobatur in, qua ipſe cum multis alijs Africæ epiſcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptiſma non recepiſſe: cum tamen B. Auguſtinus aſſerat aliam extitiſſe traditionem Apoſtolorum, & ipſam Cypriani ſententiam plenario totius orbis concilio excluſam fuiſſe teſtetur.*

*Item ex diurno η libro profeſſio Romani Pontificis.*

¶Auctoritate Romani Pontificis ſancta octo concilia roborantur.
Cap. VIII.

SAncta a octo vniuerſalia concilia, ideſt, primum Nicænum, ſecundum Conſtantinopolitanum, tertium Epheſinum, quartum Chalcedonenſe, item V. Conſtantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Conſtantinopolitanum vſque ad vnum apicem immutilata ſeruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & ſtatuerunt modis † omnibus ſequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

Iuo p.4.cap. 132.
† al. omnimodis] Iuo.

η ¶Item ex diurno.) *Integram profeſſionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deuſdedit Cardinalis in collectione canonũ, quæ ſeruatur in bibliotheca Vaticana.*

*Quo autem tempore ſexta ſynodus, & prima, ſecunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ ſunt, Beda in libro de temporibus, cap.65. ſcripſit, dicens.*

¶De temporibus conciliorum. C. IX.

SExta ſynodus b vniuerſalis Conſtantinopoli

Iuo cap. 4 125.
Pann.l.2.c. 113.

poli celebrata eſt, & Græco ſermone conſcripta temporibus Papæ Agathonis, exequente: ac reſidente pijſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum ſimulq; legatis Apoſtolicæ ſedis, & epiſcopis cl. reſidentibus. ¶Prima enim vniuerſalis ſynodus in Nicæa congregata eſt contra Arrium cccxviij. Patrum, temporibus Iulij α Papæ ſub Conſtantino principe. ¶Secunda in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macedonium, & Eudoxium temporibus Damaſi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidem vrbi eſt ordinatus epiſcopus. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Auguſtæ vrbis epiſcopum ſub Theodoſio magno principe, & Papa Cœleſtino. ¶Quarta in Calcedone Dcxxx. Patrum ſub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandiſſimorum prælatum monachorum. ¶Quinta item Conſtantinopoli temporibus Vigilij Papæ ſub Iuſtiniano principe contra Theodorum, & omnes hæreticos.

## CAP. X.

α ¶Iulij.] *Certum eſt ſynodum Nicænam primam celebratam eſſe tempore Silueſtri. Sed in illa temporum obſcuritate mirandum non eſt Bedam, & alios erraſſe.*

PRima β autem ſynodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate aſſerebat, patrem ſcilicet maiorem, filium minorem, Spiritum ſanctum creaturam temporibus Conſtantini principis, & Silueſtri Papę Romani, Macharij Hieroſolimitani, Alexandri γ Alexandrini, qui condemnata eadem hæreſi ſtatuerunt canones viginti; quorum auctor maximè præfatus † Alexander epiſcopus fuit. ¶Secunda in Conſtantinopoli contra Macedonium, Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui negabat Spiritum ſanctum Deum eſſe, temporibus Gratiani, & Theodoſij principum, Damaſi Papæ Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, [Nectarij δ † Conſtantinopolitani; qui condemnata præfata hæreſi ſtatuerunt canones tres: quorum maximè auctor Nectarius Conſtantinopolitanus fuit. ¶Tertia in Epheſo ducentorum Patrum contra Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodo genetricem, vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodoſij principis † iunioris, Cœleſtini Papæ Romani, Iuuenalis Conſtantinopolitani epiſcopi, Cyrilli epiſcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Neſtorij blaſphemiarum totidem capitula auctore eodem ſancto Cyrillo anathematizando conſcripſerunt. ¶Quarta in Chalcedone ſexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Conſtantinopolitanum abbatem, qui aſſerebat Chriſtum poſt humanam aſſumptionem non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papę Romani, Iuuenalis Hieroſolymitani, Anatolij Conſtantinopolitani; qui condemnata præſcripta hæreſi ſtatuerunt canones vigintiſeptem: quorum auctor maxime idem ſanctus Anatolius Conſtantinopolitanus epiſcopus fuit. ¶Quinta in Conſtantinopoli contra Theodorum Mopſueſtenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuiſſe, temporibus Iuſtiniani principis, Vigilij Papę Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychij Conſtantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando ſcripſerunt contra Theodori, & ſociorum eius blaſphemias. ¶Sexta in Conſtantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum epiſcopum, & ſocios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Chriſto falſa ſuſpitione aſſerebant, temporibus Conſtantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Conſtantinopolitani: qui condemnata hæreſi præfata, anathematizando ſcripſerunt nouem ε capitula inferius annexa.

† Magni principis] orig.

† al. alium Deum eſſe verbum, & alium Chriſtum.

† al. Domni.

β ¶Prima.] *Caput hoc inuenitur, & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetuſtiore Colonienſi Ann. MDXXX. & in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, quæ eſt in bibliotheca Monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem, quæ nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præfert. Et ſane in illa præfatione tantum quatuor generalium ſynodorum mentio fit: ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis ætatem eſt habita.*

γ ¶Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt, vt apud Gratianum. In originali,* Alexandri Conſtantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, ſi vtraque coniugatur. Nam, & epiſcopus Conſtantinopolis, & epiſcopus Alexandriæ, tempore illius ſynodi,*

Rima adnotatio.] a ¶Maiorē.] Arg. q non qui prior eſt tẽpore prior eſt iure, ſed melior p̃cedus eſt: quia nõ gradus elegantior, ſed vitæ melior actio cõprobat, vt 23. q. 4. ſicut & 40. d. nõ loca. & c. multi. in fi. in Auth. de monachis. §. ordinatione honeſtioribus n. honores debẽtur, arg. 7 25. d. ca. 1. in fi. & ff. de mune. & hono honores. Arg. cõtra, C. de off. mag. officiorũ nemo agẽtium, & 41. d. miramur. & arg. cõtra 65 d. c pen & vlt. vbi de hoc i fi. & not. d hoc 67 diſt. eps. Archid.

1 De hoc et no inf. 74. d. epiſcorum, & facit ad hoc quod dixi ſu. eo. q̃m i ver. ſexta. ibi videas. Arch.

a ¶Secutulum ſunt hæc verba, ſcripſerunt nomen capitula inferius annexa, quæ apud Anſelmum quoque habentur.

*ſynodi, Alexandri nomine vocabantur.*

δ ¶Nectarij.) *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum*, Nectarij Alexandrini. *Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe, & hoc loco integra lectio hæc eſt*, Nectarij Conſtantinopolitani. & Timothei Alexandrini.

ε ¶Nouem.) *In loco citato ex collectione Iſidori legitur*, ſcripſerunt octo capitula, & *verba illa*, inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impreſſis poſt actionem ſextæ ſynodi ex vetuſto codice monaſterij S. Benonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc verba*, ſcripſerunt nomen capitula inferius annexa, *quæ apud Anſelmum quoque habentur.*

## CAP. XI.

Deus dedit Cardinalis Anſelmus I proleg. Ante eadem Iſi lo n collectionem.

P Rimæ adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatẽ maiorẽ ᵃ poſtponitur: in qua Patres xxviij. ſtatuerunt canones xxiiij. † quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus eps. extitit. ¶Secunda Neocæſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam β legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim, ſtatuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis epiſcopus Salaminius † extitit. ¶Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvj ſtatuerunt canones xx. propter quaſdam neceſſitates eccleſiaſticas: maxime contra Euſtathium, qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſſideret, ſpem apud Dominum haberet: & multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt. ¶Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta γ ſtatuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Oſius Cordubenſis epiſcopus, & Vincentius Capuanus epiſcopus, & Ianuarius δ Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus S. R. E. legati extiterunt. ¶Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Euſebius Paleſtinenſis epiſcopus extitit. ¶Sexta Laodicenſis, in qua Patres xxxii. ſtatuerunt lix. quorum auctor maxime Theodoſius epiſcopus extitit. ¶Septima Carthaginienſis, in qua Patres ccxxii. † ſtatuerunt canones xxxiii. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginienſis epiſcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hypponenſis epiſcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorii Auguſti. ¶Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto, in qua Patres ccxvii. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſas concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginienſis epiſcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. † ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Silueſter vrbis Romæ epiſcopus, Sanctus Martinus Arelatenſis epiſcopus extiterunt temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Sanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Vndecima itẽ Arelatenſis, in qua Patres xvi. ſtatuerunt canones. ¶Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſii †, in qua Patres xi. ſtatuerunt canones: quorum maxime auctor ſanctus Cæſarius Arelatenſis epiſcopus extitit. Tertia decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatenſis epiſcopus extitit. ¶Quartadecima Arauicenſis, in qua Patres xvi. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius epiſcopus extitit. ¶Quintadecima Epaunenſis ζ, in qua Patres xxvi. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. † ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Cæſarius epiſcopus extitit. ¶Septimadecima η Aurelianenſis, in qua Patres lxxii. ſtatuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatenſis epiſcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedoneus epiſcopus extitit. ¶Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones; quorum auctor maxime ſanctus Albinus Andegauenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſima Aruernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutenſis † epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaprima Maticenſis †, in qua Patres xxi. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

† *In Græco vulgato, & apud Balſamonem ſunt xv.*

† *ibidẽ ſunt xxv.*

† *al. zelamitanus.*

† *al. xxx.*

† *al. ccxx...*

† *Abeſt ... moratus ac... lectione ... Vaticana...*

† al. Hortenſico.

† *al. Sapidus) al. Sapidius.*

† *al. xx...*

† *al. xxxi...*

Hactenus ... collectione Iſidori impreſſa.

† Brientenſis) al. Bri...vicenſis.

† *al. Matiſcenſis.*

¶Vi-

¶Vigeſimaſecunda item Maticenſis, in qua Patres lxxxvj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimatertia Lugdunenſis, in qua Patres xviij. ſtatuerunt canones: quorũ auctor maxime Philippus Viennenſis epiſcopus extitit. ¶Vigeſimaquarta item Lugdunenſis, in qua patres xx. conſtituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit.

Chriſtus, Paulus affirmat, (Ego plantaui [a], Apollo [b] rigauit [c]: ſed Deus incrementum [d] dedit. Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat; ſed qui incrementũ dat Deus.) Adeo autem non quæritur, quis, vel qualis [e] prædicet [f], ſed quid † prædicet, vt inuidos [g] et bene Chriſtum prædicare affirmet [h]: quo malo ipſe diabolus deiectus eſt, & hoc [i] ipſe † prædicare non deſinit. Ideo ergo & hic [k], cuius nomen dicimus reticendum, male bona miniſtrando ſibi tantum nocuit. Nam inuiolabile ſacramentum, quod per illum datum eſt alijs [l], perfectionem ſuæ virtutis [m] obtinuit. Quod † quidem generaliter [n] verum eſt, niſi aliquorũ in tantum ſe extenderet curioſa ſuſpicio, vt imaginentur [o] prolato a Fęlice Papa iudicio, poſtea inefficaciter in ſacramentis, quæ Acacius vſurpauit, egiſſe; ac proinde eos metuere [p], qui vel in conſecrationibus, vel in baptiſmate myſteria † tradita ſuſceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

1. Cor. 3.
† al. quem.
Philip. 1.
† al. ipſo.
Cap. 8.
† *Quod cum ita ſit, aliquorum in tantum ſe extendit curioſa*] orig.
† *al. miniſteria.*

2 Sub. qui ex inuidia bonorum, & cã lucri Chriſtũ prædicabãt. 23. q. 1. iam nunc in fin. Arch.

*Quia ergo illicite, & non canonice, ſed contra decreta prædeceſſorum, & ſucceſſorum ſuorum hæc reſcripta dedit (vt probat Fœlix, & Gelaſius, qui Acaciũ ante Anaſtaſium excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eundem Acacium poſtea damnauit) ideo ab eccleſia Romana repudiatur, & a Deo percuſſus legitur fuiſſe hoc modo.*

QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſu. dictis & dr̃, q̃ q̃a Anaſtaſius ita decreuit, ideo Fęlix. & Gelaſi⁹ & Hormiſda cũ excõicauerũt. ſed Acaciũ prius

3 Quia concludit Grat. ſm opi. forte ſuã. ſ. quã aſſerit veritatẽ ſacramentorum non eſſe apud hęreticos: qđ falſum eſt. 1o. de Fan.

¶Anaſtaſius a Deo reprobatus, nutu diuino percuſſus eſt. Cap. IX.

Ex libro] (vt in corpore conciliorum citatur) Pontificali, ſuo p. 14. c. 40.

ANaſtaſius [a] ſecundus, natione Romanus, fuit temporib. Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri ſe a cõmunione ipſius abegerunt [q], eo q̃ communicaſſet ſine concilio [r] epiſcoporum, vel presbyterorum, & cleri cunctæ eccleſiæ catholicæ, diacono Theſalonicenſi, nomine Photino, qui communicauerat [s] Acacio, & quia voluit occulte [t] reuocare Acacium, & nõ potuit, nutu diuino [u] percuſſus eſt.

a ¶Anaſtaſius.] *Caput hoc habetur quidem tomo ſecundo conciliorum in vita Anaſtaſij; ſed eſſe omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeſte oſtenditur, quòd Acacius (ſicut Nicephorus, lib. 16. c. 12 & Euagrius, lib. 3. c. 17 & ſequen. & clariſſimè Anaſtaſius bibliothecarius in chronologia teſtantur) tempore Fœlicis iij. obijt, cui ſucceſſit Gelaſius, & Gelaſio Anaſtaſius, qui initio epiſtola ſua, & c. 1. ad Anaſtaſium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Chriſtum vnà cum Fœlice adſtare ſcripſit, vt Gelaſius quoq; ante ipſum ſcripſerat, & habetur inf, 24. q. 2. c. nec quiſquam, quomodo ergo potuit Anaſtaſius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

ANaſtaſius.] CASVS. Photinus diaconus Theſſalonicen. cõicauit Acacio in hęreſi. Poſt mortẽ vero Acacij Anaſtaſius Papa cõicauit Photino ſine cõcilio clericorũ, & occulte voluit reuocare Acaciũ defunctũ in hr̃ſi vt orõnes p eo in eccleſia fierent, & iõ multi clerici receſſerũt ab obediẽtia ei⁹ & lepra percuſſus ẽ. ¶CASVS aũt ſequẽtis §. planus eſt.
q ¶Abegerũt.] .i. remouerũt. 32 d. præter hoc §. verũ. Sed cõtra 6. q. 4. nõne. vbi dr̃, q̃ ante tp̃s ſententiæ nõ poſſunt clerici recedere ab ep̃o. Sed hic non receſſerunt ante ſñiam, quia inciderunt in hæreſim iam damnatam, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. 4.
r ¶Concilio] Videtur ergo, q̃ Papa tenetur requirere concilium epiſcoporum, quod verũ eſt vbi de fide agitur, & tunc ſynodus * maior eſt Papa

4 Hic videas quod not. 2. q. 7. ſacerdotes.

tertiam perſonam, vt extra de ſent. excom. nuper.
t ¶Occulte.] Magis inde præſumitur cõtra ipsũ, vt extra, vt eccl. benefi. vt noſtrũ extra de offi. deleg. cõſuluit. ſi de ritu nup palam ſi de admi. tut. non exiſtimo. Lau.
u ¶Diuino.] Quia dum aſſellaret, emiſit inteſtina, ignominioſe lapſus.

a ¶Propter

*Hinc etiam de Maximo a epiſcopo in Conſtantinopolitana ſynodo ſtatutum eſt ſub Damaſo Papa.*

¶Quæ circa indiſciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. Cap. X.

PRopter totius indiſciplinationis eius doctrinam, quę Conſtantinopoli orta eſt, ſtatutum eſt, ne Maximus fuiſſe, aut eſſe iam putetur epiſcopus, neque hi, qui ab eo ſunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant [a], omnibus, ſcilicet, quę circa eum [b], vel ab eo geſta ſunt, in irritum, reuocatis.

a ¶De maximo.] *Ex verbis huius canonis, præſertim Græcis, & interpretatione Balſamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum deſcripta, et alijs ex locis (tametſi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractaſſe) apparent hunc Maximum nunquam fuiſſe epiſcopum, ac propterea recte ſtatui nullum ab eo potuiſſe imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio aſſerẽdum. Verba Græca huius canonis hæc ſunt:* Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης, ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδή ποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, i. De Maximo cynico, de quæ ijs, rebus, quæ nullo ordine circa ipſum Conſtantinopoli geſta ſunt. Neque Maximum aut fuiſſe, aut eſſe epiſcopum, neque eos, qui ab ipſo ſunt ordinati, in vllo cleri gradu cenſendos: omnibus, quæ & in ipſo, & ab ipſo facta ſunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit epiſcopus, eſt locupletiſſimum teſtimonium in epiſtola Hadriani Papæ ſcripta Baſilio* Imperatori, *quæ habetur actione prima octauæ ſynodi manuſcripta quæ eſt penes* Cardinalem *Sirletum. Citant enim Leonem primum ait:* Dicit enim altiſona tuba, ſanctus videlicet ſedis Apoſtolicæ Papa Leo, cuius ſententiam, quidquid vbique catholicum eſt velut cœleſte miraculum celebrat, & veneratur oraculũ, cum ſæpe quæſtio de male accepto honore naſcitur, quis ambigat nequaquam iſtis eſſe tribuendum, quod non docetur fuiſſe collatum? Neque enim inter Photium mæchum, & Maximum Cynicum ſynodo ſecunda damnatum, vel inter ordinationes huius, & illius, diſtinctionis aliquid eſſe conuicimus.

## DISTINCTIO XX.

gr. 1 DEcretales [c] *itaque epiſtolæ canonib. conciliorum pars iure exæquantur. Nunc autem quæretur de expoſitionibus † ſacræ ſcripturæ, an exæquentur, an ſubijciantur eis. Quo enim quiſque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba eſſe videntur. Plurimi autem tractatorum, ſicut pleniori gratia ſancti Spiritus, ita ampliori ſcientia alijs præcellentes, rationi magis adhæſiſſe probantur. Vnde nonnullorum Pontificum conſtitutis, Auguſtini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur eſſe præferenda.*

† al. expoſitoribus] emend.

2 ¶*Sed aliud eſt cauſis terminum imponere: aliud ſacras ſcripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis*

1 PRopter.] ¶Obtineant.] Quia præter formã eccleſię contulit. 1. q. 1. extra eccleſiam.

b ¶Quæ circa eum] Arg. quod quidquid fit ab intruſis, vel vitioſe electis, totum caſſatur, vt 12. q. 2. alienationes 25 omne Arg. cõtra. 3 q 7. c. infamis §. veruntamen in prin & C. de ſacroſ. eccl. l. decernimus. 5, ſed hic fauor tutorum eccleſiæ: quia aut ſunt in vtilitatem eccleſiæ, & tunc valent, alias non 16 q. 6 ſi epiſcopum.

5 Dic vt no. de cler. n. hic in gl. vl. & de ſchiſm. ca 1. & de conſe. d. 1 hi ergo. & 1. q. 1 ſi q a pſeudo ibi videas Arc.

DEcretales. CASVS Superioſtẽdit Gratianus decretales epiſtolas parẽ vim habebere cũ canonib. cõciliorũ. In hac vero 20. d. q̃rit an expoſitiones ſctõrũ Patrũ exæquent canonib. & decretalibus, vel p̃ferãtur. Quod præferant videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia Spiritus ſancti eos præcellãt. Vnde expoſitiones Auguſtini, Hieronymi, & aliorum vidẽtur præponendæ ſtatutis Pontificum, & hoc in prima parte. In ſecũda parte, quæ incipit, ibi, [Sed aliud.] ſoluit Gratianus, & dicit, q͂ in negotiis definiẽdis nõ ſolum neceſſaria eſt ſcientia, ſed etiam poteſtas quod ſignificatur per claues, quas Chriſtus tradidit Petro: In quarũ altera denotatur ſcientia diſcernẽdi inter lepram & lepram in altera vero notatur poteſtas ſoluendi, & ligẽdi. Cum ergo in cauſis definiẽdis neceſſaria ſit poteſtas, apparet, q͂ Põtifices expoſitoribus præferantur, & hoc probatur per ſeq.

c ¶Decretales.] In hac 20 diſtin: magiſter quærit de expoſitionibus ſacræ ſcripturæ an ſint paris au-

auctoritatis cũ canonibus, & dec.etalib. & infra ſoluit, ꝙ quantũ ad ſacram ſcripturã exponẽdã præualet ſanctorum auctoritas: quantum autem ad cauſas definiendas præualet auctoritas Romanorum Pontificium. nes conciliorum & ad decreta, vel decretales Pontificũ, Secundo ad ſanctorum expoſitiones, ſ Hier. & Auguſt. & aliorum ſanctorum, in quibus ſi ueritas non reperiatur, tunc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, cuius ſtatuta qui non recipit, hæreticus eſſe conuincitur.

Auctoritas ſanctorum q̃doque papali prefert auctoritati.

Imperitus non poteſt eſſe iudex eccleſiaſticus.

1 Iſta concor. & proxima ſequens pagi aut mihi faciunt ad hoc. nec eas ponunt Hug. & La. quorum fuit iſtud dictũ. Archid.

a ¶ Scientia.] Arg. ꝙ nullus poteſt eſſe iudex: maxime eccleſiaſticus niſi ſit peritus, vt extra de conſang & affini. ex literis. in fi. & 1. q. 1. vt euidenter. 12. q. 3. & ſi ad tempus. i. 24. q. 3. ſi qs nõ. de pœn. diſt. 5. conſideret. & di. 6. qui vult. & quia leges ſcire tenetur. in authẽ. de iud. col la. 6. §. quia uero. Itẽ quia ſententia ferenda eſt in ſcriptis, ut 2. q. 1. in primis in fine. Item quia iudices per ſe debẽt ſcribere ſententias & recitare, vt C. de aſſeſ. preſides Sed cõtra. C. de iud. capi. certi, vbi dicitur, quòd milites poſſunt eſſe iudices: quia per quotidianum vſum poſſunt habere peritiã iudicandi. Mediocris tamẽ ſcientia ſicut in prælato, ita & in iudice ſufficit, vt extra de elect. cum nobis olim.

b ¶ Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid præſumendũ, vt 29. q. 4. diſplicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborũ, vt 43. di. ſit rector, & ext. de reſcri. cum dilecta ff. de ſolut. nec ordo cõtra.

Clauis ſacerdotalis an ſit una an plures.

c ¶ Dedit.] G. hic uidetur uelle, ꝙ alia ſit clauis ligandi, & ſoluẽdi, alia ſciẽ: & ita ꝙ ſint duæ claues. Sed dico tñ vnã eſſe, ſed & dicuntur duæ eſſe ꝑ duos effectus. Sed qualiter ſcientia dr̃ eſſe clauis, cum aliquis poſſit habere ſcientiam, qui non habet clauẽ: & ecõtra? Sed dic, ꝙ licet ſcientia prius non fuiſſet clauis anteq̃ hret ordinem: tñ poſt ordinem incipit eſſe clauis. Si tñ quæras quid proprie ſit clauis ſacerdotalis: dico ipſam poteſtatem ſacerdotalem, per quam ligat, & ſoluit.

*non ſolum eſt neceſſaria ſcientia*[a], *ſed etiam poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus*[c] *Petro: [Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c.] prius*[b] *dedit*[c] *ſibi claues regni cælorum: in altera dans ei ſciẽtiam diſcernendi inter lepram & lepram*[d], *in altera dans ſibi poteſtatem eijciendi aliquos ab eccleſia, vel recipiendi. Cum ergo qualibet negotia finem accipiant vel in abſolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, abſolutio vero vel condemnatio non ſcientium tantum, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſideret; apparet, quòd diuinarum tractatores ſcripturarum, & ſi ſcientia Pontificibus præmineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non ſunt adepti, in ſacrarum quidem ſcripturarum expoſitionibus eis præponuntur: in cauſis vero definiendis ſecundum poſt eos locum merentur.*

Mat. 16.

*Vnde Leo Papa IIII. ſcribit epiſcopis Britanniæ.*

In ſuo regeſto.

¶ Aliorum ſcripturæ, Romanorum Pontificum decretis non ſunt præponendæ. Cap. I.

DE libellis[e], & commentariis aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorum conciliorũ canones relinquere, vel decretalium regulas, ideſt, quæ habentur apud nos ſimul cum †canonibus. Quibus autem in omnibus eccleſiaſticis vtimur iudiciis, ſunt canones Apoſtolorum†, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarienſium, Gangrẽſium, Antiochienſium, Laodicenſium, Conſtantinop. Epheſ. Chalcedonenſium, Sardicenſium Africanenſium, Carthaginienſium, & cũ illis regulæ præſulum Romanorum, Syluestri, Syricii, Innocentii, Zozimi, Cœleſtini, Leonis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii, & Gregorii iunioris[g]. Iſti omnino ſunt, & per quos iudicant epiſcopi, & per quos epiſcopi ſimul iudicantur, & clerici. Nã ſi tale emerſerit, vel contigerit inuſitatũ negotiũ, quod minime poſſit per iſtos definiri; tũc ſi illorũ[h],

Deus dedit p. 2.
Poly. p. 2. tit. 20.
Anſ. l. 3. c. vlt.
Iuo p. 4 c. 27.
Pan. l. 2. c. 118.
† al. cum illis in canone.
† al. qui dicuntur Apoſtolorum.
Apud anſelmum, & Polycarpũ deſũt omnia Pontificum nomina.

Inter leprã & lepram vnde dicatur.

d ¶ Inter leprã & lepram.] Ideſt, inter cauſam, & cauſam. alludit ei quod fiebat in lege, cum. n. dubitabatur de aliquo an eſſet infectus lepra, ducebatur ad ſacerdotes, & ſm eorum arbitrium, vel recipiebatur, vel eiiciebatur, vt 11. q. 3. quomodo de pœn. diſt. 1. §. ex his verſ. Moyſi.

ADDITIO. Hug. & de pœn. diſ. 1. §. denique ver. Moyſi. & extra qui filii ſint leg. per venerabilem, §. rationibus. Archidiac.

DE libellis.] CASVS. Epi Britanniæ iudicabant cauſas tantũ ſecundum expoſitiones Auguſt. & Hieron. & aliorum poſtponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, oſtendens ꝙ in cauſis definiendis primo recurrendum eſt ad canones conciliorum & ad decreta, vel decretales Pontificũ, Secundo ad ſanctorum expoſitiones, ſ Hier. & Auguſt. & aliorum ſanctorum, in quibus ſi ueritas non reperiatur, tunc recurrendum eſt ad ſedem Apoſtolicam, cuius ſtatuta qui non recipit, hæreticus eſſe conuincitur.

e ¶ De libellis.] Ideſt, ſecundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum.] Ideſt, Hieronymi & Auguſt. per quorum ſcripta non eſt iudicandum omiſſis canonibus. 50. diſtinct. ſi ille,

g ¶ Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorii iunioris, alibi videtur reprobari. 32. q. 7. quod propoſuiſti. & in ſeq § vbi dicit G. ꝙ ſunt contraria Euangelio. ſed illud c. intelligitur de arcta, & ſic bene tenet. Ioan.

Auctoritas canonis maior auctoritate ſanctorum.

h ¶ Illorum.] Hic uidetur, ꝙ potius iudicandum ſit ſecundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quam ſecundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Auguſt. quod verum eſt, niſi Aug. iuuetur auctoritate no. vel veter. teſta. 2. vel etiam aliquo canone. nam licet concilium apud Aquiſgranum factum, conſtituerit, ꝙ raptor non poſſit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit tamen Hieroy. q contrarium ſtatuit, & ei ſtatur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc eſt quia iuuatur auctoritate Meldenſis concilij, ead. cauſa & quæſt. cap. ſi autem.

2 Idem in Auth. hæc. i. C. de ... Alc. de ... in l. ... cognition... col. 8. ... cc. pet. ... cit il lãgl...

a ¶ Con-

quorum meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini, Iſidori, vel cęterorum ſimiliter ſanctorum Doctorum ſimilium reperta fuerint; magnanimiter ſunt retinenda, ac promulganda, vel ad Apoſtolicam ſedem referendum de talibus. Quam ob cauſam luculentius, & magna voce pronunciare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, ſanctorum patrum ſtatuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (ſiue ſit ille epiſcopus, ſiue clericus, ſiue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur [a]; nec catholicam & Apoſtolicam fidem, nec ſancta quatuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † ſuum retinere, vel credere probatur.

† al. profectum

α ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus conſtat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum eſt, quo Romani Pontifices, præſertim in iudicijs vtebantur, in quo codice ſunt canones tantum, non ſynodalia geſta, vt ſuperius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. diſt. ſcripſit.*

β ¶ Carthaginenſium.] *In codice canonum vnica eſt ſynodus Carthaginienſis, continens canones triginta tres, qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones ſedes Apoſtolica videtur probaſſe, & vſa eis eſſe, quando in codicem canonum referendos curauit. Eoſdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum ſynodorum coniunctos in linguam ſuam verterunt, & hi ipſi ſunt, quos ijſdem numeris Anſelmus, Burchardus & Iuo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex ſingulis Carthaginienſibus concilijs canones accipiat: quod ſuis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginienſi ſynodo intelligendum eſt quod habetur ſupra diſt. 16. c. prima annotatio, ver. ſeptima. quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶ Non indifferenter.] *Anſelmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent*, qui eadem indifferenter non recipit, ipſe ſe conuincit minime catholicam, & Apoſtolicam fidem ad effectum ſuæ retinere ſalutis.

*Item Nicolaus 1. Photio, in epiſtola, cuius initium eſt [Poſtquam Beato Petro.]*

Β¶ eadem epiſtola 6. ex qua ſumptum eſt c. quod dicitis, ſupra diſt. 16.

¶Corripiendi ſunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obſeruant. Cap. II.

Anſel. l. 3. c. 33.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis [b]; de neglectu [c], atque incuria eſtis arguendi. Si vero habetis, & non obſeruatis; de temeritate eſtis corripiendi [d], & increpandi.

*Item Innocentius a Papa.*

¶Ad quos ſit recurrendum, cum ſacræ ſcripturæ auctoritas non occurrit. Cap. III.

Polyc. l. 7. tit. 3.
Burc. l. 3. c. 128.
Iuo p. 4. c. 70.

† al. Græce.

DE quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris teſtamenti, & quatuor Euangeliorũ cum totis ſcriptis Apoſtolorũ [e] appareat; ad diuina recurre ſcripta Græca †. Si neque in illis; canones β Apoſtolicæ ſedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ eccleſiæ hiſtorias catholicas à Doctoribus catholicis ſcriptas manum mitte. Si nec in illis, ſanctorum exempla [f] perſpicaciter recordare. Quòd ſi omnibus his inſpectis, huius quę-

a ¶ Conuincitur.] Sed nonne Orientalis eccleſia recipit canones? Videtur quod non, vt 31 diſt. aliter. nunquid ergo ipſa eſt hæretica? Sed dic, quod licet ipſa non recipiat iſtos canones, nõ tñ contemnit eos. Vel dic quod Papa approbat conſuetudinem ipſorum ſup. d prox. ſi Romanorum.

SI decreta.] Caſus huius c planus eſt.

b ¶ Non habetis.] Per ſcientiam.

c ¶ De neglectu.] Nulli. n. eſt licitum ignorare canones, vt iñ. 38. d. nulli. & c. omnes. ſup. d. proxima, ſi Romanorum.

d ¶ Corripiendi.] Arg ſimile. 16. diſtin. quod dicitis.

DE quibus.] CASVS. Quidam quæſiuit, ſi aliqua dubitatio emergat in ſolutione alicuius quæſtionis, ad quas ſcripturas potius ſit recurrendum, & dicitur in hoc cap. quod iſte ordo ſeruandus eſt. Primo enim recurritur ad vetus, & ad nouum teſtamentum, & ad ſcripturas Apoſtolorũ: Etſi in illis nõ appareat quod ſit faciẽdũ, ad Græcorum ſcripturas recurrendum eſt: poſtea ad geſta Conciliorũ & Pontificum: deinde ad Sanctorũ expoſitiones: vltimo ad ſeniores. Sic Beneuenta poſuit caſum Hugo. ſic dicit, quod primum locum obtinet vetus & nouum teſtamentum: ſecundum canones Apoſtolorum & cõciliorum: tertium decreta, & decretales epiſtolæ Romanorũ Pontificum. quartum ſcripta Græca: quintum dicta ſanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla ſanctorum patrum: deinde ad ſeniores eſt recurrendum Tu autem pone ſecundum quod litera iacet.

e ¶ Apoſtolorum.] Id eſt, Apoſtolicorũ.

f ¶ Exempla.] Arg. per exempla

exempla poſſe iudicari r. vt 37 diſtin. qui de menſa & 24.q.3. ſi habes arg.contra.C.de ſenten nemo Sed illud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non eſt iudicandum. Vel dic, ꝙ exemplis priuatorum non eſt vtendum. ſed exemplis publicæ perſonæ ſiue authenticæ, vt exemplis Principis primi, ſiue Apoſtolicorum. vt 16.q.3.licet. extra de ſent & re iudic. in cauſis, vel dic, ꝙ exemplis paucorum non eſt vtendum, ſed plurium bene.

r Ad idem 3. q. 5. quia ſuſpecti. C. de edi. prin. on in totum ff de leg. nā Imperator. 2.q.5. de Liguribus. in ñ Archid.

Exemplis q- bus eſt vtendum.

in nouo teſtamento incępit a Chriſto, qui Petrum & ſummū ſacerdotē conſtituit. xij. Apoſtolos maiores ſacerdotes, lxxij. diſcipulos minores Sed nunc loco Petri eſt Papa: loco xii. Apoſtolorū epi, loco lxxij. diſcipulorū sūt Archip̄sbyteri. Leuitas vero ſtatuerunt Apoſtoli, Eccle-

ſtionis qualitas non lucidè inueſtigatur; ſeniores[a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namq; inuenitur quod a pluribus[b] ſenioribus quæritur. Verus enim repromiſſor Dominus ait: [Si duo ex vobis, vel tres conueniūt ſuper terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.] *Matth.18.*

a ¶ Seniores.] Ideſt, ſapientes vt 84 diſt. porro

b ¶ Pluribus.] Sic extra de offi. deleg prudentiā. in fi.1. reſpō. nam per ampliores homines manifeſta veritas reueletur, vt C. de fideicō. l. pen. & C.de inge. manu. l.1. Hic patet, ꝙ primo ad conſuetudinē loci recurritur, cum lex deficit, quam ad conſuetudinem Ro. eccle ſic 12. diſtinct. ille.& ff.de leg. & Senatuſconſ. de quibus. Alij dicunt, ꝙ primo ad conſultationem Ro.eccle. recurrendum eſt, vt arg.ſup.11. diſtin.c. vl.Ioan. quid autem de hoc ſeruetur, notaui ſup.12. diſtin.illud.melius 11 diſtin. conſuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not C.quæ ſit long. conſuet.l.1.ibi vide.Archid.

*α ¶* Innocentius.] *Caput hoc non eſt inter epiſtolas Innocentij primi, quæ multa extant; neque Innocentij ſecundi eſſe poteſt, cum ante ipſum ſcripſerint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipſum citatur.*

*β ¶* Canones.] *Verba hæc, quę apud Gratianum deerant, ſunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum: in quo Polycarpo habentur hoc ipſo loco, in quem ſunt reſtituta.*

## DISTINCTIO XXI.

*Decretis [c] ergo Romanorum Pontificum, & ſacris canonib. conciliorū eccleſiaſtica negotia, vt ſupra monſtratum eſt, terminantur. Miniſtri vero ſacrorū canonū, & decretorū Pontificū ſunt ſummi Pontifices, & infra præſules, ac reliqui ſacerdotes, quorū inſtitutio in veteri teſtamento eſt inchoata, & in nouo plenius conſummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moyſem, qui ex præcepto Domini, Aaron in ſummum Pontificem, filios vero eius vnxit in minores ſacerdotes: Poſtea vero Dauid, cum miniſteria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores inſtituit. Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obſeſſis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorciſtæ vocati ſunt de quibus Dominus in Euangelio: [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia. filij veſtri (videlicet exorciſtæ) in quo eijciunt?] Hæc omnia*

*Exo.8.*

*1.Par.15.& 2.23.*

*Luc.11.*

Decretis.] Hæc d. diuiditur in tres partes. In quarum prima dicit, quod miniſtri eccleſiæ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.]

CASVS. Supra actum eſt de decretis, & canonib. conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. diſtin. agit Gratianus de miniſtris eccleſiæ & ſacrorum canonum, & dicit ꝙ ſunt ſummi Pontifices & præſules infra poſiti cum reliquis ſacerdotibus. Et hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Summi etenim.] dr̄ ꝙ ſummi Pontifices & minores ſacerdotes à Domino per Moyſen ſunt inſtituti in veteri teſtamento, qui vnxit Aaron in ſummum Pontificem, & filios eius in minores Sacerdotes & Leuitas. Dauid inſtituit cantores & ianitores. Salomon exorciſtas: & hæc omnia in nouo teſtamento eccleſia imitatur. Habet .n. oſtiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorciſtas: pro filijs vero Aaron habet omnes poſitos infra ſummū Pontificē, pro quo ſummo Pontifice ponit̄ Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Inter eos] dr̄ ꝙ inter illos eſt diſcretio ſeruanda. Nam alij appellãtur ſimpliciter ſacerdotes, &c. Et hęc diſcretio incipit à Paganis, qui habebant Flamines, & Archiflamines. Similiter

Eccleſia vero ſubdiaconos, & acholythos ſibi conſtituit:

c ¶ Decretis] Hic agitur de eccleſiaſticis ordinibus, & oſtendit originem ipſorum, & vnde 2 ſic appellentur, poſtea oſtendit, quod ille qui eſt in maiori ordine, vel dignitate, non poteſt iudicari à minori, & ſic, Papa à nemine poteſt iudicari.

ADDITIO. Vt infra eod. inferior. & cap. ſubmittitur. Archid.

d ¶ Et minores.] Cum ergo Moyſes elegerit ſacerdotes in veteri teſtamento, & Dn̄s in nouo, vt inf. ead. in nouo, videt̄, ꝙ ad epiſcopum de iure ſpectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, ꝙ epiſcopus elegit clericos in Conſtantinopolitana ciuitate, vt in Auth. de menſura ordinandorum clericorum in 1.§.colla. 3. Ad hoc dicas, quod epiſcopus de iure communi cum alijs eliget, vt extra de his quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu. cap. nouit, &c. ea noſcitur. conſuetudo tamen eſt ſeruanda, vt extra de elect. cum eccleſia 3. Item videtur ex loco iſto, ꝙ Moyſes fuit ſacerdos, cum vnxerit ſacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. ſolitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit eſſe ſacerdos, vt 23 q.3. nō in inferenda. Sed dic, quod olim ſacerdotes bene erant homicidæ, vt 2. quæſt. 7. §. his ita,

2 Ideſt, q[...] re.

Papa à nemine iudica[...]

Electio [...] nonicorū [...] quos ſpe[...] 3 Hæc ſe[...] tia com[...] niter app[...] batur p[...] Vinc. L[...] Goffred. [...] her. in iſ[...] decret. ca[...] eccleſia.

...7. ſi quis oẽm. le conſecr. l.1.c.1. Arc.

ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus cõſtruere tẽplum, quia vir ſanguinum erat 1 de conſecrat. diſt. 1. c. Quare autem iudices, & executores teſtes, & aduocati in cauſa ſanguinis promoueri nõ poſſunt, dic vt notaui in quæſtionibus in illa quæſtione, quæ ſic incipit: Aliquis ex offi- huc. extra de ætate & qualitate, a multis.

Cleros.] CASVS. Hoc c. diuidiť in tres partes. In prima oſtendit Iſidorus, quo noĩe generaliter miniſtri eccleſiæ vocantur & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare ſic vocantur, & ponit nomina & numerũ miniſtrorum. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Ordo vero.] facit quadrimembrem diuiſionem huius nominis epiſcopi. & ponit etymologiam eorum, quę ſub diuiſione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Pontifex princeps ſacerdotum,] ponit officia ſingulorum ordinũ interſerendo interpretationes eorum.

*in nouo teſtamento eccleſia imitata habet ianitores ſuos, quos oſtiarios appellamus. Pro cantoribus lectores & ſimul cantores inſtituit. Exorciſtas autẽ in nomine antiquo, & officio permanente recipit. Pro filijs verò Aaron, oẽs infra ſummum Pontificem ſacerdotium adminiſtrã tes ſunt conſecrati. ¶Inter eos quædam diſcretio ſeruata eſt, vt alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipresbyteri, alij choriepiſcopi, alij ẽpi, alij archiẽpi ſeu Metropolitæ, alij primates [a] alij patriarchæ alij ſũmi Pontifices. Horum diſcretio a gentilibus maxime introducta eſt, qui ſuos Flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabãt. Simpliciter verò maiorum, & minorum ſacerdotum diſcretio in nouo teſtamẽto ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquam maiores ſacerdotes, & lxxij. diſcipulos [b] quaſi minores ſacerdotes inſtituit. Petrum verò quaſi in ſummum ſacerdotem elegit, dum ei præ oĩbus, & pro omnib. claues regni cœlorum tribuit, & a ſe petra, Petri ſibi nomen impoſuit, atque pro eius fide ſe ſpecialiter rogaſſe teſtatus eſt, & vt cæteros cõfirmaret, ſibi iniunxit, dicens: [Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquãdo conuerſus confirma fratres tuos]* (Luc. 22.) *Hanc eandem formam Apoſtoli ſecuti in ſingulis ciuitatib. epiſcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apoſtolis ordinatos [c] legimus,* (Act. 6.) *quorum maximus fuit beatus Stephanus Subdiaconos [d], & acolythos procedente tempore eccleſia ſibi conſtituit. ¶ De his ita ſcribit B. Iſidorus lib. 7. Etym. c. 12. nomina illorum, & nominum cauſas exponens, ita inquiens.*

### ¶Vnde nomina eccleſiaſticorum graduum ſumantur. Cap. I.

De officiis l. 2. ca. 1. Rabanus. de inſtit. cler. l. 1. cap. 2. Act. 1.

Cleros [e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [f] ſorte electus eſt, quem primũ [g] per Apoſtolos legimus ordinatũ. Κλῆρος enim Græcè, ſors Latinè, vel hæreditas dicitur. Propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte Domini ſunt; vel quia Domini partem [h] habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt; quorum gradus, & nomina ſũt hæc, oſtiarius, pſalmiſta [i], lector, exorciſta, acolythus,

e ¶Cleros.] Primo oſtẽdit Iſidorus quo nomine vocentur miniſtri eccleſiæ, & quare ſic vocentur miniſtri eccleſiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuiſionem epiſcoporum. Tertio ponit interpretationes omniũ ordinum eccleſiaſticorũ, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo vero epiſcoporum.] tertia ibi. [Pontifex]

f ¶Matthias] Cum quo fuit electus Ioſeph 26. q. 2. c. 1.

ADDITIO. Hic habetur, ꝙ hoc nomen clericus a Matthia incepit ipſe cũ ſorte electus eſt Hug.

g ¶Primum in clericum ſcilicet, alius ſcilicet Iacobus fuit primo epiſcopus factus, vt inf. 66. d porrò. Et eſt hic arg. pro ſorte facienda, vt ff. de iud. ſed cum ambo. & ꝙ in electionibus tempore neceſſitatis poſſumus: ſecũdũ ſortem procedere, vt 26. q. 2. nõ exẽplo. contra extra de elect. eccleſia vera. & ita iſta gloſ. non valet. extra de elect. quia propter. Vel dic tunc eſſe vtendum ſorte, cum eſt vtrobiq; paritas in omnibus, & ſubeſt cauſa neceſſitatis, vt cum eſt contentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

Sors in electionib. eſt reprobata.

Temp. fuit ... cer, licet ... im, quidã ... hoc dubi ... uerit. Vi ... gl. in c. a ... ultis. de ... a. & qua ... tat. ordi. ... ſt. ſolis. et ... i. Thomã ... ſent. diſt. ... 4. art. primo. q. 3.

officio ſuo hominem interfecit. De hoc dixi 50. diſt. per torum. Quæſtio venerialis eſt. Archid.

a ¶Alij primates.] Hæc diuiſio non eſt niſi ratione nominum: quia ijdem ſunt primates, quod patriarchæ 99. diſt. c. 1.

b ¶Lxxij diſcipulos.] Contra inf. ea diſt. in nouo. vbi dicitur, ꝙ diſcipuli Dñi, ideſt, Apoſtoli elegerunt lxxij. diſcipulos: hic dicitur, ꝙ a Domino. Sed dic, quod Dñs bene dř feciſſe, quod eius miniſter facit: q a q per aliũ facit, p ſeipsũ facere vř, vt extra de ſent. excom. mulieres.

c ¶Ordinatos.] Vt 93. d. Dominus noſter, & c diaconi.

d ¶Subdiaconos] Non videtur verũ dicere, quia tempore Apoſtolorum aliqui fuerunt ſubdiaconi, vt 85. di. epiſcopus, quia ille eſt canon Apoſtolorum. Sed dic, ꝙ ſubdiaconatus tunc fuit: ſed non * fuit ſacer ordo ad-

h ¶Partem] Ideſt, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei 2. vt 12. q. 2. c. quiſquis. 10. & ſ. abſtulerit.

i ¶Pſalmiſta.] Hic patet, ꝙ pſalmiſta, & oſtiarius, & lector ſunt clerici. 25 diſtinct. perlectis, & 32. diſtin. feriatim. & 72. diſtin. clericum. & 11. q. 1. de perſona. & deponi poſſunt ſicut alii clerici, vt 27. quæſt. 1. ſi quis epiſcopus, & qui iniicit manus in iſtos, excommunicatus eſt, vt 17. q. 4. ſi quis & extra de ſenten. excom. non dubium & c. parochianos. Et per primam tonſuram fit aliquis Pſalmiſta, vel clericus, & illa tonſura eſt ſacramentale

2 Subaudi quãuis Dñi ſit terra & plenitudo eius, vt i pſ. 8. d. quo iure. Arch. Tonſura prima an ſit ordo.

ſubdiaconus,diaconus, presbyter, epiſcopus [a]. ¶Ordo epiſcoporum quadripartitus eſt.i.in patriarchas [b],archiepiſcopos [c], Metropolitanos, atque epiſcopos Patriarcha, Græca lingua , ſummuſ patrum interpretatur: quia primum,ideſt Apoſtolicum α retinet locũ;& ideo,quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur, ſicut Romanus,Antiochenus,& Alexandrinus.Archiepiſcopus Græco dicitur vocabulo,ꝙ ſit ſummus epõrũ:tenet enim vicem Apoſtolicam,& pręſidet tam Metropolitanis,quam, cæteris epiſcopis.Metropolitani autem a menſura [d] ciuitatum vocantur; ſingulis enim ꝓuincijs præeminẽt,quorum auctoritati, & doctrinæ † cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt,ſine quibus nihil reliquos agere licet [e] epiſcopos:ſolicitudo enim,totius prouinciæ ipſis commiſſa eſt . Omnes autem ſuperius deſignati ordines vno eodemque vocabulo epiſcopi nominantur : ſed ideo priuato nomine quidam vtũtur,propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperunt.Patriarcha patrum princeps:Αρχων enim princeps; inde archiepiſcopus princeps epiſcoporum,ſicut Metropolitanus a menſura ciuitatum.¶Epiſcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur † epiſcopus:ſuperintendebat,ſcilicet curam gerens ſubditorum: Σκοπεῖν enim Græcè,Latinè intendere dicitur. Epiſcopi autem Græcè,Latinè ſpeculatores interpretantur : nam ſpeculator eſt præpoſitus in eccleſia dictus,eo ꝙ ſpeculetur,& perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores,& vitam.¶Pontifex princeps ſacerdotum eſt,quaſi via ſequentium. Ipſe ſummus ſacerdos,ipſe & Pontifex maximus nuncupatur.Ipſe enim efficit ſacerdotes,atque leuitas;ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit [f]; ipſe,quid vnuſquiſque facere debeat, oſtendit Antea autem qui Reges erant,& Pontifices erant . Nam maiorum hæc erat conſuetudo,vt Rex eſſet etiam ſacerdos & Pontifex . Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates a vi mentis appellatus eſt, cuius ſignificatio multiplex eſt: nam modo ſacerdotem, modo prophetam ſignificat, modo poetam.¶Antiſtes ſacerdos dictus eſt , quod anteſtat : Primus eſt enim in ordine eccleſiæ, ſupra ſe nullum habet . ¶Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex Græco [g] & Latino , quaſi ſacrum dans: ſicut enim rex a regendo, ita ſacerdos a ſacrificando vocatus eſt ; conſecrat enim , & ſacrificat . Sacerdótes autem gentilium Flamines dicebantur . Hi in capite habebant pileum , in quo erat breuis virga [h] deſuper habens lanæ aliquid , quod cum propter æſtum ferre non poſſent,filo tantvm capita religare cœperunt. Nam nudis [i] penitus eos capitibus incedere nefas erat . Vnde a filo,quo vtebantur , flamines dicti ſunt , quaſi filamines . Verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro ſacerdotij eminentia . ¶Presbyter Græcè Latinè ſenior interpretatur : non modo pro ætate , vel de-

† al. doctrina & poteſtati ] orig.

† Superefficitur . ſuperintendat ] orig.& Rab.

ſignum,vt 12.q.1.duo.Sed ſi hoc dicatur, tũc erunt nouem ordines.Veruntamen videtur,ꝙ non ſit ordo: quia vbi tractatur, ꝙ clericus alii obedientiam præſtabit, nihil agitur de illis ordinibus,vt 93. diſt.a ſubdiacono. ſimiliter alibi,vt 77.d. illud. Sed dic, ꝙ tantum ſeptem ſunt ordines,q conferuntur cum ſolemnitate,ſed tamen nouem ſunt.Io. Sed certe omnes conferuntur cum ſolemnitate hodie præter Pſalmiſtatum,qui a ſolo ſacerdote confertur , vt 23.diſtin. pſalmiſta.Bar.

a ¶Epiſcopus.] Argu.ꝙ epiſcopatus eſt ordo 1,vt 93.d.diaconi.

b ¶In patriarchas.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas , vt Romanum, Cõſtantinopolitanum, Alexandrinum , Hieroſolymitanum , Antiochenum.

c ¶Archiepõs.] Ideſt , primates , quo nomine comprehendit alios patriarchas ſiue primates, vt Aquileienſem 2,Cantuarienſem , Bituricenſem.

d ¶A mẽſura.]Quia x vel xj.debet ſub ſe hr̃e,vt 6.q.3.ſcitote. Vel dicitur a mitros, quod eſt mater , & polis, quod eſt ciuitas , quia eſt mater aliarum ciuitatum. 22.d.de his.

e ¶Licet.] De ijs , quæ ſpectãt ad totã prouinciam . ſed de ijs,quę ad ſuam diœceſim ſpectant , ſine eorum licentia poſſunt diſponere,11.q. 3.c.1.& 2.

f ¶Diſponit.] Ergo epiſcopus confert dignitates eccleſiaſticas,vt 73.diſt.epiſcoporum 3.Argu. contra.93.diſtinctione, legimus.vbi dicitur, quod tantum ad epiſcopum ſpectat confirmatio.ſed hoc refert ad diuerſas cõſuetudines, vt extra de elect.cum in cunctis.&c.cumeccleſia Vulterrana. Io. Ego credo, ꝙ de iure cõmuni tãtum electio dignitatũ ſpectat ad capitulum,cum epiſcopo,vt extra de iis quæ fiunt a prælat, ſine conſenſu.cap.ea.naſcitur. & c.quanto.

g ¶Ex Græco.] Scilicet dos,quod eſt datio.

h ¶Virga.]Qua arcebãt aues a carnibus ſacrificiorum.

i ¶Nudis.]Arg.quod non incedit nudus qui filum fert in capite.

Sacerdos ſimplex pſalmiſtatu conferre poteſt.

1 Quid ſit ordo ħes iſ. 82.diſt.ca.1. ibi , de hoc & ad idem extra de renuncia poſt translationem. §. vlt. vbi de hoc.

2 Sub de quo habetur 9.q.3. nunc vero Arch.

Archiepš quot ſuffraganeos habeat.

3 60.diſ.c.1. Archid.

Dignitatum electio ad quos ſpectet

¶Di

crepita ſenectute, ſed etiam propter honorem, & dignitatem [a], quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde & apud β veteres, ijdem epiſcopi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis eſt, & non ætatis γ [b]. ideo autem & presbyteri ſacerdotes vocantur, quia ſacrum dant, ſicut & epiſcopi: qui licet ſint ſacerdotes; tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec chriſmate frõtem ſignant, nec paraclitum ſpiritum dant, quòd ſolis

Act. 8.

deberi epiſcopis lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim Leuitæ exorti ſunt; à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miniſteria explebantur. Hi Græcè diaconi, Latine miniſtri dicuntur; quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in diacono miniſterij † diſpenſatio habetur.

† al. myſterij.

Hypodiacones Græcè, quos nos ſubdiaconos dicimus, qui ideo ſic appellantur, quia ſubiacent præceptis, & officijs Leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi [c] vocantur. Lectores à legendo, pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati: illi enim prædicant [d] populis, quid ſequantur; iſti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium; licèt & quidam lectores ita miſerabiliter [e] pronuncient, vt quoſdam ad luctum, lamentationemque compellant. Ijdem etiam & pronunciatores vocantur, quod porro † annũcient: Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longè poſitorum aures adimpleant.

† al. populo.

Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte muſica, ſicut ea docti homines Latinè dicere potuerunt, præcentor, & ſuccentor: præcentor ſcilicet, qui vocem præmittit in cantu: ſuccentor autem, qui ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem dicitur, quia conſonat; qui autem non conſonat, nec concinit; nec cantor, nec concentor erit.

euo p. 6. cap. 8.

Acolythi Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum eſt Euangelium, aut ſacrificium offerendum: tuuc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum ſol eodem tempore rutilet, ſed ad ſignũ lætitiæ demonſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur: [Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.]

Ioan. 1.

Exorciſtæ ex Græco, in Latinum adiurantes, ſiue increpantes vocantur: inuocant enim ſuper cathecumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini Ieſu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Oſtiarii iidem, & ianitores, qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi; vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem oſtiarii, quòd præſint oſtiis templi. Ipſi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles [f].

a ¶ Dignitatem] Vt 84. diſt. porro.

b ¶ Et non ætatis.] Tãtum ſupple: quia alibi dicitur, quod eſt nomen ætatis, vt 93. diſtinctio. legimus.

c ¶ Nathinęi.] Iſti dicũtur miniſtri miniſtrorum, & interpretantur in humilitate Deo ſeruientes, vel Deo donati: & ſunt dicti ab eo tempore, quo Ioſue Gabaonitas donauit ad miniſterium templi, ſcilicet, vt ligna ibi cęderent in ipſo, & aquam portarent ad opus ſacrificij, de quibus dicitur 22. q. 4. innocens. H. Et not. quod iſti Nathinæi lauabant hoſtias in probatica piſcina. Probaton Græcè dicitur, ouis Latine: ſic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. ſicut prædixi, vt legitur in hiſtorijs euangelij, ca. poſt hoc erat, &c. Arch.

Probaton qd dicatur.

d ¶ Prædicant.] Ideſt, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud eſt officium ſacerdotum. 16. quæſt. 1. adijcimus.

e ¶ Miſerabiliter.] non per prauam, vel raucam vocem: ſed potius per altam vocem & ſonoram, & iſte intellectus patet ex litera ſequenti, vbi dicit, tanta enim, &c.

f ¶ Et reſpuunt infideles.] Ideſt, excommunicatos. Et ita oſtiarius remouet [1] excõicatos ab eccleſia

1 Scilicet ab ingreſſu eccleſiæ corporaliter arcẽdo. Hugo.

α ¶ Ideſt Apoſtolicum.] *Antea legebatur*, poſt Apoſtolicum. *Reſtituta eſt vera lectio non modo ex Iſidori & veterum exemplarium Gratiani fide, ſed ex ipſa ab Iſidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum Patriarchas propterea vocat: quia Apoſtolicum locum tenent. Hoc idem Beatus Gregorius lib. 6. epiſt. 37. ſcribens Eulogio Alexandrino, declarat his uerbis:* Itaq; cũ multi ſint Apoſtoli.

ſia r.vt hic,& 25.diſtin,perlectis.

I N nouo teſtamento. ] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinctionis, in qua probatur, ꝙ Romana eccleſia ſit caput, ab ipſo Domino ſpecialiter inſtituta: ſecundario à concilijs. Ioan. de Fan.

quòd dic & de Iacobo. 66 diſtinct. porro.

c ¶ Prætaxato.] In parte cap. quæ hic non eſt.

d ¶ Operarios. ] Arg. hic ſignauerunt doctores 3. ꝙ licèt ſit ſtatutus certus numerus canonicorum, ſi tñ excreſcant eccleſiæ facultates, ꝙ præbendæ debent augeri vt

3 Vt ſua.

1 Arg. contra. 1. q. 1. q ſtudet. in fi. ibi videas ꝙ not ibid. ſic & iã not 23. diſtin. oſtiarius.

C A S V S. In hoc cap. oſtendit Anacletus, ꝙ primus ſacerdos poſt Chriſtũ fuit Petrus, cui data ptãs ligandi & ſoluẽdi: cęteri vero Apoſtoli, qui cum eo parẽ honorem aſſecuti sũt, ipſum in principem elegerunt, loco quorum hodie ſunt epi. Vidẽtes aũt Apoſtoli prædicatores paucos, elegerunt lxxij. diſcipulos, loco quorum ſunt presbyteri in eccleſia. & q hos recipit, Chriſtum recipit; & q hos ſpernit, Chriſtum ſpernit, & ab eo ſpernet.

a ¶ Tu es Petrus. ] Videtur ergo, ꝙ per hæc verba; tu es Petrus, &c. datus fuit Petro Pontificatus, & ita ante paſſionẽ; quia ante fuit dictũ: & ita vr̃ contradicere 50. d. conſiderandũ. & ca. fidelior. nã ibi dr̃, ꝙ poſt paſſionẽ fuit datus eccleſiæ paſtor, & non añ. Sol. primo fuit Apoſtolus añ paſſionem: ſed poſt paſſionem fuit paſtor creatus p illa verba: Si diligis me, &c. vt ex de electio. ſignificaſti. qđ ẽt hic innuit cum dicit; tibi dabo claues, &c. 2 hoc. n. eſt promittere, & nõ dare. ADDITIO. Ad huius verbi declarationẽ vide quod legitur & not. 23. q. 6. iã vero. § ex his. iuxta prin. in glo. ſed qualiter. Archid.

2 Idem tenet Alex. de Imo in l. iuriſgentium. col. 3. ff. de pactis.

b ¶ Pari.] Arg. quòd omnis epiſcopus ſit pãr apoſtolico quantum ad ordinem & rationem conſecrationis. 24. q. 1. loquitur. in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in adminiſtratione, vt 2. q. 7. puto: poteſt enim aliquis eſſe maior alio in ordine, ſed tamen minor in adminiſtratione, vt archipresbyter maior eſt Archidiacono, vt 25. diſt. perlectis. De Apoſtolis qñ fuerunt conſecrati, non legimus: Dicunt tamen quidam ꝙ in cœna, qñ dictum eſt eis: Hoc facite in meam commemorationem. de conſe. diſt. 2 in Chriſto. in fine. Alij dicunt, ꝙ cum dictum eſt eis: Ite, baptizate omnes. de conſec. diſt. 3. propriè. De Paulo, & Barnaba habemus 75. diſt.

Petrus in adminiſtratione maior alijs fuit. Apoſtoli qñ fuerint conſecrati.

pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum principis ſedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua etiam quieſcere, & pręſentem vitam finire dignatus eſt: ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipulum miſit: ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit *Atque hoc idem ait Anacletus c. ſacroſancta diſt 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Reſtituta hæc ſunt in locum ſuum, quo loco habentur apud Sanctum Iſidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali eſt*, hoc ætatis. *& ita apud Hieronymum in epiſt. 83. ad Oceanum: ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

*Item Anacletus ad epiſcopos Italiæ. epiſt. 2.*

¶ Romana eccleſia à Chriſto primatum accepit.

Cap. II.

I N nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt, Domino dicẽte ad eum: [Tu es Petrus[a], & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiã meã: & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eã: & tibi dabo claues regni cœlorum.] Hic ergo ligandi atq; ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino primuſq; ad fidem populũ virtute ſuæ prædicationis adduxit. Cęteri vero Apoſtoli cum eodem pari[b] conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt: ipſumq; principem eorum eſſe voluerunt: qui etiam iubente Domino in toto orbe diſperſi Euangelium prædicauerunt. Ipſis quoq; decedentibus in locum eorum ſucceſſerunt epiſcopi: quorum ordinatio prætaxato[c] debet fieri ordine & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem ſpernit eos; eum, à quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur, ſpernit; & ipſe indubitanter ſpernetur à Domino. Videntes autem ipſi Apoſtoli meſſem eſſe multã, & operarios[d] paucos; rogauerunt[e] dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam; inde ab eis electi ſunt lxxij. diſcipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum ſunt conſtituti in eccleſia.

Anſel. l. 1. c. 1. Burch. l. 1. c. 1. Iuo p. 5. c. 1. Pann. l. 3. c. 82. *Matth. 16.*

*Matth. vlt.*

*Luc. 10. Matth. 9.*

*Item Gelaſius vrbis Romæ epiſcopus omnibus orthodoxis.*

In decretis cum lxx. epiſcopis.

¶ Primatum Romanę eccleſię non aliqua ſynodus, ſed Chriſtus inſtituit. Cap. III.

Poly. l. 1. tit. 2. Anſel. l. 1. c. 69. Burc. l. 3. c. 220. Pann. l. 4. c. 3.

Q Vamuis vniuerſæ per orbẽ catholicæ eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſint; ſancta tamẽ Romana Catho-

ri, vt extra de vita & hone. cleri. qm̃ hoc expeditum eſt, extra de conſti. cum M. Fer. & extra de cenſi. quanto.

e ¶ Rogauerunt. ] Arg. ꝙ non niſi volentibus dabitur prælatus, etiam à Papa, vt inf. diſt. proxi. ſacroſancta. ſi. 8. q. 1. ſciendum 4. & c. audacter. Dic. à principio non datur inuitis, ſed ex poſtfacto ſic, ſi ſint negligentes. 61. diſtinct. nullus inuitis.

Prælatus nolentibus nõ eſt dandus. 4 al. ſi ergo.

Q Vamuis.] C A S V S. Dicitur in hoc cap. quòd eccleſia Romana caput eſt aliarum eccleſiarum, & ꝙ præfera-

præferatur alijs. Et hoc probatur duabus rationib. Prima eſt, quia Chriſtus dedit ei primatum & auctoritatem uoce ſua, dicens: Tu es Petrus & ſuper, &c. Secunda eſt: quia Petrus & Paulus vna die glorioſa morte in vrbe Romana ſub Cæſare Nerone coronati, eccleſiam Roma-

Inferior.] CASVS. Omnia cap. ſeq. loquuntur de Ignatio Conſtantinopolitano patriarcha, qui fuit depoſitus à ſuis ſuffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, ꝙ ſuffraganei Ignatium deponere nõ potuerũt, quia inferior ſedes non poteſt ſuperiorem abſoluere vel ligare, & hoc ꝓbatur auctoritate Eſaiæ dicentis. Nunquid gloriabitur ſecuris, &c.

g ¶ Inferior.] Ex hoc c. & inf. ea. denique. tres colliguntur regulæ. Prima eſt hæc: Inferior ſuperiorem nõ poteſt ligare, vel ſoluere 3. Secunda hæc eſt: qui poteſt ligare, poteſt & ſoluere: Tertia talis ꝙ qui põt ſoluere poteſt & ligare. quælibet harum regularũ videtur habere exceptionem. Prima regula vr recipere inſtãtiam cum maior ſe ſubijcit arbitrio minoris, vt 11. q. 1. peruenit. Secunda regula ſimiliter fallit in incẽdiarijs & excõmunicatis, qui debent per Papam abſolui ext. de ſent. excomm tua, & extra de offi. deleg. q̃renti. & in excommunicato propter rem iudicatam ultra annum poſt ſententiam, qui per Papam abſoluitur. Tertia regula fallit inf. de conſec. diſt. 4. ſanctum. vbi habes, ꝙ quidam pœnitens abſoluit alium tempore periculi; quẽ tamen ligare non poſſet. Idem fallit 5 q. 6 quamuis. & C ubi ſenatores. l. 3. Similiter fallit (vt uidetur) cum aliquis confitetur extraneo ſacerdoti, qui ipſum tunc abſoluit, non tamen poſſet ligare. Ioan. Sed illa exceptio non ualet: quia non concedo ꝙ aliquo modo conſequatur quis remiſſionem qui confitetur extraneo ſacerdoti, ut dicitur extra de pœnit. & remiſſ. omnis utriuſque. niſi prius obtenta licentia à proprio ſacerdote, ut dicitur in eã. decre. omnis. niſi in neceſſitate, ut extra eod. tit. ca. vlt. de pœnit. diſt. 1. quem pœnitet. verſ. tanta. Bart. Et eſt hic arg. quod ſi Papa mandat alicui ꝙ excommunicet aliquem, quòd poſſit etiam ipſum abſoluere: quia excommunicatio & abſolutio pari conditione cenſentur, vt cui unum permittitur, & reliquum, ut inf. de pœnitẽti. diſtinct. 1 uerbum. argum. contra 27. quæſtio. 1. ſi homo 4. Sed ibi Papa præcipit non abſolui eius auctoritate, ſecundum quoſdam. In omnibus iſtis cap. vſque in finem loquitur de eadem materia, ſcilicet de facto ſuffraganeorum Ignatij Conſtantinopolitani archiepiſcopi, qui a ſuis ſuffraganeis eſt depoſitus fauore Imperatoris.

3 De hoc & habetur 2. q. 1. in ſumma. Archid.

4 Vbi de hoc extra de ma. & obed. cũ inferior. ibi in gl. 1. dic vt ibi. Archid.

Confitens extraneo ſacerdoti non conſequitur remiſſionẽ.

lica, & Apoſtolica Eccleſia nullis ſynodicis cõſtitutis [a], cæteris eccleſijs ꝑlata eſt, ſed euãgelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinuit, [Tu es Petrus (inquiens) & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã: & portæ inferi nõ ꝑualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum; & quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ, & in cœlis.] Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli vaſis electionis, qui nõ diuerſo (ſicut hæretici garriunt) ſed vno tempore, vno eodemq; die, [b] glorioſa morte cũ Petro in vrbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt, & pariter ſupradictam ſanctam Romanam eccleſiam Chriſto domino conſecrarunt [c], eamque omnibus vrbibus in vniuerſo mundo ſua præſentia, atque venerando triumpho, prætulerunt: Eſt ergo prima [d] Petri apoſtoli ſedes Romana eccleſia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid [e] eiuſmodi.

*Matth. 16.*

Inf. diſt. 22. c. ſacroſancta. ex Anacleto.

3 *In his omnibus quãto gradus* [f] *celſior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus ſi quidem eſt regendi et iubendi poteſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas.*

*Unde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium eſt* [*Propoſueramus.*]

¶ Inferiorum facta ſuperiorum ſententijs obnoxia ſunt. Cap. IIII.

NVllus acolythorum vel ſubdiaconorum[a] rem conſecratam à presbytero alijs porrigat (quia aliud eſt miniſter, aliud aſſiſtens) niſi tantum ſupportet, quod ei ſacerdos impoſuerit ſuo ore benedictum.

a ¶Vel ſubdiaconorum.] *Verba hæc nõ ſunt in ſynodo Romana ſub Syluestro, ſed habentur apud Burchardum, & Ioannem, & in ijs Vaticanis Gratiani exemplaribus in quibus eſt hoc caput. Nam in antiquioribus non eſt. ſed poſt verſiculum*, declinando, *ſequitur continenter*, Nullus ordinetur.

*Item ex concilio Carthagin. 3. c. 22.*

¶Ante probationem nullus ordinetur clericus. C. II.

Anſel. li. 6. c. 89.

† *nõ probatur nel*] orig.

NVllus ordinetur clericus niſi † probatus fuerit, vel epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio[d].

*Item Gelaſius Papa Cæleſtino epiſcopo.*

¶Ad miniſterium alicuius eccleſiæ, clerici eiuſdem promoueantur. Cap. III.

Anſel. li. 7. 85. al.

† *Storienſis.*] Anſ.

† *al. miniſteriorũ.*

PResbyteri, diaconi, & vniuerſi clerici Stomenſis† ciuitatis[e] petitorio nobis ſuggeſſere porrecto in eccleſia B. martyris Eleutherij epiſcopi (quæ in ſupradicta ciuitatis parochia[β] probatur eſſe conſtructa) presbyterũ, qui conſtitutus fuerat, defeciſse, atq; in eius locum Iulianum diaconum ipſius eccleſiæ pro celebritate ipſius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater chariſſime, ſi de eius vita, vel moribus nihil eſt, quod contra canonum veniat ſtatuta, ſuprascriptũ presbyterij honore decorabis, ſciturus[f], eum viſitatoris te nomine, non cardinalis creaſſe[g] pontificis. Pariter etiam & Fęliciſſimũ diaconum in eius eccleſiæ miniſterio, ſi conuerſatio eius patitur; ſubrogabis, vt locus proceſſionis celeberrimus ad myſteriorũ † conſecrationem nec ſacerdote indigeat, nec miniſtro[h].

β ¶Parochia.] *In omnibus antiquis codicibus tam impreſſis, quam manuſcriptis ſic legitur: cuius vocis loco, in recens impreſſis erat poſitum*, parochia. *ſed viſum eſt antiquam lectionem eſſe retinendam: præſertim cum dictio hæc etiam Græcè aptiſſimam habeat etymologiam.*

c. ſecundum Hug. & Lau.

b ¶Præiudicio.] idest, in præcedenti iudicio.

c ¶In alteram.] idest, in contrariam, prout ponitur 2. q. 3. §. notandum ibi præuaricator.

d NVllus ordinet.] ¶Teſtimonio.] Hic habes, ꝙ teſtimonium populi æquiualet examinationi Vñ ſufficit ꝙ clericus ordinandus habeat famam pro ſe: & per hoc etiam patet, ꝙ noti non ſunt examinandi: ſed tantum ignoti, vt 47. diſt. de Petro. 34. diſt. ualde, extra de præſump. mandata, 2.

Ignoti ſunt examinandi & non alij. 2 De hoc no. ſup. diſt. prox. qui eps. in prin. ...

f ¶Sciturus.] Semper hoc ergo eſt exprimendum, ne pro iure poſſit hoc in poſterum ſibi vendicare, vt 5. q. 1. pontifices extra de iure patr. ex literis.

g ¶Creaſſe.] idest ordinaſſe illum.

h ¶Nec miniſtro.] Et ita quælibet eccleſia habebit ſacerdo-

cerdotem & diaconum alibi dicit, ꝙ habebit duos ſacerdotes. 7. q. 1. illud. & extra de fil. pſbytero. propoſuit.

a EPiſcopi.] ¶Qui plurimo.] Tales enim præferendi ſunt alijs in ordine, & in dignitate 1. vt 61. diſt. c ſtatuimus, 75. diſt. c. vlt.

non fuerit in his tribus examinatus, deponendus eſt, vt extra de elect. nihil eſt.

f ¶Iam condemnati.] Sunt ergo tales ipſo iure ſuſpenſi. 1. q. 1. reperiuntur.

ALIAS. Dictũ eſt cõtra. ꝙ clerici collaterales epi dẽnt probare

1 Idẽ Alex. de Imol. in §. cum quid. circa princ. & ſi cer pet.

CVM ITAQVE[1]. Hæc eſt ſecũda pars in qua dr̃, ꝙ ordinandi ſunt examinandi. Ioan de Fan.

QVãdo.] CASVS. Dr̃ in hoc ca ꝙ in feria quarta ante Sabbatũ ordinationis archipresbyteri, & ſacerdotes debẽt præſentare ordinandos in ciuitate; & tũc eps ad examinationem illorum tribus dieb' cõtinuis faciẽdã dẽt eligere viros prudentes: q diligenter de vita & ſtatu eorũ inquirãt: & illi quibus hoc cõmittitur ſint tales, q gratia vel pecunia non corrumpãtur: quod ſi ſecus fecerint, deponantur. & promoti repellantur.

*Item ex concilio Lodicenſi, c. 12.*

¶Metropolitanorum, & epiſcoporum examine promoueantur epiſcopi. Cap. IIII.

Diſt. 61. cap. epm. ꝙ 63. c. non licet. Burch. li. 1. c. 9. Iuo p. 5. c. 93. † *al. poteſtatem.*

EPiſcopi iudicio metropolitanorum, & eorũ epiſcoporũ, qui circumcirca ſunt, prouehantur ad eccleſiaſticam dignitatem †; ij videlicet, qui plurimo [a] tempore probantur tam verbo fidei, quàm rectæ conuerſationis exemplo.

2 *Cum itaque ſine examinatione nullus ſit ordinandus, quemadmodum, & quo tempore ſacerdotum, & cæterorum infra poſitorum examinatio debeat fieri, conſiderandum eſt.*

*De his in concilio Nannetenſi, c. 11. ita legitur.*

¶Qui ordinandi ſunt feria quarta ad examinationem conueniant. Cap. V.

Burch. li. 2. c. 1. Iuo p. 6. c. 21. Poly. li. 2. c. 29. Pann. li. 3. c. 21. † *al. presbyteris.*

QVando epiſcopus ordinationes facere diſponit, omnes, qui ad ſacrum miniſteriũ accedere uolunt, feria quarta ante ipſam ordinationem euocandi ſunt ad ciuitatem vna cũ archipresbyteris †, qui eos repreſentare debent & tũc epiſcopus à latere ſuo eligere debet ſacerdotes [b], & alios prudentes viros gnaros diuinæ legis, & exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus: qui ordinandorũ uitam, genus patriam [c], ætatem inſtitutionem [d], locum, vbi educati ſunt, ſi ſint bene literati, ſi inſtructi in lege Dñi, diligenter inueſtigent [e]; ante oĩa, ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi aũt, quibus hoc committitur, cauere debẽt, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunq; muneris cupiditate illecti à vero deuient, vt indignum, & minus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille, qui indigne acceſſit, ab altari remouebitur; & illi, qui donum ſancti ſpiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condemnati [f] eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & ſic Sabbato, qui probati inuẽti ſunt, epiſcopo repreſententur.

*Alias [g] autem ſine clericorum videlicet concilio, & populi teſtimonio nullum epiſcopus ordinare præſumat.*

*Vnde in concilio Carthagin. 4. c. 22. legitur.*

¶Sine clericorum ſuorum concilio epiſcopus clericos non ordinet. Cap. VI.

† *al. conſilio.* † *aſſenſum. & conniuentiam*] orig.

EPiſcopus ſine concilio † clericorum [h] ſuorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam †, & teſtimonium quærat.

b ¶Sacerdotes.] Tñ hoc vr̃ eſſe officiũ archidiaconi, & repreſentare abbates ordinandos, & abbatiſſas in ſe deponere: vt ext. de off. archid. ut noſtrũ. Et eſt arg. ad hoc ĩ d ꝓxi. oſtiari'. Et ſm hoc vr̃, ꝙ ſi archidiaconus dẽt examinare inſtituẽdũ, ꝙ tenet ordinato ad bñficiũ cõferẽdũ, ar. 54. d. ſi ſeruus. Arg contra extra de ꝓben eps. Sol. illud eſt qñ eps ordinat ſine repreſentatiõe: vel quãdo repreſentãs nõ eſt ſoluendo. ADDITIO. De hoc no. extra de offi. archi. ad hæc.

Archidiaconus inſtituẽdos examinare debẽt.

c ¶Patriam.] Nã ꝓꝑ natiuitatem, vel patriã carius vel vilius emit mãcipiũ. ff. de æd. edict. quod ſi nolit. §. qui mancipiũ.

d ¶Inſtitutionem.] ideſt, titulum.

e ¶Inueſtigent.] Sed nunq d ordinãdi, ita rigide ſunt examinãdi? qđ vr̃, vt ext. de pur. cano. conſtitutus & extra de elect. cum in cunctis. Argu contra. ff. de ædil edict. ſi quid uenditor in princ. vbi dr̃, ꝙ non ita amare. ſed cum quedã tempeŕamento accipiendum, ut non requiratur nimia perfectio extra de elect. cum nobis olim. Hæc autem tria potiſſime requirenda ſunt[1], ætas legitima, literatura ſufficiens, morum honeſtas, ut extra de elect. cum in cunctis. & ſi

Ordinandi de qb. ſunt examinãdi.

Hæc in monacho non eſt neceſſaria, vt legit & no. J. 16. q. 1. legi.

ꝓbare & examinare ordinandos: & ordinãdi dẽnt eſſe ꝓbati populi teſtimonio. Nuc uero dr̃, ꝙ ſi neutrũ iſtorũ interueniat eps non dẽt præſumere facere ordinõnẽ. ¶Caſus leq. cap cum § patet.

g ¶Alias.] i. ſi nõ ſunt examinati à collateralib. epi. 1. vel ꝓbati ꝑ teſtimoniũ populi. ad hoc ĩ. e nullus.

g EPiſcopus. ¶Clericorum.] Sed contra 15. quæſt. 7. cap.

1 Vt ſup. proxime.

d.vlt. vbi dicitur, ꝙ ſolus epiſcopus honorem dare poteſt: ſolus auferre non poteſt. Sed ibi hæc dictio, ſolus, non excludit clericos fui[...] ſed alios epiſcopos. adhuc ſignatur aliud contrarium 67.diſt.reliqui. Sed illud loquitur de notis clericis, requiritur ergo conſenſus canonicorum

modo exponitur quantum ad ordinandos: alio modo quantũ ad ordinatos. Et quod dicit, ordinatũ deiiciendum, ſi prius fuerit criminoſus, intelligas de maiori crimine: quia ſi quis in minori crimine exiſtens ordinari ſe permiſerit, non deponitur: ſed imponitur ei pœnitentia, vt 68 diſt.cap.1. 82.d. presbyter. extra de renun. niſi.§. ꝑ criminis conſciẽtiã. Qui ergo ãte ordinationis ſuæ tacet crimen ſuum, deponitur, vt 50.diſtin. ex pœnitentibus, vel ſi quis ſine examinatione promotus fuerit, vt 84.d quiſquis, & 81.diſt. ſi qui ſine examinatione. Sed pone, ꝙ in omnibus ſit idoneus, qui ordinatus eſt ſine examinatione: nunquid propter hoc ſolũ deponẽdus eſt ² ꝙ nõ eſt examinatus? ita videtur hic dici: & hoc nõ eſt ꝑ ſuum vitium, ſed propter vitium ordinãtis, vt 70.diſti.c.1. & 16.q.7 decernimus. Item quia nõ intrauit per oſtium, vnde mori debet, vt Remus, ff. de rerum diuiſ.l.vlt. Alij contrarium dicunt: arg. contra extra de præben. cum ſcd'm Io.

b ¶Quod irreprehenſibile ] Ergo minores ordines cum examinatione ³ cõferẽdi ſunt Nã, & deponitur quis a minoribus ordinibus, vt 27.q.1.ſi quis epiſcopus

² Hæc depoſitio fieri debet non ab eo qui eum ordinauit: cũ ipſe debeat deponi: ſed ab eius ſuperiore, ſm Hugo. Idem ſentit Goff.

³ Arg. cõtra ſup. ea.d. qñ. ſumpto arg. a contrario sẽſu, ſed iſta hic & ibi ſub maxime Ar.

3 *Quæritur, quid fieri debeat de his, qui ſine examinatione promecti ſunt.*

*De his ita legitur in concilio Martini Papæ.*

Apud Martin. Bracaren. c.24. Facit ad hoc c. epiſ. 5. Zachariæ ad Bonifacium epm, & 15.q.8. Si qs presbyter. Anſ.l.6.c.13.

¶De iis, qui ſine examinatione ordinantur, & poſtea peccata ſua confitentur. Cap. VII.

SI quis presbyter, aut diaconus ſine aliqua examinatione ordinati ſunt, aut certa, cum diſcuterentur criminoſa peccata ſua confeſſi [a] ſunt, aut poſt ordinationem ab aliis detecti ſunt, abiiciantur ex clero. Similiter vero, & de vniuerſo ordine clericorum ſeruetur. Nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile [b] eſt, ſancta catholica defendit eccleſia.

a ¶Confeſſi ſunt.] *In originali eſt*, confeſſi non ſunt, & poſt ordinationem, &c. *Verum in Concilio Niceno, c.9. vnde hoc caput videtur ſumptum, habetur ſine negatione, quemadmodum hic, & inf. d.81.c.ſi qui ſint.*

## DISTINCTIO XXV.

*QVod nullus ſine examinatione ordinandus ſit, breuiter demonſtratum eſt. Quid autem [c] ad epiſcopum, quid ad vnumquemque inferiorem pertineat, Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus in epiſtola ad Ludifredum † ſcribit ita dicens.*

† ad Lanfredum.

¶ *Integra hæc epiſtola habetur in codice bibliothecæ monaſterii Dominicanorum.*

Burch.l.3.c.50. Iuo p.6.c.20. Pann.l.3.c.41.

¶Quod epiſcopi, & cæterorum ſit officium in eccleſia. Cap. I.

PErlectis ſanctitatis tuæ literis gauiſus ſum, ꝙ optatam ſalutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in ſequentibus inſinuare eloquii tui ſermo ſtuduit, gratias ago Deo; ꝙ ſolicitudinem officii paſtoralis impendis, qualiterque eccleſiaſtica officia ordinentur, per

QVod nullus.] Hęc diſt. diuiditur in tres partes. In prima ponuntur officia minorum clericorum, epiſcoporum, & aliarum dignitatum, ſ. archidia. archipresbyt. primicerii, ſacriſtæ, theſaurarii. Petrus. Secunda ibi. [Ex hac.] Tertia ibi [Nunc autem.] Io.de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt de examinatione clericorum. In hac vero 25.d. oſtenditur quid ad epiſcopum, & quid ad alios inferiores pertinet, & hoc probat per ſequentia c. Et poſtea interſerit regulam Apoſtoli: Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine, &c & eius occaſione ponit ſignificationes huius nominis, crimen.

c ¶Quid autem.] In hac d. oſtendit quid pertineat ad vnumquemque ordinem ⁴ Secundo ponit regulã Apoſtoli. Oportet epiſcopũ eſſe ſine crimine, & inde nacta occaſione ponit varias ſignificationes huius nominis, crimen, & oſtendit quod ſit mortale, quod veniale.

⁴ Et hoc vſque ad §. nũc autem.

PErlectis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Iſidorus, quæ officia pertineant ad ſingulos ordines. In ſecunda parte: quæ incipit ibi, [Hi ſunt ordines.] oſtendit, ꝙ quatuor dignitates debent eſſe ſub epiſcopo in eccleſia maiori, ſcilicet, archidiaconus, archipresbyter, primicerius, & theſaurarius, & quæ ad ipſos pertineant, & quibus præponantur.

nicorum in ordinibus conferendis, vt hic. Item in cauſarum diffinitionibus, vt 15.q.7. epiſcopus. Item in conferendis beneficiis extra de his quæ fiunt a præla. ſine cõſenſu c. ea noſcitur 93.d. legimus. Item in priuilegiis cõferendis, & aliis negotiis, vt extra, de iis quæ fiunt a præla. quanto 1.

QVAERITVR QVID FIERI. Hæc eſt tertia pars d. in qua dicitur, ꝙ ſi aliqui ſine examinatione ordinantur: ſi criminoſi ſint, deponantur. Io.de Fan.

SI qui ] CASVS. Tres caſus in hoc c. continentur. Primus eſt, ꝙ ſi quis presbyter, vel diaconus ſine examinatione fuerit ordinatus, debet deponi. Secundus eſt, & ſi examinatur, & confitetur crimina ſua in examinatione, debet repelli, & non promoueri. Tertius ſi examinatur, & non confitetur crimina ſua: ſi poſtea inde conuincatur, debet deponi. Idem dicendum eſt de cæteris clericis inferioribus.

a ¶Confeſſi.] Si metu probationum aliquis confitetur crimen, talis habetur pro conuicto, ſed ſi ſponte aliquis confitetur crimen nulla examinatione præcedente, ſeruatur qđ legitur 15.q.8. qui admiſerit, & c. ſi quis presbyter, & ponitur hoc verbũ, abiiciantur, improprie vno

cilicet in
penſatio-
terum ec
ſiæ. 12.q.
ĩ qua d re
s.
m in alie
tione. 12.
.. ſine ex-
ptione 20
. hoc ius.
m in om-
us cõibus
gotiis, vt
omnibus
umbit. ab
nib. com
obetur. ex
de præ-
ipſ. acce-
us. Arch.
Confeſſus
crimine
habeatur
o cõuicto.

nantur, quod proſequitur vſque ad §. [Nunc autem.]

Nota quære te licet.

a ¶Cognita.] Not. ꝙ quærere poſſumus ea quæ ſunt nobis nota, vt 11. diſtin. quis neſciat. 24. q. 1. pudenda. verſi. fin.

b ¶Infideles.] Contra inf. de conſec. d. 2. epiſcopus nullum. ſed illud no tenet, quia contraria conſuetudine abrogata ſunt diſti. 4. §. leges.

ADDITIO. Hoc legitur, & no. .q. 1. nõ liceat ibi videas, vel dic, vt no. in prędic. ca. epiſcopus, & 30. q. 3 d inceſtis, in gl. de hac materia, &c. ſed qđ hic not. fuit in ſumma Goffred. Archid.

per eo. & de præben referente. & extra de inſti. cum veniſſet. Arg. contra 16 q. 7. nullus, & extra de offic. Archi. cap. 4. & 5. Item vicarius eſt epiſcopi, vt infra cap. 1. & extra de offic. Archid. cap. 1. ergo habet delegatam iuriſdictionem, non ordinariam. Ad hoc dico, ꝙ Archid. habet

quir:: & licet omnia prudentiæ tuæ ſint cognita[a], tamen, quia affectu fraterno me conſulis, ex parte, qua valeo, expediam, & de omnibus eccleſię gradibus, quid ad quemque pertineat, eloquar. Ad oſtiarium namque pertinent claues eccleſiæ, vt claudat, & aperiat templũ Dei, & omnia, quæ ſunt intus, extraque cuſtodiat: fideles recipiat; excommunicatos, & infideles[b] excipiat; † ¶Ad exorciſtam pertinet exorciſmos memoriter retinere, manuſque ſuper energumenos, & cathecumenos in exorcizando imponere. ¶Ad acolythũ pertinet præparatio luminariorum in ſacrario: ipſe cereum portat: ipſe ſuggeſta † pro Euchariſtia, calices ſubdiaconis præparat. ¶Ad pſalmiſtam pertinet officium canendi, dicere benedictiones[c], laudes †[d], ſacrificium[e], reſponſoria, & quidquid pertinet ad canendi peritiam. ¶Ad lectorem pertinet lectiones[f] pronunciare, & ea quę prophetæ vaticinarũt, populis prædicare.[g] ¶Ad ſubdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Chriſti deferre, & leuitis tradere, eiſque miniſtrare; vrceoleum quoque, & aquam †, manile, & manitergium tenere; epiſcopoq;, & presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. ¶Ad diaconum pertinet aſſiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in ſacramentis Chriſti: in baptiſmo ſcilicet, in Chriſmate, & patena, & calice; oblationes quoq; inferre, & diſponere in altario: componere etiam menſam Domini, atq; veſtire, crucem ferre, & prædicare Euangelium, & Apoſtolum[h]. Nam ſicut lectoribus vetus teſtamentum, ita diaconis nouum prædicare præceptum eſt: ad ipſum quoque pertinet officium precum[i], & recitatio[k] nominum: ipſe præmonet[l] aures haberi ad Deum: ipſe hortatur clarè[m]: ipſe donat pacem[n], & ipſe annunciat[o]. ¶Ad presbyterum pertinet ſacramentum † corporis, & ſanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. ¶Ad epiſcopum pertinet baſilicarum conſecratio, vnctio altaris, & confectio chriſmatis[p]. Ipſe prædicta officia, & ordines eccleſiaſticos diſtribuit: ipſe ſacras virgines benedicit; & dum præcesſit vnuſquiſque in ſingulis; ipſe tamen eſt præordinator in cunctis. ¶Hi ſunt ordines, & miniſteria clericorum; quæ tamen auctoritate Pontificali in archidiaconi cura, & primicerij, ac theſaurarij ſolicitudine diuiduntur. ¶Archidiaconus enim imperat ſubdiaconis, & Leuitis: ad quem iſta miniſteria pertinent, ordinatio veſtiendi altaris a Leuitis, cura incenſi, & ſacrificij[q] neceſſaria ſolicitudo; quis Leuitarum Apoſtolum, & Euangelium legat, quis preces dicat, ſeu reſponſoria † in Dominicis diebus, aut ſolemnitatibus † decantet. Solicitudo quoque parochiarum β †, & ordinatio, & iurgia[r] ad eius pertinent curam pro repa-

† *al. eijciat.*

† *al. vaſa ſuggeſta.*
† *laudes ſacrificium* ] orig.

† *aqua manilem* ] orig.

† *al. ſacrificium.*

† *al. reſponſorium*
† *ſolemnitatem* ] orig. & Pann.
*Solemnitatum.* ] Burc. & Iuo.
† *Parochianorũ* ] orig.

c ¶Benedictionis.] ideſt, benedicamus.

d ¶Laudes.] ideſt, alleluia, vel illud. Chriſtus vincit, &c.

e ¶Sacrificium.] id eſt offertorium.

f ¶Lectiones] Legẽdas in matutinis.

g ¶Prædicare.] ideſt, legere: ne ſit contra 16. q. 1. adijcimus

h ¶Apoſtolum.] id eſt, epiſtolam: cum deeſt ſubdiaconus.

i ¶Precum.] Dicendo litanias.

k ¶Et recitatio.] Ordinandorum, & baptizandorũ, & mortuorum, & excommunicatorum 2. q. 1 legum.

l ¶Præmouet.] Cum dicit, Humiliate vos, &c.

m ¶Clarè.] Kyrieeleiſon in Rogationibus. Idem Goff.

n ¶Pacem.] Cum dicit, Dñs vobiſcum. vel pax vobiſcum; ſecundum conſuetudinẽ alterius loci. Vel cum dicit, Agnus Dei, &c. Lau.

o ¶Annunciat.] Feſtiuitates.

p ¶Chriſmatis.] Alia plura ſpectãt ad epiſcopum, vt 63. d. quamuis.

q ¶Et ſacrificii.] portanda ad altare.

r ¶Et iurgia.] Hic videtur, ꝙ archidiaconi habeant ordinariam iuriſdictionẽ, & quod poſſint inſtituere clericos, & ſuſpẽdere, vel excommunicare: vt 63. diſtin. ſi in plebibus, & extra de pœ. licet, & extra de exceſ. præla ad hoc, & de offi. deleg. ſu. habet ordinariã iuriſdictionẽ a. & qđ legitur extra de offi.

a Ad hoc facit qđ no 9. q. 4. nullus primas. in gl. ergo nec. & inf. dicã 24. q. 3. tã ſacerdotes. ibi videas. Arc.

a Idem ... in l. præ... mus. in p... C. de app... A le. de li... in rub. ff. ... offi. eius ... mand. eſt ... riſdict. ... colu. vbi ... hoc multã ... ducit iura.

officia archidiâ.c.4. intelligo cum archidiaconus exten debat manus ad ea quæ ſibi non competebant ex officio niſi conſuetudo ſit præſcripta, vel gñalis aliarũ eccleſiarũ illius diœc. Nec ob. ꝙ dr̃ eſſe vicarius epi quia nihilominus eſt ordinarius iudex. nã & vicarius alicuius ecclesiæ perpetuus dr̃, & ordinarius, vt extra de præben. de monachis. Sic video, ꝙ vicarius iudicis ordinariam habet poteſtatem. quod ex eo patet, quia interponit decretum de non alienandis rebus minorum. C. de off. eius qui vi. alie. gerit. l 2 ſed hoc non poſſet facere, ſi haberet delegatam iuriſdictionem, vt ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l 2. videtur tamen ex hoc, ꝙ habeat delegatam iuriſdictionem: quia appellatur ab ipſo ad archiepiſcopum, vt extra de præben. referente: ſed ſi haberet ordinariam iuriſdictionem, gradatim fieret appellatio, vt 2. q. 6. anteriorum Item alia ratione videtur hoc, quia tantum de humilioribus negotiis cognoſcit, vt hic dr̃: ergo eſt pedaneus iudex, vt C. de peda. iudi. l. vlt. ſed pedanei iudices delegati ſunt. vt. C. de peda. iudi. l. penul. Item quia epiſcopus hoc officium delegat alijs, vt, 10. q 1 epiſcopum. Sed iſtud intelligas de illo iure viſitandi, quod epiſcopo competit. H. dicit ipſum habere ordinariam: ſed tamen eam non poteſt exercere ſine auctoritate epiſcopi ſicut Metropolitanus ius habet conſecrandi epiſcopum: illud tamen ius non poteſt exercere ſine aliis epiſcopis. 64. diſtinct. cap. 1. loa. Mihi videtur quòd ſolus epiſcopus in ciuitate ſua debeat eſſe iudex ordinarius. vt 7. q. 1. in apibus. niſi ſecus ſit de conſuetudine iam præſcripta, vt extra de præſcript. de quarta. & c. auditis. & melius de off. Archid. capit. vlt. quod eſt Honorii. B.

† *Parochiam.*
† *Parochitanorũ*] orig.
† *al. & libertatum*

randis [a] diœceſanis baſilicis ipſe ſuggerit ſacerdoti [b]: ipſe inquirit parochias † cum iuſſione [c] epiſcopi, & ornamenta, vel res baſilicarum [d] parochiarum †, geſta libertatum † eccleſiaſticarum epiſcopo idem refert: collectam pecuniam de communione [e] ipſe accipit, & epiſcopo defert, & clericis proprias partes idem diſtribuit. ¶ Ab Archidiacono nunciantur epiſcopo exceſſus diaconorum: ipſe denunciat ſacerdoti in ſacrario ieiuniorum dies, atque ſolemnitatum, & ab ipſo publicè in eccleſia prædicatur γ: quando vero archidiaconus abſens eſt, vicem eius diaconus [f] ſequens adimplet. ¶ Archipresbyter [g] δ verò ſe eſſe ſub archidiacono, eiuſque præceptis ſicut epiſcopi ſui, ſciat obedire: & (quod ſpecialiter ad eius miniſterium pertinet) ſupra omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſſidue in eccleſia ſtare; & quando epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe vice eius Miſſarum ſolemnia celebret, & collectas [h] dicat, vel cui ipſe iniunxerit. ¶ Ad primicerium pertinent acolythi, exorciſtæ, pſalmiſtæ, atque lectores: ſignum [i] quoque dandum pro officio clericorum, pro vitæ honeſtate, & officij meditandi, & peragendi ſolicitè, lectiones, benedictiones, pſalmũ, laudes, offertorium, & reſponſoria quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque, & modus [k] pſallendi † in choro pro ſolemnitate temporum ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Siquid etiam neceſſarium eſt pro reparatione baſilicarum, quæ ſunt in vrbe [l], ipſe denunciat ſacerdoti: epiſtolas epiſcopi pro diebus ieiuniorum parochitanis † per oſtiarios ipſe dirigat: clericos ε, quos delinquere cognoſcit, ipſe diſtringat, quos verò emendare non valet, eorum exceſſus ad agnitionem epiſcopi deferat: baſilicanos † ipſe conſtituat, & matriculam † [o] ipſe diſponat. Quando aut em primicerius abſens eſt, ea, quæ prædicta ſunt, ipſe exquirat, qui ei aut lege † [p] proximus eſt; aut eruditione ζ. ¶ Ad theſaurarium pertinet baſilicarum, & oſtiarij ordinatio † [q], incenſi præparatio, cura chriſmatis conficiendi, tum baptiſterij ordinandi, præparatio, luminariorum in ſacrario, & in ſacrificijs †.

† *al. canendi.*

† *al parochianis.*
† *al. baſilicarios.*
† *al. matriculas*] origin. & manuſcrip.
† *loco*] orig.
† *reparatio*] orig.
† *præparatio ſacrificij)* orig.

α ¶ Clamare. *In epiſtola B, Iſidori. & apud Iuonem legitur:* ipſe hortatur orare, ipſe clamat, & panem ipſe annunciat.
β ¶ Parochiarum.] *In epiſtola legitur,* parochianorum, *quemadmodum & paulo inferius: Vox iſta frequens eſt in*

a ¶ Pro reparandis.] Alibi dicitur, quod hoc ad præpoſitum ſpectet, vt 70. d. ſanctorum, ſed ibi nomen præpoſiti large ſumitur. vt extra de verb. ſignific. quamuis.
a ¶ Sacerdoti,] Id eſt, epiſcopo.
c ¶ Cum iuſſione.] generali, quando recipit archidiaconatum ab epiſcopo.
d ¶ Baſilicarum.] Ruralium: quia ea quæ ſunt in vrbe, cuſtodit primicerius.
e ¶ De communione.] Ideſt, de oblationibus.
f ¶ Diaconus] Cum ergo poſſit vices ſuas delegare, ergo eſt ordinarius, vt C. de iudi. a iudice.
g ¶ Archipsbyter.] In quibuſdam eccleſijs vocatur iſte decanus 50 d. in capite. ſed ille eſt archipresbyter ruralis 2.
h ¶ Collectas.] Scilicet orationes.
i ¶ Signum.] ideſt, pulſatio campanarum.
K Modus] ideſt cum organo, vel ſine eo.
l ¶ In vrbe] Sed archidiaconꝰ ext. vrbẽ, vt ſu. dictũ eſt.
m ¶ Clericos.] Ciuitatenſes.
n ¶ Baſilicanos] ideſt, cuſtodes baſilicarum 2.
o ¶ Et matriculam] .i. tabulam: nam in matricula faciat ſcribi, quod quilibet canonicus legere debeat.
p ¶ Aut lege] .i. ordine. & eſt arg. literaturam æquipollere dignitati.
q ¶ Ordinatio.] i. vt ordinet ea, quæ ſunt neceſſaria ad baſilicam. ſ. claues & candelas.

2 Aliter accipitur 50. di. contu nac es Arch. Literatura æquipollet dignitati.

EX HAC EPISTOLA. Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua ponit de ordinatione pſbyterorũ & diaconorũ.

a Audire.] Oportet.] Subditos.

b ¶ Monita.] id eſt, conuerſationem.

c ¶ Diſciplinæ.] id eſt, regulam viuendi, vt 16.q.1. ſicut.

d Vnum.] ¶ In ſiniſtro humero. Et hoc ideo, vt oſtendatur, quod debet tranſire de læua ad dexterã, id eſt, de tẽporalibus ad ſpiritualia: & hoc oſtenditur cum circumflectitur poſtea verſus dexteram.

NVNC AVTEM. Hæc eſt tertia pars huius diſtin. in qua ponuntur 13. capitula apoſtolicæ regulæ: & ſub hac occaſione ponit quatuor acceptiones criminis Io. de Fan.

CASVS. Oſtẽſo qualiter in quolibet ordine ſint examinandi clerici & ordinandi; nunc Gra. breuiter vſque ad 12. cauſam tractat ex quibus ordinibus quis valeat promoueri: & qui poſt lapſum valeant reparari, & quibus culpis deijci mereantur, & quo accuſante, & quibus teſtificantibus poſſint conuinci clerici: & ſub quo iudice ſint abſoluendi, vel damnandi: Et incipiendo ab epiſcopo proſequitur 13. c. apoſtolicæ regulæ. Primũ c. eſt oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, vel ſine crimine. Et dicitur primo crimen quodlibet peccatum mortale, vel veniale ex deliberatione procedẽs, vel ſine: de quo dicitur: res pene contra naturam eſt, &c. ſed talis eligatur cuius cõparatione cæteri grex dicatur. Secundo dicit crimen accuſatione & condemnatione dignũ, vel infamia criminalis. Quod autem dicitur: oportet epiſcopum eſſe ſine crimine, intelligitur poſt baptiſmum, & non ante.

e ¶ Propter quod.] id eſt, quia ſimile ponitur 25. diſt. de Conſtantinopolitana. verſ. nam quod.

f ¶ Nunc autem.] Ab hoc loco vſque ad 49. diſt. aſſignat 13. cap. apoſtolicæ regulæ 1. quæ in locis ſuis diſtinguemus, & pertingit hic tractatus vſque ad 12. cauſam, aſſignando quales in quolibet ordine, & ex quo, & in quẽ debeãt promoueri, q. lapſi valeant reparari, & qui non: & ſub quo iudice quilibet accuſetur, & ſub quo iudice ſint ligandi, vel abſoluendi: Si qua autem alia interponit, incidentia ſunt, vt in 6.7.8.9. & 10. cauſis, continua.

¶ Hactenus oſtendimus quales ſint promouendi, & qualiter ſint examinandi. nunc autem oſtendit quales in quolibet ordine debeant ordinari Ioan. de Fan.

g ¶ Breuiter.] id eſt, vſque ad 12. cauſam.

h ¶ Regulam.] Hæc ſunt 13. capitula, quæ proſequitur: Oportet epiſcopum eſſe ſine crimine, Vnius vxoris virum, Non vinolentum, Prudentem, Ornatum, Hoſpitalem, Pudicum, Doctorem. Non percuſſorem, Non litigioſum. Non cupidum, Domui ſuæ bene præpoſitum, Non neophytum.

i ¶ Ad Timotheum.] Scribit.

k ¶ Nomine autẽ.] Gratianus volẽs exponere auctoritatem

*antiquis exemplaribus conciliorum Toletanorum.*

γ ¶ Prædicatur.] *Sic emendatum eſt ex manuſcr.* Grat. *& originali. Antea legebatur.*

δ ¶ Archipresbyter.] *Hinc vſque ad verſ.* Ad primicerium, *non ſunt in ipſa epiſtola Iſidori, atque in Pannormia, neque apud Burc & extra, c 1. de off. archipresb. citatur ex cõcilio Toletano.*

ε ¶ Clericos.] *In primo Vaticano eſt,* clericos vrbis, *& poſt verbum,* deferat, *additur,* cæteri enim qui ſunt extra vrbem, ad archidiaconi curam pertinent: *quemadmodum & in nonnullis alijs exemplaribus.*

ζ ¶ Eruditione.] *In orig eſt,* eruditione his explendis certus.

2 *Ex hac epiſtola liquet, quid cuiuſque officij ſit. ¶ Eſt etiam alia diſtinctio epiſcoporum, presbyterorũ diaconorum, quam fecit Clemens in epiſtola ſua tertia ita dicẽs.*

¶ Quid ab epiſcopis, quid a presbyteris, quid a diaconis audire oportet. Cap. II.

Audire[a] epiſcopũ attentius oportet; & ab ipſo ſuſcipere doctrinam fidei; monita[b] autẽ vitæ a presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem diſciplinæ[c]. Anſ.l.7.c.76.al.81.

*Sacerdos quoque vtrumque humerum orario ambit: diaconus verò ſiniſtro tantum, vt ad miniſterium expeditius diſcurrat.*

*Vnde in concilio Toletano 4. c.39.*

¶ Quare leuita vnum tantum humerum orario ambit. Cap. III.

Vnum[d] orarium oportet leuitam geſtare in ſiniſtro humero[e] propter quod[e] orat, id eſt prædicat; dexteram autem partem oportet habere liberam, vt expeditius ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat. Anſ.l.7.c. 80.al. 86.

3 *Nunc autem[f] per ſingulos gradus ordine recurrentes; qui ex quibus ordinibus in quem gradum conſcendere poſſint: qui poſt lapſum valeant reparari, vel qui non, quibus culpis a proprio gradu mereantur deijci. quo accuſante, quibus teſtificantibus poſſint conuinci, cuius ſententia ſint abſoluendi, vel condemnandi, breuiter[g] conſideremus. Ac primum a pontificali gradu incipientes, qualem oporteat eum eſſe, qui in epiſcopum eſt ordinandus, diligenter inueſtigemus, Apoſtoli regulam[h] ſecuti quã in huiuſmodi re Timotheo, & Tito ſcribit dicens: [Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe] id eſt, nõ obnoxium reprehenſioni. Hoc ad Timotheum[i]. Ad Titum autẽ: [Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe.] quod (vt Hieronymus ſcribit ad Oceanum) idẽ eſt. Nomine autem[k]*

1 Timoth.3. Cap.1.

Ex gloſſa interlineari ad eum locum.

Epiſt.83. & inf. ead. c. primum, & in gloſſa ordinaria ad locũ epiſt. ad Timotheũ.

1 Quam tractat vſque ad 50. diſt. per ordinem. deinum repetit eadem & ordinatẽ a d.51. vſque ad diſt.91. ſi qua alia interponit in diſtinctionibus, vel in cauſis, incidentia ſunt, vt inf. ſequitur in gl. ſ in Hug. Regula apoſtolica habet 13 ca.

tatem Apoſtoli: oportet epiſcopum eſſe ſine crimine, aſſignat hic plures ſignificationes huius nominis, crimen: licet hic quidã quinque ſignificationes aſſignent: ego non aſſigno niſi quatuor. Dicitur enim quãque crimen omne delictum ſiue mortale, ſiue veniale, ſiue ex delibe-

CRIMINIS APPELLATIO. CASVS. Ponitur tertia acceptio huius nominis, crimen. Dicitur.n. crimen quodlibet mortale peccatum, vel veniale qđ ex delibera tione procedit: & non deletur niſi p pœnitentiã *. Quæ vero procedunt ex infirmitate vel ignorantia, præcepit Iacobus * alterutrũ confiteri: quia facile dimittuntur.

*Vide Turrecrematã hic.

* Vide S. Th. 4 diſt. 17. q. 3. art. 4. q. 1. ad 1.

*criminis*[a] *quodlibet peccatũ intelligitur: unde in eadem epiſtola*[b] *Hieronymus dicit*, [*Res a cõtra naturam pene eſt, vt ſine peccato aliquis ſit: ſed talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex dicatur.*] *In epiſtola vero ad Titum, crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia: unde ibi ſlegitur:* [*Crimen eſt querela, id eſt peccatum accuſatione & damnatione dignũ.*] *Quod autem ſine criminatione iubetur eſſe, qui in epiſcopum eligitur; non ante baptiſma, ſed poſt baptiſmum intelligendum eſt: ut a tempore videlicet baptiſmatis nullius criminis conſcientia mentem eius remordeat.* ¶ *Criminis autem appellatio alias late*[f] *patet, complectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Vnde Beda ſuper epiſtolã Iacobi,* [*Peccata, quæ ex ignorantia*[g] *vel infirmitate humana committuntur, dicit, & præcipit alterutrum confiteri; quia facile*[h] *dimittuntur: quæcũque vero fiunt ex deliberatione, nõ niſi per pœnitẽtiam.*] ¶ *Hinc etiam*[i] *Auguſtinus ait,* [*Nullum peccatum, eſt adeo veniale, quod non fiat criminale*[k], *dũ placet.*] ¶ *Alias autem ea demum ſignificat, quæ ſemel commiſſa ad damnationem ſufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedunt, quæ niſi ſæpius iterata, & in conſuetudinem fuerint deducta; quamuis grauent poſt mortem, non tamen æternaliter perdunt: quia & ſi quadam ratione crimina appellentur; tamen mortifera, & capitalia non ſunt. Vnde Auguſtinus in homilia de igne purgatorio exponens verba Apoſtoli,* [*Si quis ſuper hoc*[l] *fundamentum ædificauerit ligna*[m] *fenum, & ſtipulam, &c.*] [*Multi ſunt, qui lectionem iſtam male intelligentes falſa ſecuritate decipiuntur: dum credunt, quod ſi ſupra fundamentum Chriſti capitalia crimina ædificent, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſſint purgari; & ipſi poſtea ad*

In gloſſa, inter lineari.

ca. e. primum.

Iaco. vlt.

Sermone 41. de ſanctis, ſiue 4. de animab. defunctorum.

f ¶ Late.] Sed latius ſup. ibi, noĩe autem. hoc.n. ſolũ mortale & veniale qđ ex deliberatione procedit.

g ¶ Ex ignorantia.] i. venialia peccata.

h ¶ Quia facile.] quia etiã laico* poſſumus ea confiteri, ſi nõ habeatur copia ſacerdotis: ſed mortalia nõ cõfitebimur niſi ſacerdoti dummodo poſſit haberi eius copia: alias laico poſſumus ea confiteri, vt de pœn. d. 1. quẽ pœnitet. & d. 6. q vult. Vel ideo facile, quia per orõnẽ dñicam, vel per eleemoſynas vel p modicũ ieiuniu, vel p aſperſionem aquę benedictæ dimittuntur, vt de pœn diſt. 3 de quotidianis. & diſt. 6 q vult. & de conſe d. 3 aquam.

i ¶ Hinc et.] recipicit ad id qđ dixit, ſi ex deliberatione. Ioan.

ADDITIO. Et expones ſic. Hinc, ideſt, ad oſtendendum, qđ illa quæ committuntur ex deliberatione indigent pœnitẽtia. & poſſunt iſta eſſe verba Grat. vel Bedę introducentis auctoritatem Aug. ſm H.

* Nec venialia nec mortalia poſſumus conficere ſacramentaliter, niſi ſacerdoti, vide B. Th. 4. d 17 q. 3. art. 4 q. 1. 2. & 3.

Venialia remittuntur variis modis.

deliberatione procedat, ſiue ex ignorantia, ſecundum quod dicitur, Nemo ſine crimine viuit & hanc ſignificationem innuit ibi, nomine autem criminis. Quandoq; dicitur crimen infamia procedens ex crimine: prout ibi ſumitur in epiſtola ad Titum Quandoq; dicitur crimen, ſolum id, quod ex deliberatione procedit (ſiue illud ſit mortale, ſiue veniale: prout ibi ſumitur criminis appellatio, &c. Quarto modo dicitur crimen ſolũ, id quod eſt dignum depoſitione, prout ibi ſumitur: alias; ea demum. Ioan Deinde exemplificat quod crimen ſit mortale, quod veniale: oſtendens qđ. mortalia delentur per pœnitentiam, venialia in purgatorio. hæc videas qualiter dixi in caſibus. B.

a ¶ Criminis] In præcedenti auctoritate.

b ¶ Vnde in eadem epiſtola] Sic continua: licet quodlibet delictum dicatur crimen, non tamen ita accipitur in præcedenti auctoritate: quia ſecundum hoc fere nullus eſſet idoneus, &c.

c ¶ Pene.] Inf. de pœni diſt. 2. cap. vlt.

c ¶ Pene.] Pene dicit propter Beatam Virginem & ſanctum Ioannem, qui fuerunt ſanctificati in vtero. vel philoſophicum temperamentum.

d ¶ Grex.] Sic 1. q 1. vilisſimus 81. diſt. in ſacerdotibus.

e ¶ Vel.] Pro ideſt.

K ¶ Criminale.] ideſt, cuius aſſiduitas, & contemptus * vitandi veniale non fiat mortale 1, non.n. vt qđ id quod eſt veniale, poſſit fieri mortale: quia ſm opinionẽ iſtorum nihil poteſt ſpeciem permutare. niſi velis dicere, qđ veniale & mortale non ſint ſpecies peccati, ſed accidẽtia. Vñ ſicut mortale fit veniale recepta pœnitentia, de pœn. diſt. 1. ſerpens ſic econuerſo fit veniale mortale. Alij dicunt, qđ tñ ipſe contemptus venialiũ eſt mortale peccatum; ſm hoc expone, fit mortale. i. tibi per contemptum fit 2 mortale. ſicut ibi exponitur, accedit verbum ad elementum.* & fit ſacramentum. 1. q. 1. detrahe.

ALIAS EA DEMVM. Hic ponitur quarta acceptio huius nominis crimen. ſ. qđ ſemel commiſſum ſufficit ad damnationem & depoſitionem: non tñ infamat & oſtenditur in hoc §. quæ peccata ſint mortalia, & quæ venialia: & quædam ex his enumerant mortalia, quæ per pœnitentiã purgantur; venialia in purgatorio poſt mortẽ. Et dr̃ qđ per lignum magna venialia deſignantur: per fœnum minora. per ſtipulam minima intelliguntur.

l ¶ Super hoc.] ideſt, ſuper fidem, ideſt, poſtquã fidem quis ſuſceperit, ideſt, licet quis poſt fidem ſumptam venialiter peccauerit, nihilominus ſaluus erit.

m ¶ Ligna.] Per hoc innuit tria genera venialium. lignã vocat grauiora venialia; fœnum minora. ſtipulã minima.

* Vide B. Th. 1. 2. q. 88. art. 4 & 5. & q. 74. ar. 8. ad 5.

1 Quod dic vt legitur & not de 15. diſt. 1. c. tres. prope finẽ.

2 ideſt, qđ ſitur. Archid.

* Inepta ſimilitudo.

3 Venialia triplicia.

nima.ligna enim diutius ſunt in igne quàm fœnum: & fœnum diutius quàm ſtipula.

a ¶ Non capitalia ] Hac auctoritate dicunt quidam, ꝙ nullus pro * mortali peccato punitur igne purgatorio: ſed tantum pro ueniali. Alij dicunt, quod ſi aliquis cœperit pœnitere pro mortali, & non perfecit hic pœnitentiã perficiet eam in purgatorio ſed ſi hic nõ eſt cõtritus de mortali, non purgabitur pro illo in purgatorio ſic videtur Aug. hic velle, & de pœn. diſt. 1 ſi peccatum & ca. ſicut prim. & de pœn. diſtin. vlt. cap. vlt

*Vide B.Th. 4. diſt. 18 q. 1. ar. 2. q. 1. & diſt. 21 q. 1 ar. 1 q. 1.*

Punitur ne aliquis, in purgatorio pro mortali peccato.

b ¶ Non omnia. ] Scilicet quæ ſunt mortalia, quæ venialia.

c ¶ Vel. ] Pro ſaltem.

Ebrietas quandoque eſt mortalis.

d ¶ Ebrietas. ] Quæ quandoque eſt mentis obliuio: & hæc eſt pœna, & non eſt aliquod peccatum, vt 15. q. 1. ſanè. quandoq; dicitur ſtudiũ ad inebriandum ſe: & hoc eſt mortale peccatum, vt 35. diſtinct. ante omnia. extra de vi & ho. cle. a crapula quandoq; dicitur frequens actus bibendi: & illud eſt ueniale, vt in verſ. ſequen.

e ¶ Plus accipit ] Caſu, non ex contemptu, & non ad ingurgitationem: aliàs eſſet mortale peccatũ, vt 4. diſtinctio. denique.

Taciturnitas in prælatis eſt peccatũ mortale.

f ¶ Plus tacet. ] In prælatis eſt taciturnitas mortale peccatum, vt 44 diſtinct. ſic rector. 40. diſtin. ſi Papa. in alijs eſt veniale.

g ¶ Ieiunantibus. ] Sed nonne comedere ante horam comedendi eſt mortale peccatum? vt de conſec. diſtinct. 1 ſolent. & diſtinct. 5. quinque modis? Sed non intelligas de ieiuniis ſtatutis: ſed de illis quæ quilibet pro ſua voluntate ſeruat 76. diſtinct. vtinam.

1 Quęrit, nõ aſſerit. nam hoc dicere eſſet durũ. Archi.

h ¶ Tardius ] Sic peccatum eſt, aliquid tardius dare. 13. quæſt. 2. qui oblationes. 16 q. 1. decimæ.

ADDITIO. Dic quod ipſum ſurgere non eſt peccatum: ſed tarditas & negligentia. cum iſtis concor. ſecundum Hug.

i ¶ Excepto. ] Arg. contra H. qui dixit ꝙ vir non poteſt cognoſcere vxorem quin venialiter peccet, ut dixit ſupra diſtin. 13. nerui.

k ¶ Deſiderio. ] Supple. & cauſa reddendi debiti.

l ¶ Neglexerit. ] Hoc eſt in prælato mortale, vt 90 d. præcipimus.

m ¶ Seruum. ] In hoc caſu ſeruus auditur agens contra dominum ſuum: & dominus talis cogitur eum vendere, vt ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. 2. §. dominorum. Similiter maritus vxorem tenetur moderate caſtigare, vt 7 q. 1. ſicut in fine. niſi ſit clericus, qui eam durius poteſt caſtigare, vt 33. q. 2. placuit.

Maritus uxorem caſtigare po[teſt]

*vitam perpetuã peruenire. Intellectus iſte, fratres cariſſimi, corrigendus eſt: quia ipſi ſeducũt, qui taliter ſibi blandiuntur. Illo. n. tranſitorio igne, de quo dicit Apoſtolus, [Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignẽ.] non capitalia[a], ſed minuta peccata purgantur: de quibus, & ſi nõ oĩa[b], vel aliqua cõmemorãda ſunt; ne aliquis ſe inaniter excuſare conetur; & dicat ſe neſcire, quæ ſũt minuta peccata, vel quæ crimina capitalia. Et quãuis Apoſtolus capitalia plura cõmemorauerit; nos tamẽ, ne deſperationẽ facere videamur, breuiter dicimus q̃ ſũt illa, ſacrilegiũ, homicidiũ, adulteriũ. [fornicatio†] falſum teſtimonium, furtũ, rapina, ſupbia, inuidia, auaritia & ſi lõgo tpe teneatur iracũdia; & ebrietas[d] ſi aſſidua ſit, in eorũ numerũ cõputantur. Quicunq. n. aliquod † de iſtis peccatis in ſe dominari cognouerit, niſi digne ſe emẽdauerit, & ſi habuerit ſpatiũ, longo tpe pœnitentiã egerit, & largas eleemoſinas erogauerit, & a peccatis ipſis abſtinuerit; illo tranſitorio igne, de quo ait Apoſtolus, purgari nõ poterit: ſed æterna illũ flãma ſine vllo remedio cruciabit. Quæ aũt ſint minuta peccata, licet oĩbus nota ſint, tamẽ q̃a longũ eſt, vt oĩa replicẽtur, opus eſt, vt ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit[e], q̃ neceſſe ſit, ad minuta peccata nouerit pertinere; quoties plus loq̃tur, q̃ oportet, aut plus tacet[f], q̃ expedit, quoties pauperes importune petẽtes exaſperat, quoties cũ ſit ſanus corpore, alijs ieiunantibus[g] prãdere voluerit, aut ſomno deditus, tardius[h] ad eccleſiam ſurgit, quoties, excepto[i] deſiderio[k] filiorum, vxorem ſuã cognouerit, quoties in carcere clauſos, aut in vinculis poſitos tardius requiſierit, quoties infirmos tardius viſitauerit, ſi diſcordes ad concordiam reuocare neglexerit[l], ſi plus aut proximum, aut uxorem, aut filium aut ſeruũ[m] exaſperauerit, quàm oportet, ſi amplius fuerit blanditus, quam expedit, ſi cuicunq; maiori perſonæ, aut ex volũtate, aut ex neceſſitate adulari[n] voluerit: ſi pauperibus eſurientibus nimiũ † delicioſa, vel ſumptuoſa[o] conuiuia ſibi pparauerit. ſi ſe in eccleſia, aut extra eccleſiam fabulis otioſis (de quibus in die iudicij ratio reddenda eſt) occupauerit: ſi dum incaute iuramus[p], & cum hoc per aliquam neceſſitatem implere non poterimus, vtiq;*

Ibidem.

Hic omittuntur aliquot B. Aug. verba.

† vox iſta abeſt ab originali.

† *aliqua*] orl.

† *Cibum non dederit, aut nimium.*] orig.

n ¶ Adulari. ] 22 q. 2. primum. Contra 11. q. 3. nemo peritorum. & 46 diſt. clericus qui. Solu. Tribus modis adulatur quis: vel attribuendo alicui homini bonum quod non habet. vel nimium extollendo bonum, quod habet. vtrunque iſtorum eſt veniale. vel approbando malum, quod habet: & illud eſt mortale. 11. quæſt. 3. vę. qui dicitis.

Adulatio placit[a]

o ¶ Vel ſumptuoſa. ] 41. diſt. non cogantur.

ADDITIO. Hoc vult ſonare iſta concor. ſicut infirmatur diues, ſi vtatur vilibus: ita infirmantur pauperes, ſi utuntur delicioſis, ſecundum H. Archid.

p ¶ Iuramus. ] Intellige cũ quis iocando iurat. Nam pro temerario iuramento bene peccat aliquis mortaliter, licet,

Iuramen[tum] an tem[erarium] ſit mo[rtale] peccatum

licet non tanta pœnitentia imponatur ei, ſicut ſi ſolemniter, & ex diſcretione iuraſſet, vt 22.q.4 qui ſacramento. Idem dico in iuramento per metum extorto, vt extr. de iureiur. verum. Contra 2. q.4. nos ſanctorum. Sol. ibi de ſolemni, hic de non ſolemni.

a ¶Te-

peramus, & cum omni facilitate, vel terminate [a] maledicimus, cum ſcriptum ſit: [Neque maledici regnum
1.Cor.6. Dei poſſidebunt.

α ¶Res contra.] *Sic fere in gl. ord. ad vocem illam:* irreprehenſibilem. *& eſt epitome quadam verborum B. Hieronymi in epi. ad Oceanum, explanantis locum Apoſtoli ad Timotheum, & ad Titum.*

β ¶Vnde ibi.] *Ideſt non apud B. Paulum ſed in gl. ord. ad locum B. Pauli. Sumpta autem ſententia eſt ex B. Auguſtino ex tracta tu 41. ad c. 8. Ioannis. eiuſque verba habentur. & apud Bedam ad eundem B. Pauli locum, & infra d. 81. c. Apoſtolus, primo.*

γ ¶Remordeat.] *Sequebatur in vulgatis:* Vnde Hieronymus ſcribit in eadem epiſtola ad Titum: ] *qua verba ſunt induſta, quoniam in nullo manuſcripto ſunt inuenta: habentur autē infra ead. ante c. primum.*

δ ¶Vnde Beda.] *In commentarijs ipſius ad c. 5. epiſt. Iacobi ad illa verba:* confitemini alterutrum, *ſic legitur:* In hac autem ſententia, illa debet eſſe diſcretio, vt quotidiana leuiaque peccata alterutrum, coæqualibus confiteamur. eorumque quotidiana credamus oratione ſaluari: porro grauioris lepræ immunditiam iuxta legem ſacerdoti pādamus, atque ad eius arbitrium, quáliter & quanto tempore iuſſerit purificari curemus

ε ¶Nullum peccatum.] *In gl. ord. in c. 11. 1. Corin. ad ea verba:* reus erit corporis, & ſanguinis Domini. *citatur hac ſententia ex B. Aug. homilia 24. in Ioannem, in hac verba* Nullum peccatum veniale eſt. dum placet quantumcunque paruum: ſicut mortale, ſi vere diſplicet, nullum iudicatur.

*Item Gregorius Dialo. l. 4. c. 39.*

¶Quæ ſunt venialia peccata, quæ poſt hanc vitam purgantur. Cap. IIII.

QValis hic [b] quiſque egreditur, talis in iudicio [c] præſentatur: tamen de quibuſdam leuib. culpis [d] eſſe
Matth.12. ante iudicem purgatorius ignis credendus eſt [e], pro eo, quod veritas dicit: [Quia ſi quis in ſpiritum ſanctum blaſphemiam [f] dixerit, neque in hoc ſæculo remittetur ei neque in futuro.] in qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſœculo, quaſdam verò in futuro poſſe laxari. Quod enim de vno negatur [g], conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur. Sed tamen, vt prædixi, hoc de paruis, minimiſque peccatis fieri poſſe credendum eſt: ſicut eſt aſſiduus otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ familiaris, quæ vix ſine culpa [h] vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt; aut in non grauib. rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in hac vita poſitis minimè fuerint relaxata.

tabitur homo ante Deum in die iudicij. Et tādet, quòd ſi bonus decedit, bonus repræſentabitur: & ſi malus decedit, malus repræſentabitur. Sed tamen ſunt quædam peccata in iuſto, quę purgantur poſt mortem: ſcilicet venialia, vt ſermo otioſus: riſus immoderatus: & peccatū curæ familiaris & hoc probat aucto ritate Euāgelii dicē tis. Si qs dixerit blaſphemiam in ſpiritū ſanctū, nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittet ei. Vñ a cōtrario ſenſu apparet, quod peccata q̄dam in futuro remittentur. nam quod de vno negatur, de aliis conceditur.

b ¶Qualis hinc.] Hoc verū eſt de ſumme bonis, vel ſūme malis. nam qaidam ſunt ſumme boni q̄dam ſumme mali &c.

c ¶In iudicio.] Vt 13.q.2. tempus. Ioa. [1]

d ¶Culpis] Scilicet venialibus.

e ¶Credendus eſt.] Hic vult dicere, quòd quædā culpæ tolluntur per ignem purgatorii, ante diē iudicij.

f ¶Blaſphemia m.] Qui peccat per impotentiā, dicitur peccare in patrem: quia patri attribuitur potentia 24 d. qui epiſcopus. Qui peccat p ignorātiam. dicitur peccare in filiū: quia filio attribuitur ſciētia. 39. diſt ſi iuxta: Sed qui ex contēptu peccat, dr̄ peccare in ſpūm ſctm̄, vt ille qui eſt obſtinatus in peccato, & illud dr̄ irremiſſibile [2], ideſt non ita de facili remittitur ſicut præcedentia. de pœnitent. d. 1. §. poteſt. & d. 2. ſciendum.

g ¶Negatur.] Argu. quod de vno negatur, de alio conceditur, vt 16. q. 3 de crimine ff de iudi. l cū prætor. ſic quod de vno conceditur de alio negatur, vt 45. d. diſciplina. 1. q. 1. p Eſaiam. 33. q. 6. quiſtit [3]. Argum. cōtra C. de natu lib. Authen. item ſi quis. vbi licet vnū nominet, tamen extenditur ad alios. ſi c. 61. diſt. miramur. arg. ff. de cuſto. reo. ſi quis.

h ¶Sine culpa.] Similiter militia, mercatio, procuratio, ſiue

1 De hoc ēt no. extra de cele. miſſa cum Matth. in fi.

Peccatur varior modo in patrem, & filium & ſpiritum ſanctū.

2 Quod dic vt legitur, & not inf. de pœn. d. 1. §. pōt etiam. & d 2. & c. ſciēdū. Arc.

3 In fine.

Negocia multa ſunt quæ vix ſine peccato ſiūt

a Temeritate.] Sed ſi ex odio, eſſet mortale, vnde ſequitur, quoniam.

QValis hinc.] CASVS. Quærebatur qualis repræſen-

ſiue adminiſtratio aliqua vix ſine peccato ſit, de pœn. diſt. 5. falſas. &c. qualitas.

QVi in aliud.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi quis non egit pęnitentiam in hac vita de aliquo veniali, in futuro ſæculo purgabitur igne purgationis, qui ſuperat omnem pœnam, quam aliquis poteſt pati in hoc mundo.

ALIAS. Hic proſequitur Gratianus ſecundum H. quintã acceptionem huius nominis, crimen, dicens, ꝙ crimen, dicitur quandocunq; irrogat perpetuam infamiam.

PRimum.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod, qui eligitur in epiſcopum, debet eſſe ſine crimine, & ſine criminali infamia poſt baptiſma, nec ſufficit, ſi eo tempore ſit ſine crimine, quo eſt ordinandus, cum forte per pœnitentiã diluerit peccata ſua. Quomodo. n. poterit alios corrigere qui in ſimile corruit delictum?

d ¶ Reſpondeat.] Sic infra diſt. proxi. vna tantum. & 42. d §. 1. & 92. d in ſacerdotibus. §. 1.

SEquitur.] Hæc diſtinct. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, [Sicut duabus.] Ioan. de Fan.

CASVS.

*[Item Auguſtinus in lib. de vera, & falſa pœnitentia, c. 18.]* Infra de pœnit. d. 7. c. vlt. § fin.

¶ De eodem. PALEA. Cap. V.

QVi in aliud ſæculum diſtulit fructum conuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autẽ ignis, & ſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam aliquis paſſus eſt in hac vita, vel pati poteſt a.

a ¶ Vel pati poteſt.] *Hæc verba non ſunt in originali, neque infra de pœnit. diſt. 7. c. vlt. § fin. vbi de hoc idem recitatur.*

*Alias autem ea tantum delicta ſignificat, quorum eſt perpetua infamia.* In commentarijs ad c. 1.

*Vnde Hieronymus ſcribit in eadem epiſt. ad Titum. cap. 1.*

¶ A die baptiſmi ſine crimine debet inueniri, qui in epiſcopum eſt ordinandus. Cap. VI.

PRimum [a] itaq; ſine crimine iubetur eſſe † epiſcopus, quòd puto alio verbo ad Timotheum, irreprehenſibilẽ nominatum; non quòd eo tantum tempore, quo ordinãdus eſt ſine vllo ſit crimine, & pręteritas maculas noua conuerſione diluerit: ſed quòd ex eo tempore, quo in Chriſtum renatus eſt, nulla peccati conſcientia remordeatur. Quomodo enim poteſt, præſes [b] eccleſiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto ſimili corruerit? aut qua libertate corripere [c] peccantẽ poteſt, cum tacitus ſibi ipſe reſpõdeat [d], eadem admiſiſſe, quę corripit.†?

† ſit] orig.

1. Cor. 5.

*Ecce, qui ordinandus eſt in epiſcopum, non ſolum tempore ſuæ ordinationis, ſed etiam omni tempore poſt baptiſma a crimine immunis eſſe debet.*

† Cõcord... frater a ... tre. ñ de ... di. indeb... l. altius. ... ſec. ve...

DISTINCTIO XXVI.

SEquitur [e] in vtraque epiſtola, [*vnius vxoris virum.*] *poſt baptiſma videlicet, non ante baptiſmum.* 1. Tim. 3. & Tit. 1.

*vnde Hieronymus a ſcribit ad Oceanum epiſt. 83.*

Promoueri vtrum poſſit ille qui ſemel peccauit.

a ¶ Primum.] Ex hoc ca. tres oriuntur opiniones. dicit H. ꝙ q ſemel peccauit, non poteſt amodo ꝓmoueri, vel aliquos act9 legitimos exercere, vt hic, & 48. d. quã. & 16. q. 7. ſi qs omnem & 50. di. illud. & 6. q. 1. qui crimẽ. & 6. q. 1. ĩ ſcripturis in fi. & extra de tem po ordi. cap. ex tenore. Et arg. ꝓ eis, ff. d ædil edict. qs ſit fugitiuus. l. reſponſo. fur. enim nõ purgat vitium furti licet rẽ reſtituat. ff. de furtis, qui ea mẽte, nec raptor vitiũ rapinę. ff. vi bono. rap. l. penu. Alii dicunt. quod poſt quodlibet mortale acta pœnitentia poteſt quis promoueri, niſi ſit crimen enorme, vt 82. d. Apoſtolus. Et eſt arg. ad hõc 50. diſt. ferrum. ff. de ædil. edic. quod ita ſanatum eſt l. quia ſtatus noſtri tpis, &c. vt 84. d. fraternitatis, & dicunt, quod ille can. non corrigit alios, qui de rigore loquuntur. Tertii dicunt, ꝙ quantumcunque ſit graue delictum, dummodo ſit occultum poſt pęnitentiam non impedit promouendũ, vt 50. diſt. de his. Ego credo, ꝙ ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtũ, dũmodo ſit enorme, impedit ꝓmouendum, licet egerit pniam. 50. d miror. Io. Sed certè hoc non eſt verũ, licet Io. hoc dicat. nam ꝓ occulto crimine nemo repellitur poſt pniam, niſi in homicidio, vt dicit noua decr. extra de tẽp. ord c. vlt. quę declarat hoc totum. Ber.

ʒ Ad idem de pœ. diſt. 1. quantuslibet. & c. quã orbem ver. neq; . n. &c. & 32. qõ. 1. qꝫ aũt, in fi. 56 diſt. nunquam. nam Deus vitiis tantum iraſcitur, non hoĩbus. de pœn diſt. 1. quamobrẽ. Arch.

b ¶ Præſes.] Ideſt, epiſcopus.

c ¶ Corripere.] No. quod poteſt quis accuſari de peccato de quo pœnituit. 33. q. 2 admonere.

CASVS. Supra tractatum eſt primum cap. apoſtolicæ regulæ, ſ. oportet epiſcopum eſſè ſine crimine: quod intelligitur non ſolum ſuæ ordinationis tempore, ſed etiam omni tempore poſt baptiſmum. In hac vero 26. diſt. proſequitur ſecundum c. apoſtolicæ regulæ. ſ. oportet epiſcopum eſſe monogamum, ideſt, vnius vxoris virum, i. non plurium. & hoc intelligitur poſt baptiſmum: quod probatur per ſequens capitulum quod abrogatum eſt.

e ¶ Sequitur.] In hac 26 diſt exequitur ſecundum præceptum apoſtolicæ regulæ, oportet epiſcopum eſſe vnius vxoris virum, quod negatiuè exponitur, i. non plurium. tamen in caſu neceſſitatis bigamus promouetur vſque ad ſubdiaconatum, vt 34. d lector. Aſſignantur autem quatuor rationes, quare bigamus non poſſit promoueri. Vna propter defectum ſacramenti ʒ quia non eſt ibi ſacramentum vnitatis, cum carnem ſuam

Bigamus pp quat... rõnes ꝓmo... ueri non ... teſt.

ſuam diuiſerit in plures, vt inf. ea. acutius. Itē pp prærogatiuam ordinum, vt inf. ead. vna. Item pp ſignum incontinentiæ, ex eo, quòd de una tranſiuit ad aliam, vt 82. diſtin. propoſuiſti. Item ex eo, ꝙ non habet frontem hortandi ad viduitatem, vt inf. cau. vna, in fi.

Vnius.]

ACutius.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte probat Aug. ꝙ ille qui habuit vnā coniugem ante baptiſma, & aliam poſt, promoueri non poteſt, cum ſit bigamus, & hoc ſit non pp peccatum, quod cōtraxit, ſed pp ſacramenti defectum, quod in eo deficit. cū hic non de peccato, ſed de inordinatione agat. Et ſi cathecumena fuerit ante baptiſmū corrupta, licet poſtea baptizetur, tamen nō poterit inter virgines cōſecrari. In ſecunda parte, quæ icipit ibi [Sicut.] dicitur, ꝙ ſicut vnitas vni viro id eſt, Chriſto debet eſſe ſubdita, & non diuerſis, id eſt, Deo, & diabolo, ita à Deo recedere in ſuperſtitionem diaboli non licet. Vel intellige ſic, vt faciat ad propoſitum Gratiani, id eſt, ſicut duobus coniugis nō poteſt aliquis deſeruire ſimul, ſic ab vno cōiugio in aliud ire non licet: quia talis apoſtataret à via ordinandi.

¶ Poſt baptiſmum debet eſſe monogamus, qui in epiſcopum eſt ordinandus. Cap. I.

Beda, & gl. ord 1. Tim. 3. ad, hęc verba.

†Gloſſa nō habet.

VNius [a] vxoris virum, id eſt, monogamum [b] poſt baptiſmum [c] Si enim, & ante coniugem habuit, quæ obierit; non ei imputatur, cui prorſus nouo [homini † [d] nec ſtupra, nec alia, quæ ante fuerunt, iam obſunt.

a ¶ Hieronymum..] *Sententia quidem huius, & ſeq ſunt Patrum qui citantur, id eſt. Hieronymi. & Auguſtini: verba tamen ipſa potius videntur ſumpta ex collectaneis Bedæ, & ex gl. ord huius quidem capitis in primam ad Timot. c. 3. ſeq. vero in epiſtolam ad Titum c. 1.*

† In gl. or. in c. 1. epiſ. ad Titum, ſumpta tamen inde ex. S. Aug. in lib. de bono coniugali, c. 18. 26. q. 3. ca. cautius. Iuo p. 8 c. 294. Pann. l. 6. c 46. Anſ. l. 9. c. 59. Poly. l. 2. tit. 31. 1. Cor. 7.

*Auguſtinus vero contra teſtatur ſcribens† in epiſtola ad Titum.*

¶ Qui ante baptiſmum habuerit vnam, & poſt baptiſmū] aliam ordinandus non eſt. Cap. II.

ACutius intelligunt, qui nec eū, qui cathecumenus, vel paganus habuit alteram, ordinandū cenſuerūt: quia de ſacramento [e] agitur, non de peccato [a]. Nam in baptiſmo, peccata omnia dimittuntur: & qui dixit, [Si nupſerit virgo, non peccat] ſatis declarauit nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctitatē autem ſacramenti, ſicut fœmina, ſi catechumena vitiata eſt, non poteſt poſt baptiſmū inter Dei virgines conſecrari [f]; ita non abſurdè viſum eſt bigamum non peccaſſe, ſed normam ſacramenti amiſiſſe, non ad vitæ meritum, ſed ad ordinationis eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam. Et ſicut plures antiquorum patrum vxores, ſignificauerunt futuras ex omnibus gentibus eccleſias, vni viro ſubditas, id eſt Chriſto: ita noſter antiſtes, id eſt, epiſcopus vnius vxoris vir ſignificat [g] ex omnibus gētibus vnitatem vni viro [h] Chriſto: ſubditam [i].

2 ¶ Itaque ſicut duobus dominis ſeruire, ſic ab vno Deo apoſtatare, & in alterius ſuperſtitionem ire, non licet †.

Concor. † in l na. aliter. em uide de epiſc. cler.

*Matth. 6.*

a ¶ De peccato.] *Sequebatur*, propter ſanctitatem ſacramē-

e ¶ De ſacramento.] Senſus eſt, bigamus non repellitur, quia peccauit, ſed ꝓpter ſacramenti defectū, q eſt in eo. extra de biga. à nobis. & c. nuper Et no. ꝙ in matrimonio triplex deſignatur ſacramētum 1. cōiunctio animorum per verba de pſenti, deſignat coniūctionem fidelis animæ ad Chriſtum, ſed commixtio carnis deſignat coniunctionē Chriſti, & eccleſię, vt extra de biga. debitū. Item deſignat ibi vnio deitatis cum humanitate, unde conſecr. diſt. 2. in Chriſto. & illam deſignat coniunctio corporum.

2 Hic uideas qđ dicā de pęn. diſt. 2. § Adā. ſuper glo. dicens hoc, &c. Archidia.

VNius] CASVS. Quæſitum fuit à Hiero. vtrum cap. apoſtolicæ regulæ; oportet ep̄m eſſe monogamū, intelligatur ante baptiſmum, uel poſt. Et reſpondet, ꝙ poſt baptiſmum, & non ante. ſi enim ante coniugem habuit, non imputatur ei, ſicut nec ſtuprum:

a ¶ Vnius.] Id eſt, non plurium. ſic extra de teſti. licet. Et ſic uerba affirmatiua exponuntur negatiuè, ut 1. q. 1. iud ces. 23 q. 4. ſi ea.

b ¶ Monagamum] Mones unum, gamos mulier uel nuptiæ. inde monagamus, ſcilicet, qui unam tantum habuit uxorem H

c ¶ Poſt baptiſmum.] Non dicit uerum: quia matrimonium non ſoluitur in baptiſmo, ut inf ea. cap. deinde. & malè ſentit hic Hieron. unde Auguſtinus eum corrigit in proximo cap.

d ¶ Nouo homini] Sub eo modo loquendi ſeruus poſt manumiſſionem dicitur nouus homo, ut ff. de adi. leg. ſi ſeruus legatus & alia lex dicit, ꝙ poſt manumiſſionem alius intelligitur, ut ff. de ſolu. qui res. §. aream.

f ¶ Conſecrari.] Quæri conſueuit, cum conſecratio ep̄i maior ſit & dignior q̄ uirginum, quare poſſit conſecrari in epiſcopum, qui non ſolum uxorem habet, ſed etiam poſt mortuam uxorem habuit concubinam, ut 33. diſ. habuiſſe. & 34 diſt c. fraternitatis, & ſi qua fuerit corrupta uel ante baptiſmum uel poſtea, non poſſit inter ſacras uirgines conſecrari, ut 20. q 1. iuuenculas? Rñdetur, ſacra uirgo ſignificat eccleſiam triumphātem, ubi non eſt macula neq; ruga 21. diſt. quamuis. ſed epiſcopus eccleſiam militantem, ubi ſunt boni. & mali. 31. d. quoniam 1. q 1. audi.

Corruptus in ep̄m conſecrari pōt, ſed non corrupta inter virgines.

g ¶ Significat] Et ita * ipſe epiſcopus eſt ſacramentum, ſicut aqua ipſa 1. q 1. detrahe uerbum ab aqua, quid erit niſi aqua?

* *Neq; ep̄s neq; aqua proprie eſt ſacramentum. Vide Turrecremata hic.*

h ¶ Vni uiro] id eſt, Deo, & non diabolo, & ſic bene aptatur ſequens littera.

i ¶ Subditā.] id eſt, nō ab eo diuiſam & bene ſequitur.

DEinde.] CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Ruffus, & Euſebius, & cæteri,epiſcopi Macedoniæ tres prauas opiniones habebant. Prima erat,qđ ille non debet bigamus reputari, qui ante baptiſmum habuit vnam, & poſtea aliã, & eam quã poſt baptiſmum aliquis habuit, videri quaſi nouo homini copulatam. Sed hanc opinionem reprobat Innoc. per duo inconuenientia. Primum eſt, ꝙ ſecũdum illorum opinionem, ſi aliquis ante baptiſmum tres habuerit vxores.& poſt baptiſmum quartã, quæ quarta eſt, erit prima ſecũdum eos. Secundum inconueniens eſt. ꝙ hæc talis q̃ quarto ducta eſt, debet loco virginis reputari Secunda opinio erat, ꝙ totum quidquid agit homo ante baptiſmum, in baptiſmo deletur,qđ Inno. reprobat, cum in baptiſmo tantum peccata deleantur, & non matrimonia, cũ Deo auctore ſint cõſtituta Tertia opinio erat, ꝙ matrimonium ante baptiſmũ non erat legitimum: & hoc improbat tali ratione: quia ſi hoc verum eſt, filij inde nati non erunt legitimi, nec hæreditatem habebunt, ſed erunt ſpurij vel naturales. Hoc etiam improbatur auctoritate Domini: nã interrogatus à Iudæis, ſi liceret homini dimittere vxorem ſuã, reſpõdit: Quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet:& de his tãtum loquebatur, ſcilicet Iudæis, qui ante baptiſmum contraxerunt. In ſecunda parte, quæ incipit ibi,[Quæro,& ſolicitus] reuertitur Innoc. ad ſecundã opi. & eã improbat duabus rationibus vſque in finem. Prima eſt, ꝙ ſecundum hoc filij nati ante baptiſmum & poſt non erunt fratres, nec inter eos erit familiæ erciſcundæ iudicium, quod eſt abſurdum. Secunda eſt quia ſecundum hoc,bona quæ facit aliquis cathecumenus,non proſunt ei, ſi quod ante baptiſmum geſſit, in baptiſmo deletur, quod non fuit verum in Cornelio Gentili, nec in præceptis legalibus diligenter impletis. Et ſic concludit,ꝙ per baptiſmum non aboletur matrimonium,ſed peccatum.

vt ibi;& cum eo alij duo latrones.ſic 56.diſt.Cœnomanentem 1.34.diſtin.ſi quis viduam.8.q̃o.3.Artaldus vnde licet ſic inueniatur ſcriptum in aliquo inſtrumento; hæc eccleſia cum cæteris capellis, per hoc non probatur eccleſiam illam eſſe capellam.

AD-

ti,ſicut ſi fœmina,&c. *Reſtitutus eſt totus hic locus ex gloſ. ord. Nam apud B. Auguſtinum, & reliquos collectores copioſior etiã eſt.*

*Item Innocentius Ruffo,& Euſebio, & cęteris epiſcopis Macedon.epiſt.22.c.2.*

¶Bigamus[a] probatur,qui ante baptiſmum habuerit vnã, & poſt baptiſmum alteram. Cap. III.

DEinde ponitur non dici oportere bigamum eũ, qui catechumenus habuerit atq; amiſerit vxorẽ,ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eamque primam videri, quæ nouo homini copulata ſit:quia illud coniugium per† baptiſmi ſacramentum cum cęteris [a] criminibus ſit ablutum†,Quod cum de vna utique dicitur,certè,ſi tres habuerit in vetere poſitus homine vxores β,erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt,ſic interpretantibus prima,& virginis æquè [b] nomen accipiet,quæ quarto ducta eſt loco. Quis(oro)iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe pręceptum,qui ait,vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotem? Sed obijcitur [c], quod in baptiſmo totum quidquid in vetere homine geſtum eſt, ſit ſolutũ. Dicite mihi (cum pace veſtra loquor)crimina tantum dimittuntur in baptiſmo,an & illa, quæ ſecundum Domini † præcepta, ac Dei cõſtituta complentur?Vxorem ducere crimen eſt, an non eſt crimen?Si crimen eſt.ergo(præfata venia dixerim)erit auctor in culpa:qui,vt crimina committerẽtur, in paradiſo præcepit γ, cum ipſe eos benedixit. Si vero non eſt crimen,quia quod Deus inſtituit †,nefas ſi crimẽ appellari,& Salomõ addidit,[Etenim à Deo præparatur viro vxor,]quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſũ quod auctore Deo legitur conſummatum? Quid de talium [d] filijs percenſetur? Nunquid non erunt admittendi in hæreditatis conſortio †, quia ex ea ſuſcepti ſunt,quæ ante baptiſmum fuit vxor,eruntque apoellandi vel naturales [e], vel ſpurij;quia non eſt legitimum matrimonium, niſi illud (vt vobis videtur) quod poſt baptiſmum aſſumitur?Ipſe Dominus,cum interrogaretur à Iudęis, ſi liceret dimittere vxorem,atque exponeret fieri non debere,addidit[Quod ergo Deus iunxit,homo non ſeparet.] Ac nę de his locutus eſſe credatur,qui poſt baptiſmum ſortiuntur [f]: meminerint hoc & a Iudęis interrogatum,

Burc.l.4.c.98. Iuo p.1.c.191.& p.8. c.303. Poly.l.6.tit.4.

† *poſt* orig. † *al. ablutum.*

1.*Tim.3.ad Tit.c.1.*

† *legis*] orig.

*Gen.1.* † *iunxit*] orig. *Prou.19.*

28.q.1.nunquid. † *al. conſortium.*

*Matth.19.*

Cæteri & a- a ] Cũ cæteris.]Impropriè ponitur hæc dictio,cæteris,

ADDITIO. Argu. contra 1.q.7.& ſi illa,in prin.vbi de hoc.Arch.

b ¶ Æquè.]ideſt,ſimili ratione.

c ¶ Sed obijcitur.] Nunc obijcit contra ſecundam opinionem.

d ¶ Quid de talium.] Hic obijcit contra tertiam opi.

e ¶ Vel naturales.] Qui dicuntur legitimi, qui naturales,habes 32.q.4. liberi. qui ſpurij. ff. de ſtatu homi. l. vulgo.

f ¶ Sortiuntur.]Vxores,& viros.

a ¶ Reſpon-

a ¶ Reſponſum.] No. interpretandas eſſe locutiones, ſm perſonas, q̃ loquuntur, quid vel quibus loquuntur, vt hic, & 1. q. 7. dici. & extra de maiorit. & obed. ſolitæ. & q perſona loquens comprehenditur in generali ſermone, argum. ff. de pignor. Paulus. §. vltimo. Sed contra arg. C. de ſolu. inquiſitio, & arg. contra. ff. locati. qui inſulam. § ult. ubi nec dominus, nec familia excipitur in generali ſermone.

Perſona loquentis an in generali ſermone comprehēdatur.

b ¶ Auctoritate.] Quod enim ratione probari non poteſt, extirpandum eſt, vt 68 diſt. choriepiſcopi.

c ¶ Lex præcepit.] 23. q. 1 qui peccat., non peccat legis auctoritate &c.

d ¶ Deſtinatos.] Quid de hoc iuris ſit, habes 23. q. 5. reos.

& Iudæis eſſe reſponſum [a]. ¶ Quęro, & ſolicitus, quæro, ſi vna eademq; ſit vxor eius. qui ante catechumenus, poſtea fit fidelis, filioſq; ex ea, cum eſſet cathecumenus, ſuſceperit: ac poſtea alios, cũ fidelis; verum ſint appellandi, fratres, an non habeant poſtea, defuncto patre, erciſcundæ hæreditatis conſortiũ, quibus filiorũ nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? Quod cum ita ſentire, atq; iudicare abſurdũ eſt, quæ (malum) ratio eſt, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate [b] roborari) cum nõ poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit [c] & Deus iunxit? Nunquid ſi quis cathecumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos [d] qualibet rõne eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit: quæro, ſi hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptiſmum, eorũ, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Corneliũ orationibus, atq; eleemoſynis vacantem, angelum audientẽ per reuelationem, ipſumque, Petrum videntem; nunquid per baptiſmum hæc illi ablata ſunt; propter quæ ei baptiſmus videtur eſſe conceſſus [e]? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene geſtum fuerit, & ſecundum præcepta legalia cuſtoditum, non poteſt facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non poteſt dici peccatum, & quod peccatum non eſt ſolui inter peccata [f] credi omnino non debet: eritque integrum æſtimare aboleri non poſſe prioris nomen vxoris, cum non dimiſſum ſit pro peccato, quod † ex Dei ſit voluntate completum.

Act. 10.

† al. quia.

e ¶ Conceſſus] Quaſi dicat. eadem cauſa non operatur contrarios effectus. ſic 57. diſt. ſi qs in ęgritudine, ſicut editum ſolutio non parit liberationem, & repetitionem, vt ff. de ſolut. qui hominem. §. vlt. extra de bap. maiores.

Cauſa eadẽ diuerſos effectus non operatur.

f ¶ Inter peccata.] Videtur ergo, q infamia contracta ante baptiſmũ non tollit per baptiſmũ, & ita q ante baptiſmum fuit infamis, poſtea põt promoueri, vt 48. di. qm̃. & 1. q. 7. ſi quis oẽm. Hoc non credo. ſed dico infamiã & irregularitatẽ ex ꝓprio delicto prouenientẽ tolli in baptiſmo: qa dona baptiſmi ſunt ſine oi pœnitentia, & ſatiſfactione, vt de cõſecr. diſt. ſine. Si eñ peccatum non deleretur quãtũ ad infamiã, adhuc poſt baptiſmũ obeſſet, qḋ negat Ambr. inf. ea. vna. vnde ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſmum omnis infamia, & irregularitas tollit, vt 51. diſ. ſi quis poſt acceptum. hoc etiã patet in Paulo: q ante baptiſmũ fuit homicida: & tñ poſtea factus eſt apoſtolus, vt 50. diſt. §. econtra. Si obijcis, q ſm hoc illa, quæ corrupta eſt ante baptiſmũ, poſt baptiſmum non ſit irregularis: & ideo debet conſecrari: bene concedo, q non eſt irregularis: ſed tñ impeditur conſecratione pp defectum ſacramẽti. Sed quare repellit mulier ptextu fornicationis, q̃ ante baptiſmũ cõmiſit, vt ext. de diu. gaudemus in fi. ſic vt in promouẽdo. Sed hoc ideo eſt, quia illud delictum non tm̃ vxorem. ſed ẽt virum maculat, vt 32. q. 1. in coniugio. Sic vides, q per libertatem tollitur delictum, uel infamia quam quis in ſeipſo commiſit: ſed illud

Baptiſmus tollit infamiam pręcedentem.

Arg. 7. de cõſec. diſ. 4. nõ ex quo. in fi. Archid.

α ¶ Bigamus.] *Rubrica huius capitis, & ſequentis, quæ in codicibus impreſſis erant tranſpoſitæ, in ſuum locum ex aliquot manuſcriptis ſunt reſtitutæ.*

β ¶ Homine vxores.] *Sic in omnibus manuſcriptis, & apud Burchardũ, & Iuonẽ par. 1. c. 292. quamuis in originali, & apud eundẽ Iuonem par. 8 cap. 303. paulo aliter, & obſcurius legatur.*

γ ¶ Præcepit.] *In orig. & apud cæteros collect. legitur:* in paradiſo cum ipſe eos iungeret, benedixit.

δ ¶ Qui poſt baptiſmum.] *Apud Burchardum, & Iuonem in prima parte legitur,* quæ poſt baptiſmum ſortiuntur. *Sed in originali, & apud Iuonem p. 8. & in Pannormia, & infra 28. q. 1. cap. nunquid hoc modo,* qui poſt baptiſmum vxores ſortiuntur. *Verum ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

ε ¶ Ipſumque Petrum.] *Apud Innocentium in codice canonũ, & Burchardum eſt:* atq; eleemoſynis reuelationem, Petrũque ipſum vidiſſe, *Apud ipſum Innocentium in tomo conciliorum:* per reuelationem angelum, Petrumque ipſum vidiſſe. *apud Iuonem:* Petrum ipſum reuelatione vidiſſe.

illud delictum quod in alio commiſit, non tollitur, ut ff. de his qui not. infa. l. penuit. & l athletas. §. Pomponius. Præterea per baptiſmum tollitur crimen præcedens; non tamen tollitur exceptio competens ex crimine i. ſicut per pœnitentiam tollitur crimen, non tamen exceptio competens ex crimine, vt ĩ diſt. prox. c. ult. & 33. q. 2. admonere. Io. Quod autem hic dr̃, non eſt peccatum, ſed ſequela peccati, ſ infamia ex peccato contracta. ſecus autem eſt in illa quæ nõ ꝓuenit ex peccato, ſed ex conſtitutione eccleſiæ, vt in illa quæ inuita eſt corrupta, vt ſu. ea. c. 2. & in iudice, & executore, vt 50. d. ſi quis viduã, & 55. diſ. aliquãtos. & tamẽ nõ peccant tales. ſi. 23. q. 5. miles. Sed ſm Hug. videtur ſequi inconuenīẽs, ſ. quod melioris conditionis ſunt delinquentes, q̃ illi qui non deliquerũt. 34. diſt. fraternitatis 9. q. 3. mandamus in glo. non quod. ſed hoc contingit uirtuti ſacramenti.

a Idẽ not. Innoc. extra de diuortijs gaudemus. ibi uideas. & idẽ no ĩ. 28. q. 1. ſi quis. Arch.

e ¶Sacerdotis.] Idem de quolibet ſacro ordine. 42 diſt. quieſcamus.

QVi ſine crimine.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ille qui habuit tantum unam uxorem. & eſt ſine crimine, promoueri poteſt: qui uero bis contraxit, licet non

*Item Ambroſius lib. 1. de officijs, c. ult.*

¶In baptiſmate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur. Cap. IIII.

VNa tantum, nec repetita nobis copula permittiť, & in ipſo coniugio lex eſt non iterare cõiugium, nec ſecundæ coniugis ſortiri coniunctionem. Quod pleriſq; mirum uidetur, cur etiã ante baptiſmum iterata ᵃ coniugia electioni muneris, & prerogatiuæ ordinationis ᵃ impedimenta generent, cum ẽt delicta obeſſe non ſoleant ᵇ, ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptiſmo culpa dimitti põt, lex aboleri non poteſt. In coniugio nõ culpa, ſed lex eſt. Quod culpæ eſt igitur in baptiſmo relaxatur, quod legis eſt, in coniugio non ſoluitur. Quomodo autem poteſt hortator ᶜ eſſe viduitatis, qui ipſe coniugia frequentauerit? Iuo p. 8. c. 291. Pann. li. 6. c. 64.

α ¶Litera.] *Apud B. Ambroſium locus hic variè legitur. Nam in antiquis impreſſionibus habetur,* iterato coniugio, *in recentioribus vero,* iterati coniugij, *itemque in Pannormia, & apud Iuonem. In his tamen, quæ ſequuntur, concordant, ſic legendo,* ad electionem muneris, & prærogatiuam ordinationis impedimenta generentur.

*Ioannes etiam Baptiſta dũ Herodem ab inceſtu prohiberet dicens.* [*Non licet tibi habere uxorẽ fratres tui*] *euidenter oſtendit inter infideles coniugia eſſe. Vnde datur intelligi, quòd bigami dicuntur nõ ſolum qui poſt baptiſma cõiugia frequentant, ſed etiam qui ante baptiſmum unam, & poſt baptiſmum alteram habuiſſe probantur. Bigamus* ᵈ *uero in ſacerdotem ordinari non debet; non quia deliquerit ſecundam accipiendo vxorem; ſed quia prærogatiua exutus eſt ſacerdotis* ᵉ. Matth. 14.

*Vnde Ambroſius ad Vercellenſis, lib. 10. epiſt. 82.*

¶Non peccat bigamus, ſed prærogatiua ſacerdotis exuitur. Cap. V.

QVi ſine crimine eſt vnius vxoris vir, tenetur † ad legem ſacerdotij ſuſcipiendi. Qui autẽ iterauerit cõiugium, culpam quidem non habet coinquinati, ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis. Iuo p. 8. c. 290. Pann. lib. 6 c. 63. † al. teneatur.

## DISTINCTIO XXVII.

Q*Vod au-*

VNa tantum.] CASVS. In hoc cap. dicitur, quod ſi quis iterauerit coniugium, ideſt ſecundam habuit uxorẽ, non poteſt poſtea ꝓmoueri ſecundum legem promotionis: quod quibuſdã mirũ videtur, ſ. vt matrimonia ante baptiſmum contracta obſint: peccata vero non obſint uolentibus promoueri: qđ non debet uideri mirum cum peccata in baptiſmo deleãtur, bigamia uero non. Per §. autem ſequentem, qui planus eſt, probatur, quod bigami reputãtur, nõ ſolum qui ante baptiſmum, ſed etiam qui p[oſt] cõiugia frequẽtauerunt.

¶Caſus ſeq. § pãtet.

a ¶Ordinationis.] Si ĩ 32 d ſeriatim.

b ¶Non ſoleant.] Ergo infamia ex delicto proueniens non nocet quantum ad legem promotionis ſ. per baptiſmum deleta

c ¶Hortator.] Sic 25. diſt. c ult. & 47. diſt. c. ſicut hi. §. neceſſe

d ¶Bigamus.] Bigamus componitur a bis, & gamus, quod eſt mulier, uel uxor. & ſic dicitur bigamus, qui duas habet uel habuit uxores. Arch.

non peccauerit: tamen prærogatiua ſacerdotij eſt exutus, nec poterit promoueri.

QVod autem] Hæc diſt. in diuiditur in duas partes. In prima intendit Gratianus ſuperficialiter allegãdo probare, quod ſi diaconus fuerit protentatus, ꝙ non poterit cõtinere. ſi contrahit, tenet matrimonium ſed hoc eſt falſum. Secunda: ibi, [Quidam.] Io. de Fan.

CASVS.

**CASVS.** Supra oſtenſum eſt, ꝙ oportet epm eſſe vnius vxoris virū in hac 27.d. quæritur, an tpe adminiſtrationis poſſit eius copule fungi, quam vnicam, & virginem habuit? Et rñ ꝙ non. & hoc probatur per ſequens c.
a ¶Quod autem] In hac 27.diſt.primo ponit inciden-
tem

*tem [a] vnius vxoris vir epiſcopus eſſe iubetur, quæritur, an de tempore ordinationis hoc ſit accipiendum, vt tempore ſuæ adminiſtrationis, eius poſſit copula fungi, quā vnicam & virginem ſibi deſponſauit.*

*Hoc Martinus Papa prohibet dicens.*

Apud Martin. Bracarenſem, c.39.

¶Non ordinetur diaconus, niſi caſtitatem fuerit profeſſus. Cap. I.

Diſt.28. diacon. Iuo p.7.c.376. Pann.l.3.c.97.

Diaconus [b] qui eligitur, ſi conteſtatus [c] fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non poſſe in caſtitate permanere, hic non ordinetur. Quòd ſi in ordinatione tacuerit [d], & ordinatus fuerit, & poſtea matrimonium deſiderauerit; alienus ſit a miniſterio, & vacat a clero.

*Hac auctoritate datur intelligi, quod illi, qui vxores habent vel accipere volunt, nec diaconi, nec ſacerdotes fieri poſſunt niſi continentiam profiteantur. ¶Si vero diaconus a miniſterio ceſſare voluerit, & contracto matrimonio licite [e] poteſt vti. Nam etſi in ordinatione ſua caſtitatis votum obtulerit: tamen tanta eſt vis in ſacramento coniugij quod nec ex violatione voti poteſt diſſolui ipſum coniugium.*

*Vnde Auguſtinus a. in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, c.10.*

¶Nubentes poſt votum non ſunt abinuicem ſeparandi. Cap. II.

inf 27.q.1. nuptiarum, §.proinde.

2 Qvidam nubentes poſt votum [f] aſſerunt adulteros eſſe. Ego autem dico, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt.

tem 1 quæſtionem.ſ. an epſ poſſit vti matrimonio contracto Secundo ponit contrarietates capitulorum quorundam, quæ loquuntur de vouentibus. & ea ſoluit diſtinguendo inter vouentes ſolemniter, & vouentes ſimpliciter. Et incipit hic tractare de continentia clericorum, & protenditur iſte tractatus vſque ad 36.diſt.

1 Nam vltra propoſitum principale hoc interſerit de cōtinentia clericorū vſq; ad 35.d. vt dixi ſu. in rub. huius libri. Archid. Textum du, plicites exponit.

Diaconus.] CASVS. Aliquis volebat in diaconum promoueri ſed caſtitatem ſeruare nolebat. quæſitum fuit an deberet ordinari? Et reſpondet M.Papa, ꝙ non: ſed ſi cum ordinaretur tacuit, & poſt ordinationē contraxit, deponi debet.

h ¶Diaconus.] Secundum, ꝙ patet per §. ſequentē, hoc c. poteſt intelligi de matrimonio iam contracto, & de cōtrahendo, & ſm hoc diuerſis modis exponitur litera: ſm, ꝙ intelligitur de contracto, planum eſt, quia iſte M. Papa præceſſit Grg. qui indixit continentiam ſubdiaconis. 31.diſt. ante. ſed hoc expone pro accipiendo, ideſt, pro contracto retinendo. Licuit enim etiam tempore Sirij vſque ad Greg. ſubdiaconis vti iam contracto matri. 27.d.quicunque 82.d.propoſuiſti.expone ergo quod dicit matrimonium deſiderauerit 2. ideſt, deſiderauerit, vti iam contracto. Secundum autem, quod loquitur de contrahendo, de diacono fuit tantum quæſitum, & de eo tantum reſponſum. Idem tamen eſt de ſubdiacono inf.d.ſi quis eorum, & ſecundum hoc plana eſt litera. Quod tamen dixi. quod M.præceſſit Gre. H. dicit per chronicam ſuam falſum eſſe, & dicit quod Gregorius præceſſit Martinum lxvj.

2 Scilicet cō affectu, & de facto contraxit. Ar.

c ¶Si conteſtatus] No. ꝙ proteſtatio valet, vt extra de no.ope nun.cum ex iniuncto.& inf diſtin.proxi.diaconi extra quod met.cau.perlatum, & 32.q.1.Lotharius, ff. de neg.ge Neſſennius, ff. qui mo.pig.vel hy.ſol. ſi debitor, §.1. Arg.cōtra, extra de conſti.cu M Ferrarienſis, ſi de ap. ſolicitudinē. lo Hoc credo tenendū ꝙ proteſtatio ſēp valet facta pſente aduerſario niſi cōtra dicat aduerſarius 3. vel iudex ſi facta fuerit re adhuc integra exiſtēte, vt in hoc ca.& extra de iu. integrū reſti. cum veniſſent. niſi in caſib. quibus expreſſum eſt, ꝙ proteſtatio nō valeat vt ibi extra de conſtit. cū M.& de ap.ſolicitudinem.

3 Arg.adhoc extra de cle. Cumana, Arc.

d ¶Tacuerit] No. taciturnitatem haberi pro conſenſu, vt hic & 54 d ſi ſeruus, & 63.d.ſi forte, & 30. q.2.puella.ff ſo. ma. l.2. arg.contra extra de præſcr. nihil Sol. taciturnitas ſemper habetur pro conſenſu, niſi in tribus caſibus.not.2.q.7.plerumque. Item, & in caſibus illis vbi requiritur expreſſus cōſenſus, vt in ſeruitute imponenda nō ſufficit conſenſus tacitus ſed expreſſus, vt ff. de ſer.vrb.præd inuitū. Item in procuratore conſtituendo, ff. de procur. filius.§. inuitum. Itē in furto, vt ff de fur q vas.§ vetare. Item in ſoluendo matrimonio, vt ff.de ritu nupt. in eo iure.§. 3 Vel diſtingue.an tale ſit factum quod poſſit fieri me prohibente.in eo caſu nō obeſt taciturnitas, vt rem meam quis poſſit vendere me inuito, & ideo ibi non nocet taciturnitas, vt ff de contrah.emp rem alienā ſi autem tale factum eſt, quod non poteſt fieri me prohibente, ibi taciturnitas habetur pro conſenſu 4 vt extra de his, quæ fiunt a præla.cap 2.ſic diſtinguit lex.ff. de re iud.ſæpè.ſic 11.q.3. quando, & extra de ſent.& re iudi. quamuis lo.

Tacens an conſentiat.

4 De hoc ēt not.extra de pſump.nonne. ibi. videas. Arch.

HAC AVCTORITATE. CASVS Concludit Gratianus ex ſupredicto c.ꝙ illi qui hēnt vxores, vel habere volunt, nec diaconi nec ſacerdotes fieri poſſunt, ſed ſi diaconus a miniſterio ceſſare voluerit, matrimonio iam cō tracto vti poteſt, quia etſi etiam in ſui ordinatione caſtitatem promittat tamen tanta eſt vis matrimonij. vt ipſum matrimonium non deſſoluatur, & hoc probat per ſequentia. Quod tamen dicitur ab illo ver. [Si vero,] falſum eſt niſi hoc intelligas.in orientali eccleſia.

¶ Caſus autem plani ſunt vſque ad cap. quod interrogaſti.

e ¶Licite.] Allegando dicit.

Qvidam.] Hæc eſt ſecunda pars d. in qua corrigit, & dicit, ꝙ vouentes ſimpliciter, licet non debeant contrahere tamen tenet matrimonium lo.de Fan.

f ¶Poſt votum.] Quidam dicunt illud votum eſſe ſimplex, quod fit per verba de futuro. vt ego voueo, ꝙ poſt mortem vxoris continebo, hoc votum impedit, vt dicunt

a ¶Auguſtinus.] *Verba propria huius capitis non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum: ſententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc eſt de voto ſimplici, vt Gratianus in fine huius diſtinctionis exponit.*

*Item Theodorus in pœnitentiali.*

¶De eodem. Cap. III.

SI vir ſimplex β votum [a] virginitatis habens adiungitur vxori, poſtea non dimittat vxorem, ſed tribus annis [b] pœniteat.

Ibid. c. ſi quis vot.

β ¶Simplex.] *Abeſt vox iſta ab omnibus manuſcriptis, & infra 27.q.1.c. ſi quis votum etiam ab impreſſis. In aliquos tamen per vetuſtis, eſt gloſſa interlinearis.*

*Hieronymus γ vero econtra ſcribit.*

¶Damnabile eſt vouentibus virginitatem, velle nubere. Cap. IV.

VOuentibus virginitatem, non ſolum nubere, ſed etiam velle [c] damnabile eſt.

Inf. 27.q.1.c. vouentibus. Sent. 4.d.38.

γ ¶Hieronymus.] *Gratianus hic, & infra 27.q.1.c. vouentibus & magiſter ſententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non eſt inuentum. In gl. eod. 1. Tim. c. 5. ad ea verba*, habentes damnationem. *refertur ex B. Auguſtino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum. 27.q.1. poſt principium.*

*Idem contra Iouinianum, lib. 1.*

¶Damnationem habebit, ſi nupſerit quæ virginitatem vouit. Cap. V.

SI nupſerit virgo [d] non peccat †, non illa virgo, quæ ſemet † Dei cultui dedicauit. Harum. n. ſi qua nupſerit habebit damnationem; quia primam fidem irritam fecit.

Iuo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 192. † *peccauit*] Hier. † *al. quæ ſe ſemel.* † Valde variantur hæc nomina in exemplaribus, & Bur. & Iuone.

1. Cor. 7. 1. Tim †.

*Item Nicolaus Papa ad Albinum † Vienen. eccleſiæ archiepiſcopum.*

¶Quæ ſanctimonialem ſe eſſe finxerat, nubere non valet. Cap. VI.

QVod interrogaſti de fœmina, quæ poſt obitum mariti ſui ſacrum velamen ſuper caput ſuum impoſuit, & finxit [e] ſe ſub eodem velamine ſanctimonialē eſſe; poſtea vero ad nuptias redijt, bonum mihi videtur, quia per hypocriſim eccleſiaſticam regulam conturbare voluit, & non legitimè in voto ſuo permanſit; vt pœnitentiam agat

Burc. l. 8. c. 47. Iuo p. 7. c. 65. & 152.

---

cunt, ſed non dirimit matrimonium. Votum ſolemne eſt quod fit per verba de præſenti, vt ego voueo continentiam, iſtud impedit, & dirimit, extra qui cle. vel uo. meminimus, & c. conſuluit. Ego credo tribus modis votum ſolēnizari, vel per ordinē, vel per habitū, vel ex eo quod corā aliquibus teſtibus deuouit ſe alicui religioni. & dic. vt no. 27. q. 1. ca. 1. Ioan. Quod Io. dicit de habitu, intelligas ſi recipiendo habitū fecit profeſſionē expreſſam, vel tacitam, vt extra de regu. ſtatuimus, & ca. præced. q̄a ſolus habitus non ſolēnizat votum, vt eo. ſit por rectum Bar.

Votum ſolēnizatur tripliciter.

a SI vir ſimplex votum.] id eſt, propoſitum perpetuæ continentiæ habendæ.

b ¶Sed trib. annis.] Alibi dr̄, quod iſti ſunt peiores adulteris, vt 27. q. 1. nuptiarū. Quare ergo iſtis tm̄ triennij pœnitētia indicitur, cum adulteris ſeptēnii indicatur. 33. q. 2. hoc ipſum? Itē cū iſti in Deum peccent, grauius eſſent puniendi quā illi qui in hoīnē peccāt, vt 17. q. 3. ſicut qui. 22. q. 1. mouet Sed illud eſt propter bonum matrimonij adiunctum 1 & ſic habes, q̄ minuit pęna delicti ꝓpter adiunctum bonum, vt 32. q. 2. quid q̄d & q. 4. dixit &c. orig & 22. q. 2. ſi quę libet.

Nubens poſt votu, peior eſt adultero.

1 Ad hoc facit, q̄d not. 1. q. 1. q̄buſd. Inno. hic arg. &c.

c VOuentibus.] ¶Etiā velle.] Sic ergo videtur, q̄ ſola voluntas ēt quo ad eccleſiā punitur, vt 19. d. Anaſtaſius. ſic ergo, licet nubere ꝑ ſe ſit bonū, tñ malu eſt illis, ſicut corp' Chriſti malū fuit Iudæ, vt de conſe. diſtin. 2. ſicut Iudas. & arbor paradiſi mala fuit Adæ, vt 11. q. 3.

d SI quid ergo.

SI nupſerit virgo.] Quæ non vouit.

QVod interrogaſti.] CASVS. Quædam vidua clauſtrum monialium intrauit, & velamen ſuper caput ſuum impoſuit continentiam profitendo, & inter alias monachas ſicut ſanctimonialis eſt morata. poſtea contraxit matrimonium, dicens ſe fictè monaſterium intraſſe: quæſitum eſt, quid fieri debeat. Et reſpondet Nicolaus Papa, quod ipſa debet agere pœnitentiam de illuſione nefanda, & reuerti ad monaſterium, vt ſeruet quod promiſit. Omnia autem quæ ſequuntur, plana ſunt, & per te videbis.

e ¶Et finxit.] Quædam ſimulatio fit ex honeſta cauſa, quædam ex inhoneſta. Ex honeſta, vt 22. q. 2. vtilem, & 23. q. 3. dominus. Similiter ſi aliquis ſimulat ſe religionem intrare propter timorem, talis ſimulatio non nocet; dummodo proteſtatio præcedat 2 vt extra quod met. cau. perlatum. Simulatio autem ex inhoneſta cauſa ſemper facit monachum: nec admitteretur, ſi vellet probare contrarium, vt 27. q. 1. vidua, & extra de regu. viduas, & C. de lat. lib. tol. l. vnica, §. ſed, & qui domini funus pileati. Et no. quod Ioan. Fauentinus diſtinxit: eſt fictio. 3. intentionis, & fictio operis. Fictio intētionis eſt cum quis fictè ad baptiſmum accedit, & licet ficte accedat 4, tamen verum baptiſmum recipit, vt 1. q. 1. ſicut ficti 4. ſimiliter ſi quis ficte fit monachus ad hoc vt poſſit

2 Et hoc iſt q̄a ſ ꝑ preſumitur durare voluntas, niſi ꝓbetur mutata. ſ. de ꝓba. cum qui. & ſ. ... leg. 2. Lucius in fin. legis Arch.

3 Fictio intentionis, & fictio operis. *Vide B. Th. p. 3. q. 68. ar. 7. & q. 68. ar. 9. & 10.*

4 Q̄d leg & no. c. q ſponſus. §. ecce. q̄ū in fin.

poſſit fieri abbas; nihilo minus eſt monachus licet ficta, & non ſincera ſit eius intentio 1. Fictio operis dr, vbi factum fingitur eſſe quod non ſit, ut ff. de ritu nuptia ſimulare. vel cum ſimulat ſe vendere, & donat. & ſecundum quod dr C. plus valere, quod agitur, q̃ quod ſimulatè concipitur. Similiter dico, ꝙ ſi aliquis eo propoſito copulatur alicui mulieri, ꝙ nolit ſtare legitime cum ea. & hoc paratus ſit probare, ꝙ non eſt audiēdus. nam in ſponſalibus recurritur ad communem intelligentiam verborum licet contrahens alium intellectum habuerit, vt extra de ſponſa. ex literis 1. vbi enim uerba non ſunt ambigua, non eſt locus interpretationi, ut ff. de leg. 3. ille aut ille 2.

1 Ad hoc 27. q. 7. per ... icos. Ioan. ... Fan.

de illuſione nefanda, & reuertatur [a] ad id, quod ſpopondit & in ſacro miniſterio † permaneat, quod inchoauit.

† al. miniſterio inchoauit.

## PALEA Cap. VII.

Burch. & Iuo ibidē. Pann. li. 3. c. 206.

NAm ſi conſenſerimus, ꝙ omnia ſacramenta eccleſiaſtica quiſq; prout vult, fingat, & non uere faciat; omnis ordo eccleſiaſticus turbabit; nec catholicæ fidei, iura cōſiſtunt nec canōnes ſacri rite obſeruantur. Quid enim profuit Simoni mago baptiſmū ſacrum ficte ſuſcipere, & in Chriſtianitate permanſiſſe ū ſe finxiſſe, cum per Apoſtolum fraude eius detecta, quod ſibi futurum eſſet, prænunciatū fuit? Ait enim [Pecunia tua tecū ſit in perditionem, cor enim tuum non eſt rectum corā Deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua; & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle. n. amaritudinis, & obligatione iniquitatis uideo te eſſe.] Ideo tales, niſi reſipiſcant, ſpirituū eos gladiē a percutere cēſemus. Non enim fas eſt Spiritui ſancto mentiri, ſicut Ananias, & Saphira mentiti ſunt, & ſtatim perierunt.

Act. 8.

Act. 5.

*¶ Caput hoc in multis Gratiani codicibus (in quibus habetur ſine nomine Palea) eſt coniunctum ſuperiori, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia autem eſt ſeiunctum.*

*Item Calixtus Papa ij,*

¶ In ſacris ordinibus conſtituti non ducant vxores, & ſi duxerint, ſeparentur. Cap. VIII.

PResbyteris, diaconis [b], ſubdiaconis, & monachis cōcubinas habere, ſeu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contra quoq; matrimonia ab huiuſmodi perſonis diſiungi [c], & perſonas ad pœnitentiam redigi debere iuxta ſacrorū canonum diffinitiones iudicamus.

*¶ Hic canon inuentus eſt in cod. Vatic. Biblioth. in fragmento eiuſdē concilij ab Vrbano ſecundo habiti c. 2. ex eodem uero concilio ſunt canones, Alienationes 12. q. 2. & Paternarū. 24. q. 3.*

*Hic diſtinguendum eſt quòd vouētium alii ſunt ſimpliciter voventes de quibus Auguſtinus, & Theodorus locuti ſunt: alij ſunt, quibus poſt votum, benedictio accedit conſecrationis, vel propoſitum religionis, de quibus Hieronymus & Nicolaus, & Calixtus ſcripſerunt.*

*Vnde idem Hieronymus cōtra eundem Iouinianum libro primo, ſcribens ait.*

¶ Inceſtæ ſunt virgines, quæ poſt conſecrationem nubunt. Cap. IX.

Iuo p. 7. c. 124. Pann. li. 3. c. 193.

VIrgines, quę poſt conſecrationem nupſerunt, non tā adulteræ ſunt, quàm inceſtæ [d].

## DISTINCTIO XXVIII.

*Cce oſten-*

a ¶ Reuertat.] Hoc intellige, quādo poſt habitu aſſumptum ſtetit iter moniales, vt 27. q. 1. vidua. alias ſolus habitus nō dirimeret ſequens matrimonium, ut extr. de regulari. porrectū & extra de conuerſione coniugatorum, ex parte in fi.

2 Idem no. etiam Io. & Ber. extra de reg. ut cle. vbi no. de materia huius glo.

b PResbyteris, diaconis.] Vt extra q cle. vel vo c. 1 contra. Sed ibi fuit diſpēſatio cōparatiua.

c ¶ Diſiungi.] Non enim debet diſſimulatione culpabili nefanda ſententia corroborari C. de inceſt. nup. l. ult in fi.

c ¶ Diſiūgi.] Quoad carnis copulā: quia quod non eſt, nō poteſt diſſolui; neque accuſari. extr. de deſpon. impu. ad diſſoluendū. ſed dicit lex quod matrimonium non dicitur diſſolui, quod ab initio nullum fuit, vt in Auth. de nupt. §. ſi uero ab initio.

Quod non eſt, non poteſt diſſolui.

d VIrg.] ¶ Quam inceſtę [Sacrilegæ etiam ſunt. 27. q. 1. virginibus. quia vaſa dñi id ē, ſe ipſas cōtaminant. 3. ſ. d. proxi. decernimus.

ECce.] Hęc diſt. diuidit in xi. partes, in quarū prima probatur, ꝙ nullus debet eſſe ſubdiaconus, niſi pmiſſa caſtitate, & hoc per cap Greg & cap. Innocen. Ioan. de Fan. Quæ autem fuit cauſa inſtitutionis, habetur 31. diſt. §. cauſa. Secunda ibi. [Quando.] Tertia ibi. [Priuſquam.] Quarta ibi, De h s.] Quīta ibi, [Aſſumi.] Sexta

3 Sub & iō in oēm eccleſiā delinquit, ut vī 26. q 2. ſed & illud 55. diſt. in cap ſed illud. in fi. Archid.

Sexta ibi, [Presbyter] Septima ibi, [Quia ſunt.] Octaua ibi, [De Syracuſanæ.] Nona ibi, [Si quis docuerit.] Decima ibi, [Presbyterum.] Vndecima ibi, [Conſulendum.] Ioan. de Fant.

CASVS. Oſtenſum eſt ſupra in illo cap. diaconus. &c. presbyteris ꝙ diaconi, presbyteri & ſubdiaconi debent continentiam promittere. Adhuc in hac 28. diſt. de eodẽ tractat, & annectit de his, q ab infantia eccleſiaſticis officijs mancipantur, & ꝙ relictæ diaconorũ & ſacerdotum non contrahãt, & ꝙ ſacerdotes proprias uxores à ſua cura non abijciant. Sequentia plana ſunt vſque ad c. [Priuſquam.]

e ¶Profeſſionem.] Quid promittere debeat; dixi 24. diſt. quamquam.

PRiuſquam.] Hæc eſt tertia pars, in qua probatur, ꝙ habens filiam paruulã non debet eſſe epiſcopus.

CASVS. Vacante Eccleſia Neapolitana, quidam nomine

*ſum eſt* [a]*, quòd nolentes vouere continentiam, nec ad ſubdiaconatum, nec ad ſuperiores poſſunt gradus cõſcendere. Vnde ad ſubdiaconatum accedentes, non ſine voto caſtitatis iubentur admitti, auctoritate B. Gregorij, qui ſcribens Petro ſubdiacono, lib. 1. epiſt. 43. in fine ait.*

¶Non fiat ſubdiaconus, qui ſe caſtè victurum non promiſerit. Cap. I.

NVllum facere ſubdiaconum præſumant epiſcopi, niſi qui ſe victurum caſtè promiſerit [b]. *& nonnullis interiectis.* Quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Infra diſt. 32. c. ante triennium.

*Item Innocentius ſecundus in concilio Rom. c. 5.*

¶Subdiaconus, & ſupra conſtituti, incontinentes vxorẽ aut concubinam ducentes eccleſiaſtico beneficio, & officio careant. Cap. II.

DEcernimus, vt ij, qui in ordine ſubdiaconatus †, & ſupra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque eccleſiaſtico beneficio careant [c]. Cum enim ipſi templum, vaſa Domini, & ſacrarium Spiritus ſancti debeant eſſe, & dici; indignum eſt eos cubilibus & immunditijs deſeruire.

Pann. li. 3. c. 148.
† *diaconatus*] Pã.

*Item ex concilio Toletano, c. 26.*

¶Caſtè ſe victuros promittant in diaconos, vel presbyteros ordinandi. Cap. III.

2 QVando presbyteri, aut diaconi [d] per parochias conſtituuntur; oportet eos primũ profeſſionem [e] epiſcopo ſuo facere, vt caſtè, & purè † viuant ſub Dei timore, vt dum eos talis profeſſio obligauerit, vitæ ſanctæ diſciplinam † retineant

Burch li 1. c. 157. Anſel. li. 7. c. 106. Iuo p 3. c. 130. & p. 6. c. 248. Pann. li. 3. c. 22.

† *al. pie.*

*Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epiſt. 40.*

† *al. diſciplina retineat*] cod. Regius.

¶Qui longam corporis ſui continentiam non habet, in epiſcopum eligi non debet. Cap. IIII.

3 PRiuſquam ad nos ſcripta veſtra diſcurrerent † Ioannẽ diaconũ, q ab altera parte [f] electus eſt paruulã [g]

Anſel. li. 6. c. 9. al. 16. Polyc. li 2. tit. 2.

† *al. recurrerent. al. diſcurriſſent.*

a ¶Ecce oſtenſum eſt 1.] in hac 28 diſt. agit de continentia clericorũ in tribus ordinibus, oſtendit etiam qualiter ſint ordinãdi qui ab infantia eccleſiaſticis officijs adiũguntur. Item oſtendit, quod relictæ presbyterorum & diaconorum non poſſunt alijs nubere, & quòd ſacerdotes à ſua cura nõ debent abijcere mulieres. vltimo, ꝙ ad laicos nõ ſpectat iudicare de ſacerdotibus, licet mali ſint.

1 Hic ſub. ſic ſup. diſt. proxi cap. 1. & pen. eſt oſtenſum, ꝙ diaconi ſubdiaconi & presbyteri debent continentiã promittere, & adhuc in hac, &c. ſecundũ Barth. Brixien.

b NVllũ.] ¶Promiſerit.] Expreſſe vel tacite. expreſſe vt 23. d. quãquam & 27. q. 1. ut lex. Tacite, ut infra ea diaconi. Si quæris quomodo eccleſia ponat alicui neceſſitatem continendi, cum continentia ſit res uoti, non præcepti, vt 32 q 1 integritas? Dico ꝙ eccleſia neminem cogit continere, ſed in ordine quem dat, poteſt imponere legem quam vult, ſicut quilibet alius in traditione rei ſuæ. vt § de pact in traditionibus.

c DEcernimus.] ¶Careant.] Minus agit cum eis decretalis, quæ iubet eos amoueri poſt admonitionem, ut extra de cohab cler. § ut.

ADDITIO. Vt hoc dictum ceſſet; dic, careant ſi præmoniti nõ ceſſauerint: ſecundum Lauren. vel dic, ꝙ decr. loquitur in concubinario clerico, hic autem in eo qui de facto duxit uxorem, qui plus contemnit. Arch.

2 Hæc diſpẽſatio eſt in corpore iuris clauſa. ideo omnib. epiſcopis eſt permiſſa. ſecũdũ Ala & Goffred.

QVando.] Hæc eſt ſecunda pars, in qua probat, quòd prælati eccleſiarum parochialium debent facere profeſſionem epiſcopo, quod honeſte viuent.

d ¶Aut diaconi.] Hodie etiam acolythis conferuntur eccleſiæ ex diſpenſatione 2: vt extra de xta. & qualit. præterea.

ne Ioannes fuit ibi in epiſcopum electus à minori parte capituli, alijs cõtradicentibus: q a filiã hẽbat paruulã, ſupplicabãt Papæ, vt ipſum confirmaret: ſed Gregorius noluit eum cõfirmare, dicens, ꝙ nec ipſi debuerũt eum eligere, nec ipſe debuit electioni conſentire, cũ filia teſte conuincatur ſui corporis continentiam non habere.

f ¶Ab altera parte.] ideſt, medietate: quia nomine partis medietas deſignatur, vt ff. de verbor. ſign. nomen. §. portionis. & ff. de vſufr. l. etiam.

g ¶Paruulam] Paruitas filiæ fuit argumentum, ꝙ non diu fuerat continens. vnde aliud eſſet, ſi habuiſſet magnam filiam 3, vt ſic non obeſt, ut inf. ead. de Syracuſanæ. vnde ibi fuit diſpenſatum. Sed hodie iure communi nullus talis promouendus eſt in epiſcopum, ut 61 diſt. Catinenſis.

3 NS perti ponis procedum quando que purgauit vitium 1. q 1. cito & not. 3. q 1. in primis. Archid.

a ¶Filiam.

a ¶Filiam.] Nota, quod per factum ipſum probatur aliquid, vt 52. diſt. propoſuiſti. 12. q. 2. quatuor, & 18 diſtin. peruenit. Ex hoc cap. videtur, quod iudex ex ſuo officio poſſit aliquid ſupplere de facto quod ſibi non conſtat tanquam iudici, & licet non obijciatur aliquid a partibus.

citur, quod in xviij anno debet perſcrutari conſcientia iuuenum, vtrum velint contrahere, an caſtitatem tenere

CASVS. Hoc capitulum loquitur de illis filiis, qui traduntur a parentibus in eccleſiis ſæcularibus erudiendi. Dicitur enim, quod illi, receptis muneribus ordinib. in pueritia, cũ ad decimuoctauũ annũ peruenerint, interrogari debent, an velint cõtinentiam profiteri, an non. Et ſi dixerint ſe velle continere, poſt 20. annum, debent ad ſubdiaconatum promoueri: & ſi poſtea caſtè vixerint, poſt xxv annum diaconi fiant: ita tamen, quod de cætero ad nuptias, vel furtiuos concubitus non accedant: quod ſi fecerint, deponantur. Si vero dixerint ſe nolle cõtinere, ducãt vxores, ita vt ſi poſtea renũciauerint pari cõſenſu copulæ nuptiali, ad ſacros ordines poterunt promoueri.

habere filiam [a] ex quorundam relatione cognouimus. Vnde, ſi rationem voluiſſent attendere, nec alij eum eligere, nec ipſe debuerat conſentire. Nam qua præſumptione ad epiſcopatum audet accedere, qui adhuc lõgam corporis ſui continentiam filiola [α] teſte conuincitur non habere?

α ¶Filiola.] *Sic emendatum eſt ex originali, Anſelmo, & Polycarpo: cum antea legeretur.* filia. *Superius etiam dixerat,* paruulam filiam. *quibus vocibus recens incontinentia manifeſte exprimitur.*

*Item ex concilio Toletano.* 2. c. 1.

¶Ad ſubdiaconatum acceſſuri continentiam profiteantur. Cap. V.

Anſ. l. 7. c. 42.

4 DE ijs quos volũtas parentum a primis infantiæ [b] annis clericatus [β] officio mancipauit, ſtatuimus obſeruandũ, vt mox detonſi, vel miniſterio lectorũ [c] traditi, in domo eccleſiæ ſub epiſcopali præſentia a præpoſito ſibi debeant erudiri. At vbi octauumdecimum [d] ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebiſq; cõſpectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab epiſcopo perſcrutetur, quibus ſi gratia caſtitatis Deo inſpirãte placuerit, & promiſſionem † caſtimoniæ ſuæ abſq; coniugali neceſſitate ſpoponderint ſe ſeruaturos, hi tanquã appetitores arctiſſimæ viæ, leuiſſimo Domini iugo ſubdantur, ac primo ſubdiaconatus miniſterium habita probatione [e] profeſsionis ſuæ a † vigeſimo anno ſuſcipiant. Quod ſi inculpabiliter, ac inoffenſè vigeſimumquintum annũ ætatis ſuæ peregerint, ad diaconatus officium, (ſi ſcienter implere poſſe ab epiſcopo cõprobantur) promoueri debẽt. Cauendum tamen eſt his; ne quando ſuæ ſponſionis immemores ad terrenas [f] nuptias, aut furtiuos † concubitus vltra recurrãt. Quod ſi forte fecerint, vt ſacrilegij rei † ab eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre [g] non poſſumus, ita vt cum prouectæ ætatis in coniugio poſiti renunciaturos ſe pari conſenſu operibus carnis ſpoponderint, ad ſacros ordines † adſpirent.

† al. profeſſionem.

† al. abortiuos.

† rei damnentur, & ab.) orig. manuſcrip. reg.

† al. gradus.

β ¶Clericatus.] *In omnibus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis conciliorum legitur,* in clericatus officio, vel monachali. [al monachi] poſuit. *Sed in codice Lucenſi Regio habetur eodem modo atque apud Gratianum.*

b ¶Infantiæ.] i. deſt, pueritiæ, quia infantia non durat niſi vſque ad ſeptenniũ. vt C. de iur. delib. ſi infanti. Sic ergo videtur, quod pueri bene poſsũt habere beneficia eccleſiaſtica, nam & promoueri poſſunt, vt 77. diſt. in ſingulis Sed contra 1. quæſtio. 1 pueri. Sed dic, quod beneficia poſſunt habere, ſed non prælaturas, vt extra de æta. & qualit. indecorum.

Pueri beneficia, ſed non prælaturas habere poſſunt

c ¶Lectorum.] Nomine lectoris hic cõprehẽdit omnes minores ordines. ſup. 25. d. c. 1.

d ¶Octauumdecimum.] In clerico ſæculari requiritur votũ in xviij. anno, vt hic, & 77. diſt. in ſingulis 2. ſed in monacho in 15. vt 20. q. 1. Illud quod ideo fit, ne monachalis habitus propter nuptias deſeratur, niſi vbi dura eſt conuerſatio, vt in inſulis, vbi datur maius ſpatium, vt extra de reg. quia inſulis.

1 Hoc c. nil facit ad hoc quod dicit regitur, &c. Ar.

bus contra perſonam electi: ipſe tamen ſuperior poteſt obijcere 1 Sed hoc ideo ſupplet de facto, quia illud ſpectat ad ſubſtantiam electionis, ſicut ſupplet de tali facto, quod ſpectat ad ſubſtantiam iudicii, vt dixi 2. q. 7. alieni lo. Alias iudex non ſupplet de facto. niſi quod conſtat iudici tanquam iudici, vt C. de temp. appel. l. 1. §. vlt & C. de app. ampliorem. circa princ. & ff. de teſtib. l. 3. § tu magis ſcire. Sed licet poſſit ſupplere, tamen ei ſoli non creditur, vt extra de probatio. quoniam contra falſam. Sed de iure ſupplet. C. vt quæ deſunt aduoca. l. vna: Bar. Brix.

ADDITIO. Hæc palea eſt. 20. q. 1. quia.

e ¶Probatione.] Debet enim longa præcedere continentia, vt ſup eo. proxi. c. & 77 d. quicunque.

f ¶Ad terrenas.] Quia terram replent, virginitas vero paradiſum. 33. q. 1 nuptiæ

g ¶Auferre.] Quod ergo de iure communi competit negandum non eſt. in Auth. de nup. circa finem, §. ſed hoc quia; ff. de re iu. l. 4. §. ſi quis condemnatus.

DE iis.] Hæc eſt quarta pars huius diſtinct. in qua di-

Aſſe-

ASſumi.] Hæc eſt 5. pars diſtin. in qua probatur, quòd nullus debet eſſe ſacerdos, diaconus, vel ſubdiaconus, niſi promiſſa caſtitate. Io. de Fan.

CASVS. Ab hoc loco vſque ad §. ecce omnia cap. inducuntur ad probandum, ꝙ ſubdiaconi non tenentur continere contra priora. ca. Et idem ꝓbat de ſacerdote, & diacono. Inducũt duo prima a contrario ſenſu, & inducũtur omnia ſophiſticè, vel verum eſt quod dicit, ſi de illorum tẽpore intelligatẽ quo continentia cœpit introduci. Omnia quæ ſequuntur vſq; ad cap. diaconi, plana ſunt.

γ ¶Miniſtro lectorum.] *In omnibus codicibus conciliorum, ante citatis (etiam Lucenſi) legitur,* miniſterio electorum. *Verum in epiſtola prima Syricij ad Himerum, c. 9. & Innocentij 24. c. 5. (vbi de eadem fere re agitur) eſt,* lectorum miniſterio, ſeu officio.

*Item ex concilio Arelat. 2. c. 2.*

¶In coniugio conſtitutus ad ſacerdotium aſſumi non debet. Cap. VI.

ς ASſumi aliquem ad ſacerdotium in coniugij vinculo conſtitutum non oportet, niſi fuerit promiſſa conuerſio. Paulo aliter in orig.

b ¶Ad pœnitentiam.] 50. diſt confirmandum. contra. Sed illud intelligitur de ſolenni pœnitentia, quam clericus facere non debet: iſtud de publica, vt 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. & 30. diſt. ſi quis presbyter. ſed ſi depoſitus fuerit, bene poteſt ſolenniter pœnitere, vt de pœnit. diſt. 6. ſacerdos. Adhuc ſignatur contra. 80 diſt. presbyter. vbi dicitur, ꝙ ſacerdos non debet publice pœnitere inter laicos. Sed illud verum eſt quando crimen eſt occultum, ſed hic loquitur quando crimen eſt publicum apud laicos 2. q. 1. ſi peccauerit.

ADDITIO. Et publica delicta publico remedio egent. de pœnit. diſt. 1. quamuis. & § hoc ergo. & videas, quod legitur, & no. 30 q. 1. c. vlt. & 81. diſt. ſi quis epiſcopus. Archid.

ab ordine [a] ſuo ille deponi debet: Quòd ſi fornicatus fuerit, vel adulterium commiſerit, extra eccleſiam abijci, & ad pœnitentiam [b] inter laicos redigi oportet.

a ¶Inter laicos.] *Græce legitur, ἐξωθεῖσθαι τέλειον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μέζαρο αν: quæ Dionyſius exiguus vertit,* amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. *vbi nulla mentio ſit pœnitentiæ inter laicos agendæ; quæ de re copioſius dicetur infra 30. diſt. c. finali.*

*Item Gregorius lib. 11. epiſt. 58.*

¶De eo, qui relictam cuiuſdam diaconi duxit vxorem. Cap. X.

Iuo p. 9. c. 128.

Iuo p. 6. c. 14.

QVia ſunt [c] culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, quærenda ſemper eſt veritas, vt inquiri debeat, vtrum accuſatum noxa condemnet, an a pœna innocentia patefacta ſubducat. Itaque peruenit ad nos Fantinum defenſorem, vltionem exercere in Petrum latorem præſentium voluiſſe, pro eo, quòd (quantum dicitur) relictam cuiuſdam diaconi, tempore, quo conductor [d] fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iſte coniugem diaconi aſſerit non fuiſſe, dicens [e], nec eam virginem † [f] ad eum uenisſe, denique † nec religioſam [g] mutaſſe veſtem, poſtquã ille in ordine ſacro promotus eſt; adijciens etiam, prius quam ad diaconum perueniret, & poſtea, praua illam opinione vixiſſe: Ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei, ſicut decet, timore cauſam hanc ſubtili omnino inueſtigatione perquiras, vt ſi in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuiſſe [h] conſtiterit, & ſupraſcriptus lator memorato defenſori, & rectori patrimonij, ad vindictam modis oĩbus tradatur †, & cum competenti emendatione ij, qui male ſociati ſunt, diſiun-

† *virginem illã*] orig.

† *vt nec religioſæ veſtem mutare præſumeret*] in orig. apud Iuonem.

Q Via ſunt culpæ.] Hæc eſt 7. pars diſt. in qua probatur, ꝙ vxor ſubdiaconi, vel diaconi, vel presbyteri poſt mortem mariti contrahere non poteſt: & probatur per tres auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Clericus quidam in conſortio ſuo quandam habuit mulierẽ: poſtea factus eſt diaconus: eo mortuo Petrus qui erat bonorum eius procurator, vel qui antea fuerat procurator patrimonij beati Petri, tradidit eam nuptui: propter quod Fantinus, qui nunc erat procurator & defenſor patrimonij beati Petri, volebat ipſum Petrum punire. Vnde ille Petrus de hoc conqueſtus eſt domino Papæ & tribus rationib. ſe excuſauit: quib. ꝓbat, quòd illa mulier non fuit vxor diaconi. Primo quia corrupta venit ad illũ diaconum, cum adhuc clericus erat. Secundo, quia cum ille recepit ordinem ſacrum, illa nõ mutauit veſtem, nec cõtinẽtiam promiſit. Tertio, q̃a antequã ille perueniret ad diaconatum, & poſtea, mulier illa vixit incontinenter. Quare Greg. præcipit cuidam, vt inquirat, vtrũ illa fuerit vxor diaconi: & tradat eũ puniendũ Fantino defenſori: ſi nõ fuerit, nullo mõ puniat.

c ¶ Quia ſunt.] ꝙ hęc allegatio valeat. probatur 14. d. ſi quis viduam.

d ¶Conductor.] .i. defenſor.

e ¶Dicẽs.] & ita nõ potuit vxor eius cẽſeri: quia maritus corruptę non poteſt promoueri.

f ¶ Nec eam virginẽ] Hic per duo extrema colligitur mediũ: ex eo enim, q̃d ab initio non erat virgo, & poſtea ille promotus fuit in diaconũ, colligitur eam non fuiſſe vxorem argum. ff. de hære. inſtitu. ſed & ſi. § ſolemus. & 53. diſt. capit legem quandoque medium trahit extrema ff. de ſer. ru. præ. qui ſella. § vlt. & l. tria prædia quandoque principium trahitur ad finem, inf 35. diſt ab exordio, ff. de leg. 3. ſi quis. in principio. quandoque finis trahit ad ſe principium vt 13. q. 2. cap. vltima voluntas. ff. de adimen. lega. l. 3. & l. 4.

Principium medium & finis an vnũ trahat aliud

g ¶Nec religioſam.] Ideſt, religioſum habitum, quem ſolent ſumere viduæ, vel aliæ deuotæ, licet non conuertantur ad aliquam eccleſiam. Nec enim credo, quod vxor illius qui promouetur ad ſacrum ordinem, teneatur intrare religionem: ſed ſufficit, ꝙ voueat perpetuã continentiam, vt 77. diſtin. epiſcopus. Nec obſt. extra de conuer. con. ſane. quia illud ſpeciale eſt in vxore epiſcopi. Sed adhuc ob. extra de cler. coniug. quod a te. Sed illud intellige cum ordinatus vult tranſire ad religionem. Sed nec hic Papa aliquid dicit de veſte; ſed Petrus illud allegauit.

Coniugatus promoueri poteſt, licet vxor religionem non ingrediatur.

h ¶Fuiſſe.] ſupple, & cum ordinatum ipſa ſciente 2. nã ſi ea inuita ordinaretur, vel ignorante, non fieret ei præiudicium. ſed ſi ſciuit & tacuit, fit ei præiudicium, vt poſt mortem illius non poſſit nubere, vt 32 diſt. ſeriatum. Vnde nõ requiritur, quod mulier voueat. ſed ſufficit, ſi ſcit virum ſuum ordinari.

a Sub. & cõtinẽtiam ꝓfitente, vt extra de cõuer. coniug. coniugatus. Ar.

SI ſe cuiquam.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ ſi relicta presbyteri, vel diaconi nupſerit ſecundo ſeparari debent: & ſi caſtigati ideſt, moniti noluerint ſeparari excommunicentur. Si eſt in litera, [caſtitate,] ideſt, propter caſtitatem ſeruandam.

dam minus idoneus ibidem eſt electus, habens filios & vxorem, pro quo Cethegus patricius ſupplicauit Papæ Pelagio, vt eius electionem confirmaret. ſed quia perſona illius electi erat minus idonea, Pelagius non exaudiuit Cethegum, immo diſtulit eum confirmare fere per

gantur. Si verò in eius coniugio non fuit, memoratum Fantinum ex noſtro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præſumat, nec falſa † illum accuſatio apud eum in aliquo prægrauet.

*Item ex concilio Aurelianenſi 1. c. 15.*

¶De vxore presbyteri, vel diaconi, ſi alijs ſe coniunxerit. Cap. XI.

SI ſe cuiquam mulier duplici [a] coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut † ſeparentur [b], aut certe, ſi in criminis intentione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur.

*Item ex concilio Martini Papæ.*

¶De eodem. Cap. XII.

SI qua vidua epiſcopi, vel presbyteri; aut diaconi [c] maritum acceperit; nullus clericus, nulla religioſa [perſona † cum ea conuiuium ſumat: nunquam communicet: morienti tamen † ei ſacramenta ſubueniant.

*Item Pelagius Cethego patricio.*

¶Cuiuſdam epiſcopi ordinatio differtur: quia vxorem habet, & filios. Cap. XIII.

8 DE Syracuſanæ vrbis antiſtite optaueramus in ipſo initio, gloriæ veſtræ deſiderijs obedire, niſi nos multiplex rō ipſius non paucis tẽporib. ordinationẽ differre ſacerdotij coegiſſet, ob hoc, qđ vel perſonæ qualitas (ſicut & vos melius noſtis) vel ſuperſtes vxor, aut filij (per quos eccleſiaſtica ſolet [d] periclitari ſubſtantia) noſtros animos diuitius ab eius ordinatioue ſuſpẽderẽt. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno diſtulimus, opinantes, quod in melius Syracuſanorũ prouenire poſſet electio. Sed quia in voluntatis ſuę propoſito irreuocabiliter perſtiterũt [e], & nullus eſt alius

† Eſt etiam apud Iuonem non autem in orig.

† *al. caſtigat.* *al. caſtitate ſeruata ſeparentur.*

† *al. crimi-*

Apud Martinum Bracar. cap. 29. & conc. Tol. 1. c. 18.

† abeſt a concil.
† *al. tantum.*

Anſ. l. 6. c. 42. al. 46.
Poly. l. 2. tit. 1.

¶Caſus ſequentis capituli de eadem materia loquitur, & per ſe patet.

Vxores ordinandorũ qd vouere debeant.

a ¶Duplici.] Quantum ad primum.

b ¶Separentur.] Dubitatur de vxoribus ordinãdorum, qualiter vouere debeant, & dare licẽtiam, vr ꝙ ſolo verbo, vt ſu. ead diſt de his. in fi. & cap. quia ſunt culpæ. & 32. diſt. ſeriatim. ſed cõtra extra de conuerſ. coniug. ſane, H 34. diſt. fraternitatis. vbi dicitur, ꝙ vxor promouendi intrabit monaſterium 1. Itẽ alia ratione: quia cœtus clericorũ pręeminet cœtui monachorũ: quia vix bonus monachus facit bonum clericum. 16. quæſt. prima, legi. & facit ad hoc extra de conuerſ. coniug. coniugatus. ſed nullus ſuſcipit in monachũ niſi conuertat vxor. 27. qõ. 2. Agathoſa. Dic nõ eſſe neceſſe, ꝙ voueat caſtitatẽ tantũ, niſi de ea habeatur ſuſpicio. extra, de conuer cõiugato. cũ ſit præditus. Et ſpeciale eſt in illa decre. ſanè in vxore epi. Sed ſubijicit: hęc mulier nõvouit ſolẽniter: ergo ſi cõtraxerit, tenet matrimoniũ, quod hic negatur. Solu. ſm quoſdam votum iſtud eſt ſolenne ex propria profeſſione †, vt extra qui cler. vel vo. conſuluit. alias non videtur, ꝙ ſola ſcientia mulieris ſolennizet votum, niſi ipſa expreſſe vouerit. Ioan. Sed videtur, ꝙ ſola conſtitutio eccleſiæ hoc matrimonium dirimat non ſcientia, vel votũ: quod ex eo patet, ꝙ Græcus non promittit cõtinentiam dum recipit ſacros ordines, vt 31. d. quoniam. tamen ſi contraxerit poſt ſacros ordines, non tenet matrimonium. hoc ergo non facit votum, ſed ſola conſtitutio eccleſiæ.

1 Dicunt quidam, ꝙ monaſteriũ ſibi aſſignabitur per epm, & ipſius auctoritate fiet ſeparatio, ſiue dabitur licẽtia inf. 27. q. 2. ſi vir. ibi videas. Arc.

† cõfeſſione

c SI qua. [¶Aut diaconi.] Ideo non facit mentionem de ſubdiaconis: quia tempore Gregorij promouebatur quis in ſubdiaconatum non promiſſa continentia: nec fiebat vxorib. aliquod præiudicium, vt 27. q. 2. multorum.

DE Syracuſanæ.] Hæc eſt 1. par diſt. in qua probat, ꝙ nullus debet fieri epiſcopus habẽs filios & vxorem, niſi ex neceſſitate, & remota cauſa impedimenti, ſcilicet, quod per tales res eccleſiæ non lædantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Dum eccleſia Syracuſana paſtore vacaret, qui-

per annum, vt Syracuſana electio in melius proueniret. Sed quia irreuocabiliter in ſuo propoſito perſtiterunt, & in illa eccleſia nõ erat alius idoneus: ne amplius inſanirent (ſicut prætor magnificus Papæ ſignificauit) ideo Papa eius electionem confirmauit: prius tamen ab eo cautione recepta, in qua continebatur, quanta eſſet ſuarum rerum ſubſtantia: & quòd nihil de rebus eccleſiæ vſurpabit: & quod quæſita tempore epiſcopatus eccleſiæ reſeruabit.

d ¶Solet.] Nota caueri debere ex eo, ꝙ ſolet aliquid fieri, vt 98. d. Afros. & 63. d. noſſe.

e ¶Perſtiterunt.] Nota argu. quòd ambulatoria eſt, voluntas eligentium vſque ad confirmationem, vt 61. diſ. ſtudij. & 61. diſt. quando. & extra de elect. cum terra. & ꝙ nullum ius acquiritur electo ante confirmationem 2, vt extra de accuſat. ſuper his. & 27. q. 2. nõ eſt dubiũ. & extra de elect. cum in cunctis 3. & cap noſti. Arg. contra extra de elec. cum inter. in fine, & per illam decr. dico, quod non poteſt variari. Ioan Sed hodie publicato ſcrutinio variare nequeunt electores, vt extra de elect. pu-

Eligẽti[...] variare p[...] ſint.
2 Hoc e[...] ſum ſed [...] vt not[...] quãto. [...]
3 Ver. [...] autem. [...] multũ [...] gẽ ibi [...] tur hoc [...] vnde di[...] nil aut[...] facit ſi [...] videtur. [...] chid.

publicato poſtulato autem variatur ſi poſtulantes, diffidunt de iure ſuo. niſi ſit iam prælemata ſuperiori, ut extra de poſtu.præla.bonæ.2.
a ¶ Principalis.] Id eſt, principiũ. vt in authen de ſanc. epi.circa princ. Hic prohibetur in epm eligi habẽs vxorem & filios. & 61.diſt.Catinẽſis Item eſt ſi habet nepotes, vt in auth.quomodo oportet epi §.1.coll.1. Sed hoc poſt intelligi, quando filij mali ſunt vel nepotes. nam pp tales ab alijs legitimis actibus patres remouentur, vt 6.q.1.qui crimen.vel quando ita tenere dilligit eos. q̃ præſumitur ratione ipſorum, quod dilapidentur bona eccleſiæ, vt hic dr̃.idem eſt ſi habet patré, vel ſi habet fratres de quib.eſt timor:aliàs nõ repellitur qs pp vxoré vel filios, cũ hoc permittat Apoſtolus. Et eſt arg. ad hoc 12. q. 2. epiſcopus, qui filios 1. & extra de teſta.c.1.dũ tñ longa continẽtia pceſſerit, vt ſup.eod. prius quã m.& 77.d. quicunque.

in eadem repertus eccleſia, niſi longioribus adhuc temporum differretur ſpatijs, ne paulo amplius inſanirent (ſicut filij noſtri magnifici viri prætoris teſtificatione didicimus) inter huiuſmodi ambiguitates illud conſultius iudicauimus faciendum, vt congrua prouidentia cauſam, propter quam principalis [a] conſtitutio habentem filios, & vxorem ad epiſcopatus ordinem promoueri prohibet, ſalua diſpoſitione conſilij † muniremus. Qua de re ſummo ſtudio ab eodem Syracuſanæ vrbis epiſcopo, priuſquam à nobis contingeret ordinari, huiuſmodi exegimus cautionem, per quam & ſuam fateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habita rerum deſcriptione, ſubſtantiam; & nihil vnquã per ſe, aut per filios, & vxorem, ſiue quamlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam forte perſonam de rebus vſurparet eccleſiæ, & vniuerſa ſui epiſcopatus quæſita [b] tempore, eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret; nihil vltra id, quod modo deſcriptum eſt, filijs ſuis, vel hæredibus relicturus.

Nouella 6.& 123.in princ.

† al.concilij ] Grat.

*a* ¶ Item Pelagius.] *Anſelmus, & auctor Polycarpi ex eadem epiſtola referunt hæc; quæ caput iſtud antecedunt:* Quod de ordinando eccleſiæ Catinenſis epiſcopo, ſalubris electione iudicij fieri deſideraſtis, agnouimus: confeſtim ſequenti die cum iuxta morem diſcutientes, tertio, quo venit die, epiſcopum cõſecrauimus: ſimili quidem modo & de Syracuſanę, *& quæ ſequuntur, In Polycarpo tamẽ inſcriptio eſt.* Gelaſius. Papa Ceto. *Iuo autẽ in epiſtola ad Hugonem archiepiſcopũ Lugdunenſem, quæ incipit,* Cauſam Beluacẽſis, &c. *ita ſcribit* Si enim Papa Gelaſius quondam Syracuſanæ vrbis electum vxorem habentem, & filios interueniente Cethego patricio, &c.

*Ecce hac auctoritate electus in epiſcopatum non prohibetur a habere vxorem, & filios †. Eligi autem ad epiſcopatum non debet, niſi aut ſacerdos, aut diaconus: ſubdiaconus vero non, niſi neceſſitate cogente* [c] *: ſiue ergo presbyter, ſiue diaconus, ſiue ſubdiaconus fuerit, apparet, q̃ in præfatis ordinibus conſtituti licitè † matrimonio vti poſſunt. ¶ Quia ergo auctoritate Gregorij. qui relictam diaconi, marito tradidit, puniendus eſt. ¶ Item in Neocaſarienſi concilio presbyter ducens vxorẽ, non diaconus, iubetur deponi. ¶ Item in Ancyrana ſynodo, diaconi, q. in ordinatione ſua dicũt ſe velle habere voxres, ſi poſtea venerint ad nuptias, nõ prohibẽtur à miniſterio: patet, quòd nec diaconi, nec ſubdiaconi ſunt prohibendi à coniugio. Sed quod de electione obijcitur, verum quidem eſt in epiſcopum non eligendum, niſi in ſacris ordinibus conſtitutum: ſed ipſum vxorem habere, & filios, non repugnat præmiſſis auctoritatibus de continentia clericorum. ¶ In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus conſtitutus potuit habere vxorem, & filios: & ſi poſtea ex conſenſu vxoris continentiã profeſſus ſubdia*

† al.legitimè

1 Et c. ſacrorum.12.q.1. ſint manifeſta.

b ¶ Quæſita.] De rebus eccleſiæ, vel intuitu eccleſiæ, vt 12. q.1.manifeſta. & ca. ſeq. & q.5.cap. pen.
ECCE HAC. iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratianus ex ſupradictis ab illo c.aſſumi. vſq; huc, q̃ ſiue ſit ſubdiaconus, ſiue diaconus, ſiue presbyter, licite põt vti matrimonio contracto Et ad hoc allegat breuiter ſupradicta recapitulãdo. In ſecunda parte, quę incipit ibi, [ Sed q̃ de electione, ] Soluit pdictas obiectiones, qa q̃ dr̃ in illo c. de Syracuſanæ. nõ ob. quia in minorib. ordinibus conſtitutus, vel in laicali habitu potuit electus ille hẽre vxorem & filios: & poſtea de cõſenſu vxoris cõtinẽtiam profeſſus bene potuit promoueri. illud aũt c. quia ſunt culpę. intelligitur de diacono, cuius eccleſia nondum ſuſceperat votũ continẽtiæ vel de eo diacono, q ſuſcepit eam in minoribus ordinibus: ſicut dictum eſt de epõ ſyracuſano Alia aũt ca. ex tpe vel loco intelliguntur. Ex tpe: quia nondũ erat indicta cõtinentia miniſtris altaris. Ex loco: quia orientalis eccleſia nondũ ſuceperat votũ cõtinẽtiæ. hoc tñ ſeruatur qa ſi moritur vxor, quæ ducta eſt in minorib. ordinibus, cũ qua eſt aliqs fact' ſacerdos, ſi poſtea cõtrahit, deponet.
c ¶ Niſi neceſſitate cogente.] Hodie iure cõ eligi-

tur, vt extra de ætate. & qua'i à multis.

a ¶ Gregorij.] Supra ca. quia ſunt.

h ¶ Suſceperat.] Hæc ſolu. non valet 1. quia à tempore Apoſtolorum non licuit in ordine illo contrahere, nec in ſubdiaconatu, vt 84 diſt. cum in præterito.

1 Ad idem Flu & Lau quorũ tuit ita gl. Arc.

c ¶ Neocæſarienſis.] ſ ea. c. presbyter ſi.

d ¶ Ancyranę.] ſup. eadem, diaconi.

e ¶ Ex tempore.] Illud ſtare non poteſt, quod dicitur in fi. illius ca. diaconi profeſſi continentiam. ADDITIO. Alij vero ſentiunt cũ Gratiano, & ſecũdũ hoc ꝙ dicit ibi, profeſſi. &c. dic, de cætero: qa prius licuit ei cõtrahere. Archidiac.

f ¶ Ex loco.] G. ita credebat, ꝙ in orientali eccleſia diaconi poſsẽt cõtrahere: ſed hoc non eſt verum. ITEM OPPONItur. Adhuc opponit per ſequentia c. quorum prima duo ſunt plana. & poſtea ĩ d. 30. ponit ſolutionẽ.

SI q'.] Hæc eſt 9. pars d. in qua dicit presbyterũ religionis cauſa non debere contẽnere propriam vxorem.

g ¶ Contemnere.] Quantum ad exhibitionẽ neceſſariorũ, vt 31. d. oĩno. & §. pt

h SI qs diſcernit.] & infra, &c.

PResbyterũ.] Hæc eſt 10 pars huius diſt in qua dicit preſbyterum non legalibus nuptijs detentũ ab officio abſtinere debere.

CASVS. Quidã presbyter oriẽtalis mortua ſua vxore duxit ſecundam, cum putaret ſibi licere. quæſitum eſt in ſexta ſynodo, quid de eo fieri debeat. Et reſpondetur, ꝙ debet priuari omni ſacro miniſterio: ita ꝙ neque publicè, neque priuatim benedicat: quia benedictionem non habet propter delictum ſuum: ſed imploret veniam a Domino de ſuo delicto: honorem tñ ſuæ cathedræ per diſpenſationem tenebit.

i ¶ Non legalibus.] põt intelligi de eo qui contraxit ſecundas nuptias per ignorantiam iuris 2.

K ¶ Habere.] Scilicet dignitatem, beneficium enim retinebit, & locum in choro, & cãtabit cũ alijs, & interſit electionibus: ſed hoc ſolum deeſt ei, ꝙ non debet miniſtrare vt ſacerdos, vt 15. quæſt. vlt. qui admiſerit. & cap.

2 Sic in... git Gra... diſt. §. v...

*conatum, vel diaconatum, vel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen vxori, & filijs ipſum neceſſaria ſubminiſtrare oportebat. ¶ Illud autem Gregorij* [a] *duobus modis ſoluitur: vel quia eccleſia illa, cui diaconus ille miniſtrauerat*†, *nondum continentiæ votum ſuſceperat* [b] *in diaconis, & reliquis miniſtris: vel quia (ſicut de electo in epiſcopum antea ſcriptum eſt) ante ſubdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocæſarienſis* [c] *& Ancyrana* [d] *ſynodi, uel ex tempore* [e], *uel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia miniſtrorum altaris. Ex loco* [f], *quia utraque ſynodus orientalis eſt, & orientalis eccleſia non ſuſcipit generale uotum caſtitatis: hoc tamen diligenti obſeruatione cuſtodit, ut poſt adeptum ſacerdotium, defuncta priore uxore, cum qua ſacerdos factus fuerat, ſi alteram duxerit, deponatur.*

† al. militauerat.

a ¶ Non prohibetur.] *A pleriſque vetuſtis exemplaribus abeſt dictio,* non: *Retenta tamen eſt, quoniam hic* Gratianus *in alteram partem diſputando, ex canonibus prius citatis præ ſe fert hoc probare, ſubdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuiſſe prohibitum uſum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum ſit, ipſe poſtea declarat à ver.* Sed quòd, *uſque ad uerſi.* Illud autem. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium diſtinct. 31.*

*Item opponitur illud, quod legitur in canone Apoſtolorum, c. 6 al. 5.*

¶ Presbyter cauſa religionis non contemnat propriam vxorem. Cap. XIV.

9 SI quis docuerit ſacerdotem ſub obtentu religionis propriam vxorem contemnere [g], anathema ſit.

Burch. l. 1. c. 78. Iuo p. 5. c. 184. Panu. l. 3. c. 123.

*¶ Gratianus refert ſenſum canonis, cæteri collectores ipſa etiam fere uerba.*

*Item ex Concilio Gangrenſi, c. 4.*

¶ Anathema ſit, qui presbyterum coniugatum diſcernit à communione, nuptiarum occaſione. Cap. XV.

SI quis diſcernit [h] presbyterum coniugatum tanquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ſe abſtinet, anathema ſit.

Burch. l. 3. c. 75. Iuo p. 2. c. 125. & p. 3. c. 158.

¶ *Græcè eſt:* Εἴτις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω *ideſt.* Si quis ſecernat ſe a presbytero, qui vxorem duxit, tanquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema ſit. *quæ verſio non multum diſcrepat à uerſione* Dionyſii *exigui.*

*Item ex ſexta ſynodo in Trullo, c. 26.*

¶ Ab officio abſtineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. Cap. XVI.

Simile etiam in 3. canone eiuſdem ſynodi, & apud Baſilium in epiſt. ad Amphilochium, c. 27.

10 PResbyterum per ignorantiã non legalibus [i] nuptijs detentũ cathedram quidẽ habere [k], ſed & ab officio

cap.ſi quis presbyter. Et not. quòd de vtroque iure eſſet priuandus, vt 84. diſt. quiſquis. ſed hoc beneficium conceditur ſ, ſublato officio, vt 50. diſt. presbyteros. & cap. ſtudeat. & ext. de cler. pug. Henricus. & extra de cler. ægro. tūa. tur, dum tamen non faciat hoc officiando ſuam eccleſiam, vt colligitur 11. q. 2. ſi quis epiſcopus,

C Onſulendum.] Hæc eſt xj. pars d. in qua dicit presbyteros non a laicis eſſe iudicandos, licet aliquando ſint reprehenſibiles.

a ¶Pro-

abſtinere præcipimus: ſufficit enim huiuſmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera ſua debet curare, conſequens non eſt. Benedictio enim ſanctificationis traditio eſt. Qui verò hanc non habet propter delictum † [a] ignorantiæ [b], quomodo alijs tradet? Non igitur, publice, neque priuate benedicat: nec Corpus Domini diſpēſet alijs, nec alio modo miniſtret; ſed ſufficiat ei, quod præſidet: & imploret a Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ ſuæ. Manifeſtum eſt autem, quod huiuſmodi non legitimæ nuptiæ ſoluentur, & nullatenus vir acceſſum habebit ad eam; propter quam ſacro miniſterio priuatus eſt [c].

† τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα.

y ¶Ab officio.] *Græcè eſt, τῶν δ' ἐλοιπῶν ἱερουργιῶν, id eſt: a cæteris officijs.*

*Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 70.*

¶De presbyteris non eſt laicis iudicandum.

Cap. XVII.

13 C Onſulendum decernitis, vtrum presbyterum [a] habentem vxorem debeatis ſuſtentare, & honorare: an a vobis proijcere. Ad quod reſpondemus, quoniā licet ipſi valde ſint reprehenſibiles [d] vos tamen Deum conuenit imitari, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Deijcere vero eum a uobis ideo non debetis; quoniam nec Iudam Dominus, cum eſſet mendax diſcipulus, de numero Apoſtolorum eiecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici eſtis, nec iudicandum eſt, nec de corū uita quidpiam inueſtigandum, ſed epiſcoporum iudicio, quidquid eſt, per omnia reſeruandum.

Iuo p. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12.

Matth. 5.

a ¶Presbyterum.] *In vltimo capite harum reſponſionum referuntur Bulgarorum verba dicentium multos apud ſe eſſe Græcos, & Armenos, & alios, qui diuerſa docerent. Nondum enim a Romana ſede epiſcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, ſi presbyter, de quo in hoc capite agitur coniugatus erat.*

CASVS. Bulgari ſūt populi inter Vngariam & Græciā conſtituti: apud iſtos p̄sbyteri quidā habebant vxores. quare quæſierunt Bulgari (qui laici erāt) a Nicolao Papa, an deberent illos eijcere. Et reſpondet ꝙ non, licet illi ſacerdotes ſint reprehēſibiles. & hoc probatur exēplo Domini, qui Iudam proditorē non eiecit: & quia laici clericos iudicare nō debent: ſed ſi quid mali fecerint, epiſcoporum iudicio reſeruatur.

Bulgari qui ſint.

d ¶Reprehēſibiles.] ſi. 15. q. vlt. c. vlt. Sed contra 32. d. nullus. Sed illud intelligit [a], cum notorium eſt crimen eius.

a Hunc intellectū approbat hic Lau. q̄ dic. vtibi dicam Arc.

S Ed notandū.] Hic intitulatur 29. diſtinct. in qua ſoluit prædictas oppoſitiones Gratianus. & exponit: Et dicit, quod quædam cap. intelliguntur ex tempore, & loco, & cauſa, & perſona.

e ¶Sed notādū eſt] Quia dixerat ſupra prox. d. §. ecce. in fi. quędam c. eſſe temporalia, vel localia: ideo ad ſoluendum multa cōtraria. oſtēdit in iſta 29. d. quædam capitula tradita eſſe ex cauſa, quędam ex tēpore, quædam ex loco, quædā ex perſona, quædā ex negotio, quędam ex neceſſitate

## DISTINCTIO XXIX.

S *Ed notandum eſt [e], quòd ſecundum Iſidorum pleraque capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona conſiderāda ſunt. Ait enim Iſidorus.*

¶Ex tempore, loco, & perſona, & cauſa regulæ canonum intelliguntur. Cap. I.

S Ciendum eſt, quòd pleraque capitula ex cauſa [f].

S Ciēdū.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quædam c. ex cauſa, & perſona, & tempore deſignant, & q a hoc multi nō reſpiciunt, cadūt in labyrinthum & laqueum erroris: nec recte iudicant, cū non intelligant ad plenum.

¶ Caſus ſequentis cap. patet.

a ¶Propter delictum.] Ideſt, quod factum commiſerit per ignorantiam.

b ¶Ignorantiæ.] Arg. quòd licet aliquis ignoret ſe debere continere, qui ordinatur: tamen ex eo, ꝙ recipit ordinem, tenetur continere. 32. d. quamquam.

c ¶Priuatus eſt.] Videtur hic, ꝙ ſi ſacerdos eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, ꝙ non debet priuatim dicere horas ſuas: quod non eſt verum: immo ad hoc tene-

f ¶Ex cauſa.] Ex cauſa fuit ſtatutum ne neophyti promoueantur ad epiſcopatus, vt 48. diſt. c. 1. ſcilicet ne in ſuperbia extollerentur: ſed hæc cauſa ceſſauit in Ambroſio, qui catechumenus eſt electus in epiſcopum, vt 61. diſt. §. his omnibus,

a ¶Ex perſona.]Vt in Aug.qui factus eſt epiſcopus alio viuente,vt 7 q.1.non autem,& c petiſti.
b ¶Ex loco.]Quia propter propinquitatem, vel remotionem loci aliquid ſtatuitur,vt 64.diſtinct.cum longe. 24.q 1.pudenda. & ſup.d.4 erit autem. Vel ideo dicit: quia quædam ſunt localia,quædã non.

CASVS. Hic ponitur 30.diſt.in qua adhuc ſoluit oppoſitionẽ quam fecerat 28.d.in quatuor ca.& dicit,ꝙ tria prima cap.intelliguntur ex cauſa,& tempore:cauſa fuit hæreſis Manichæorum,qui coniugia deteſtabantur,ſicut multa ſtatuit eccleſia in deteſtationem hæreticorũ, &

1 Ad idẽ 93. d. iuxta.

ex perſona [a],ex loco [b], ex tempore [c] conſideranda ſunt; quorum modi,quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant,quam intelligant [d], ante inculpant, quam iterando lecta perquirant [e].

*Hinc etiam Gregorius ait.*

¶Pro diuerſitate rerum temperantur regulæ ſanctorum. Cap. II.

Anſ.l.4.c.52.

REgulę ſanctorum Patrum pro tempore,loco,& perſona,& negotio [f],inſtãte neceſſitate [g] traditę ſunt.

*Item Hieronymus in proœmio epiſtolæ ad Epheſ.*

¶Pro diuerſitate locorum,temporum,& hominum, ſcripturæ intelligendæ ſunt. Cap. III.

NEceſſe eſt,vt iuxta diuerſitates locorum,& temporum, & hominum quibus [a] ſcriptæ ſunt; diuerſas & cauſas [h],& argumenta,& origines habeant. Et quo modo B. Ioannes in Apocalypſi ſua ad ſeptem ſcribens eccleſias,in vnaquaque earum ſpecialia, vel vitia reprehendit,vel virtutes probat;ita & ſanctus apoſtolus Paulus per ſingulas eccleſias vulneribus [i] medetur illatis:nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio [k] omnium oculos vult curare.

Apoc.1.

a ¶Quibus ſcriptæ.]*Antea legebatur*: quibus diuerſæ ſcripturæ factæ ſunt. *Emendatum hoc eſt ex manuſcriptis,& originali quemadmodum & nonnulla alia.*

## DISTINCTIO XXX.

ILlud *autem* [l] *quod in canone Apoſtolorum, & in Gangrenſi concilio, & in ſexta ſynodo legitur ex cauſa conſideratur,& ex tempore. Cauſa fuit hereſis Manichæorum* [β], *quia coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorundam* [m] *ſuperſtitio multa in catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur: contra quos in Gangrenſi concilio capitibus ſexdecim ſtatutum legitur.*

β ¶Manichæorum.]*Propriè Gangrenſis ſynodus ſtatuit cõtra Euſtathianos,vt ſup.d.1.6.c.prima adnotatio.Sed hunc errorem Euſtathiani hauſerant a Manichæis.*

¶De multimoda ſuperſtitione hæreticorum, quos Gangrenſe concilium anathematizauit. C. I.

Iuo p.8.c.318.

SI qui filij parentes,maxime.

c ¶Ex tempore.]ſicut Anglicis datũ fuit propter nouitatem, vt coniunganturin quarto gradu, vt 35 q.3. quædam.
d ¶Intelligãt.] Qđ eſſe non debet. 11. q.3.eorum.
e ¶Perquirant.]Qđ inciuile eſt, vt ff. de leg.inciuile.
f REgulæ ¶Negotio ]ideſt, propter qualitatem negotii aliqd ſtatuitur quod eſt contra ius:ſicut ĩ cauſa matrimonii, conſanguinei admittuntur in teſtimonium,vt 35. q.6. conſanguineos & propter cauſam eccleſiæ ſtatuitur,ꝙ domeſtici admittantur in teſtimonium, vt 14.q.2. ſuper prudentia.2.
g ¶Neceſſitate.]Lex non dẽt inſtitui niſi propter neceſſitatẽ, vt ſup d.4 erit.

2 Dicit Ioã. de Fan. Quod dicit Ioan non eſt verum: imò de iure cõi eſt, vt domeſtici admittantur. C.de repu l.ex cõſenſu.ext.de teſt inſuper. nam edictũ de teſtib. eſt prohibitoriũ vt quilibet admittatur qui nõ prohibetur.ff de teſt.l 1.Et de hac materia not. 3 q. in ſum. cap. 1. Archid.

NEceſſe CASVS. Quidã ſcripturas varias, & diuerſas tantum vno mõ intelligebant: quos docet Hieronymus ĩtelligere ſcripturas ſm diuerſitatẽ temporum locorum, & cauſarum. Et hoc ꝓbat exemplo Ioãnis Euangeliſtæ, q ſcribens vij.eccleſijs,in vnaquaq; ſpecialia vitia vario modo corrigebat:nec imitatur medicos,imperitos, qui vno collyrio oculos omnium infirmorum volunt curare.
h ¶Cauſas.] 32. q. 8.occidit.
i ¶Vulnerib.] Not. quod varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45.d.licet. 50 d vt conſtitueretur.44.d.commeſſationes.41.d.non cogantur.
k ¶Collyrio.] Argu.contra illos qui tales in omnibus contrarijs ponunt ſolutiones: aliud ſecundum leges, aliud ſecundum canones, vel hoc nouum,illud vetus.

ILlud ] Hæc diſtin.diuiditur in tres partes. Secunda ibi,]Hæc autẽ[Tertia ibi,]Si quis presbyter.]In 1.ponuntur quædã ca.cõtra Manichęos, & ad hoc inducit c.ſequentia. de tempore dicet 31.d.
l ¶Illud autem.] Dictum fuit ſup. 28.diſtinct.capit,ſi quis docuerit.& cap.ſequent. quòd ſacerdotes non debent a ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis. hic dicit, quòd ex cauſa fuit hoc ſtatutum ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur.
m ¶Quorundam.]Scilicet hæreticorum.

SI qui filii. CASVS. Quidam filii occaſione illius verbi

verbi Euangelij. Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, non eſt me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis ſubtrahebãt, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic ꝙ tales debent anathematizari. Plana ſunt c. ſeq; ad cap. ſi quis eorũ,

fideles [a], deſeruerint occaſione Dei cultus [b], hoc iuſtum eſſe iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum [α] in eis venerentur quod fideles ſunt, anathema ſint †.

† al. ſit.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrenſi, vnico capite & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex priſca verſione. Sed ea, quæ eſt Dionyſij exigui, longe magis reſpondet originali Græco, quamuis neque ipſa vſquequaque.*

α ¶ Vt hoc ipſum.] *Græce eſt,* Προτεμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. i. Quòd ſcilicet diuinus cultus apud ipſos omnibus rebus præfertur.

*Idem ex eodem. c. 17.*

¶ De eodem. Cap. II.

Burch. l. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 180.

QVæcumque [c] mulier religioni [β] iudicans conuenire comam ſibi amputauerit, quam Deus ad velamẽ eius [γ], & ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit †.

β Religioni.] Græce eſt. Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν; *id eſt;* Ob eam, quæ exiſtimatur pietatis exercitatio: *quod Dionyſius vertit,* propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim vitam religioſorum, quos nos dicimus, vitam proprie* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in parte 7. ſecuti ſunt verſionem Dionyſii, in octaua autem Iuo priſcam.*

γ ¶ Ad velamen eius.] *Hæc non ſunt in Græco originali, neque in verſione Dionyſii: Videntur autem ſumpta ex epiſt. prima ad Corinthios, c. xi.*

*Item ex eodem, c. 14.*

¶ De eodem. Cap. III.

Iuo par. 8. cap. 229. & 317.

SI qua mulier derelicto viro diſcedere [d] voluerit ſoluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema ſit.

† *al. contemnendo.*

*Item ex eodem, c. 10.*

¶ De eodem. Cap. IIII.

Repetitur inf. d. 31. c. quicumque ex verſione. Diony.

SI quis propter Deum virginitatem profeſſus, in coniugio poſitos per arrogantiam vituperauerit, anathema ſit.

*Item ex eodem, c. 9.*

¶ De eodem. Cap. V.

Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 316. & hoc ſecundo loco ex hac eadem verſione. Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

SI quis vel virginitatem, vel continentiam profeſſus [δ], tanquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc ſolum, quòd continentiæ, & virginitatis bonum, ſanctum propoſitum eſt, anathema ſit.

δ ¶ Profeſſus) *Hic erat additum,* in coniugio. *quod neque eſt in canone Græco, neque etiam in Latino, qui citatur infra diſtinct. 31. c. quicunque, neque in multis manuſcriptis Gratiani codicibus.*

*Item ex eodem, c. 13.*

a ¶ Fideles.] Fidelibus & infidelibus parentibus tenent ſubuenire: magis tamẽ fidelibus. 86 d. non ſatis. Sed pone ꝙ habes patrem hæreticum: nunquid præferes ipſum extraneo bono? P. mãducator dixit hanc quæſtionẽ eſſe nebulã, & tenebroſam aquam in nubibus aeris. Sed dicas ꝙ patrẽ, qualiſcũq; ſit, debemus ꝓponere extraneo, etiam ſancto, in his quæ ſpectãt ad opus miſericordię in prouidendo ei in neceſſarijs: niſi alter magis indigeat: quia tũc potius tenemur extraneo ſubuenire, vt 86 diſt. paſce. Ambroſius tamen videtur cõtradicere huic opinioni i cãticis in illo loco: Ordinauit in me charitatẽ. ait enim, Multorum eſt charitas inordinata. quidam enim id, ꝙ eſt primum, ponunt tertiũ vel quartum. Sed primo diligẽdus eſt Deus [1]: ſecundo parentes: deinde filij, poſtea domeſtici: qui ſi boni ſunt, malis filijs ſunt præponendi. de pœn. d. 2. charitas. ſed illa auctoritas intelligẽda eſt de affectu interiori, non de bñficiorũ exhibitione: nã magis debem⁹ diligere extraneos bonos q̃ ꝓpinquos malos, licet illis potius debeamus ſubuenire. 23. q. 2 nõ æſtimem⁹

Pater malus an ſit extraneo bono præferẽdus.

[1] Dicit Beatus Bernar. in li. de diligendo Deũ, cã diligendi Deũ Deus eſt: modus, ſine mõ diligere. ob duplicem. cãm Deum ꝓp ſe diligẽdũ dixerũt: ſiue, qa iuſtius. ſiue quia nil diligi fructuoſius poteſt. Arch.

b ¶ Dei cultus.] Qđ quidam hæretici fecerũt ratione illius auctoritatis. Qui reliquerit patrem & matrem propter me, cẽtuplum accipiet. 28. q. 1. in princip.

[2] Sed in multis locis moniales tondentur, vt Rhegij & Mutinæ & amputãt ſibi comas: forte & male faciunt. a. 30. q. 3. c. 3 vbi etiã dicam. Arch.

c QVæ cũque.] Infra, de conſe. diſt. 5 ſucare. 33. q. 5. mulier. Ioan 2.

d SI quia mulier.] ¶ Diſcedere.] ſine eius conſenſu.

De eodem. Cap. VI.

SI qua mulier ſuo propoſito [a] vtile iudicans, vt virili veſte vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur α anathema ſit. Burc.l.8 c.60. Iuo p.7.c.78.

α ¶ Imitetur.] *Græcè legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι *quæ Dionyſius exiguus apte vertit*, & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit: *ſicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

*Item ex eodem, c.18.*

¶ De eodem. Cap. VII.

SI quis tanquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiuſdem β diei contemptum [b], anathema ſit. Burc.l.13.c.19. Iuo p.4.c.31.

β ¶ In eiuſdem.] *In originali huius priſca verſionis eſt*, aut in eiuſdem diei contemptum: *quod in verſione Dionyſii, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, iſtis vocibus videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in Græco vulgato nihil eſt, quod iſtis reſpondeat.*

*Item ex eodem, c.19.*

¶ De eodem. Cap. VIII.

SI quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, propter neceſſitatem γ [c] corporalem ſuperbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius eccleſię perfectam in ſua conſcientia iudicans rationem, anathema ſit. Burc.l.13.c.5. Iuo p.4.c.18.

γ ¶ Propter neceſſitatem.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſas, cæterum multis modis diſcrepat à priſca verſione, & à* Dionyſiana, *quam ſecuti ſunt Burchardus & Iuo. Priſca ſic habet*: Si quis eorum, qui in propoſito ſunt continentiæ, præter neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens ieiunia communia totius eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema ſit. *Dionyſiana autem hoc modo.* Si quis eorum, qui continentiæ ſtudent, abſque neceſſitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab eccleſia cuſtodita, ſuperbiendo diſſoluit, ſtimulo ſuę cognitionis impulſus, anathema ſit. *Quæ verſio in cæteris quidem partibus originali Græco, etiam vulgato, ſatis reſpondet: ſed in poſtrema inſignis eſt varietas. Nam vbi Dionyſius habet*, ſtimulo ſuæ cognitionis impulſus, *in Græco vulgato eſt*, ἀποκυροῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, i. nimirum perfecta, quæ in ipſo eſt, ratiocinatione, ille abrogante. *In manuſcriptis autem huius canonis exemplaribus partim eſt*, ὑποικουροῦντος. *ideſt* perfecta in eo *reſidente ratione, partim* ἐπικουροῦντος. *ideſt* perfecta, quæ in ipſo eſt, ratione ſibi auxilium ferente. *Notantur vero Euſtathiani (quos poſtea Bogomilici ſectati ſunt) qui ita ſtatuebant, peracto certo quodam ieiunio, ad eam ſe perfectæ vitæ rationem perueniſſe, vt poſtea omnia ſibi eſſent indifferentia, nulliſque præceptis obligarentur, ſed ſoluti omnino eſſent, ac ne peccare quidem poſſent: qua de re Balſamon in capitis huius interpretatione.*

*Item ex eodem, cap.20.*

¶ De eodem. Cap. IX.

SI quis per ſuperbiam tanquam perfectum ſe exiſtimans, conuentus, qui per loca, & baſilicas [d] ſanctorum martyrum fiunt, vel accuſauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit, memoriaſque ſanctorum contemnendas, anathema ſit. Pann.l.2.c.8.

*Item ex eodem, cap.5.*

a SI qua mulier ſuo propoſito.] quia magis eſt habilis, & magis parata in ſeiſſa veſte, quam in clauſa ad meretricandum.

b SI quis. Contemptum.] quia ſi non fuit in contemptum illius diei, etiā omni die bonum eſt ei ſi ieiunat, vt 76. diſtin. vtinam.

SI quis eorū.] CASVS. Beneuētan' ſic ponit caſū. Quidā dū ieiunaſſet, cępit eum fames affligere: ille propter famem ſuperbiens dicebat nō eſſe ieiunādū, & ſufficere ſolā conſcientiam pro facto. de iſto dr̄ ꝙ dēt anathematizari. Ego Bart. Brix. aliter caſum intelligo, ſic ponens. Quidā dum permaneret in ꝓpoſito abſtinentiæ, ideſt, cōtinentiæ: propter neceſſitatē corporalē, ideſt, abſtinentiam, per quam multa neceſſaria corpori ſubtrahūtur, ſuperbiebat, omnia ieiunia parui pēdens, cum plus alijs ieiunaret: perfectā conſtitutionem eccleſiæ iudicans in ſua conſcientia, dicitur ꝙ talis anathema ſit. Seq. cap vſq. ad c. ſi quis virorum patent.

c ¶ Neceſſitatē.] ideſt, continentiam.

d SI quis.] ¶ Baſilicas.] Niſi cum fiunt per inanes reuelationes, vt de cōſecr. diſtin. 1. placuit.

a ¶ Si quis

Burch. li. 3. c. 94.
Iuo p. 3. c. 84.

¶De eodem. Cap. X.

SI quis docet domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes quæ in ea fiunt, anathema ſit.

*Item ex eodem, c. 6.*

Burch. li. 3. c. 95.
† al. conſilio.

¶De eodem. Cap. XI.

SI quis extra [a] eccleſiã priuatim populos congregans, contemnat eccleſiaſticas ſanctiones α; ipſamq; eccleſiam apud ſe ſine concilio † epiſcopi cum presbytero agat, anathema ſit.

α ¶Sanctiones ] *Poſt hoc verbum in priſca verſione iſta ſunt interiecta*, aliterque ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum epiſcopi, ipſamque, *& cætera, quæ hic ſequuntur. Dionyſij autem verſio, quæ optimè reſpõdet verbis Græcis, & refertur à Burchardo, hæc eſt.* Si quis extra eccleſiam ſeorſum conuentus celebret, & deſpiciens eccleſiam, ea, quæ ſunt eccleſiæ, voluerit vſurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum epiſcopi, anathema ſit.

*Item ex eodem, c. 1.*

Inf. 31. d. ca. ſi quis nuptias ex verſione Dionyſij.
Burc. l. 8. c. 61.
Iuo p. 7. c. 79.

¶De eodem. Cap. XII.

SI quis nuptias in accuſationem duxerit; & mulierem fidelem, ac religioſam cum viro ſuo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accuſandam, tanquam non poſſe coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema ſit.

*Item ex eodem, c. 2.*

Iuo p. 4. c. 30.
† al. immolatam, & ſuffocatam.

¶De eodem. Cap. XIII.

SI quis carnem manducantem ex fide [b] cum religione, præter ſanguinem, & idolo immolatum † [c], & ſuffocatum, crediderit condemnandum, tanquam ſpem non habentem, qui eam manducat, anathema ſit.

*Item ex eodem, c. 15.*

Iuo p. 8. c. 318.

¶De eodem. Cap. XIV.

SI quis dereliquerit proprios filios [d] ſuos, & non eos aluerit, & (quod pietatis eſt β) neceſſaria non præbuerit, ſed ſub occaſione continentiæ negligendos putauerit, anathema ſit.

β ¶Quod pietatis eſt.] *Longè fidelius Dionyſius:* & quod ad ſe pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat. *Græcè enim eſt,* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγκην. *Subintelligitur autem particula negans, ideſt,* μή, *ex ſuperiore membro.*

† al. ἑαυτῷ.

*Item ex eodem, c. 12.*

Burch. li. 8. c. 63.
Iuo p. 7. c. 81.
† al. beris.

¶De eodem. Cap. XV.

SI quis virorum putauerit ſancto propoſito (ideſt continentiæ) conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex eo iuſtitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veſte [e] communi, quæ in vſu eſt, anathema ſit.

*Item ex eodem, c. vltimo.*

Iuo p. 8. c. 321.

¶De eodem. Cap. XVI.

2 HÆc autem ſcripſimus non abſcindentes eos, qui

a SI qs extra. ] Et domus in qua hæc fiunt publicanda eſt, vt in auth. de eccl. tit. §. ſi quis in ſua domo. collat. 9. Ioan.

b SI quis. ] ¶Ex fide. ] ideſt, ex bona cõſcientia. extra de præſcrip. quoniam omne.

c ¶Immolatũ. ] Idolothytis non debemus veſci, vt hic. & 5. d. presbyteros. & 32 q. 4. ſicut ſatius. Sed contrarium videtur illud Apoſtoli ad Corinth. Si quis infidelium vocat uos ad cenam. omne qđ vobis apponitur mãducare nihil interrogantes. 1. Sed illud, loquitur ſecundum ſua tpa, cum adhuc pauci erant fideles. Quod autẽ dicit de ſãguine & de carne ſuffocata, hodie non tenet: quia tantũ in figura fuit iſtud prohibitum.

1 Vt 11. q 3. ad menſam. & 1. q. 4. §. notandum. Archid.

ADDITIO. 12. q. 2. gloria epi. Archid.

d SI qs. ] ¶Filios. ] Nam ex iuramento nõ poſſumus adſtringi ad illud, vt 22. q. 4. inter. de hoc habuiſti ſupra diſt. 1. ius naturale.

SI quis virorum. ] CASVS. Quidam in quadam pretioſa veſte iuſtitiã ponebat, quaſi propoſito continentiæ cõueniret reprehẽdẽs eos, qui alia veſte vtebantur. dicitur quod talis anathema ſit.

e ¶Veſte. ] Sufficit ergo ꝙ quis veſte vtatur ſ͠m conſuetudinem regionis: & ſic tranſmontani non coguntur vti affibulatis veſtibus, vt Italici, nõ obſtante noua cõſtitutione, ext. de vi. & honeſt. cler. clerici. quia lex debet cõuenire cõſuetudini, vt ſupra, diſtin. 4. erit.

Conſuetudinẽ in vſu veſtiũ debemus obſeruare.

HAec aũt ſcripſimus. ] Hæc eſt ſecũda pars diſt. in qua cõcilium interpretatur prædicta. Archi. CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ea quę ſtatuta ſũt in ſupioribus

bus cap. non ſunt ſtatuta, niſi contra eos, qui religionis habitum & propoſitum continentiæ aſſumentes in ſuperbiam efferuntur contra eos, qui ſimpliciter viuunt, facientes noua ſtatuta contra diuinas ſcripturas, & eccleſiaſticos canones: illi vero commendantur, qui continentiam ſeruant, & proprijs abrenunciant cum humilitate: & qui diuitias poſſidēt cū iuſtitia, & bonis operibus.

a ¶Et noua] ff. de conſtit. princ. in rebus.

b ¶Diuites] Hoc verum eſt de talibus, qui faciunt miſericordiam non habentibus, vt 33. queſt. 5. ſecundum. nam &. Dominus habuit pecuniam, vt 12. queſt. 1. exemplum, alias abijcienda eſt pecunia exēplo Cratis, vt 12. queſt. 2. gloria epiſcopi. §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui ultra neceſſaria ſibi retinet, ut 42. diſt. §. 1 lo.

b ¶Diuites.] Nō eſt cōtra illud, facilius eſt camelum per foramen acus trāſire: quia illud de talibus intelligitur, qui in diuitijs ſpem ponentes, gratius intuentur aurum quàm ſolem, de quibus habetur 47. diſtinct. ſicut hi. 1.

Si quis presbyter.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod ſi quis pbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabāt, anathema ſit. In ſecūda parte, quæ incipit ibi,] Similiter.] dicitur, ꝙ in diebus Dominicis & inter Paſcha & Pentecoſten non debemus flectere genua; ſed vultu erecto orare ad Dominum. tertia parte quæ incipit ibi, [Si qs ēt.] dicitur: [Si quis nō comedit carnes uel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem eſcarum, compelli debet deguſtare, & ſi noluerit tanquam hæreticus deponatur

c Si quis.] Propter publicam.] Quam facere poteſt ſacerdos, ſed non ſolennem, ut dixi ſupra 28. diſtinct. presbyter.

d ¶Proſternant.] Vt de conſecr. diſtinct. 3. quoniam ſunt.

e ¶Præguſtet.] Ecce ꝙ ſuſpectus cogitur comedere ſiue guſtare. Sed nunquid idem eſt ſi aliquis eſt ſuſpectus eo ꝙ non cōicat in anno 2. nunquid cogendus eſt cōicare? Non: quia illa non recipitur ſine peccato, ſi recipiens eſt peccator, ſed ad hoc poteſt cogi vt faciat ſe dignum, i. vt pœniteat de conſec diſt. 2. ſi qui intrat. ea. diſt. hi qui. ſecundum Hug. cuius fuit iſta glo.

Diuites aliqui boni ſunt.

Rapere aliena dr̄ qui vltra neceſſitatem ſibi retinet.

1 Et dicit Hieronym. Diuitias habuiſti, requiem perdidiſti. Dū vigilas augmentum diuitiarum cogitas. Dū dormis latronē ſomnias. In die ſolicitus, in nocte pauidus, & ſic ſemp mendicus. Archid.

eccleſię Dei ſecundum ſcripturas ſanctū propoſitū continentię eligunt. ſed eos, qui ſuſcipiūt habitum α eius, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt. Sed & hos cōdemnamus, qui ſe extollunt aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones, & noua [a] introducunt præcepta. Nos aūt & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum caſtitate & religione Deo acceptiſſimam dicimus, & renūciationem ſæculariū negotiorum, atq; actuū cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum vinculum β, quod ſecundum caſtitatem † perdurat honoramus: & diuites [b] cum iuſtitia, & operibus bonis non abijcimus γ.

† *caſtitatem ſecū* orig. & Iuo.

α ¶Eos, qui ſuſcipiunt habitum.] *Græcè eſt:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: id eſt qui ex inſtituto exercitationis huiuſmodi, capiūt occaſionem ſeſe offerendi: ſeque extollunt aduerſus eos, qui ſimplicius viuunt, & aduerſus ſcripturas, & eccleſiaſticos canones introducunt nouitates.

β ¶Et nuptiarum vinculum.] *Græcè;* καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν, *quæ Dionyſius vertit:* & nuptiarum vinculum.

γ ¶Non abijcimus.] *Poſt hæc verba in concilio ipſo proximè ſequuntur quæ habentur infra c. parſimoniam, diſt. 41.*

*Item ex concilio Martini Papæ.*

Apud Martinum Bracarenſem, c. 57.

¶Anathematizatur, qui Manichæorum ſuperſtitiones ſequitur. Cap. XVII.

Si quis presbyter α propter publicam [c] pœnitentiam à ſacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate die Dominica pro quadā religione ieiunauerit, ſicut Manichęi, anathema ſit. Similiter quia β, quod ab Apoſtolis traditū eſt, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paſchæ vſq; ad Pentecoſten †, nō proſternant [d] ſe in oratione cauſa † humilitatis: ſed recto vultu ad Dn̄m fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium reſurrectionis Domini celebramus. Si quis etiam δ non pro abſtinentia, ſed pro execratione eſcarum à carne abſtineat; placuit ſancto concilio vt prę guſtet [e]; & ſic, ſi vult abſtinere, abſtineat. Si autem ſpernit, ita vt olera cocta cum carnibus non deguſtet, iſte nō obediens, nec ſuſpicionem hæreſis à ſe remouens, deponatur de ordine clericatus.

Burc. li. 13. c. 20. Iuo p. 4. c. 52.

† *al. quinquageſimam.*

† abeſt uox iſta ab orig.

*Ibid. c. 58.*

α ¶Presbyter] *Sequebatur,* vel diaconus, *quæ ſublata ſunt, quoniam abſunt à pleriſq; manuſcriptis, & originali: Cæterum Burchardus, & Iuo ſimilem canonem citant ex concilio Turon. atq; ita habent:* Si quis propter publicā pęnitentiā à ſacer-

2 Vt de cōſ. diſt. 2. ſeculares. cum duobus cap. ſeq ſm Hu. &c. & ſi nō.

Tem-

T Empus quoque.] Hæc diſtinct. diuiditur in ſex partes, in prima corrigitur ſententia Pelagij per Greg. vt in cap. ſequen. Secunda ibi, [Cauſa vero.] Tertia ibi, [1] [Poteſt, & aliter.] Quarta ibi, [Sed obiicit.] [Quinta ibi, [Aliter] Sexta

CASVS. In hac 31. diſtinct. dicit Gratia. quòd illa capit. quæ fuerunt poſita in diſtinct. 38. intelliguntur tempore, quia nondum erat indicta continentia ſacerdotibus, & hoc probat per ſequentia. Dicit etiam quæ eſt cauſa, ſcilicet quod propter munditiam fuit continentia dicta: quod ſacerdotes vxores non abiiciant a ſua cura, q n eis neceſſaria miniſtrent.

dote acceptum, aut pro aliqua neceſſitate. *In aliquot Gratiani manuſcriptis eſt ;* ſi quis præter publicam pœnitentiam, a ſacerdote acceptam, abſq; aliqua neceſſitate, &c. *& quæ optima videtur lectio. Nam in cap. 18. concilij* Gangrenſis, *vnde hoc videtur Martinus ſumpſiſſe nulla presbyteri fit mẽtio, ſed vniuerſè pronunciatur vt ſup. eadem cap. ſi quis tanquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur excitationem, die Dominico ieiunet, anathema ſit, abſq; aliqua neceſsitate, *videtur huc importata ex cap. 19. eiuſdem concilij. Neque vero presbyteris huiuſmodi pœnitentia more laicorum imponebantur. c. illud cum ſequentibus. d. 50. & c. fi. verſ. nec enim. 82. d. Sed quando in grauiſſima crimina publice incurrebant: depoſiti peregrinari iubebantur. c. ſi quis ſacerdos. 30. q. 1. c. ſacerdos de pœn. d. 6.*

β ¶Similiter quia.) *Hoc ſumptum eſt ex canone vltimo concilij Nicæni.*

γ ¶Non proſternant.) *In codice Lucenſi Regio legitur:* non proſtrati, ſed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiam.) *Hoc ſumptum eſt ex concilio* Ancyrano, *c. 13, al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

## DISTINCTIO XXXI.

T *Empus quoque, quia nondum* α *erat inſtitutum, vt ſacerdotes continentiam ſeruarent.*

[¶ *Attamen* [d] *deceſſores noſtri Nicolaus, & Gregorius a Miſſis ſacerdotũ, quos tales re uera eſſe conſtiterit* [e] *, fideles abſtinere decreuerunt, ut peccandi licentiam caeteris auferrent, & huiuſmodi ad digna pœnitẽtiae lamenta reuocarẽt. Scribit hoc praedeceſſor noſter Gregorius Rodulpho duci* [f] *Sueuiae, & Rodulpho duci Carentanorum inter caetera:* [*Officiũ ſimoniacorũ, & in fornicatione iacentium ſcienter nullo modo recipiatis, & quantũ poteſtis, tales a ſanctis miniſterijs* †*, aut oportuerit, prohibeatis, &c.*] ¶ *Porro* [h] *ad haec, quae tibi ſyllogiſtice in eadẽ epiſtola obyciũtur, ideſt, ſi corpus & ſanguis Chriſti nõ ſunt, & alia, quae praediximus, proprias non habent uirtutis dignitates quid agentib. obſunt? quod ſi habent, cur ſpernũtur, ſi* [i] *ab indigno praeſumuntur* [k]*: Ad haec inquam, ita reſpondemus proprias quidem habent uirtutis dignitates, ut praefatus Auguſtinus ait ſuper Ioannem contra Donatiſtas ſed agentib.* [l]*, uel ſuſcipientib. eadem ſacramenta contra praefatorum* [m] *Pontificũ inſtituta* [n] *(niſi forte ſola morte interueniente, utpote ne ſine baptiſmate, uel cõione* [o] *quilibet humanis reb. excedat) eis, inquam, in tantũ obſunt, ut uere* | *idololatrae ſint cum talia.* [p] *& ordinationum* [q]*, & ſacramentorũ* [r] *confectio* [s] *& aliter quã praemiſſum eſt ſcienter ſuſceptio, uehementer a ſanctis canonib. prohibentur. Ait enim Samuel propheta: Quoniã quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriae nolle acquieſcere.*] ¶ *Haec de malis* [t] *catholicis qui intra eccleſiã ſunt. Cęterũ ſchiſmaticorũ, et hae-*

Gregorius vij. l. 2. reg. epiſt. 45.

† *Miſterÿs*] orig.

† al. *fore*.

1. Reg. 15.

a ¶Et veneranda.] Et etiam ſuſcipienda, & per hoc reſpondet duabus quaeſtionibus. ſcilicet, quod ipſa ſacramenta venerãda ſunt, & praeterea, ꝙ ſuſcipienda ſunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.

b ¶Malus.] Nõ ſufficienter probat hoc, cum aliud dici poteſt in baptiſmo, aliud in caeteris nã & a pagano conferri poteſt. de conſe. d. 4. a quodam. ſed melius probat per ſequens, non abhorreat, &c.

c ¶Columba.] ideſt, bonus Chriſtianus.

d ¶Attamen.] Huculque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

e ¶Conſtiterit.] Per ſententiam, vel per confeſſionem uel per rei euidentiam, ut ſupra. dixi in c. nullus.

f ¶Duci.] Arg. hic ꝙ laicus de mandato ſuperioris poteſt ſuſpendere clericos, & excõmunicatio eſt iuriſdictionis potius quam ordinis. arg. extra de elec. trãſmiſſam. nam electioni poſſunt intereſſe laici 64. diſtin. Hadrianus. & c. in ſynodo & ar. 96. diſtin. bene quidam. &c. nos ad fidẽ. & cauſis matrimonialibus. 35. quaeſt. 5. ad ſedem. circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan. Hoc tamen uidetur alienum a laico, cum de rebus ſpiritualib. ſe non intromittat, vt extra de iudi. decernimus, immo ut ibi dicitur. prohibetur praelatis, ut talia laicis non committant, tamen dominus Papa, qui habet plenitudinem poteſtatis, eis poſſet committere, ut excommunicarent. 2. q. 5. Mennam. Bar.

[Baptizare poteſt Paganus]

[Laicus quãq; poteſt clericos ſuſpendere, & excõicare.]

g ¶Officium.] Hug. iſtud intelligit de notorio ſimoniaco, ſicut de notorio fornicatore. melius credo, ꝙ etiam occultus ſimoniacus ſuſpenſus ſit, ſi eſt ſimoniacus in ordine, vt 1. q. 1. reperiuntur. ſuſpenſus eſt enim quo ad ſe, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: qa quilibet peccator ſuſpenſus eſt quo ad ſe, licet non quo ad alios 1. praeter notorium fornicatorem. & occultum ſimoniacum, vnde ab occulto ſimoniaco in ordine, quem ſcis eſſe ſimoniacum, nõ debes recipere ſacramenta, vt dixi 1. q. 1. ſi quis a ſimoniacis. & probat extra de ſimo. p tuas, ſed a quolibet alio, qui adhuc toleratur, potes recipere. qa licet quilibet peccator ſit quo ad ſe ſuſpẽſus, vt 1. q. 1. ſacerdotes nõ tñ quo ad alios, vt hic patet, & 15. q. vlt. c. vlt. ſic quãque aliquis eſt ſuſpẽſus quo ad alios, & non quo ad ſe, vt extra de cler. peregri. tuae.

h ¶Porro.] Hęc ſunt verba Vrbani.

i ¶Si.] Exponitur, ideſt, quamuis.

k ¶Praeſumuntur.] ideſt, praeſumptiue conficiuntur.

l ¶Sed agẽtibus.] Ab illo loco vſq; ad illũ locũ, cęterũ, agit de ſimoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vſq; ibi, ſciẽdũ, loquitur de haeretico, & ſchiſmatico, & tres innuẽtur differẽtię inter hos duos, ſ. ſimoniacũ, & fornicatorẽ, & inter illos duos, ſ. haereticũ & ſchiſmaticũ Prima eſt, ꝙ ſimoniacus & fornicator tpe neceſſitatis conferũt duo ſacramenta ſ. baptiſmum & corpus Chriſti; ſed illi 2, baptiſma tantum. Secunda eſt, quod iſti conferunt ſacramentũ & effectum ſacramenti, illi tantum ſacramentum [*] 3. Tertia: quia ordinati ab iſtis recipiuntur ſine manus impoſitione, ſed ab illis non. 1. q. 1. manus. & ca. quod quidam.

m ¶Contra praefatorum.] Nicolai & Gregorij. Et ſic patet, ꝙ hic tm̃ loquitur de ſimoniacis, & fornicatorib.

n ¶Inſtituta.] Scilicet obſunt.

o ¶Vel communione. Sic ergo ab iſtis recipitur Euchariſtia, ſed non ab haerecicis. vt 24. q. 6. ſi quis dederit 4.

p ¶Talibus.] Sacerdotibus.

q ¶Et ordinationum.] ideſt, ordinum.

r ¶Et ſacramentorum.] Aliorum.

ſ ¶Confectio.] improprie dicuntur ordines confici.

t ¶De malis.] Haec litera bene innuit, ꝙ ab illo loco, porro ad haec, &c. uſque huc, tantũ de malis catholicis intelligitur; non de praeciſis. nec contradicit illud contra Donatiſtas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. a minori. Nam hic dicit de ſacramentis Donatiſtarum,

Simoniacus an ſit ſuſpenſus.

1 De hoc ẽt not. 50. d. de his uero: in glo. ulti. ibi, uideas.

Simoniacus & fornicator tripliciter differũt.

2 Scilicet haereticus & ſchiſmatic*.

* *Niſi in caſu neceſſitatis; quia qui a praeciſo accipit ſacramentum extra caſum neceſſitatis, peccat: non item qui a malo. B.*

*Th. p. 3. q. 64. ar. 9. ad 3. & art. 9. ad 2. & q. 57. art. 5.*

3 Et nõ corpus Chriſti 34. q. 1. c. ul. & quae ſit ratio not. ſup. ea. q. §. ſed illud. Arch.

4 Et hoc eſt ppter ipſius Euchariſtiae reuerẽtiam. arg. de conſe. diſt. 4. per regulam.

ſiarum, & ꝙ habent proprias virtutes, &c.

a ¶ Formam. ]ideſt, virtutem habent; quia vera & integra ſunt. 1. q. 1. quod quidam. & de conſe. d. 4. oſtenditur, & cap. ſicut in ſacramentis.

b ¶ Initiati ] ideſt conſecrati. ſi de conſecr. d. 2. quia corpus. 12. q. 2. autun. 28. q. 1. caue. ſed aliter accipitur. 26. q. 2. cum initiatur.

k ¶ Neceſſarior. ] Immo eſt ianua omnium ſacramentorum. 1. q. 1 ſi quis confugerit. de conſecr. d. 4. his vero. extra de presby non baptiza. veniens.

PROHIBENTVR. Hęc eſt 4 pars diſt. in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in ſacris recipiunt

reticorum ſacramenta, quoniam extra eccleſiam ſunt, iuxta ſanctorum Patrum traditiones, ſcilicet Pelagii, Gregorii, Cypriani, Auguſtini, & Hieronymi, formā [a] quidem ſacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, niſi cum ipſi, vel eorum ſacramentis initiati [b] per manus [c] impoſitionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum verò, quòd canones Apoſtolorum [d], (quorum [e] auctoritate orientalis, & ex parte [f] Romana vtitur eccleſia) & inſignis Cyprianus martyr, & lxxx. epiſcopi cum eodem baptiſma hereticorū, lauacrum diaboli [g] appellāt [h]. Stephanus verò, & Cornelius martyres, & pontifices Romani, & venerabilis Auguſtinus in libro de baptiſmo eundem Cyprianum, & præfatos epiſcopos ob hanc cauſam vehementer redarguūt, affirmātes baptiſma ſiue ab hæretico, ſiue ſchiſmatico, eccleſiaſtico more celebratum ratum eſſe, & merito: quia alia in baptiſmo [i], & alia in reliquis ſacramentis conſideratio eſt, quippe cum & ordine prior, & neceſſarior [k] ſit. Subito enim morituro prius baptiſmate, quā Dominici corporis communione, vel aliis ſacramentis conſulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, ſatis eſt ab hæretico baptiſmi ſacramentum ſumere, quam in æternum perire. Et hanc ſententiam præſcriptorum Pontificum, Cornelii, Stephani, et Auguſtini, ſecuti ſunt Innocentius, † Syricius, Leo Anaſtaſius, & magnus Gregorius, & omnis catholica eccleſia. 4. ¶ Prohibentur ergo de manibus talium ſacerdotum ſacramenta ſuſcipi, non quin ſint vera quantum ad formam, & effectum: ſed quia dum huiuſmodi ſacerdotes ſe a populo contemptos viderint, rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiam prouocentur.

Can. 45. 46. 47.

lib 1. epiſt 12. ad Ianuarium, & epiſt. ad Iubaianum, quæ ante illius concilium poſita eſt.

In cōc. Steph. Aug. l. 7. cotra Donatiſtas.

Inn. Victricio epiſt. 1. c. 15. Syricius Himerio. c. 1.

Leo de conſ. d. 4. hi de quib. Anaſtaſius diſt. 19. c. ſecundum.

β ¶ Ad hoc. ] *Hinc vſque ad finem capitis omnia accepta ſunt ex epiſtola Vrbani ſecundi L. Præpoſito ſancti Luentii apud Ticinum, quæ habetur in vetuſto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epiſtolæ initium, & magna pars habetur infra c ſaluator. 1. q. 3. atque in aliquot vetuſtis Gratiani codicibus eſt caput diſtinctū cum rubrica,* De eodem.

*Item ex ſexta ſynodo, c. 6.*

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem ſubdiaconatus hoc faciat. Cap. VII.

SI quis eorum [l], qui ad clerum accedunt, voluerit nu-

Extra de ætate qualita. c. a multis. Pann. l. 3. c. 103.

Pęnitentia an poſſit ab hæreticis recipi.

c ¶ Per manus ] 1. q. 1. ſi qui. Sed quid dices de pœnitentia? nunquid eſt ab iſtis præciſis accipienda? Reſpon. in caſu neceſſitatis eis poſſumus confiteri. nam & cuilibet de pœn. d. 1. quem. pœnitet. ſed licet eis confiteamur, tamen non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo caſu imponenda eſt pœnitentia, ſed innoteſcenda. 26. q. 7. ab infirmis, vel dic, quod non debemus confiteri. 24 q. 1 §. ſed iſtud in fi. de pœni. d. 6. c. qui vult. & illud ne inducant nos in deſperationem ſicut Iudęi Iudam, cū ei pœnitēti dixerūt quid ad nos tu videris. de pęn. d. 1. is poteſtatis.

d ¶ Apoſtolorū. ] Id eſt, qui ſub nomine Apoſtolorum facti ſunt ſed ſunt apocryphi. 15. d. ſancta Romana. 16. d. canones Hu.

e ¶ Quorum ] Simplex eſt hæc relatio.

f ¶ Ex parte. ] 12. d. aliter.

g ¶ Diaboli. ] Si quo ad effectū dixiſſent in deteſtationē criminis hæreſis, bene dixiſſent: ſed hoc dixerunt, quia nō credebant eſſe ſacramentorū veritatem apud hæreticos, & ideo reprehenſi fuerunt ab Aug. H.

h ¶ Appellāt. ] inf. de cōſe. d. 4. quomodo.

1 Vt continetur in p̄d. c. nullus. De hoc legiẽ & not. 24 q. 1. §. ſed iſtud. ibi videas.

Purgatorij pęna eſt acerbior omni mūdana.

i ¶ In baptiſmo. ] Videtur, ꝙ nec baptiſmus in neceſſitate ab hæretico ſit accipiendus. nam cordis contritio ſufficit, vt de conſec. diſt. 4. baptiſmi vicem. ſi nec corpus Chriſti. 24. q. 1. c. penul. & vlt. quia qui credit manducat de conſecra diſt 2 vt qd paras? Reſp. hęc eſt rō, quia baptiſmus neceſſarior eſt, nam in eo delentur oīa peccata. adeo ꝙ ēt ignis purgatorii pęna non ſentietur. de conſe diſt. 4. ſiue: non autē ita eſt in cordis contritione, vel pęnitentia: nam per ea non poteſt purgatorium euitari 1, quod excedit omnem pęnam quam hic quis poſſit ſuſtinere, ſm quod hæc colliguntur. de pœn. diſt. vlt. c. vlt. & 25. d. qui in aliud.

piunt vxores, vel retinent concubinas, & dicit, ꝙ debēt a clero ſubmoueri, & vxores mancipari ſeruituti: hoc probat per viij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ ſacramenta de manibus hæreticorum ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium nō ſunt recipienda, non quin ſint vera ſacramenta; ideo fit, vt tales ſacerdotes propter verecundiam facilius ad pęnitentiam prouocentur ſi viderint ſe contemni. Caſus ſeq. cap. patet.

l SI quis eorum iſtud c. euidenter eſt contra illos qui dicunt, ꝙ Gręci poſſunt, contrahere in ſacris ordinibus

Græci in ſacris ordinibus nō poſſunt contrahere.

mibus i, cum hoc cap. ſit ſextæ ſynodi, & ſexta ſynodus præfixit eis regulam viuendi, vt 31. diſt. Nicæna, cap. quoniam. §. hoc autem. patet etiam quod apud eos in ſacris ordinibus non contrahitur matrimonium, nec etiam tempore Apoſtolorum licitum fuit contrahere an

SVbdiaconis.] CASVS. Quæſiuit Bonifacius an ſubdiaconi ſui epiſcopatus poſſint vxores ducere. & reſpondet Greg. quod non: ſed hoc ſtatuit de illis quod decreuit de alijs. nec, quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

p e iali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem ſubdiaconatus faciat.

*Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.*

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. Cap. VIII.

Pann. l. 1. c. 11. LEctores, cum ad annos pubertatis[a] venerint, cogantur[b] aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

*Item Gregorius Bonifacio epiſcopo Rhegino, lib. 3. epiſt. 5.*

¶ Subdiaconos continentiam ſeruare oportet. Cap. IX.

Pann. l. 3. c. 99. SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis ſtatuimus, decernimus obſeruari, nec illam deffinitionem noſtram cuiuſquam ſinas contumacia[c] aut temeritate corrumpi.

*Item Vrbanus ij. in ſynodo apud Melphiam, c. 13.*

¶ Beneficio & officio careant, qui poſt diaconatum vxoribus vacant. Cap. X.

Pann. l. 3. c. 105. EOs, qui[d] poſt ſubdiaconatũ[a] vxoribus vacare volũt, ab omni ſacro ordine remouemus, officioque, atque beneficio eccleſiæ carere decernimus. Quòd ſi ab epiſcopo commoniti non ſe correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipiant ſeruituti: Si vero epiſcopi conſenſerint[e] eorum prauitatibus; ipſi officij interdictione mulctentur.

a ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur*, diaconatum. *Sed emẽdatum eſt ex aliquot uetuſtis Gratiani exemplaribus, & ex ipſo concilio, cuius unum exemplar eſt in bibliotheca Vaticana, & alterum miſſum eſt è* Gallia. *Diaconis enim nunquam in Latina eccleſia legitur permiſſum fuiſſe coniugium, aut uſum ipſius, quos Syricius, & Innocentius ſemper eadem continentia lege cum epiſcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque poſt. B.* Gregorium, *& prohibitionem illam, quæ continetur in cap. ante triennium ſupra diſt. 31. eadem lex fuit conſtituta, quam Vrbanus ſecundus hic innouandam ſtatuit.*

*Item Dominico Patriarchæ Gradenſi.*

c ¶ Cõtumacia.] qa non eſt fauore alicuius perſonæ omittẽdum quod ſtatutis generalib. continet. 61. diſt. miramur.

EOs qui.] CASVS. Quidã diaconi contrahebant de facto, vel vxores quas duxerãt ante ſacros ordines cognoſcebant. Quæſitum fuit quid de eis deberet fieri. & de vxoribus eorum? Et reſpondet Vrbanus, quod clerici ab officio & beneficio ſuſpendantur, & ſi incorrigibiles fuerint, datur licentia principib. vt eorum fœminas mancipiẽt ſeruituti, & ſi epiſcopi huic prauitati cõſenſerint, ſuſpendantur.

d ¶ Eos qui.] Quod hic dicitur, intelligo quando quaſi matrimonialiter[a] ducunt vxores, & in eo caſu filij redigũtur in eccleſiæ ſeruitutem, vt 15. q. vlt. cum multę. primo tamen ipſe epiſcopus rediget in ſeruitutem eas ſi poteſt, vt 81. diſt. quidã clerici: ſed ſi ipſe non ſufficit, tũc itur ad brachium ſæculare, vt hic dicitur. Sed obijcitur, nõne principes habent iuriſdictionẽ ſup. iſtas, cum ſint laicæ? quare ergo eis, indulgetur illud, cũ ipſi eas per ſe poſſunt punire? Si legitima eſſet vxor iſta, tunc planũ eſſet, quia legitima vxor ſortitur forum ex perſona viri, vt ff. de iur. om. iud. cum quædam Sed illa quæ non eſt legitima, non, vt ff. ad munici. de iure. §. vlt. Ad hoc poteſt dici, quod cum ſit de familia ſacerdotis, eſt de foro eccleſiæ, ſicut & alii, qui ſunt de familia eius, vt 89. diſt. indicatum. & 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos. vel ideo cenſetur de foro eccleſię, quia deliquit in perſona eccleſiæ; quia ratione delicti dicitur in me princeps habere iuriſdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6. q. 3. placuit.

a Hanc ſententiã ſequitur Vinc. & Inno. extra de cohabi. cler. ca. 2. in fin. vbi ẽt de hoc. Archid.

Vxor clerici eſt de foro eccleſiæ.

in ſubdiaconatu, vt 84. diſt. cum in præterito.

LEctores. CASVS. Clerici quidã in pubertate xviij. ann. poſiti volebant ad ſubdiaconatum non promiſſa continentia promoueri. Quæſitum fuit in concilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & reſponſum fuit, quod iſti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, ſi volunt ſubdiaconi fieri.

a ¶ Pubertatis.] plena, quę eſt xviij. ann. in ſæcularib. clericis, ſed xv. in monachis. 20. q. 1. illud. 28. diſtinct. de his. hic enim dr̃ plena pubertas, vt Inſtitu. de adopt. §. minorem. Sed quantum ad matrimonium contrahendum, dicitur plena pubertas xiiij. anni in viro, vel xij. anni in muliere. vt extra de ſpon. imp. puberes.

b ¶ Cogantur.] inf. eod. placuit. contra. Sed illud quando eccleſia penuriam non patitur. argumen. 55. diſt. cap. 1.

e ¶ Conſenſerint.] hodie deponitur, vt extra de vita & honeſta. cleric. & clericorum mores. & 83. diſtinct. ſi quis epiſcopus. & extra de ſimo. nemo. Sed illud 3. verum quando prece vel pretio conſenſit, vt ibi dicitur in illa conſtitutione, vt clericorum. Si autem epiſcopus negligens eſſet, ſuſpendatur per duos menſes, vt 1. q. 1. quidquid.

3 Ideſt quod dr̃ in illis c. pdictis Gradẽſi patriarchæ. ille ſub nomine archiepiſcopi continetur, vt patet 21. diſt. in ca. 1. ver. ſi ordo.

ERubeſcant.] CASVS Quæſiuit Patriarcha Gradenſis quid debeat fieri de his qui erant in ſacris ordinibus poſiti: nihilominus tñ mulierculas ſibi habebant. Et reſpon. Vrbanus: niſi eas abiecerint, & vixerint continenter: ſi eſt manifeſtum, ſunt ab omni dignitate eccleſiaſtica remouẽdi: ſi autem occultũ eſt, diuino iudicio reſeruentur. Sequentia duo cap. plana ſunt.

¶ Excludendi ſunt à ſuorum graduum dignitate ſubdiaconi, & deinceps, ſi continentes eſſe nolunt. Cap. XI.

ERubeſcant impij, & aperte intelligant iudicio ſpiritus ſancti eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, niſi mulieres abiecerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifeſtis quidem loquimur: ſecretorum [a] autem & cognitor Deus, & iudex eſt.

In c. 3 multis. erubeſcant. extra de æta. & qual. Pann. l. 3. c. 103.

*Idem in Melphitenſi ſynodo præſidens dixit, c. 12.*

¶ Ad ſacros ordines non accedat, niſi virgo, aut probatæ caſtitatis. Cap. XII.

NEmo ad ſacrum ordinem permittatur accedere, niſi aut virgo [b], aut probatæ ſit caſtitatis, & qui vſq; ad ſubdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

In c. 2 multis extra de æta. & qual. Pann. l. 3. c. 104.

*Item in concilio Carthaginienſi 5. c. 3.*

¶ In tribus gradibus conſtituti etiam ab vxoribus abſtineant. Cap. XIII.

PLacuit epiſcopos, presbyteros, diaconos α ſecũdum priora ſtatuta β etiam ab vxoribus abſtinere [c]; quod niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueãtur officio: cęteros vero clericos ad hoc non cogi, ſed ſecundum vniuſcuiuſque [d] eccleſię conſuetudinem obſeruari debere.

Pann. l. 3. c. 105.

α ¶ Diaconos.] *ſequebatur,* ſubdiaconos. *quæ vox ſublata eſt, quoniam abeſt ab originali, & ab Africano, cap. 37. & à Carthaginenſi Græco, c. 71. & infra diſt. 84. cum de quorundam: quamuis habeatur in Carthaginienſi codicis canonum, c. 5.*

β ¶ Secundum priora ſtatuta.] *Græcè eſt* κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, *& Balſamon interpretatur,* tempore vicis ſuæ: *quod ab originalis ſententia alienum eſt.*

*Item Leo IX. contra epiſtolam Nicetæ abbatis.*

¶ In minoribus ordinibus conſtituti vxorem ducant; niſi voto, aut religioſo habitu prohibeantur. Cap. XIV.

Humbertus Cenomanen. legatus Leonis ix. in reſponſione contra Nicetam.

SEriatim, & aperte proſequemur, quid ſancta Romana eccleſia in gradibus clericorum agat. Clericos tãtum, oſtiarios, lectores, exorciſtas, acolythos, ſi extra votũ, & habitum [e] monachi inueniantur, & continentiã profiteri noluerũt, vxorẽ ducere virginẽ cũ benedictione ſacerdotali permittit; nõ autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad ſubdiaconatũ prouchi poterunt: quia nec laicus non virginem ſortitus vxorẽ, aut bigamus ad clericatum poteſt aſcendere. Quòd ſi qs ex

Pann. l. 3. c. 107.

Eccleſia nõ iudicat de occultis.

a ¶ Secretorum.] ex hoc patet ꝙ eccleſia nõ iudicat de occultis, ſic 32. q. 5. Chriſtiano. 2. q. 5. cõſuluiſti. & 6. q. 1. ſi omnia. Et eſt ar. pro opinione illorũ, qui dicunt ꝙ occultum delictũ non irrogat irregularitatem. Io. quod eſt expreſſum hodie extra de temp. ord cap. vlt. niſi in homicidio & ſimonia i ordine. 1. q. 1. reperiuntur. B.

Bigamus eſt cũ corrupta etiam ignoranter contrahens.

b NEmo] virgo.] quid ſi credit ſe contrahere cũ virgine, & eſt corrupta? Dico eum nõ promouendum, cũ ſit maritus corruptæ, vt 34. d. qui in aliquo. quia ibi nec error nec uiolentia excuſat, vt 32. quæſt. 5. ille autem. ſicut nec caſus excuſat, vt 15. q. 1. cap. vlt. Quid ſi primo corrupi virginem, & poſtea eam deſponſaui? Argu ꝙ promoueri non poſſum, ſi volo eam ducere, vt 30. q. 5. qualis & infra d. proxi. maritum hoc notaui in quæſtio. B.

ADDITIO. Quæſtio dominicalis eſt: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

c PLacuit.] Abſtinere.] Ideſt, nõ contrahere.

Conſuetudo eſt obſeruãda in matrimonio.

d Sed ſecundũ vniuſcuiuſque.] nota conſuetudinem ſeruandam i matrimonio, vt hic, & inf. ead. quoniam & extra de cog ſpi. cap. 2. Sed contra extra de ſpõ. duorum tua. & ex hoc videtur quòd epiſcopus in ſua dieceſi poſſit ſtatuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc conſuetudinem referendam ad beneficia, vt ſi conſuetudo ſit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipſa ſeruetur. ſed hodie corrigitur per decreta. extra de cler. coniug. Ioannes. & cap. cum decorem.

SEriatim] CASVS. Abbas Niceta dicebat clericos in ſacris ordinibus poſſe cognoſcere vxores ſuas. Leo autem Papa reprehendens epiſtolam dicit, quòd clerici in minoribus ordinibus, ſi ſunt extra votum vel habitum monachalem, poſſunt vxores ſortiri virgines, nõ viduas vel repudiatas alioquin nec ipſi nec bigami poterunt promoueri poſtea. Si autem poſtea uoluerint promoueri, debet hoc etiam fieri de conſenſu uxoris: quæ poſtea nec maritis nec aliis debet carnaliter copulari viuente marito, vel poſt mortem. Sequen. cap. plana ſunt vſque ad cap. presbyter.

Vxor promoti an matrimoniũ contrahere poſſit.

e ¶ Votum & habitum.] Bene dicit, habitum, & votum: quia ſolus habitus non ſolemnizat votum, vt extra de reg. porrectum.

a ¶ Poſt

a ¶Poſt mortem.] De iſta vxore promoti dic. quod eo ipſo quod dat licentiam, intelligitur uouere: ſimiliter etiam ea cuius maritus ſuſcipit habitũ religionis: vnde neutra debet contrahere. ſi tamen contraxerit, tenet ſecundum quoſdam: nam votum non fuit ſolennizatum 1. Diſtin- pp votum, ſed pp conſtitutionem eccleſiæ, ſ vt non ſit matrimoniũ ſi contrahat. & vt expreſſum 5.28 diſt. qa ſunt H dicit. quod in utraq; vxore promoti, & ingreſſi votum de præſenti dirimit, licet non ſolennizet actum. Ioan. Faber dicit aliud eſſe in vxore ingreſſi, aliud in vxore promoti: qa illa poſt mortem cõtrahit, ſed vxor promoti non. quia eſt ratio diuerſitatis: quia dignior eſt clericatus quam monachatus: nam etiã bigamus põt eſſe monachus. 16.q.1. legi. ſed mirum eſt, quod tantus vir hoc dixerit, cum maniſeſtè obuiet 27.q.2. Agathoſa, &c. ſi quis cõiugatus & 33 q.5. q uxorem. poſſet autẽ dici, quod uotũ vxoris ſolennizatur ex uoto viri promoti: & ita vir uxori communicat uotum, ut 28. diſt. quia ſunt. de hoc not. in d. ca. qui uxorem.

ADDITIO. Idẽ no. Hoſt. extra de regu. ad apoſtolicam. Archidiac.

arg. 27.q. multorũ. de vxore promoti ... uitur, q̃ ... a votũ nõ ... erat. poſt ... i mor- ... n nubere prohibe- ... ſed illud ... ſua ſpõ. ... diſt. c. 1. Dic ergo ... Ioan. de ... n. quod illud ... eſt uerũ ... uxore promoti. 38. di. ... & c. ſeq. ... chid.

præfatis ordinibus deſiderat ad ſubdiaconatum aſcendere, nequibit hoc ſine conſenſu vxoris ſuæ: vt fiat de carnali deinceps ſpirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neq; permittitur poſtea vxor iungi eidem marito ſuo carnaliter, nec cuiquam nubere in vita, aut poſt mortem [a] illius.

*Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 14.*

¶Non liceat clericis alterius ſectæ uxorem accipere. Cap. XV.

Pann. li. 3. c. 110.

QVoniam in quibuſdam prouincijs conceſſum eſt lectoribus & pſalmiſtis vxores ducere [b], ſtatuit ſancta ſynodus, nõ licere cuiquam ex his accipere ſectæ [c] † alterius vxorem.

† ἑτεροδεξῶν.

*Item ex concilio Niceno, c. 3.*

¶Non habitent cum clericis mulieres, niſi quæ naturali fœdere omnem ſuſpicionem excludunt. Cap. XVI.

Burch. li. 2. c. 109. Anſ. li. 7. c. 113. & 6. c. 202. Iuo p. 6. c. 186. Pann. li. 3. c. 112.

ſ INterdixit per omnia ſancta † ſynodus nõ epiſcopo non presbytero, non diacono vel alicui omnino, q in clero eſt, licere ſubintroductam habere mulierem, niſi forte, aut matrem, aut ſororem [d], aut amitã, aut etiam α eas idoneas [e] perſonas, quæ fugiant ſuſpiciones [f].

α ¶Aut etiam.] *Græce eſt.* ἢ ἀμείνω πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν, *id eſt*, vel eas tantum perſonas, quæ omnem fugerint ſuſpicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. Cap. XVII.

In epiſt. ad Ocea. ibidem. In epiſt ad Nepotianum prope fi. In epiſt. ad Ruſt. In epiſt. ad Ocea. li. 2. contra Iouin.

HOſpitiolum α tuum aut raro, aut nunquam mulierũ pedes terant. ¶Quia non poteſt β toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur. ¶Fœmina γ conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit. ¶Nunquam de formis mulierum diſputes. ¶Fœminæ nomen tuum nouerint δ; vultum neſciant. ¶Fœminam, quam bene videris conuerſantem, mente dilige, non corporali frequentia. ε Si bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt [g] ergo tangere.

α Hoſpitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuſcriptis, & ſine Palea nomine. Eſt autem collectum ex varijs* B. *Hieronymi locis, in quibus de vitanda mulierum conſuetudine agitur.*

β ¶Non poteſt.] *In epiſtola ad Oceanum. quæ non putatur eſſe* B. *Hieronymi legitur*, Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

γ ¶Fœmina.] *Ibidem Paulo ſuperius:* flammigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta mentium.

b QVoniam.] ¶Vxores ducere. i. retinere.

c ¶Sectæ.] inf. 28. q. 1. caue. & c. non oportet. 1.

INterdixit.] Hæc eſt quinta pars diſt. in qua vt clerici facilius cõtineant, ſupponit Gratianus auctoritatem horũ cap. quòd clerici debent vitare familiaritatem & cohabitationem fœminarum extranearum. Ioan. de Fan

1 Illud c. nõ oportet potius cõtradicit: ſed hic, quod loquitur in ſpõſalib. de futuro: q̃ inter tales põt contrahi, vt ibi nota. Hug.

d ¶Aut ſororẽ.] In quib. nil ſæui criminis exiſtimari fœdus naturale pmittit, vt ext. de coh. cle. c. pe.

e ¶Idoneas.] Vt vxores ſeruorũ ſuorum, 81. diſt. uolumus. & c. cum omnibus.

f ¶Suſpiciones.] Quia ſuſpectas mulieres hẽbat, vt ext. de coh. cle. c. 1 & 2.

g HOſpitiolum tuũ ¶Malũ eſt] Arg. a cõtrarijs, ſi vnũ eſt bonum reliquũ eſt malũ, fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria qñque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie cõicare, & non cõicare. 18. q. 1. ſic enim de conſecr. diſt. 2. quotidie. & arg. C. de procur. exigendi, ibi, ſed multo iuſtius fuit.

Contraria duo qñque ſunt bona.

Diſtingue tñ, utrum huius uxor ſciat ius uel dicatur ſibi, quia tunc uouere intelligit, nõ tñ ſolennizatur uotum. Si uero ignorat, nec ei dicitur non intelligitur uouere, in uxore tamen promoti ſecus poſſet dici non

PResbyter.] CASVS. Quidam de conſenſu uxoris ſuæ factus fuit presbyter: quem Gregorius valde commendat: quia & ſi eam poſt ſacerdotium diligeret, vt ſororem, tñ quo ad carnis officium vitabat vt hoſtem: nec appropinquabat ad eam. Quæ autem poſtea ſequuntur, plana ſunt uſque ad diſtinctionẽ: & per te videbis.

a ¶Presbyteram.] Cum qua in minoribus ordinibus con traxerat.

b ¶Mulieres.] ¶Et matricuriæ.] ideſt, habentes curã de reb. eccl.

ECce.] Hæc di. diuidit in quatuor partes. Iº prima ponuntur x. impedimẽta quæ impediunt promouendos. Secũda ibi, [Cõiter.] Tertia ibi, [Laici.] Quarta ibi. [Cæterum.] Io. de Fan. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis ꝙ in ſacris ordinib conſtituti vxores nõ poſſunt hr̃e: nec bigami poſſunt ad ſacros ordines ꝓmoueri. In hac vero 33 diſt. quęritur, an ille, qui præter uxorẽ concubinam habuit, poſſit promoueri? Et rñdet ꝙ nõ. Et accipitur hic concubina quę habetur loco vxoris. Additur etiam in hac diſt. de arreptitijs, dæmoniacis, & caducis maximè.

c ¶ Sed quæritur.] Hic intitulatur 33. diſt. in qua magiſter oſtendit ꝙ bigami, corpore vitiati, vſurarij, publicè pęnitẽtes, luſores, in ſcena ludẽtes, furioſi, arreptitij, accipiẽtes meretrices in vxores, habẽtes cõcubinas, nõ poſſunt promoueri: quandoq; tñ diſpenſat in cõcubinarijs, inf ea. c. vlt. 1 Et nota, ꝙ ĩ primis duob. cap. magiſter accipit concubinã pro vxore 2. quã quis duxit ſine ſolennitate, vt inf. 34. di. §. concubinã. ſed H intelligit verã concubinã: ꝗ ſi qs habuit poſt baptiſmum promoueri non debet, vt 25 diſt c vlt. Io.

Vſurarij & alij multi nõ poſſunt promoueri.

1 Ad idẽ 34. di fraternitatis. Arch. 2 Idẽ tenet Goffr prout no. inf. c. 1.

ſ ¶Nouerint.] *Antea legebatur,* fœminam nomen tuum neſciant. *Emendatum eſt ex aliquot manuſcriptis, & ex epiſtola Hieronymi ad Ruſticum monachum.*

s ¶Frequentia.] *In epiſtola ad Oceanum eſt,* frequentes ornatu.

*Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 1.*

¶Presbyter vxorem ſuam quaſi ſororem diligat, & quaſi hoſtem fugiat. Cap. XVIII.

PResbyter quidam ſibi commiſſam regebat eccleſiam cum magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyteram [a] ſuam, vt ſororẽ diligens, ſed quaſi hoſtem cauens ad ſe propius accedere non ſinebat; eamque ſibi appropinquare nulla occaſione permittens, ab ea ſibi communionem funditus familiaritatis abſcidit. Pann. li. 3. c. 114.

*Presbyteram vero quam debeamus accipere Laodicenſe concilium, c. 11. oſtendit dicens.*

¶Viduæ, vel ſeniores presbyteræ appellantur. Cap. XIX.

MVlieres a, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, ſeniores, vniuiræ, & matricuriæ [b] appellantur, in eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non debere.

a ¶Mulieres.] *Sic habet priſca verſio Græcè:* περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι, *ideſt,* quòd non oportet eas, quæ presbyteræ, vel præſidentes dicuntur, in eccleſia collocari. *qua eſt Dionyſij verſio præterquam: in vltimis verbis. Ille enim habet,* eccleſijs ordinari. *Et videndus eſt Balſamon ad eum locum.*

## DISTINCTIO XXXIII.

ps 1. ECce, quòd in ſacris ordinibus conſtituti vxores habere non poſſunt, vel ſi bigami aliqui fuerint inuenti ad ſacros ordines aſcendere non ualent. Sed quæritur [c], ſi quis præter uxorem concubinã habuerit, vtrum in ſacerdotem promoueri ualeat. Talis a ſacris ordinibus auctoritate canonum Apoſtolorum prohibetur, in quibus, can. 17. ſic ſtatutum legitur.

¶Secundis nuptijs poſt baptiſma copulatus, aut concubinam habens ad ſacrum ordinem conſcendere non valet. Cap. I.

SI quis poſt acceptum [d] baptiſma ſecundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam [e] habuerit, non poteſt † fieri epiſcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorſus eorum, qui miniſterio a ſacro deſeruiunt. Anſel. li 6. c. 143. Iuo p. 8. c. 137. al. 151. † al. eſſe.

a ¶Miniſterio.] *Græcè:* τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. *ideſt,* qui ſunt in catalogo ſacerdotali.

SI quis.] CASVS. Quidã poſt baptiſma duas habuit vxores, vel vnam vxorem, & aliam concubinam: quæſitum fuit ab Apoſtolis, vtrũ talis poſſit promoueri & rñ. ꝙ non poteſt talis promoueri ad ordinẽ clericalem.

d ¶Poſt acceptum.] Maxime. Idem n eſt ſi ante 3. baptiſma habuit unã, & poſt aliam uxorem vel concubinam: vel determinat uerbum infra poſitum habuerit. 3 26. di. c. tius.

e ¶Aut concubinam.] Poſt primam vxoris: talis tamen

ex

ex diſpenſatione quandoque promouetur.inf.ea.habuiſſe,& 34.d fraternitatis.

DESERVIENTIS. Exponit modo Gratianus qui dicantur ſacro miniſterio deſeruire, & dicit ꝙ ſubdiaconi, & acolythi,& qualiter deſeruiant,dicit. Exponit etiam

punitur quis & meretur, vt ff qui indig.l.1.

c ¶Vel iniuſto.] idest,indignatione,vel ex nimia commotione.ſecus ſi propter neceſſitatem faceret, vt 55.d.ſi quis a medicis.

d ¶Illum.] Talis etiam deponitur.47.d de Petro & cap. quoniam.

*Deſeruientes ſacro miniſterio intelliguntur ſubdiaconi qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cum cereis diaconos pracedunt. vnde, & ceroferarij dicuntur: qui etiam vinum, & aquam praparando calici ſubminiſtrant. Concubina intelligenda eſt prater vxorem, vt iſte ſit ſenſus capituli: [Si quis poſt acceptum ſacrum baptiſma ſecundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:] diſtinguendum eſt, antequam vxorem duxerit ſiue poſt mortem vxoris.*

*Vnde B. Gregorius* a *ait.*

a ¶Gregorius. *Hoc caput ſumptum eſt ex c.72.libelli de eccleſiaſticis dogmatibus, qui inter opera B.Aug.editus eſt; atque ex eo albi ſapiſſime ab ipſo Gratiano citatur. A Trithemio autem adſcribitur Alcuino, ab alijs Iſidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt, ut Valfridus Strabo, lib. de re. eccleſ. c.20. Petrus Lombardus ſent. 2.d.8. S. Thomas quodlib. 12.art. 20. Platina in Simmacho, & alij.*

¶Duarum matronarum maritus poſt baptiſmum, clericus non ordinetur. Cap. II.

Anſ.l.7.c.22.al. 26. Iuo p.8.c.295. Poly.l.2.tit.31.

MAritum duarum poſt baptiſmum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui vnam quidem ſed concubinam [a], non matronam habuit nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem [b] in matrimonium aſſumpſerit: nec eum, qui ſemetipſum quolibet corporis ſui membro indignatione aliqua, vel iuſto, vel iniuſto [c] timore ſuperatus truncauerit: nec illum [d], qui vſuras accepiſſe conuincitur, aut in ſcena luſiſſe dignoſcitur: nec eum, qui publica pœnitentia [e] mortalia crimina defleuit †: neque illum qui in furiam [f] aliquando verſus, inſaniuit, vel afflictione diaboli vexatus eſt: neque eum, qui per † ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam obtulerit †.

† *deflet*] orig.
† *al. pro ordinatione.*
† *offert.*] orig.

*Item Pius Papa.*

¶Arreptitij, vel epileptici ſacris altaribus non miniſtrent. Cap. III.

Burc.l 3.c 72. Iuo p 2.c 125. Poly.l.4 tit.31.

COmmuniter diffinimus, vt nullus de ijs [g], qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant

e ¶Pœnitentia.] Vt 51. d. qui in aliquo, & 50.d. de his.

f ¶In furiam.] Tamen promotus non deponitur, vt 7.q 2. quamuis

COmmuniter.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua probatur per tres auctoritates ſanctorum patrum, ꝙ dæmoniaci, & epileptici, & furioſi non debent promoueri. Io. de Fan.

CASVS. Sequitur in hoc capit. ꝙ illi qui dæmonibus arrepti eliduntur, non debent ſacris altaribus miniſtrare, niſi ſuſpenſi per annum inueniantur ab incurſu dæmonum liberati. Illi vero qui morbo epileptico, vel caduco laborant, non miniſtrent niſi prius inquiratur qualiter illi laborent. qui ſi in terram cadunt, non miniſtrarent. Alijs vero ægritudinibus laborantes non prohibentur. Et no. ꝙ hoc ca. loquitur de iam promotis. Sequens cap. patet.

g ¶De ijs.] Qui ita vexantur, diſtinguendum eſt: nam ſi frequenter cadunt, non debent miniſtrare, vt inf. 7. quæſt. 2. ca. 1 ſi vero raro, & emittunt voces confuſas ſimiliter non debent miniſtrare, vt inf 7. q. 2 c. 2. ſi autem raro nec emittunt voces confuſas, poſſunt ſed habere debent coadiutores, vt 7. q. 1. illud: promoueri autem non poſſunt tales ex quo paſſi ſunt ſemel, vt ſup. ea. ca. maritum. Et hæc eſt opinio H. nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis ſimiliter nulla eſt contradictio inter H. & alios quo ad promotionem: quia omnes dicunt, ꝙ nullus talis debet promoueri, vt cap. maritum. & c. clerici. In promotis autem diſtinguitur inter H. & alios. Nam dicunt alij, ꝙ ſicut non debet promoueri qui ſemel eſt arreptus a dæmone, ita nec officium poteſt exercere etiam ſi iam promotus ſit: & qui hoc dicunt, illam literam, (qui tamen) aliter intelligunt quam H. nam dicunt, ꝙ hoc relatiuum, qui, refertur ad proxime poſitum, i. epilepticos 1 & eſt ſenſus literæ Epileptici non debent ſe ingerere diuinis ſacramentis, exceptis illis qui ſine

Punitur quis & meretur ex eodem facto.

1 Dic melius: illud non contradicit: nam quantum ad legem prinot onis reus eſt, vt hic: ſed quantum ad gratiam innocens, vt argu. 10. q. 1 c. ſi. 32 q. 5. c. ille Arc.

Morbo caduco laborantes an miniſtrare poſſint.

Dæmoniacorum promotorum, & promouendorum diſtinctio.

a Ad huius verbi declarationem dic, quod epilenſia Græce apprehenſio dicitur eo ꝙ mentem apprehendat pariter. & corpus poſſideat ſit aut ex melancholico humore quoties exuperauerit, & ad cerebrum conuerſus fuerit. Arch.

etiam, ꝙ concubina intelligitur illa quæ ante vxorem ducta fuit, vel poſt mortem vxoris.

MAritum.] CASVS. In hoc ca 2. enumerantur impedimenta pro quibus aliquis repellitur a promotione, vt ſi maritus fuit duarum matronarum: vel præter vxorem concubinam, vel meretricem in matrimonium aſſumpſit, &c

a ¶Concubinam] Arg ꝙ ſi quis habuit virginem concubinam licet poſtea ſumat eam in vxorem, ꝙ non poteſt promoueri, vt 34. d. curandum, & c. præcidimus, & 30. q. 5. qualis.

b ¶Vel meretricem] 32. q. 1. cap. non eſt culpandus. arg. contra. Sol. Illud in figura, & ita ex vno eodemque facto

ſine paſſionibus, id eſt, q ſine vocis confuſæ emiſſione & ſpumę iactatione, qui tamē & ipſi, id eſt, iſti qui hoc non faciunt, ſed tantum cadunt, debent eſſe tandiu ſuſpenſi, donec appareat eos per annum liberatos, id eſt, non occupatos incurſu dæmonum, id eſt, appareat, ꝙ iſta paſſio non eſt dæmoniaca, ſed epileptica. H. vero dicit in dæmoniacis ꝓmotis, ꝙ ſi ꝑ annū ſteterut, & non fuerunt paſſi ſupradicta, poſſunt exercere diuina officia, vnde dicit, ꝙ illud relatiuũ, qui, refert proprie pro dæmoniacis, & improprie ſecundum eum ponitur in ſi. liberati.

a ¶Vel indiſcuſsè.] id eſt, temere.

b ¶Exceptis illis.] epilepticis, qui raro cadunt.

c ¶Paſſionibus.] id eſt, ſine ſpuma, &c.

d ¶Qui tamen.] ſ. dæmoniaci. H.

e ¶Spatio.] 7 q 2 c. vlt. contra. Sed ibi fuit dubiū hic certū.

f Clerici.] Sacri regiminis.] Ex hoc, ꝙ dicit, ſacri regiminis, videtur ꝙ ad minores ordines bene poſſunt promoueri. Lau.

Vſq; adeo.] CASVS. Quidam epiſcopi permittebāt dæmoniacos præsbyteros, caducos, & furioſos, miniſtrare diuina: quos Gelaſius reprehendit, & probat quod hoc fieri non debet, ne per hoc generetur ſcandalum Chriſtianis, & ꝓbat hoc a minori, qa lex Moſaica nō ꝑmittebat ægros corpore tangere ſacra: multo ergo minus in nouo teſtamento dæmoniacis, caducis, & furioſis, debet hoc permitti.

g ¶Opere.] id eſt, diuino obſequio.

h ¶Neceſſitatis.] id eſt, infirmitatis

i ¶Ne quibuslibet] Prima ratio.

K ¶Sauciatū] id eſt, debilitatum, vt 49 d. cap. 1.

l ¶Diuina.] id eſt, Moſaica.

m ¶Quantum magis.] q d. ex quo vitiati corpore remouentur, multo magis vitiati mente: arg 35. d. ſedulo 1.

Laici] CASVS. Fœlix epiſcopus quæſiuit ab Innoc. an laici, qui tempore baptiſmi vxores habuerunt, poſſint promoueri Et reſpon. ꝙ ſic, ſi bonæ fuerint opinionis, niſi præter vxorem, concubinam, vel meretricem vxoris affectu cognouerint.

n ¶Inſtituerunt] id eſt, informauerunt.

o ¶Non pellicem.] Pellicem vocat q nam quis ad tempus habet cauſa ſaturandæ libidinis.

1 Ar. ad hoc 44. d. c. nulli clerico. 16. q. 1. miramur. nam mens maior eſt q̄ corpus 35. d. ſedulo. m. Lau.

altaribus miniſtrare, vel indiſcuſsè[a] ſe ingerant ſacramētis diuinis, exceptis illis[b], qui corporis incommoditatibus dediti ſine huiuſmodi paſſionibus[c] in terram probantur eliſi, qui tamen[d] & ipſi tamdiu erunt ab officij ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio[e] per diſcretionem epiſcopi inueniantur ab incurſu dæmonū liberati †.

† *alieni*] cæteri collectores.

*Item Nicolaus Papa.*

De eodem. Cap. IV.

Iuo p. 11. c. 104.

Clerici, qui in adoleſcentia a dæmonibus cognoſcuntur obſeſſi, ad ſuperiorem ſacri regiminis[f] gradum aſcendere non poſſunt.

¶*Simile quiddam habetur in concilio Arauſico 1. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluuino Iouanſi archiepiſcopo, ad quem etiam fortaſſe ſcribitur c. quorundam. infra d. 34.*

*Item Gelaſius Papa epiſt. ad vniuerſos epiſcopos per Lucaniam conſtitutos, c. 21.*

¶De eodem. Cap. V.

Burc. l. 2. c. 20. Poly. l. 3 tit. 9. c. vlt. Iuo p. 2. c. 88. & p. 6. c. 40.

Vſque adeo ſanè comperimus illicita quæq; prorumpere, vt dæmonibus, ſimilibuſq; paſſionibus irretitis miniſteria ſacroſancta tractare tribuatur. Quibus ſi in hoc opere[g] poſitis, aliqd propriæ neceſſitatis[h] occurrat quis fidelium de ſua ſalute confidat, vbi miniſtros ipſos curationis humanæ, tanta perſpexerit calamitate vexari: Atque ideo neceſſario remouendi ſunt, ne quibuslibet[i], pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum generetur infirmis. Poſtremo, ſi corpore ſauciatum[k] fortaſſis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina[l] permiſit; quanto magis[m] doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (quod eſt deterius) mente perculſos?

*Leuit. 23.*

*Item Innocentius Papa 1. Fœlici epiſcopo Nucerino, epiſt. 4. c. 4.*

¶Qui tempore baptiſmi vxores habent, ſi poſtea religioſe vixerint, clerici fieri non prohibentur. Cap. VI.

Anſ. l. 7. c. 29 al. 34. Iuo p. 6. c. 95. Panu. l. 3. c. 45.

3 Laici qui habentes vxores baptizati ſunt, ac ſic ſe inſtituerunt[n], vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti ſint, aut monaſterijs, ex quo baptizati ſunt, adhæſerint, ſi non concubinam, non pellicem[o] nouerint, ſi in omnibus bonis operibus vigilauerint; non prohibentur huiuſmodi ad clericatus ſortem aſſumi.

4 *Cæterum ante ſuſceptum ſacrum ordinem quoſdā legimus concubinā habuiſſe, quos tamen ſacri canones non*

CÆTERVM CASVS. Supra dictum eſt, ꝙ ille qui præter vxorem habuit concubinam, promoueri non poteſt. Nunc vero dicit, ꝙ multi inueniuntur concubinas habuiſſe, quos canones non reijciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ſe immaculatos cuſtodiunt.

CAETE-

Habuiſſe.]

ſresbyter nicans, s punit, legiti contra- ns.

HAbuiſſe.] CASVS. Andreas Tarentinus epiſcopus habuit concubinam antequam eſſet eps. & hoc Greg bene nouerat. Sed quidam dicebant poſt epiſcopatum eum habuiſſe acceſſum ad eam Greg. autē hoc audiens, cum dubium eſſet, certā noluit ferre ſentētiā, ſed

ſententia, vt 5.q.1.quidam.

b ¶Committendum.] Sed quare non indicit ei hęc pur gatio: quia exilis fuit infamia 1: & ſic quandoque aliquis propriæ conſcientiæ committit: vt ſup diſt 4.c.denique.& 15.q.8.c.1.& 33.q 4. vir cum propriis

1 Sed tunc habet locū circa hocq̄ legit & no. 2 q.5 quanto. Arch.

reiiciunt, ſi poſt ſacrum ordinem ab eius commiſtione ſeſe immaculatos cuſtodiunt.

*Vnde Gregorius Andreæ Tarentino epiſcopo, lib.2. epiſt.44. ſiue c.83.*

¶De quodam epiſcopo, qui ante ſui epiſcopatus apicem concubinam habuit. Cap. VII.

Burch. li.2 c.195. Iuo p.5 c.130. Polyc. li.4. tit.39.

HAbuiſſe te concubinam manifeſta veritate comperimus a, de qua etiā contraria eſt quibuſdam nata ſuſpicio. Sed quia in rebus ambiguis a abſolutum non debet eſſe iudicium, hoc tuæ conſcientiæ eligimus committendum b. Qua de re, ſi in ſacro ordine conſtitutus eius te permiſtione eſſe recolis maculatū, ſacerdotij honore depoſito c ad miniſtrandū nullo modo præſumas d accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo † te miniſtrare, & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi huius ſceleris conſcius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere uolueris.

† al. periculum.

a ¶Comperimus.] *Sequebatur*, & te illius criminis participationem habere: *quæ verba ſunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum ſublata ſunt, quoniam abſunt & ab alijs editionibus, & a cæteris collectoribus, & a Ioanne diacono lib.2. num.43. uita eiuſdem Gregorij, omninoque ſententiam perturbant.*

c ¶Depoſito.] .i. ſuſpenſo ad tempus quouſq; ſatisfaciat. ſic ponitur 21. q.3. quoniam.

2 Ad idē 35. qō 6. ſi duo ext. de uot. poſtulaſtis. vbi de hoc.

d ¶Præſumas.] Arg. ꝙ occultu delictum reddit hoīem irregularē. Arg. cōtra d. ꝓxi. erubeſcat. Dic ut ibi. hoc forte in eo caſu qñ non pœnituit ſuper crimine.

DOmeſticarū.] Hæc d. diuidit 9 partes. In quarū prima reprehendit Gratianus quendā epm, q erat venator. & cum filia nimiā familiaritatem habebat. ſecunda ibi, [Concubina,] Tertia ibi, [Cęterū.] Quarta, [Qd ergo.] Quinta ibi [Similiter.] Sexta ibi, [Quæ ſunt.] Septima ibi, [Sed poſtea.] Octaua ibi, [Quib autē.] Nona [Vidua.] Io de Fan. CASVS. In hac 34. diſt oſtendit Gratianus abſtinendū eſſe a nimia familiaritate domeſticarū mulierum. Addit etiam qualiter in ſuperioribus c. accipiatur concubina, & de quibuſdam perſonis, quæ a promotione repelluntur.

## DISTINCTIO XXXIIII.

1. 2. DOmeſticarum e quoq; perſonarum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet.

*Vnde Nicolaus Papa ab Albinum † archiepiſcopum.*

† al. Aluinum.

¶Etiam conſanguinearum immoderatam familiaritatem epiſcopum vitare oportet. Cap. I.

QVorundam relatione fideliū, noſtris auribus intimatū eſt, quod Lāfredus epiſcopus, qui & iuuenis eſſe dicitur, venationi ſit deditus, quod vitium plurimos etiā de clericali catalogo, genere duntaxat Germanos f,

e ¶Domeſticarum] In hac 34. diſ. oſtendit, ꝙ clerici etiam domeſticis perſonis non exhibebunt nimiam familiaritatem: & ꝙ clerici non interſunt uenationibus aut aucupationibus. Secundo oſtendit qualiter accipiatur concubina in ſuperioribus, c. ſi qs poſt. c. maritum c habuiſſe. quæ c. ſunt ſup. diſt proxi. Tertio adiungit de multis non promouendis, & quod bigami qñque promouentur ad ſubdiaconatum, ut inf. c. lector. Quarto oſtendit ꝙ clerici non debent intereſſe conuiuijs nuptiarum. In fine oſtendit propter cuius viduæ copulam quis impeditur a promotione.

ſed eum ſuæ cōſcientiæ committens præcepit ei, vt nullo modo accederet ad miniſtrandū, ſi commiſtione illius concubinæ ſe poſt epiſcopatū ſciret eſſe maculatū.

a ¶Ambiguis.] ſup 14. d ſicut cōtra Sed dic ꝙ triplex eſt ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas perſonæ: ubi ambiguitas iuris eſt, ibi de ſimilib. ad ſimilia proceditur, ut 20. diſtin. dę libellis, & de tali ambiguitate loquitur illud cap. 14 diſt. ſicut; ſed ubi factum ambiguum eſt tunc nunquam ferenda eſt ſententia in alicuius præiudicium, vt 11. q 3. graue. hoc ideo dico, quia ſi nulli fit præiudicium, vt in baptiſmo, conſecratione, vel ordinatione: bene fertur in dubio certa ſententia, ſcilicet ut baptizetur, uel eccleſia conſecretur, vel denuo ordinetur, ut de conſecra. diſtinct 4. paruulos. & diſt. 1. ſolennitates. & 68. diſt. presbyteri. tamen quandoque dubitatur de facto, & fertur ſententia in præiudicium alterius, ut extra de ſpō. iuuenis. ſed illud eſt propter periculum animæ. Vbi autem eſt ambiguitas perſonæ, ſed factum eſt certum, bene fertur certa

ambiguitas ē triplex.

QVorundam.] CASVS Lanfredus epiſcopus in duobus peccabat. ſcilicet in venatione more Germanorum & Gallorum, & immoderata filiæ ſuæ familiaritate propter quæ mala fama erat orta de ipſo: & ideo ſæpe correptus ab Albino & eius ſuffraganeis fuit: nullatenus tñ emendatus fuit: quare Nicolaus præcepit ut concilio epiſcoporum conuocato moneant illum, ut a ſupradictis ſe abſtineat: quod ſi non fecerit, excommunicetur. tandem ſi contumax fuerit deponatur.

f ¶Germanos.] ideſt, Theutonicos qui ſunt verū germani,

Germani vnde dicunt̄ æ.

men, vel verè nobiles. Arg. ext. de elec. venerabilem. & de præben. venerabilis.
a ¶ Venatorem.] Exiſtentem venatorem: ne obijciatur de Euſtachio. 86. diſ. Eſau. ADDITIO. Sub. qui prius fuit venator. poſtea fuit ſanctus: poteſt tñ aliquis ſimul eſſe venator & ſanctus. Archid.
b ¶ Fama.] Nõ quod aliquid ibi ſaui criminis exiſtimaretur propter fœdus naturæ. 1. ſ. quia corã omnibus eã nimis oſculabatur, & ponebat manus in gremium eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. ſic extra. de pur. cano. ex. cum in iuuentute.
c ¶ Epiſcopis.] Arg. quod ſolus metropolitanus nõ poteſt audire cauſam 2. epiſcopi, etiam ciuilem, vt 11. quæſtio. i. ſi clericus. & 6 q 4. ſi inter.
d ¶ Beſtiarum.] Infra 86. diſt. qui venatoribus.
e ¶ Excommunicatus abſcedat.] Vt nõ interſit cum eis negotijs cõmunibus.

1 Ideſt propter ſanguinis ꝓpinquitatem extra de præſum. cũ in iuuentute. C. de epiſc. & cler. cũ qui. Arc.

Archiepš ſolus cauſam epi audire non poteſt.

2 Scilicet mixtã vt hic erat. nam de vitio hic agitur. Arch.

& Gallos irreuerenter implicat. Verum iſte (ſi ita eſt, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus deſiderijs occupatus nulla † grauitate conſtringitur. *& infr.* Nam (vt Beatus dicit Hieronymus) venatorem [a] nunquã legimus ſanctum. *& infra.* Nihilo minus autem de hoc epiſcopo relatum eſt apoſtolatui noſtro; quod cum quadam filia ſua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama [b] ei orta ſit: pro qua re à ſanctitate tua cæteriſq; coepiſcopis ſuis commonitus, atq; correptus eſt, ſed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maximè diſplicet, & magis ac magis deteriorem de ſe reddit opinionẽ in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum coepiſcoporum ſuorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplaſti relabitur. Oportet ergo fraternitatẽ tuam ſynodale cum epiſcopis [c], & ſuffraganeis tuis conuocare conciliũ, & hunc ſalutaribus eloquijs epiſcopum conuenire, atq; illi paſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab oĩbus beſtiarum [d] vel volucrum venatione penitus alienus exiſtat; atq; ab immoderata filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino coerceat, in quo ſi parere contẽpſerit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ ſuæ conuerſatione vitanda vobis admonentibus obedire diſtulerit; a veſtro collegio excommunicatus abſcedat [e]. Quòd ſi in hoc contumax adhuc apparuerit, à miniſterio ceſſare debebit.

† nulla ſenum grauitate]

Ad c. 5. Micheæ & in pſal. 90.

CON-

[*Ex concilio Aurelianenſi* α 4.]

PALEA. Cap. II.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiuſmodi res habere nõ licet. Quod ſi quis talium perſonarum in hac voluptate † ſæpius detentus fuerit: ſi epiſcopus eſt, tribus menſibus a communione β ſuſpendatur: diaconus vero ab omni officio & communione ſuſpendatur:

Extra de cler. vẽ. c. 1. Burch l. 2. c. 213. Iuo p. 5. ca. 366. & par. 13 c. 30. Pann. li 3. c. 167.

† al. voluntate ſæpius detectus.

α ¶ Aurelianenſi.] *Hæc palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianenſi. & in* Pannormia *ex c. 8. Sed in Aurelianenſibus, quæ extant nõ eſt inuenta: Burchardus, &* Iuo *p 6. c. 288. citant ex Meldenſi. Eadẽ uero ſententia eſt in* Agathenſi, *c. 55 (quod etiã citat* Iuo *p. 5. c. 366. & p. 13 c. 30.) et in Epaunenſi, c. 3.*
QVi eccleſiaſtici. ] CASVS. Quidam archiepiſcopus promouit quendam ad epiſcopatum, qui non erat literis eruditus, nec diſciplinis eccleſiaſticis imbutus. Quæſitum eſt de eo, & de ordinatoribus quam pœnam debeant pati. Et reſpondet Zozimus, quod ordinatus debet remoueri ab ordine quem ſuſcepit: ordinatores vero careant poteſtate ferendi eundem ordinem, quem illicite tradiderunt.

h ¶ Stipendiis, ] Ideſt, officijs.

i ¶ Ordine. ] Hic habes quod qui iniuſte confert aliquem ordinem priuatur poteſtate conferendi illum 5. q. 1. ſi qui epiſcopi, alibi ſuſpenditur a celebratione miſſæ per annum,

Ordinans iniuſte priuatio.

quem ſine ordine contra præcepta patrum crediderant præſumendum.

*Ecce quòd ſacrarum literarum oportet epiſcopũ habere peritiam: unde in veteri teſtamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio, & veritas: quia in pectore Pōtificis manifeſta debet eſſe cognitio ueritatis. ¶ Hinc etiã*
Exo.28.] ex interpr. lxx. *veſtes, quibus arca portabatur, iugiter annuli erant inſerti; ut cum arca eſſet portanda, nulla fieret mora de in-*
Exo.25. *tromittendis veſtibus: quia prædicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris literis ſemper debent inſiſtere; ne tunc quærant[a] diſcere, cũ ex officio alios debeant docere.*
2.Reg.5. *¶ Hinc etiam David prius ex gratia Spiritus ſancti donũ ſcientiæ percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt. ¶ Salomon quoque non divitias non longa*
3.Reg.3.
2.Paral.1. *tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo petijt, & impetrauit. ¶ Hinc etiam Dominus prius poſuit verba ſua*
Hier.1. *in ore prophetæ, & poſtea conſtituit[b] eũ ſuper gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: [Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper re-*
Malac.2. *gna.] ¶ Hinc etiã Malachias ait: [Labia ſacerdotis cuſtodient[c] ſcientiã & legẽ requirẽt de ore eius; quia Angelus Domini exercituũ eſt.] ¶ Hinc ẽt Salvator noſter*
Luc.2. *prius in medio Doctorũ ſedit audiens illos, & interrogãs, & poſtea prædicare cæpit: quia prius quiſq; diſcere, & po-*
Eccleſ.3. *ſtea prædicandi officium uſurpare debet. ¶ Hinc etiam Salomon prius ait [tempus tacendi; & poſtea [tempus loquendi;] quia ueritas prius tacendo diſcitur, & poſtea*
Apocal.2. *loquendo prædicatur. ¶ Hinc idem Dominus ait [Qui audit[d], dicat, ueni[e].] ¶ Hinc etiã prius Apoſtolos docuit,*
Matth.10. *deinde eos ad prædicandũ miſit, dicens [Eſtote ergo prudentes, ſicut ſerpentes[f], & ſimplices[g] ſicut columbæ]. Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis ſenſum aperuit, &*
Marc.16. *ſcripturas explanauit; & poſtea dixit eis [Euntes in*
Matth.14. *mundum uniuerſum, &c.] Vnde cum de quinque panibus quinque millia hominũ uellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demũm turbis appoſuit: quia ſacramenta legis, & prophetarũ prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiã diſcipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus di-*
1.Pet 3. *ſpenſauit. ¶ Hinc, & Petrus, cũ rectoribus eccleſiæ ſcriberet, ait: [Parati eſſe debetis reddere rationẽ omni poſcenti uos ſatisfactionẽ[h] de ea fide[i] & ſpe[k], quæ in uobis eſt.] ¶ Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum*
1.Tim. 4. *ait: [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non ſufficit*

nimum, ut 55. diſtinct. nullus alibi deponitur, ut 51. diſtinct. cap. 1. & 62. diſtinct. c. ult. & 81. diſtinct. tantis. cum in hoc ſit pœnarum uarietas, fortè minor amplectitur. 50. diſtinct. eos vel dic, ut no. 21. quæſtio. 2 in ſumma, in fi. Conſueuit diſtingui, quod ſi ex negligentia ordinat quis indignum, tunc ſuſpenditur: ſi ex certa ſcientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili diſpenſare poteſt, vel cum quo diſpenſare non põt, ut ſm hoc magis uel minus puniat, hodie tñ mitius agitur cum talib. ut ext. de præb. graue.

ECCE. CASVS. Beneuc. ſic ponit caſum huius §. in hoc §. probat Gratianus xiiij. rationibus uel auctoritatibus, quod epiſcopus debet eſſe peritus in literis. Prima eſt in principio. Secunda incipit ibi, [Hinc etiam ueſtes.] Tertia, [Hinc etiam David.] Quarta, [Salomon quoque.] Quinta, [Hinc etiam Dominus.] Sexta. [Hinc etiam Malachias.] Septima, [Hinc etiam idem Salvator] Octaua, [Hinc etiam Salomon] Nona, [Hinc idẽ Dominus] Decima, [Hinc etiam prius.] Vndecima. [Hinc Petrus.] Duodecima. [Hinc etiã Paulus] Decimatertia, [Vnde ſacerdotes.] Decimaquarta, [Hinc etiam in canticis.]

a ¶ Quærant.] Nec enim epiſcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet inſtruere, ut 1 quæſt. 7 conuenientibus. 16. q. 1. ſic uiue. Ioan. in Authen de ſanct. epiſcop circa princ. — Eps aliorũ doctrina nõ debet egere.

ADDITIO Si tamẽ epiſcopus minus ſit eruditus, ab alio doceri nõ contemnat, ut patet 18. diſtinct. non oportet. & 22. d. de Cõſtantinopolitana. & 20. q. 3 ſi habes.

b ¶ Conſtituit.] No. ex ordine loquendi probari ordinem factorum ſic 43. d ſit rector. & 20 diſt. §. 1. 10. Ar. 1. q. 1. ut euidenter.

c ¶ Cuſtodiẽt] Quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, ut 43. d. in mandatis & 32. q ult. ca. penult.

d ¶ Qui audit] Diſcendo

e ¶ Veni.] Docendo.

f ¶ Serpentes.] Ne eorum dolis ſupplãtemini.

g ¶ Et ſimplices] Ne alijs 1 dolos machinemini. Io. ut 16. q. 1. ſi cupis. — 1 16. q. 1. ſi cupis.

h ¶ Satisfactionem.] Scilicet reſpondendo eis ſatisfaciatis. Et eſt arg. quod prælati tenentur reſpõdere ad omnes quæſtiones: nam tantum debent differre prælati a ſubditis, quantũ granum a palea, ut 25. diſt. §. nomine aut criminis 1. q. 1. viliſſimus & 1. q. 1 licèt. Io

i ¶ De ea fide] .i. de articulis: quod creditis & tenetis. Ioan.

k ¶ Spe.] idest, de his quæ ſperatis.

a ¶ Ocu-

a ¶Oculi.] Scilicet ſponſæ.
b ¶Pleniſſima.] Sic ſemꝑ prælati ſedebũt iuxta fluenta Euangeliorum & ſacræ ſcripturæ: & ſicut columba ſedet ex natura iuxta aquam, vt videat in ipſa aqua vmbrã ſuperuenientis accipitris, & ſic ſibi ꝓcauere conſueuit; ſic prælatus ſibi per ſcripturam præcauebit contra hæreticos. 10. d. in fi. 11. diſt. nolite.

Prælatus columbã imitetur.

SI quis vult.] CASVS. Tria ſunt opera, quę Moyſes & Aaron, faciebant, ſcilicet legere, docere populũ, & orare. hęc tria opera debet epiſcopus facere, ſi vult imitari Moyſen & Aaron. & ſi orauerit epiſcopus, vincet populus ei⁹ dęmones, ſicut populus Iſrael vicit Amalechitas orante Moyſe.

c ¶Non uadit.] Nũquid ergo epi non interſũt bellis? imo 1 quia etiã poſſut alios hortari ad bellũ, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatu. 10.

1 No. in cap. hic allega. 23. q. 8. igit. in fi. Arch.

d ¶Indeſinenter.] Omnino, uel horis ſtatutis. ſic 21. q. 3 hi qui. de conſec. di. 5. nunquam. 31. diſt. ſi laicus. ff de cond. & demonſt. ſi quis ita. 22. diſt. ſacroſancta.

SEd quęritur.] Hæc diſt. diuiditũ in quinque partes Secunda ibi, [Cur ergo.] Tertia ibi, [Relatũ.] Quarta ibi, [Ideo.] Quinta ibi, [vt itaque] CASVS. Ponitur hic 37. diſt. in qua quærit an oporteat clericos eſſe eruditos literis ſæcularibus, ſcilicet libris gentiliũ: Et primo ꝓbat eos non eſſe legendos, vſq; ad §. ſed ecõtra. deinde probat contrarium. poſtea dat ſolutionem inf. eo. §. ſicut ergo. Prima duo cap. plana ſunt.

e ¶Sed quęritur.] In hac 37. diſ. quærit 2. G. an ordinãdus debeat habere peritiã ſæcularium ſcientiarum. Primo autem oſtẽdit, ꝙ clerici nõ debent reſpicere libros gentilium 3 Secundum ponit argu. in contrarium, & talem dat ſolutionem, ꝙ quidam legunt libros gentilium cauſa delectationis & voluptatis, & hoc eſt prohibitum: quidã legunt ad eruditionem, & illud licitum eſt, vt per eos ſciant rectè loqui, & diſcernere verum à falſo. 10. vt inſtra. eo. §. cur ego. Et no. quod in omnibus vſque ad §. ſed contra. videtur ſola voluptas prohiberi.

2 Scilicet incidenter H. Clerici an libros gẽtiliũ reſpicere poſſint.

3 Et hoc facit vſque ad §. int ea. ſed contra.

*prælatis bona conuerſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcientia doctrina.* ¶*Vnde ſacerdotes ingreſſuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum.* ¶*Hinc etiam in canticis canticorum oculi* [a], *per quos prælati eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima* [b]. Exo. 38. Cant. 5.

*Hinc etiam Hieronymus* [a] *in Leuit.*

¶Sacerdotis eſt legis ſcientiam habere, non bellis, ſed orationibus vacare. Cap. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quàm merito, imitetur Moyſem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? ꝙ non diſcedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt, aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quę Spiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes: ad bella non vadit [c], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit pupulus eius: ſi relaxauerit, & demiſerit † manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & ſacerdos eccleſiæ indeſinenter [d], vt vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inuiſibiles Amalechitas: qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Chriſto.

Leuit. 8.
Exo. 17.
† al. admiſerit.

a ¶Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia ſexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cũ alijs multis B. Hieronymus latinas fecit, ſed ita, ut noxia quæque detruncarit, utilia tranſtulerit, Quod ipſemet ad Theophilũ epiſt. 62. ad Vigilantium epiſt. 75. & in prologo ſecundi libri in Michæam profeſſus eſt. Ac frequenter Gratianus ea, quæ ſunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia præcipui eccleſiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus eo, quo dictum eſt, modo illa vertendo, pene ſua fecerat.*

## DISTINCTIO XXXVII.

*SEd quæritur* [e], *an ſæcularibus literis oporteat eos eſſe eruditos.*

*De his ita ſcribitur in concilio Carthaginienſi, c. 4. 16.*

¶Libros gentilium non legat epiſcopus. Cap. I.

EPiſcopus gentilium [f] libros non legat: hęreticorum autem pro neceſſitate, aut tempore.

Anſel. li. 7. c. 202. Burch li. 1. c. 95. Iuo p. 4. c. 160. & p. 5. c. 197. Pann. li. 2. c. 130. Polyc. li. 4. tit. 7.

f ¶Epiſcopus gentilium.] Ergo nec leges audirẽ debent. nam opprobrium eſt eis, ſi ſe velint eſſe peritos

Epiſcopis an liceat leges audire.

*Item Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, epiſt. 146.*

¶Reprehenduntur ſacerdotes, qui omiſſis Euangelijs comœdias legunt. Cap. II.

Ino p.4.c.162. Pann.l.2.c.118.

SAcerdotes Dei omiſſis Euangelijs, & prophetis videmus comœdias legere, & amatoria bucolicorum verſuum verba canere, Virgilium tenere †, & id, quod in pueris neceſſitatis [a] eſt, crimen in ſe facere voluptatis.

† *al. tenere in manibus.*

*Idem ad c.4. epiſt. ad Epheſios, lib. 2. comment.*

¶In vanitate, & obſcuritate ſenſus ambulant qui ſæcularibus diſciplinis occupantur. Cap. III.

Eph. 4.

NOnne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mētis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui phyſicus perſcrutator oculos trans cœlum leuat, & vltra profundum terrarum, & abyſſi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit α? qui tantam † metrorū ſiluam in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit (qui adulteratur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat?

† *al. abyſſi quoddā inmane demergit al. tantum.*

α ¶Ferit.] *Antea legebatur,* iambum feruet. *In originali autē impreſſo eſt,* Iambum ſtruit. *Emendatum vero eſt ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo ſic ſcribit.*

Iambus ipſe ſex enim locis manet,
Et inde nomen inditum eſt ſenario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *At de iiſdem ſenarijs Iſidorus l.1. Etymol. c.38. ait,* hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

*Item lib.9. ad c.28. Eſaiæ.*

¶Qui ſcripturas ſacras male intelligit, vel ſæculari ſapientia abutitur, vino inebriatur, & ſicera.

Cap. IIII.

VIno inebriantur, quando ſcripturas ſanctas male intelligunt [b], atque peruertunt, ſicera, quando ſæculari abutuntur ſapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † ſint appellanda, quam phaſmata, ideſt, vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque ſoluuntur. *Idem.* ¶Secundum tropologiam [c] pſeudo prophetas eos debemus accipere, qui aliter ſcripturarum verba accipiunt, quàm Spiritus ſanctus ſonat, & diuinos eos qui coniectura mentis ſuæ incerta futurorum quaſi vera pronunciant abſq; diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* Quicunque ſcripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

† *al. tendicula.*

Hier. l.5. ad c.29. Ier.

Hier. l.6. comment. ad c.31. Ier.

*Item lib.3. ad c.6. ad Epheſ.*

¶Reprehenduntur epiſcopi, qui filios ſuos ſæcularibus erudiunt literis. Cap. V.

Ino p.4.c.166.

LEgant epiſcopi, atq; presbyteri, qui filios ſuos ſęcularibus literis erudiunt, & faciunt illos comœdias

---

peritos diſciplinarū forēſium, C. de teſt. conſulta diualia. Sed contra leges ſunt ꝑ ora principum diuinitus promulgatę, vt 16.q.3. nemo 1. Dic quod ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligātur canones, arg. inf. ead. d. §. ſed ſæculares. Io.

a SAcerdotes.] ¶Neceſſitatis.] Vt ſciant recte loq.

NOnne. CASVS. Quatuor genera hoīum in hoc ca. reprehenduntur .ſ. dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquētur, & phyſici, & q oculos trās cęlum leuant, & verſificatores, & cupidi, q diuitias per fas & nefas acquirunt, quas momento cui ſit relicturi, ignorāt.

VIno. CASVS. In hoc ca. exponit quinque Hieron. Dicit em, quod illi inebriantur vino, q ſacras ſcripturas male intelligunt, atq; peruertūt. Secundo inebriantur ſicera, q ſæculari ſciā abutuntur. Tertio exponit, qui dicantur pſeudo prophetæ. Quarto qui ſint diuini. Quinto, quod ille comedit vuam acerbam, qui aliter exponit ſcripturā, quam veritas habet, etſi non contra fidem.

b ¶Intelligunt.] Talibus qui male intelligūt dicta magiſtri, eſſent aures præſcindendæ, vt 24.q.1. ſi Petrus.

c ¶Secundum tropologiā] ideſt, ſm moralem intellectū a tropos, quod eſt conuerſio ꝛ quando verba noſtra conuertimus ad mores informandos, 43.d. ſit rector.

ADDITIO. Iſti contrarium faciebāt, & ſ. cit de pœ d. ſuper tribus. Arch.

LEgant.] CASVS. In hoc c. reprehenduntur ſacerdotes ab Hieronymo q filios ſuos, & nepotes faciebant legere comœdias.

1 Ad idē C. de long. tēp. pręſcrip. l. ſi. 25.q.1. ideo. Arch.

Aures male intelligentibus ſunt ꝑ ſcindendæ.

2 Et longo ſermo. inde tropologia, ideſt cōuerſio ſermonis Hug. de hoc not 76 d. ieiuniū. in fi.

legere,&mimorum turp a ſcripta cantare,de eccłaſticis[a] forſitan ſumptibus eruditos.Et quod in corbonā pro peccato virgo,vel vidua, vel totam ſubſtantiā ſuam effundēs quilibet pauper obtulerat, hoc in Kalendariam ſtrenā[b], & ſaturnalitiam ſportulam[c],& Mineruale munus grāmaticus,& orator,aut in ſumptus domeſticos,templi ſtipes, aut in ſordida ſcorta conuertit. Heli ſacerdos,ipſe ſanctus fuit:ſed quia filios[d] ſuos non erudiuit in omni diſciplina,& correptione,ſupinus cecidit,& mortuus eſt. 1.Reg.2.

*[Item ex reſponſione Hadriani* a *Papæ ad Carolum, capit.49.]*

PALEA. Cap. VI.

OMnem vim venenorū † ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt hæretici,quæ,philoſophorum ſententia, definitur non adſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo ſaluum facere populum ſuum. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt,non in contentione ſermonis.

Iuo p.4 c.229. † al. inuentorum.

a ¶Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed eſt in ſcripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum,c.49. & inde emendatum eſt. Eadem vero habentur apud B.Ambroſium lib.1.de fide ad Gratianum Imper c.3.*

*Item Rabanus de preſſuris eccleſiaſticis.*

¶Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur,quia Ciceronis libros legebat. Cap. VII.

LEgimus de beato Hieronymo,quod cum libros[e] legerit Ciceronis,ab Angelo eſt correptus, eo quòd vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet.

Ex Hieronymo ad Euſtochium de cuſtodia vir. Iuo p.4.c.164. Pann.l.2.c 132.

*Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur,qui de ſiliquis[f], quas porci manducabant,vētrem ſuum replere cupiebat. ¶Hinc etiam Origines* a *ciniphes,& ranas,quibus Aegyptij ſunt percuſſi,vanā dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intelligit. Ex quib. omnib. colligitur, ꝙ non eſt ab eccleſiaſticis ſæculariū literarū quærenda peritia. Sed cōtra legitur, ꝙ Moyſes, & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum,& Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam,ꝙ pcipit Dominus filijs Iſrael, vt expoliarent[g] Aegyptios auro,& argento,moraliter inſtruēs,vt ſiue aurū ſapiētiæ,ſiue argentū eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vſum ſalutiferæ eruditionis vertamus. ¶In Leuitico ēt primitias[g] mellis.i. dulcedinē humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre. ¶Magi quoque tria munera obtulerunt Domino,in quib nonnulli tres partes[h] philoſophię volunt intelligi. Deniq.(vt in expoſitione pſalterij Caſſiadorus teſtatur)oīs ſplendor rhetoricę eloquētiæ,oīs modus poeticę locutionis,qlibet varietas decorę pronunciationis a diuinis ſcripturis ſūpſit exordiū. ¶Hinc,& Ambroſius ait ſuper eſtipolā Coloſſenſium. (Oīs ratio ſcientię ſupernę, vel terrenę creaturę in eo eſt,qui eſt caput earū, & auctor: vt q hūc nouit,nihil vltra qrat,quia hic eſt perfecta virtus,et ſapiētia,quidquid alibi qritur,*

Act.7. Dan.1. Exo.3.& 11. Leu.2. Mat.2. Raba ad hunc locū Matth. c.2.

moedias, & poetica carmina, & quia ad hoc peccuniam eccleſiaſticam,& ad alios turpes vſus conuertebant: vnde dicit eos presbyteros puniendos ad inſtar Heli,quia cecidit de ſella ſupinus,& mortuus eſt,quia ſuos filios non correxit. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad §. ſed contra.

a ¶Eccleſiaſticis.] Arg. contra. ſup.31. d.omnino.

b ¶Strenam.] Strena eſt primū donū, quod datur in principio Kalendarum, & datur ꝓ augurio. 26.q.vlt. non obſeruetis, & dicit ſtrena quaſi ſine tiſtena .i. ſine lamentatione.

c ¶Sportulā.] Quæ datur pro tabulis Saturni celebrandis, vel pro ludis Saturni bonæ fortunæ.

d ¶Sed quia filios.] talis repellitur a teſtimonio:vt 6.q.1.§ crimen. Item nec poteſt eſſe epiſcopus, vt 48.d.neceſſe immo potius diciturcanis, quam eps, vt 2. q.7 qui nec.ſo.

e ¶Egimus.] ¶Libros.] Quia legit eos cā delectationis,nō cauſa eruditionis, vt de cōſe. d.5. non mediocriter

f ¶De ſiliquis.] id eſt ſæcularib. ſcientijs, quæ inflant, nō ſatiant 1.

Scientiæ ſæculares non ſatiant.

1 Sicut em ſiliquæ onerant ventrē & inflāt,ſed non ſatiant, ſic, & illæ a ſpirituali fame non liberant nec cæcitatem expellunt,ſed onere peccatorū, & gehennę reatu grauant,quicūque ergo ad remouēdam cęcitatem ignorantiæ illas artes, & ſcientias diſcere appetit,quaſi ſiliquis ventrē ſuum replere cupit, ſm Hug.

SED CONTRA CASVS. Amodo ꝓbat Gratianus, ꝙ clerici ſæcularib. ſcientijs debēt eſſe eruditi. Et hoc probat ſex rationib. Prima eſt in principio Secūda ibi, [Legitur etiā] Tertia ibi,[In Leuitico.] Quarta ibi, [Magi] Quinta ibi, [Deniq.] Sexta ibi, [Hinc ēt Ambroſ.]

g ¶Vt expoliarent] 14 q.5.dixit.

h ¶Tres partes] ſ. moralem. naturalē, rationalem

a ¶De-

a ¶Deſpecta ]Reſpectu aliarum ſcientiarum. Ioan.

TVrbat. ] CASVS. Quidam prohibebant Chriſtianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicens, quod bene poſſunt legi ſine peccato, vt vtilia inde ſumantur, ad imitat Moyſi & Danielis, & etiam Pauli,

b ¶Si qua. ] Argum. quòd utile non uitiatur per inutile, vt 17. q. 4. quæſt. ſup. diſtinct. 9 li ad ſcripturas. contra. Ioan.

c ¶Magiſter ] Nam legitur quod cũ Paulus ueniſſet Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat ſcriptum, Hæc eſt ara ignoti Dei [1]. in quo viuimus, moue mur, & ſumus a qua ſcriptura Apoſtolus incepit prædicationem ſuã, & aperuit illis Athenienſibus ſẽſum illius ſcripturæ, proſequens de Deo noſtro, & dicẽs: Quem vos dicitis ignotũ, ego prædico, & colo tunc Dionyſius Areopagita videns quendam cęcũ trãſeuntẽ dixit illi: Si illuminaueris iſtũ cæcum, credã tibi, qui ſtatim inuocato nomine Chriſti illuminatus eſt, & ille credidit.

*hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone oſtendit infidelibus ſe totius auctorem ſapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis aſtrologiam, geometriã, et alia huiuſmodi: quæ ideo deſpecta [a] ſunt à noſtris, quia nihil valent ad ſalutem, ſed mittunt in errorem; & dum his ſtudent, curam animæ non habent. Qui uero Chriſtum nouit, theſaurum ſapiẽtiæ, & ſcientiæ inuenit; quia id nouit, quod utile eſt. ]*

α ¶Origenes. ] *In homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis ciniphes autem dialecticis.*

β ¶Primitias. ] *Leuitici c. 2 prohibetur fermentum, ac mel adoleri in ſacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, ſed non ſuper altare imponi. Vbi in gloſſa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Iſychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem Beati Apoſtoli Pauli poſſunt Deo offerri.*

γ ¶Caſſiodorus. ] *In prologo pſalterij, c. 15. & ſequenti multis verbis Caſſiodorus diuinæ ſcripturæ eloquentiam explicat, & cõmendat. Sed quæ affert in principio explanationis Pſalmi 6. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶Ambroſius. ] *Ex Beati Ambroſij principio expoſitionis capitis ſecũdi epiſtolæ ad Coloſſenſes, hæc ſummatim collecta ſunt, referunturque in gloſſis ordinarijs, & ab Anſelmo ad idem caput ſecundum, cuius Anſelmi uerbis Gratiani verba magnopere ſunt ſimilia.*

*Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expoſitionibus.*

## ¶Non prohibeantur clerici ſacras literas legere. Cap. VIII.

Iuo p. 4. c. 85. Pann. li 2. c. 133 † al. quibus ubi licet inuenta utilia.

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis ſæcularibus literis omnimodo æſtimat prohibendos; in quibus † ſi qua [b] inuenta ſunt utilia, quaſi ſua ſumere licèt. Alioquin nec Moyſes, & Daniel ſapientia, vel literis Aegyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen ſuperſtitiones ſimul & delitias horrebãt. Nec ipſe magiſter [c] gentium aliquot verſus poetarũ ſuis vel ſcriptis indidiſſet [d], vel dictis.

a *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed ſæculares [e] literas quidam legũt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam uero ad eruditionem eas addiſcũt, vt errores gentiliũ legẽdo deteſtentur, & utilia, quæ in eis inuenerint, ad uſum ſacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter ſæculares literas addiſcunt. Vnde B. Gregorius quendam epiſcopũ non reprehendit, quia eas didicerat; ſed quia contra epiſcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

l. 6. reg. epiſt. 48 infra 86. diſt. 1. c. cum multa.

Pauli, qui ſuis epiſtolis inſeruit verſus poetarum, ſcilicet, Cretenſes, &c.

d ¶Indidiſſet. ] In epiſtola Pauli ad Titum illud Epimenidis poetæ, Cretenſes ſemp mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dñs declarauit. Interſeruit ẽt in 1. epiſt. ad Corint. illud Menandri, Sæpe bonos mores corrũpũt colloquia praua. q. 1. ſępè ſtẽ vſus eſt illo verſu. *Odero ſi potero, ſi non, inuitus amabo.* ſed Hieron. de conſec. d. 5. nonnunquã vſus eſt verſibus Virgilij, & Augu. illo Lucani, mẽs hauſti nulla. & c. 26. q. 5 nec mirũ & iuriſperitus auctoritate Virgilij. ff. de rerũ diuiſione. inſtantũ. §. cenotaphiũ. & Homeri, Inſt. de cõtrah. empt. § pretiũ.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus contrarietatem hanc, dicens quod ſęculares ſcias debet quis addiſcere nõ ad voluptatem, ſed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vſũ ſacrę eruditionis conuertantur, vnde Gregorius quendã epm reprehendit, nõ quia ſæculares ſcias didicerit: ſed quia ad voluptatẽ grammaticã loco Euãgelij exponebat.

e ¶Sed ſæculares. ] Vnde beatus Gregorius infra 89. diſtin. c. cum multa.

[1] Alias, ignoto Deo dati ui caſus.

Dionyſius per prædicationẽ Pauli fuit conuerſus.

Apoſtolus vſus eſt ſententijs poeticis.

Legi-

LEgimus aliqua.] CASVS. Totum hoc cap. legi pōt, de ſæcularibus ſcientijs, ſm H. & oſtenditur ratio triplex quare legantur, ſcilicet ne negligantur, ne ignorentur, & ut repudientur. Vel ſic: legimus aliqua ut nouum & ueruſt. teſta ne negligamus. Legimus aliqua, ut artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, ut ſcripturas hæreticorū, ut repudiemus.

a ¶Ne neglīgātur.] Vt uetus teſtm.

b ¶Ne ignoremus.] Nam quāuis nullus ſit uſus, tamē ſcientia neceſſaria eſt, vt ſup. d. 7. c. ult.

c ¶Repudiemus] Vt libros hæreticorum, vt 24. q. 3. c. ult.

SI quis.] CASVS. Cap iſtud diuidiť in duas partes. In 1. parte dr̄, ꝙ non eſt reprobandum, ſi qs addiſcit grammaticam vel dialecticā, vt inter uerum & falſum diſcernat. In ſecunda parte, quæ incipit ibi: [Geometria,] dicitur ꝙ quadriuiales ſciētiæ ueritatem in ſe habēt: ſed non ſunt ſciētiæ pietatis, & aſſumendę. Sed vetus & no. teſt. ſunt ſcientię pietatis, & aſſumendę, & grammatica in bonos uſus aſſumpta proficere poteſt.

d ¶Geometria] De aſtronomia nō facit mentionē: quia hæc abijt in deſuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

QVi de Menſa.] CASVS. Duæ quæſtiones factæ fuerūt Hieronymo. Prima fuit, an ſit peccatum diſcere doctrinam & ſciētiam paganorum? Et reſpondet Hieronymus, ꝙ non: & hoc probat exēplo quatuor puerorum .ſ. Danielis, Ananiæ, Azariæ, Miſalis, & exēplo Moyſi: qui ſi ſciuiſſent eſſe peccatum, nunquā didiciſſent. Diſcebant enim, vt cū vincerent incredulos, aliter riſui paterēt, ſi de dogmatib. eorum cum eis diſputarent, cum inde nihil ſcirent. Secunda quæſtio fuit, an ſit peccatum recordari ſæculariū legum in prædicatione vel diſputatione? Et reſpondet, ꝙ non: quia hoc ſit ex neceſſitate, ut probemus ea, quæ ſancti dixerunt in libris gentilium contineri.

e ¶Qui de menſa] Daniel, Ananias, Miſael, Azarias 1. nam turpe eſt alicui decretāti ius in quo verſatur ignorare, ut ff. de origine iuris, l. 2. § Seruius.

f ¶Scirent eſſe peccatum.] Ex eo ꝙ Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur arg ꝙ in dubijs recurrendū eſt ad exempla maiorum & aliorum. 16. q. 1. ſunt nonnulli. 22. q. 1. vt noueritis. 1. q. 7. conuenientib. 12. q. 2]

*Hinc etiam Ambroſius ſcribit ſuper Lucam in explanatione procemij.*

## ¶Sæculares literæ legendæ ſunt, ne ignorentur. Cap. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [a] α; legimus, ne ignoremus [b]; legimus, non ut teneamus, ſed vt repudiemus [c]. — Pann. l. 2. c. 34.

α ¶Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, ſed in originali et in uno Gratiani manuſcrip.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pſeudeuangelijs. Sed non eſt mutatum ob gloſſam.*

*Item Hieronymus ad c. 1. epiſt. ad Titum.*

## ¶Grammatica legenda eſt, vt per eam ſacræ ſcripturæ intelligantur. Cap. X.

SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem rectè loquendi habeat, & inter falſa & uera dijudicet, non improbamus α. ¶Geometria [d] quoque, & arithemetica, & muſica habent in ſua ſcientia veritatem: ſed non eſt ſcientia illa, ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apoſtolos non ignorare. ¶Grammaticorum β autem doctrina etiam poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.

Pann. li. 2. c. 135.
Iuo p. 4. c. 167.
Pann. li. 2. c. 136.

α ¶Non improbamus.] *Abſunt iſta duæ voces ab originali. Exponens enim* B. *Hieronymus uerba illa ex principio epiſtolæ ad Titum,* & cognitionem ueritatis, quæ eſt iuxta pietatē, *ita ſcripſit:* Eſt plane ueritas, quæ non habet pietatem, ſi quis grammaticam, &c.

β ¶Grammaticorum.] *Hæc non ſunt B. Hieronymi, ſed Iſidori lib. 3. de ſummo bono, c. 13. ex quo citat Iuo.*

*Item Hieronymus in primum caput Danielis.*

## ¶Exemplo Danielis probatur non eſſe peccatum ſæcularibus literis erudiri. Cap. XI.

QVi de menſa [e] regis, & de vino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur, vtique ſi ipſam ſapientiā, atque doctrinam Babyloniorum ſcirent eſſe peccatum f, nunquam acquieſcerent diſcere, quod non licebat. Diſcunt autem, non vt ſequantur, ſed ut iudicent, atque conuincant, quomodo ſi quiſpiam aduerſus mathematicos uelit ſcribere imperitus mathematis, riſui pateat: & aduerſus philoſophos diſputans, ſi ignorat dogmata philoſophorum. Diſcunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorū didicerat. *Idem.* ¶Si quando cogimur literarum ſæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omi-

Poly. li. 4. tit. 7.
† *non vult.*] orig. & Poly. & ſic deinceps.
*Act. 7.*
Hier. in prologo in Danielem.

Daniel & ſocij ſui.

1 Iſti alio noīe dicti ſunt Balthaſar, Sidrac, Miſac & Abdenago, ſm Hug. & Lau

12. q. 2. quæſt. 16. q. 3. præſulum. 14. q. 1. c. ult. 26. q. 2. nō ſtatutū. & c. non exemplo C. de leg. & interlo. nemo 2. contra Sol. ubi iura deficiunt, recurrendum eſt de ſimilibus ad ſimilia alias non, ro diſt. de quib. dic. vt ibi. Itē arg. præſumi eo ipſo bonum, q ab aliquo bono ſit facta, vt 7. q. 1. oīs. q. & 34. q. 1. cū beatiſſimus. 9. q. 2. Lugdunenſis. 12. q. 1. expedit. 28. q. 1. ſic enī. 11. diſt. oīno lo.

2 Vt no. a d. c. ſi Recurrur quāq de ſimilib ad ſimilia

a ¶Prædicta.] Scilicet de incarnatione, vt illud Virgilij.
Iam noua progenies cœlo dimittitur alto.
b ¶Contineri.] Vt illud Ouidij.
Odero ſi potero: ſi non inuitus amabo.
De

norem adipiſcendum legunt: non propter vtilitatem aliorum, quare tanquam ſuorum negotiorum geſtores nihil ab auditoribus petere debent, vt ff. de nego. geſt. ſi pupilli, §. 2 Sed contra: qui pro tempore præſtat obſequium, debet conſequi beneficium, vt 12. q. 2 charitatẽ. Item quare non poſſet magiſter vendere doctrinam ſuam, ſicut iuriſperitus conſilium, vt 14. q. 5. nõ ſane? item nonne teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationem, id eſt pecuniam procurationis nomine, vt 4. q. 3. cap. venturis, & epiſcopus gratis conſecrat eccleſiam: tamen recipere poteſt procurationem: vt extra de ſimo. cum ſit, & officium magiſtri remunerandum eſt, vt ff. de donatio. Aquilius? Solu tunc petat magiſter collectam cum ei ſua pleniſſime nõ ſufficiunt, vt 10. q. 3. priſcis, & 12. q. 1. epiſcopus eccleſiarum rerum Io. Ego credo quidquid dicat Io. ꝙ magiſter poteſt facere collectam de qua viuat, & procuretur, etiam ſi abũdet[2] quia epiſcopus cum conſecrat eccleſiam, & cũ viſitat, recipit procurationem ẽt ſi abundet, vt in decr. de ſi. cum ſit Romana. & extra de cenſi. cum Apoſtolus, & eo. tit. ſopire, nec vẽdit magiſter ſcientiam, q̃ æſtimari nõ poteſt: ſed pro labore ſuo ꝓmittitur ei præmiũ. nam prædicator nõ dicitur vendere prædicationem, & tamen petere poteſt ſuſtentationem, vt extra de præſcript. cum ex officij, & de cenſi. cum venerabilis, & 13. q. 1. §. quia ergo, & §. his ita Bar.[3]

2 Arg. cõtra. 10 q 5. cauẽdum iux. n. vbi de hoc. & ibi dicam.

ſimus nõ noſtræ eſt voluntatis, ſed, vt ita dicam, grauiſſimæ neceſſitatis, vt probemus ea, quæ a ſanctis prophetis ante ſæcula multa prædicta[a] ſunt, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliarum gentium literis contineri[b].

*Item ex ſynodo Eugenij[a] Papæ ſecundi.*

¶Magiſtros, & Doctores epiſcopi congruis locis conſtituant. Cap. XII.

Iuo p. 4. c. 214. Anſ. l. 7. c. 2. Poly. l. 4. tit. 32.

DE quibuſdam locis ad nos refertur neq; magiſtros,[c] neq; curam inueniri poſſe ſtudio literarum. Idcirco in vniuerſis epiſcopijs, ſubiectiſque[d] plebibus, & alijs locis, in quib. neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magiſtri[e] & Doctores conſtituantur; qui ſtudia literarum, liberaliumq; artium dogmata aſſidue[f] doceant, quia in his maxime diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata.

a ¶Eugenij.] *Apud Anſelmum citatur ex ſynodo habita Rom. in conſiſt. Lateranen. a Beato . . . . In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij Papæ II. & in ſynodo Leonis IV. quarum ſynodorum, vt alibi dictum eſt, exemplaria ſunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam ſynodi a Gregorio VII. Romæ habita, talis cuiuſdam capitis hæc ponitur ſumma.* Vt omnes epiſcopi artes literarum in ſuis eccleſijs doceri faciant.

† ſed ibi fuſius.

*Item Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, libro 13. c. 15.* †

¶Auctoritatibus gentilium, eorum vanitas retunditur; atque conuincitur. Cap. XIII.

SI quid veri[g] de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijve gentiũ vates, aut philoſophi prædixiſſe perhibẽtur, valet

DE quibuſdam.] CASVS. Relatum fuit Eugenio in ſynodo ſua, ꝙ in quibuſdam locis non erant magiſtri, qui erudirent alios in liberalibus artibus, & ideo præcipit omnibus epiſcopis, vt in congruis locis magiſtros conſtituant, qui quotidie in doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶Neque magiſtros.] Arg. ꝙ ſcholares 1. in ſcholis de eccleſijs ſuis debent hr̃e præbendas ſup. d. 32. ſi qui. ff ex quib. cau. maio. in integ. nec non. ff de neg. geſt. l. 1. extra de cler. non reſiden. inter quatuor. 1 q. 2. ſacerdos. Sed cõtra 1. q. 2. placuit. inf. de conſec. d. 1. nemo. inf. 12. q. 2. cõceſſa. 16. q. 1. generaliter.

d ¶Subiectiſque.] id eſt, baptiſmalibus eccleſijs.

e ¶Vt magiſter.] Quid iuris ſit de magiſtris, habes extra de magiſt. quia nonnulli, & extra de magiſt. capit. 1. quia a clericis ipſius eccleſiæ, & a pauperibus nihil petent, vt ibi dicitur. Sed nunquid magiſter iure licito poteſt facere collectam? Videtur quod non: quia ſcientia donum Dei eſt: vnde vendi non poteſt, vt 1 quæſt 3 non ſolum. quia profeſſores iuris, & ſi honeſte accipiunt, tamen inhoneſte petunt, vt ff de var. & extraor. cong. gl. 1. §. eſt quidem. Item quia potius debent proijcere pecuniã exemplo Cratis. 12. q. 2 gloria. §. Crates. Itẽ quia propter ho-

Intelligo quem eſſe ſcholis, li aliquan- diuertat eundi ad tiã Roma vel alibi, ſtim reuer us: nã tũc diuerſiſ ff de pœ. diuortiũ ch. Magiſter ꝓ cedo an poſſit collectam facere.

f ¶Aſſidue] id eſt, horis competentibus. ſic ſupra 31 diſtinct. ſacerdotibus. ff. de cond. & demon. ſi quis ita legauerit.

3 De hoc ẽt no. 1. q. 3 vẽdentes, & plene extra de magiſtris. ga Arch.

SI quid veri.] CASVS. Manichæi dicebant, quòd ſi Orpheus, & Sybilla, & alij vates, & philoſophi gẽtiliũ de Deo aliquid dixerunt, tantæ eſt auctoritatis quantæ ſunt verba prophetarum. Et reſpondet Augu. dicens, quod ſi quid veri ibi reperitur, valet ad conuincendum eos: ſed non vt habeatur in auctoritate ſicut verba prophetarum. Et hoc probat ſimilitudine Dæmonum, & Angelorum, qui Dæmones. licet vera dixerunt de Chriſto, non tamen ſunt tantæ auctoritatis quantæ verba Angelorum.

g ¶Si quid veri.] Argum. quod teſtes, vel inſtrumenta poſſunt pro parte rata haberi, pro parte non, vt dixi ſupra diſtin. 9 ſi ad ſacras, ſed illud verum eſt, quando reprobantur ratione perſonæ: ſecus ſi reprobentur propter dicta. Item argum. ꝙ ſi aliquid induxero pro me, ꝙ non teneor recipere contra me. ſu. d. 19. ſi Romanorum.

Inſtrumẽta poſſunt pro parte approbari, & pro parte reprobari.

contra

contra Io. Sol. ſi vtor aliquo contra me, & pro me vti de beo: niſi in caſibus ſpecialibus. 2. q. 7. ſi hæreticus. Dic vt ibi. Bart.

a ¶ Valet quidem. ] Arg. eſſe argumentãdum ab exemplis paganorum, & in dubiis ad ea recurrendum int. 13. q. 2. queſta ſup. d. 21. ſubmittitur.

16. q. 1. ſi clericatus, &c. vide. & 36 d. §. ecce.

g ¶ In pueritia. ] Arg. ꝙ aliquis pôt teſtificari de eo, qđ vidit in puerili ætate, vt hic, & de conſe. d. 4. cum itaq; & c. placuit. & 26 diſt. deinde. nã & liber factus pôt teſtificari de eo qđ vidit, cum eſſet ſeruus, vt ff. de ver. ſignif.

Teſt iſ... pôt quis ... eo qđ vi... in ætate p... rili.

b ¶ Dæmoniorum ] cum dixerunt filio Dei, ad quid veniſti ante tẽpus torquere nos? Apoſtolus tñ in epiſtola ad Corint. vĩ contrarium dicere, cum dicit. Si cognouiſſent eum nunquam Dñm gloriæ Crucifixiſſent. Dic ꝙ ſic perfecte eum non nouerunt: tamẽ credebant eum filiũ Dei, cum viderunt eum ambulãtem ſuper aquas: cum viderunt eum eſurire, nõ credebant.

Diaboli vtrũ cognouerũt Chr̃m eſſe filium Dei.

quidem [a] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendã: non tamen ad illorum auctoritatem amplectendam. Quãtum enim diſtat de Chriſti aduentu inter prædicationem Angelorum, & confeſſionem dæmoniorum [b], tantum inter auctoritatem prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum.

*Ibidem infra.*

*Item Clemens Papa I. epiſt. 5. ad ſuos diſcipulos.*

¶ Ad intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, ſæcularium peritia neceſſaria oſtenditur. Cap. XIV.

3 RElatum eſt nobis, quod quidam in veſtris partib. commorantes aduerſantur ſacris † doctrinis: & prout eis videtur, non ſecundum traditionem [c] patrũ, ſed iuxta ſenſum ſuum, docere videntur. Multas .n. quidam vt audiuimus, veſtrarum † ingenioſi homines ex ijs, quæ legunt, veriſimilitudines [d] capiunt. Et ideo diligenter obſeruandum eſt; vt lex Dei cum legitur non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt .n. multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſq; ſpõte præſumpſit, ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum † quem extrinſecus adulteretis, alienum [e], & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ſcripturarum auctoritate confirmare, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere [f] ſcripturarum, qui eam a maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruauit, vt ipſe poſſit ea, quæ recte ſuſcepit, competenter aſſerere. Cum .n. ex diuinis ſcripturis integram quis, & firmã regulam veritatis ſuſceperit; abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalib. ſtudijs, quæ forte in pueritia [g] attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicerit, falſa, & ſimulata declinet.

† al. ſanis.

† ſecundum ingenium hominum ] orig.

† al. ſenſum extrinſecus alienum.

RELatum. ] Hæc eſt 3. pars huius d. in qua dicit. ꝙ a ſapientibus debemus audire, quę leguntur in ſacra ſcriptura. Io. de Fan.

CASVS Quidam erant, qui cum veritatis doctorem non haberent diuinam ſcripturam exponebant pro ſuæ voluntatis arbitrio: & non ſecundum traditionẽ ſanctorum patrum: ex ſuo ingenio quaſdam ſimilitudines capientes: quos Clemens reprehendit, oſtendens quod diuina ſcriptura non debet intelligi ſecundum arbitrium alicuius, nec extraneus ſenſus debet quæri, vel a litera alienus: licet multa ſint in diuinis ſcripturis, quæ poſſunt trahi ad varios, & diuerſos intellectus. Et ideo docet ſcientiam eſſe diſcẽdã ab eo, q veritatẽ a ſuis maiorib. percepit: vt poſſit poſtea veritatem prædicare, & alios recte docere, & ad aſſertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti, vt falſa, & ſimulata declinet. ſeq. c. patet.

*Item Iſidorus in lib. 3. ſententiarum de ſummo bono, c. 13*

¶ Quare prohibetur Chriſtianus poetica figmenta legere. Cap. XV.

4 IDeo prohibetur Chriſtianus figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularũ mentem excitant ad incentiua libidinum. Non .n. ſolum thura [h] offerendo, dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Ivo p. 4. c. 167. Pann l. 2. c. 137.

c ¶ Traditionem. ] Tales dicuntur transferre terminos patrum, vt 23 q. 3. transferunt.

d ¶ Veriſimilitudines. ] id eſt, ſtatim volunt per ſimilitudines procedere in alijs, & licet per ſimilia licitum ſit argumentari 1 vt 20. d. de libellis. non tamen ſemper, vt 17 q. 1 nuptiarum, & 28. q. 1. ſic enim.

e ¶ Alienum. ] Niſi illud reperiatur in auctoritate, vt cũ inuenimus annum poni pro die, vel econtra, vt 51. d. tenere. 33. q. 1. hoc ipſum.

f ¶ Diſcere. ] Prius enim debet diſcere quam docere, vt

1 Ad hoc extra de conſt. translato. & de reſcr. iter. & de transl. inter. ext. de app. vna. ff. ad l. Aq. illud. Arch.

gnif nationem. § vlt. 2. Arg. contra, quia hæc ætas neſcit quid agat, vt C. de falſa moneta, l. 1. & impubes nihil intelligitur ſcire, vt ff. de iur. & fac. igno. l. vlt. Dic quod ſi fuerit capax doli, bene poteſt de eo quod tunc vidit teſtari de puro facto: ſed de circunſtantiis, ſ. qualiter quid factum ſit nõ. quia in hoc facile potuit falli memoria. Io. quod ſatis credo. argu. Inſtit. de inut. ſtipu. §. pupillus ff. de reg. iur. l. in negotiis. bar.

IDeo prohibetur ] Hæc eſt 4 pars huius diſ. in qua dicit cauſam quare fuerit prohibitum ſtudere in libris gentilium. Io. de Fan.

h ¶ Thura. ] q. d. non refert, an quod fiat, an eius ſimile, vt 11. q. 3. exiſtimant. & 86. diſtinct. paſce. ff. man. l. vlt.

2 Ad idem facit expreſſe, vt ff. ... Sylla. l. ... piuntur Arch.

VT ITAQVE. CASVS. Concludit Gratia.ex ſupradictis, ꝙ ſacerdotes debent ignorantiam omnino vitare: quia ſi ſacerdotes cæci & ignorantes velint ducere ſubiectos, ambo in foueam cadunt; quod probatur auctoritate pſal. Et licet quis,velit ſe excuſare auctoritate ſed non eſt itaqa in oēm terrā exiuit ſonus eorum 19. diſt.ita dūs.nec excuſatur qs p ignorantiā,q pōt habere copiā peritiorū ti de iuris & facti ignorātia l.regula, vel ſi ſua prudētia facile potuit illud ſcire, C: de ingenuis manumiſſis,l.3.& ff.quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur. l. a § in bonorum.

Excuſantur ne hi ad quos Apoſtolorū ꝑdicatio non peruenit?

Ex Greg. in l.1. paſtor.c.

*Vt itaque ex præmiſſis apparet, imperitia ſacerdotib. ſemper eſſe debet aduerſa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præſtare cœperint, ambo in foueam cadunt inde dicitur in pſalmo: Obſcurentur oculi eorū* [a]*, ne videant, & dorſum* [b] *eorum ſemper incurua.* ] *Cum enim obſcurantur illi, qui præeunt, ad ferenda onera peccatorum, facile ſequentes inclinantur. Elaborandum eſt itaq; ſacerdotibus, vt ignorantiam a ſe quaſi quandam peſtem abijciant. Licet enim ſeruus neſciens voluntatem domini ſui & non faciens, dicatur vapulare paucis, non tamen hoc de omnib. generaliter intelligitur. Ait enim Apoſtolus* [ *Qui ignorat, ignorabitur.* ] *Quod de eo intelligendum eſt, qui noluit* [d] *intelligere, vt bene ageret.*

Matth.17.

Pſal.68.

Luc.12.

1.Cor.14.

*Vnde Auguſtinus ait in lib. quæſt. veteris, ac noui teſtamenti, quæſt.67.*

Pſal.35.

## Cap. XVI.

NOn omnis ignorans immunis eſt a pœna. Ille enim ignorans poteſt excuſari a pœna [e], qui a quo diſceret, non inuenit. iſtis autem hoc ignoſci petit, qui habentes a quo diſcerent, operam non dederunt. Huiuſmodi non licet ignorare, accipiant ergo veniam, ſi conuertantur.

¶ *Caput hoc in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus coniunctum eſt ſuperiori. Eſt autem reſponſio ad quæſtionem, quam præmiſit B. Auguſtinus his verbis.* Quid eſt quod in carne poſitus Saluator ait: [Pater ignoſce illis, non enim ſciunt quid faciunt? Si enim neſciunt, quid eſt, quod ignoſcitur? maxime cum dicat rex Abimelech ad Deum: [ Nunquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans immunis eſt, &c. [ *In extremo autem addita ſunt nonnulla ex ipſo B. Auguſtino, quo ſententia ſit integrior.*

Luc.23.

Gen.20.

## DISTINCTIO. XXXVIII.

1 ps CVm itaque [f] *voluntaria ignorantia omnib. noxia ſit, ſacerdotibus eſt periculoſa.*

*Vnde in concilio Tolet.4.c.24 legitur.*

e NOn omnis ] ¶ A pœna ] ideſt, a peccato pro quo debet pęna, vel a pęna æterna: aliter n i congrue diceret, nec verum, ēt cum in quolibet ignorante ſit pœna eo ipſo, ꝙ ignorat, ſecūdum Hugo.

CVm itaq; ] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. In prima intēdit probare, quod omnes ſacerdotes, & alij maiores & minores debent eſſe inſtructi in lege diuina, & præcipue in canonica, & probat hoc per 10. auctoritates. Secunda ibi, [Quamuis.] Tertia ibi, [ Sed licet]. Ioa.de Fan. CASVS. Facti mentione ſuperiori de ignorantia in §. vt itaque & in cap. non omnis. ſupponit Grat. 38. diſt. in qua oſtendit, quod ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus.

f ¶ Cum itaque ] ſuperiori d. facta fuit mentio de ignorantia: ideo magiſter annectit iſtam 38 diſt. in qua oſtendit, qđ ignorantia periculoſa eſt, maxime ſacerdotibus. Notandum eſt ergo, quod ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis, alia ciuilis, vel canonici. Ignorantia iuris naturalis neminē excuſat. ſi eſt adultus, vel diſcretus: quia in his parum intereſt decipere, vel decipi poſſe, vt 16. q. 1. ſi cupis. de hac dicitur, ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis, vel canonici neminem excuſat, vt infra ca. ſi in laicis. &c. quæ ipſis. aliquos tamen excuſat, vt milites, mulieres 1, ruſticos, minores. Ioan. damno tamen vitando nulli nocet, vt ff. de iuris & facti igno. error, in fi. niſi in ijs quæ introducta ſunt ad rigorem iuris conteruandum, vt in conſtitutione, quis quis in tantam. C. vn de vi. & præſcriptionibus. Barto. ignorantia facti alia probabilis. & hæc excuſat: quia etiam peritiſſimos fallit, vt infra 1. quæſt. 1. ſi quis a ſimoniacis & 9 quæſt. 1. ordinationes alia eſt craſſa & ſupina, vt cum quis ignorat. id quod publice factum eſt in ciuitate. hæc neminem excuſat. vt 16. diſt. quod dicitis. 12. quæſt. 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies 1. q 4. §. vlt. in fin.

Ignorãtia iuris eſt multiplex.

1 De hoc legi. & no. 22. q. 4 illicitū. feminas tñ nō 14 qibus excuſat ignorantia: ſed in quibuſdā, vt no ff. de iuris & fa. ig. l regula. in princ. & C eo. tit. l. fi. ignorantia facti eſt multiplex.

auctoritate Euangelii dicentis, Seruus neſciens voluntatem domini, &c. non tamen prodeſt, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit a quo potuit diſcere: alias punitur. quod probatur auctoritate Auguſtini. Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

c ¶ Oculi eorum. ] ideſt, prælati 1, qui regunt alios. ADDITIO. vt 39. d. §. ecce in fi.

Alias oculi eorum. ſ. prælatorū, al, &c.

b ¶ Dorſum. ] ideſt, ſubditos qui ſuſtentari debent a prælatis quaſi in dorſo: vel quia ſequuntur dorſum ipſorum. vndecima q 3. præcipue.

c Qui ignorat. ] i. qui negligit ſcire, vel contēnit ſcire ADDITIO. Nam ignorantia quæ eſt ex culpa. nocet. 28. q. 1. §. ex his.

d ¶ Qui noluit. ] Vł ergo, ꝙ illi ſint excuſati ad quos ꝑdicatio Apoſtolorū non peruenit, vt 82. d. ꝓpoſuiſti

¶Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda eſt. Cap. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in ſacerdotib. Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperũt. Sacerdotes enim legere ſanctas ſcripturas frequenter admonet Paulus Apoſtolus dicens ad Timotheum [a] [ Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ;] & [ſemper permane in his.] Sciant igitur ſacerdotes ſcripturas ſanctas, & canones, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina conſiſtat: atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina.

Burc.l.1.c.110. Iuo p.9.c. 202. Anſ.l.7.c.134. *1.Tim 4.* Ibidem inferius. Conc. Arc.l.4.c.3. Burc l.2.c.157. Anſ.l.7.c.113.

*Item ex eodem Tolet.4 c.25.*

¶Officialem libellum, ab epiſcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. Cap. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellũ officialem [b] a ſuo ſacerdote [c] accipiant, vt ad eccleſias ſibi deputatas inſtructi ſuccedant; ne per ignorantiam etiam in ipſis diuinis ſacramentis offendãt. Cum verò ad Litanias [d], vel ad concilium [e] venerint, rationem epiſcopo ſuo reddant, qualiter ſuſceptum officiũ celebrent, vel baptizent.

Iuo p. 3.c.129. Anſ.l.7.c.113. Iuo p 3.c.129. Pann.l.3.c.23.

*Item Leo epiſcopus ad clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis epiſt.22.*

¶Inſcitia ſacerdotum nec excuſatione digna eſt, nec venia. Cap. III.

SI in laicis [f] vix tolerabilis videtur inſcitia; quanto magis in ijs, qui præſunt, nec excuſatione digna eſt, nec venia?

Anſ l.7.c.119. Poly.l.4.tit.4.

*Item Cæleſtinus vniuerſis epiſcopis per Appuliam, & Calabriam conſtitutis, epiſt.3.*

¶Canones non licet ſacerdotibus ignorare. Cap. IIII.

NVlli ſacerdotum liceat canones [g] † ignorare, nec quicquam facere quod patrũ poſſit regulis obuiare. Quæ enim a nobis res dignè † ſeruabitur; ſi decretaliũ norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permiſſa, frangatur?

Burc.l.2.c.160. Iuo p 6 c. 251. Anſ.l.7 c.108. Poly.l.4 tit. 4.

† *al. ſuos canones.* † *al. digna.*

*Item ex dictis Auguſtini.*

¶Quæ ſint ſacerdotibus neceſſaria ad diſcendum. Cap. V.

Burc l.2.c.2.& l.19. cap.8. Anſ.l.7.c.109. Poly.l.4.tit.32. Iuo p.6.c.22. Pann.l.3.c.24.

QVæ ipſis ſacerdotib. neceſſaria ſunt ad diſcendũ [h];

IGnorantia] CASVS. Docet hic concilium Tolet. ꝙ ignorantiam ſacerdotes Dei debent vitare, q̃ mater eſt cũctorũ errorũ: & iõ maxime in ſacerdotib. eſt vitanda. Vnde ſacras ſcripturas legere debent, quibus populos ſibi commiſſos valeant erudire tam in ſcientia fidei quam in moribus: & hoc probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: Attende lectioni, &c.

a ¶Ad Timotheũ.] Arg. quod vni dr̃ ad omnes extenditur, vt 24.q 1.quodcunque & 16.q.1.prædicator.61 d miramur de pœnit d. 1.§.his auctoritatibus 1. C. de diuer. reſcr.l 1.ff. de pac.iuriſgẽtium. § pactorum. argum. contra 25.diſtinctio. qualis.

1 Verſi. nunc aũt. alias eſt 6. ad idẽ de conſecr.diſt. 4.propriè.

QVãdo. CASVS. Docet. concilium Toletan. quod quando epiſcopi ordinant presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne per ignorantiam in diuinis ſacramentis offendãt. & cũ ad litanias venerint, vel ad concilium, debent epiſcopo ſuo reddere rationem qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. ſequens cap. patet

b ¶Officialem.] In quo continetur officium eccleſiaſticũ.

c ¶A ſacerdote] id eſt, epiſcopo.

d ¶Ad litanias.] id eſt in rogationibus. Et ſic patet, ꝙ omnes ſacerdotes veniẽt ad cathedralẽ eccleſiã in feſto rogationũ ſic infra de conſe.d 3 c 3. de cõſe.d.1.quód hoc.

Proceſſiones rogationum.

e ¶Vel ad cõcliũ.] Sic patet, quod conuentus quem habet epiſcopus cum clericis ſuis, dicitur cõcilium. vt 18.q.2. abbates 2 q 2.placuit 18. d.propter, &c. placuit.

Laici iuris peritiam debent habere

2 Vel dic, ꝙ hoc poteſt intelligi de illis laicis, q in dignitate ſunt conſtituti, de quibus habetur exẽplũ 59. diſtin. ſi officia. Arch.

f SI in laicis.] Videi ergo quod laici habebunt peritiam iuris maxime ſi ſint iudices, cum teneantur ferre ſententiam in ſcriptis, vt dixi 20.d.§.1. Sed poteſt intelligi de iure cõſuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculoſa eſt ignorantia, vt 16.q. 1 ſi cupis 1.

NVlli ſacerdotum.] CASVS. Multi populi normam canonum & decretorum non ſeruabant, & epiſcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcepit ergo Cœlẽſtinus, vt nulli epiſcoporum liceat canones ignorare quatenus cum fuerit neceſſe, corrigant delinquentes.

g ¶Canones.] Pœnitentiales .ſi intelligis de ſacerdotibus, vt 26.q.7. tempora. ſi intelligis de epiſcopo, planũ eſt, vt 23.d. qui epiſcopus.

QVæ ipſis. CASVS Octo exponit in hoc capitulo Auguſtinus, quæ ſunt ſacerdotibus neceſſaria, ad hoc, vt ignorantiam vitent: ſcilicet librum ſacramentorum, &c. de quibus octo ſi vnum defuerit, vix ſacerdotis nomen habebit.

h ¶Ad diſcendum.] Supple hæc ſunt.

3 Ad idem 61. diſt. ſtatuimus. & extra de cõſan. & affi. c. 1. in fin & inſ. co. oẽs.

a ¶Sa-

a ¶ Sacramentorum.] Ideſt, Miſſale.
b ¶ Computus.] Quo addies & menſes.
c ¶ Si vnum.] Arg. quod vbi plura requiruntur ex neceſſitate, ſi vnũ ex his deeſt, nihil agitur, vt de conſec. diſt. 4. in ſynodo. 22. q. 2. animaduertendum, ſic qui offendit in vno factus eſt reus omnium, vt de pœn. diſt. 5. conſideret. & eſt ſimile 1. C. de teſta. ſi vnus. & ff. de tranſa. cum hi §. ſi prætor. Arg. contra 30. q. 5. aliter. ff. de vent. inſpicien. l. 1. in fi. 2.
d ¶ Vix.] Quia vbi res deeſt, nec nomen habebitur, vt 68. d. choriepiſcopi. 7. q. 1. factus. C. de ter. à nullo. 35. q. 7. quid eſt.

1 Scilicet a princip. egl.
2 Hic adde quod leg. & not. 23. q. 5. c. 2. in glo. 2. 23. diſt. quorũdã. Arch.

ideſt liber ſacramentorum[a], lectionarius, antiphonarius, baptiſterium, computus[b], canon pœnitentialis, pſalterium, homiliæ per circulum anni Dominici diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus ſi vnũ[c] defuerit; ſacerdotis nomen vix[d] in eo conſtabit: quia valde periculoſæ ſunt euangelicæ minæ; quibus dicitur. [Si cæcus cæco ducatum præſtet: ambo in foueam cadunt.]

*Matth. 15.*

¶ *Cæteri etiam collectores Auguſtinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officijs eccleſiaſticis, & alibi.*

*Item ex 7. ſynodo, c. 2.*

¶ Quæ oportet ſcire eum, qui epiſcopus eſt ordinandus. Cap. VI.

*Pſal. 118.*
Mutatus eſt periodi ductus.
Iuo p. 5. c. 372.

OMnes pſallentes repromittimus[e] Deo, [In iuſtificationibus tuis meditabor; non obliuiſcar ſermones tuos.] Quod omnos quidem Chriſtianos obſeruare ſaluberrimum eſt; ſed præcipue hos, qui hierarchicam conſecuti ſunt dignitatem, Vnde definimus omnem, qui ad epiſcopatus prouehendus eſt gradum, modis omnibus pſalterium[f] noſſe; vt ex hoc & omnis clerus, qui ſub ipſo fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autẽ diligenter à metropolitano, ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitorie tam ſacros canones, & ſanctum Euangelium, quàm diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam; atque ſecundum mandata Dei côuerſari, & docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia[g] enim ſummũ ſacerdotij noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, ideſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodũ magnus perhibet Dionyſius. Quod ſi diſceptauerit[h], & ita libenter facere, & docere minime ſpoponderit; nullatenus conſecretur. Ait enim prophetice Deus: [Tu ſcientiam repuliſti; & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.]

Cap. 1. ecc. Hierarchiæ.
*Oſeæ 4.*

*Item ex concilio Carthaginienſi 3. c. 3.*

¶ De eodem. Cap. VII.

PLacuit †, vt ordinandis epiſcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur[i]; ne ſe aliquid contra ſtatuta concilij feciſſe pœniteat †.

Pro declaratione huius cap. vide ... le. de Imo. ... i. ſi quis. ... de pact. & ... igitur ordinandus. in ... authen. non ... epiſc.
*† al. penitus*]
*al. aſſequuntur*

*Item Zepherinus Papa epiſt. 1. ad epiſcopos Siciliæ.*

¶ Sacræ ſcripturæ inhærentes non obſcurantur iniquitate mundana. Cap. VIII.

SIcut ſtellas cœli non extinguit nox; ſic mentes fidelium, firmamento[k] inhærentes ſanctæ ſcripturæ, nõ obſcurat mundana[l] iniquitas.

*Item Hieronymus ad Euſtochium in proœmio commentarij in Eſaiam.*

OMnes pſallentes.] CASVS. in hoc capitulo ſtatuit ſynodus, vt omnis qui ad epiſcopatum promouendus eſt pſalteriũ ſciat, vt ex eo omnis clerus, qui ſub eo fuerit, inſtruatur: & tẽpore ſuæ ordinationis debet metropolitanus ordinandum epiſcopum interrogare, ſi ſciat legere canones ſacros: & omnẽ diuinam ſcripturam: & ſi inuenitur ignorans, repellatur. Et hoc probatur auctoritate prophetæ dicentis: Tu ſc ẽtiã repuliſti, &c. Si vero legere & alia ſupradicta ſcierit, niſi promittat ſe ſecũdum illa victurũ, non ordinetur. Quæ ſequuntur, plana ſũt vſque ad capitulum, quamuis
e ¶ Repromittimus.] Ideſt, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iuſtificationib. tuis meditabor.
f ¶ Pſalterium.] 85. diſt. archidiaconum & 22. diſtinctione, qui epiſcopus.
g ¶ Subſtantia.] Id eſt, de ſubſtantia ſacerdotij videt eſſe, quod ordinandus habeat ſcientiam.
h ¶ Si diſceptauerit.] Ideſt, ſi contradixerit.
i PLacuit.] ¶ Inculcentur.] ſimiliter cum nouum celebratur conciliũ, vt 18. diſtinctio. decernimus. 11. quæſt. 3 curæ.
k SIcut ſtellas.] ¶ Firmamẽto.] Ideſt, meditationi & lectioni. Hug.
l ¶ Mundana.] Vnde dicitur. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis, de conſecr. diſt. 5. nunquã. Hug. & Lauren.

3 al. incipit, Florentinũ.

¶ Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. Cap. IX.

1.Cor.1.

SI iuxta Apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt, Deique ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiuſque ſapientiam [a], ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt.

*Item Gregorius in paſtorali, par.1.c.1.*

¶ A Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei ſunt ſapiunt, vel ignorant. Cap. X.

1.Cor.14.
Lib. Moralium 25. c.23. mutato verborum ordine.

QVi ea, quæ Dei ſunt α, ſapiunt à Dño ſapiuntur [b]: & qui ea, quæ Dei ſunt neſciunt, à Deo neſciunt, Paulo atteſtante, qui ait, [Si quis ignorat [c], ignorabitur, *Item*. Quicũq; ſtultus eſt in culpa, erit ſapiẽs in pœna

α ¶ Dei ſunt.] *In loco indicato legitur*: Qui ea, quæ ſunt Domini neſciunt, a Domino neſciuntur, Paulo atteſtante, &c.

*Item Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentiũ, c.17.*

¶ Non qui aliquid neſcit, ſed qui putat ſe ſcire, quod neſcit, errare probatur. Cap. XI.

Senten.l.3.diſ.38.c. illud.
] *al. error. q.p.c. cauendus* ] orig.

2 QVamuis errare† [d], quanta poſſumus cura, cauendum ſit, non ſolum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, nec ſi rerum ignorantia poſſit errari; non tamen conſequens, vt continuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit. Pro vero quippe approbat falſum: quod eſt erroris proprium. Veruntamen in qua re quiſque errat, intereſt plurimum. Nam in una eademque [e] re, & neſcienti ſciẽs, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuerſis autem rebus; id eſt, cum iſte ſcit alia, ille alia; & iſte vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? ſunt enim quædam, quæ neſcire quam ſcire [f] ſit melius.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitioſum proferant epiſcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi; quia morum vitia magis quàm verborum ſunt præcauenda.*

*Vnde Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus, cap.9.*

¶ Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. Cap. XII.

Ino p.6.c.381.

SEdulo monendi ſunt ſcholaſtici α, vt humilitate induti –

---

a SI iuxta. ¶ Sapientiam.] Sic argumentatur: Chriſtus eſt ſcientia. ergo qui ignorat ſcientiam, ignorat Chriſtum 1, & intellige de tali ignorantia, quæ contemnit diſcere. ſu proxi. cap. ſi. Ioan.

1 Adde quę tenent ſcire Chriſtiani ad beatitudinem conſequẽdam. not. Bald. in gl ſup rubr. C. de ſum. trini. Inno. & Io. And. in c.2.§ pro defectu. de renuncia.

b QVi ea.] ¶ Sapiuntur.] Ideſt, approbantur.

c ¶ Ignorat.] Intellige de eo qui contemnit ſcire, vel de eo qui de facili ſcire poſſet, ſi habuiſſet tractatum cũ peritis, vt C. de inge. ma.l.3. ſup d. proxi.

QVamuis.] Hæc eſt ſecũda pars huius diſt. in qua dicit, quod illi errant, qui falſa pro vero approbant, vel econtrario. Io. de Fan.

CASVS Quidam cõtra Aug. ita argumẽtabatur: non poteſt quis errare niſi ignorantia rerum. ſed ois ignorãtia eſt neſciẽtia. ergo quicunque neſcit errat. Dicit Auguſt. ꝙ ignorãtia eſt vitanda in maioribus. & i minoribus: nõ tamen ſequitur, ꝙ quicunque neſcit, erret. Sed ille dicitur errare, qui putat ſe ſcire quod neſcit: & qui falſum pro vero aſſerit. Veruntamen multum refert in quib. rebus quis erret. Nam ſi in re honeſta, & quæ ad ſalutem animæ proficiat quis erret, ſciẽs præponitur neſcienti, & non errans erranti. In rebus autem diuerſis ſi iſta ſint vtilia, illa inutilia & noxia: in noxijs neſciens præponitur ſcienti: quia talia melius eſt neſcire quam ſcire.

d ¶ Errare.] Errare enim eſt aliud pro alio putare, vt 22.q.2. in quibus 2.

2 Adde qualiter errare, ignorare, neſcire titubare differunt, no. gl. ſup. rubr. ff. de iur. & fac. igno. & in l. de ſtat. ff. de teſta.

e ¶ Eademque.] in his quæ ſpectant ad ſalutem animę nihil intereſt decipi vel decipere, vt 16 q.1. ſi cupis.

f ¶ Quàm ſcire.] Hic videtur quod bonũ ſit ignorare mala, vt 32. diſt. hoſpitalium. Sed contra. omnis ſcientia à Deo eſt 3, ut 37. diſt. §. hinc. & bonum eſt ſcire mala, ut ea vitemus, ut ſup. d. proxi. qui de menſa. &c. ſi quid veri. Dic ꝙ omnis ſcientia bona eſt. ſed dicitur aliqua ſcientia mala, quia mala eſt, illi, cui dat occaſionem peccandi: ſicut Adæ fuit malum pomum paradiſi, vt 2.q.3. quod ergo, & Iudæ buccella, vt 1.q.1. §. opponitur. ver. nec mirum de conſecra. diſt.2. & ſancta.

3 Arg. cõtra. 26. q. 2. qui fine. & q.5. epi. in prin.

Scientia aliqua dicitur mala.

SED LICET. Supra dictum eſt, ꝙ presbyteri debent ignorantiam euitare: ſed licet quandoque per ignorantiam peccent in grammatica, non tamen propter hoc ſunt à grammaticis; ideſt, ſcholaſticis deſpiciendi, quoniam vitia ſunt magis præcauenda quàm verba.

SEdulo.] CASVS. Quidam prælati per ignorãtiã grãmaticæ lectionis Deum cum ſolœc imo & barbariſmo inuocabãt: & ꝓp hoc à peritis ſcholaſticis deſpiciebant. quare q̃ſitum fuit ab Auguſtino, an hoc deberent facere? Et videt ꝙ non. & hoc probatur tribus rõnibus: Prima eſt, quia diſerta lingua ſcholaſticorum caſto cordi non debet præponi. Secunda eſt, quia ſcientia præponitur verbis, ſicut animus corporis: & ſicut

Sedulo,

prudens

Chriſtiana, diſcant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quam verborum amplius deuitare; & cordi caſto linguam exercitatam nec conferre audeant; quam etiam præferre conſueuerant. *& infra.* His etiam maxime vtile eſt noſſe ita eſſe præponendas verbis ſententias [a], vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quam diſertiores audire ſermones; ſicut malle debent prudentiores, quam formoſiores [b] habere amicos. Nouerint etiam non eſſe vocem ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita enim non irridebunt, ſi aliquos antiſtites, & miniſtros eccleſiæ forte animaduerterint, vel cum barbariſmis, & ſolœciſmis Deum inuocare; vel eadem verba, quæ pronunciant non intelligere [c], perturbateque diſtinguere: non quia iſta minime corrigenda ſunt; vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat [d], Amen [e]: ſed quia † piè toleranda ſunt ab eis, qui didicerunt, vt ſono [f] in foro, ſic voto in eccleſia benedici. Itaque [g] forenſis illa [h] nonnunquam forte bona dictio [i], nunquam tamen benedictio dici poteſt.

† al. tamen.] orig.

a ¶Scholaſtici.] *Vox iſta abeſt ab originali. Sed in eo hæc præcedunt.* Sunt item quidam de ſcholis vſitatiſſimis grammaticorum, oratorumque venientes; quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctiſſimus quorum mens magnarum rerum eſt exercitata quæſtionibus. His ergo, qui loquendi arte cęteris hominib. excellere videntur, cum veniunt, vt Chriſtiani fiant, hoc amplius, quam illis illiteratis impartire debemus, quòd ſedulo admonendi ſunt, vt humilitate, &c.

*Item Gregorius ad Leandrum epiſcopum Hiſpalenſem, in præfat. Moral. ad finem.*

¶De eodem. Cap. XIII.

INdignum vehementer exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.

¶*Hoc, & duo ſequentia capita abſunt a multis antiquis exemplaribus, neque gloſſam habuit.*

[*Item Auguſtinus de vera religione, c.* 49. *&* 50.

PALEA. Cap. XIIII.

LOcutio diuinarum ſcripturarum ſecundum cuiuſque linguæ proprietatem accipienda eſt. Habet enim omnis lingua ſua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur abſurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epiſt.* 52. *cuius initium eſt, Chriſtiani interdum pudoris eſt.*]

PALEA. Cap. XV.

ECcleſiaſtica interpretatio, etiam ſi habet eloquij venuſtatem, diſſimulare eam debet, & fugere †; vt non otioſis philoſophorum ſcholis, paucisque diſcipulis; ſed vniuerſo loquatur hominum generi.

† al. non fugere.

*Item Clemens Papa, epiſt.* 3.

¶Propter opprobrium ſenectutis, a paruulis, & a minimis non erubeſcat diſcere epiſcopus.

Cap. XVI.

NVllus epiſcopus † propter oppro-

† abeſt ab originali.

prudens amicus formoſo præponitur. Tertia eſt quia Deus magis inſpicit affectum quam vocem, ignorantia tamen talis eſt reprehendenda ſed ab his toleranda qui didicerunt. quia ſicut ſonus in foro, ita votum in eccleſia benedicitur.

a ¶Sententias.] Nota, quod magis conſideranda eſt ſententia quam verba, vt 1. q. 1. marchion, 22 q. 5. humanæ de conſec. di. 4. retulerunt & ſi non ſanctificatur. & potius mens eſt conſiderāda quam verba, vt 11. q. 1 paratus. Arg. contra extra de ſponſa. ex literis. Solu non eſt a verbis recedendum, niſi ex verbis prauus generetur intellectus: & tunc verba ſunt interpretāda.

Sententia potius quam verba attendi debet.

b ¶Quam formoſiores] vnde Seneca. Infirmus non quærit medicum eloquentem, ſed curare ſcientem.

Seneca.

c ¶Intelligere.] Ar. quod non eſt deponendus aliquis propter imperitiam 2. vt 10. q. 1. placuit.

Imperitia non faciat quem deponi.

2 Ad idem 73. d. epiſcoparum in fi. 25. q. 2. i Galliaru in fin.

d ¶Dicat ] Arg. contra extra de fi. presbyte. propoſuit. 7. q. 1 illud. ſed nec hic populus reſpondet, Amen, officiando eccleſiam vel Miſſam. Et ita videtur, quod nec ſine miniſtro poteſt presbyter Miſſam dicere, licet H. dixerit, quod bene poſſit cum populo tantum eccleſiam officiare.

3 Presbyter an ſine miniſtro poſſit celebrare.

e ¶Amen ] Videtur ergo ſufficere, ſi populus reſpondeat ſacerdoti in Miſſa 4. & ſic eſt contra 7. q. 1. illud. Sed dic, quod non reſpondet populus officiando Miſſam.

4 Dicit Hugo, quod quidem verum eſt, ſed hoc non colligitur hic. non enim dicit quod populus ſic reſpondeat officiando. &c. vt ſequitur. de hoc ſup. in glo. præced. Archid.

f ¶Vt ſono ] Hoc eſt dicere, ſicut in concione laici compoſitos ſermones & politos conſiderant: ſic viri eccleſiarum votum & intentionem conſiderare debent ſacerdotis.

g ¶Itaque ] i. quis.

h ¶Illa.] Concio.

i ¶Bona dictio. ]Nominetur: non tamen poteſt dici benedictio. 23 d presbyterum.

N VII°.] CASVS. Quidā epiſcopi de-

dedignabantur diſcere à iuuentibus vel ignobilibus propter opproprium ſenectutis, vel nobilitatem generis? quos Clemens reprehendit, dicēs ꝙ potius ſunt mēbra diaboli quā Christi: & potius ſunt infideles q̄ fideles.
a ¶ Opprobriū.] Et dicit Augustinus. Ego ſenex à puero nōdum anniculo paratus ſum edoceri vt 24. q. 3. ſi habes. & ſtult' eſt, q bona quę videt diſcere cōtemnit, ut 22. diſt. de Conſtātinopolitanæ & ſi vnum pedē haberem in ſepulchro alium extra, adhuc vellē diſcere ut ff. de fideicom. lib. apud Iulianū. Vnde Seneca, Nulla ætas ſera eſt ad diſcendum.

Incitatio optima ad diſcendum.

Seneca.

E Cce] hęc diſt. breuis eſt: & ideo nō diuidit.
b ¶ Ecce.] In tribus ſupradictis diſt. demonſtratum eſt, epiſcopum debere eſſe, prudentē in literis, tam diuinis q̄ ſæcularib. Nunc vero in hac 39. diſt. oſtendit ꝙ oportet epm̄ eſſe prudentem in negotijs ſæcularibus, ut ſua cautela reddant eccleſiæ indemnes, cuique neceſſaria, ꝑ ſuo modulo miniſtrent: & hoc exēplo Dñi, q turbas ſequentes non ſolum verbis ſpiritualibus, ſed et corporalibus alimētis reficiebat: quam peritiam quia Petrus diaconus nō habuit eſt à dignitate repulſus, ad quam fuerat electus, vt probat ſequens c. quod per ſe patet.

Eps̄ debet eſſe prudēs in negotijs ſęcularibus.

c ¶ Habere peritiā.] Et ita hoc eſt adhuc de illo capitulo, de quo tractatur 39. di. ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe Prudentem: ſecundum Hug. & Lau.

g Extrinſeca.] Debet.n. cautus circa ſua negotia eſſe, ut 23. di, qui epiſcopus. & eſt ſimile 86. diſt. fratrum. Ioannes.
O Portet.] Hęc diſ. diuiditur in ſex partes, in quarum prima probat primo & principaliter,

brium[a] ſenectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis † eruditis, ſi quid fortè eſt utilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & diſcere, atque agere bona recuſat; magis diaboli, quam Christi membrum eſſe oſtenditur, & potius infidelis, quam fidelis monſtratur. † al. minus.

## DISTINCTIO. XXXIX.

*E Cce[b] plenariè monſtratū eſt, quòd ſacerdotes oportet literarum tam ſacrarum, quā ſæcularium eſſe peritos. Nunc quęritur, an ſæcularium negotiorū oporteat eos habere peritiam[c]. Hāc p̄latis eſſe neceſſariā multis rationibus probatur: Debēt namque prælati ſubditis nō ſolum ſpiritualia, ſed etiā carnalia ſubſidia miniſtrare, exemplo Chriſti, qui turbas ſequentes non ſolum uerbo docebat, ſed etiam uirtute ſanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia planè poſſint perficere, ſæcularium negotiorum oportet eos habere ſolertiam[d]: ut eorum cautela & eccleſiæ ſeruentur indemnes, & cuique neceſſaria pro ſuo modo[e], miniſtrentur. Vnde quidam in epiſcopum electus, a Beato Gregorio pro ſua ſimplicitate repellitur, ne eius occaſione res eccleſiæ dilapidarentur. Sic enim ſcribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib. 8. epiſt. 40.*

¶ Sæcularium negotiorum imperiti non ſunt in epiſcopos ordinandi. Cap. I.

P Etrus diaconus, quem a vobis electum aſſeritis omnino (vt dicitur) ſimplex eſt[f], & noſtis, quia talis hoc tēpore in regiminis debet arce conſtitui, qui non ſolū de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca[g] ſubiectorum vtilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus. Anſ. l. 6. c. 13. Poly. l. 2. tit. 1.

## DISTINCTIO XL.

*O Portet[h] quoque epiſcopum eſſe ornatū, &* 1. Timoth.

d ¶ Solertiam.] Ideſt, induſtriam. & ſolicitudinem. Solers enim antiquitus dicebatur qui erat omni bona arte inſtructus. Et dicit ſolers, quod ſit ſolicitus in arte & vtilis, ſecundum Papiam.
e ¶ Pro ſuo modo.] Quia plus quandoque conferendum eſt uni quam alteri, vt 1. q. 2. cleric. 12. q. Vulterranæ. extra de præb. de multa in ſi.
f P Etrus. [Simplex eſt.] Quædā eſt ſimplicitas, quæ eſt contraria dolori: & illa eſt bona, vt 16. q. 1. ſi cupis. ſed hic vocat ſimplicitatem negligentiā ſiue ſtultitiam, vt 36. diſt. in prin. illa enim impedit promouendum, vt hic. & arg. 74. diſt. epiſcōporum. ſed promotum non deijcit: ſed datur ei coadiutor, vt 7. q. 1. quia frater. & 12. q. 2. vobis tamen iſte Petrus non tantum propter ſimplicitatem fuit remotus, ſed etiam quia ſolidos dedit ad uſuram, vt 47. diſt. de Petro.

Simplicitas eſt duplex. 12. q. 7. ſācta quippe ruſticitas, i. ſimplicitas. Aliquando eſt ſimplicitas cōtraria difficultati. C. de fu. l. vl. in fin. Inſt. de fideicō hęredi. §. quia Arc.

ter, quòd ornatus debet eſſe ſacerdos, & omnes alij clerici, vt honorem faciant ſuis cathedris & dignitatibus. & hoc probat per quatuor aucto. Secunda ibi, [Homo Chriſtianus.] Tertia ibi, [Si Papa.] Quarta ibi [Ante omnia.] Quinta ibi, [Illud] Sexta ibi, [Multi,] Ioan. de Fant.
CASVS. Hic intitulatur 40. diſtin. in qua proſequitur quintum c. Apoſtolicæ regulæ, ſcilicet, oportet epiſcopū eſſe ornatum. ſed per ornamenta virtutes intelliguntur: & hoc probatur auctoritate Pſal. & exemplo ſacerdotum ueteris teſtamenti, qui varijs ueſtibus vtebatur, q̄ deſignant veſtes interiores, ſcilicet uirtutes & bonos mores, quibus ſuæ cathedræ conferant decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant ſibi licentiam peccandi cōceſſam ex dignitate ſibi data, ſed neceſſitatem bene viuendi. quod probat ſeq. c. 2.
h ¶ Oportet.] Hic proſequitur cap. Apoſtolice regulæ opor-

oportet epiſcopum eſſe ornatum. Eſt autem duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus conſiſtit in grauitate, & inceſſu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de illo ornatu agitur in proxima ſeq. diſt. Interior ornatus eſt virtus & de hoc agitur hic: & oſtẽdit tiæ, quam per bona opera acquiſiuit: verumtamẽ nullus debet dubitare ſanctum eſſe quem apex tantæ dignitatis attollit: in quo ſi bona propria deſint, ſufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ ſequuntur uſq. ad cap. ſi Papa. plana ſunt.

*hoſpitalem. Ornamenta epiſcopalia virtutes debẽt intelligi, quæ a Domino eis repromittũtur, cum dicitur [Sacerdotes eius induam ſalutari.] Vnde in veteri teſtamẽto varijs veſtib. ex precepto Domini ſacerdotes ornati leguntur, quia multimodis virtutibus debet ſplẽdere vita pontificis vt gradui conferat decorẽ, quem ab eo nõ accepit. Non enim loca ſed vita & mores ſanctum faciũt ſacerdotem. Vnde ex ſuſcepto officio non licẽtiam peccãdi, ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerint aſſecutos.*

*Pſal 131.*
Exo. 28.

*Symmachus Papa ait.*

Poly. l. 4. tit. 7.

¶ Officium ſacerdotij non confert, ſed adimit peccandi licentiam. Cap. I.

NOn nos beatum Petrum, ſicut dicitis, à Domino cũ ſedis priuilegijs, vel ſucceſſores eius, peccandi iudicamus licentiam ſuſcepiſſe. Ille perennem meritorum [a] dotem cum hæreditate [b] innocentię miſit ad poſteros. Quod illi cõceſſum eſt pro actuum luce [c], ad illlos pertinet, quos [d] par conuerſationis ſplendor illuminat. Quis enim [e] ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritũ, ſufficiũt, quæ à loci deceſſore pręſtãtur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit; aut, qui eriguntur illuſtrat [f].

*¶ Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, eſt in libro, quem pro Simmacho Ennodius ſcripſit: iureq. Symmachi nomine citatur, quod eum librum Symmachus & vniuerſa quinta ſynodus, pro cauſa Symmachi habita ſic approbarunt, vt parem ei cum ſynodis, & Apoſtolicis decretis auctoritatem tribuerint.*

*Item Hieronymus ad Heliodorum epiſt. 1.*

Infra 2. q. 7. c. non omnes.
Poly l 3. tit. 8.
Burc l 1. c. 207.
Iuo. p. 5. c. 322.

¶ Filij ſanctorum ſunt, qui exercent opera eorum. Cap. II.

NOn eſt facile ſtare [g] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Chriſto regnantium: quia hinc α dicitur; non ſanctorum filii, qui tenent loca ſanctorum; ſed qui exercent opera eorum [h].

α ¶ Quia huic.] *Hac vſque ad finem non ſunt inuenta apud B. Hyeronimum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam cæteri collectores.*

*Item Gregorius.*

Burc. l. 1. c. 208.
Iuo. p. 3. c. 322.
Poly. l. 3. tit. 7.

¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis ſacerdotes notificet. Cap. III.

NOs qui præſumus, non ex locorum [i], vel generis di

a ¶ Perennem meritorũ.] id eſt, apoſtolicam dignitatẽ per bona merita acquiſitam [1].
b ¶ Cum hæreditate.] Id eſt, ad hoc trãſmiſit, vt eſsẽt hęredes bonitatis ſuæ.
c ¶ Pro actuum luce.] Id eſt, per bonos actus.
d ¶ Quos.] Id eſt, quia eos.
e Quis enim.] Quaſi dicat, & ſi quandoq. forte Apoſtolici non eſſent boni; tñ ſemper præſumũtur eſſe boni. quis enim, &c. Sed nonne cõtrariũ eſt 19. diſt. in Anaſtaſius 21 diſt. nunc autem? Sed non dr̃ hic, ꝙ ſancti ſunt: ſed ꝙ ſancti pręſumuntur donec contrariũ cõſtet: quia hęreditatẽ innocentię recipiũt, vt hic dr̃. Sed quid ſi conſtet de ipſo, ꝙ adulterium cõmiſit, vel homicidium? Dicit Hug. ꝙ licet non poſſit accuſari, inde tamen peccat: & quod hic dicitur, bene facere, intelligitur de his quæ poſſũt æque retorqueri ad bonum vel ad malum: quia ſemper in dubio ꝓ ipſius facto præſumitur. Sed hoc certe idẽ eſt in quolibet ſacerdote, vt 11. q. 3. abſit. & 41. diſt. cap. 1 & 16 q 1. ſi clericatus. Reſpõ. hoc verum eſt: ſed tamẽ magis pręſumitur ꝓ Papa, vt, 93 diſt. c. 1. vnde ſacrilegij inſtar eſſet diſputare de facto 2. ſuo, vt 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic ꝙ facta Papæ accuſantur, vt homicidia Sampſonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus Ioan.

1 Arg. 14. q 1. pudenda.

Papa ſiue Apoſtolicus ſemper præſumitur bonus.

Papa de homicidio vel adulterio accuſari nequit.

2 Iſta fuit ſnia Laur. dicentis quod qui de alijs pſumit vel dubitat, peccat venialiter qui de Papa mortaliter. arg. u. huius §. hic alleg. qui autem.

dit ꝙ locus non dat virtutem, nec dignitas: ſed vitæ meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, ꝙ Petrus & ſucceſſores eius licentiam peccandi à Domino receperunt cum priuilegio dignitatis. Symmachus autem Papa dicit, non eſſe verũ: quia Petrus tranſmiſit ad poſteros apoſtolicã dignitatem cum hæreditate innocen-

f ¶ Illuſtrat. Id eſt, dat eis occaſionem bene uiuendi, ſit 81. diſt valet.

g NOn eſt.] ¶ Stare.] Digne, ſicut exigit eminentia dignitatis Hug.

h ¶ Opera eorum.] 35. diſt c. eccleſiæ.

i NOs.] ¶ Non ex locorum.] tantum ne ſit contra, [illegible] diſt. valet.

a ¶ Morum.] C. de epiſc. & cler. ſi quem quam.
b ¶ Nobilitate.] Sic inf. 1. q. 1. utiliſſimus
NOn loca, uel ordines.] Tantum quia per ordines confertur gratia, vt 1. q. 1. quidquid. & eſt ſimile 33. q. 4. ſicut. 2.

ſed licet iudicari non poſſit, nihilominus punietur cũ ipſo diabolo in æternum.
c ¶ Taciturnitas.] Taciturnitas mortalis eſt in prelato, vt 43. diſt. c. 1.
f ¶ Mancipio.] Id eſt, diabolo, qui mancipatus eſt gehennæ.

Prelati t... re non d... Papa iud... tur a ne... ne.

gnitate, ſed morum [a] nobilitate [b] innoteſcere debemus: nec urbium claritate, ſed fidei puritate.

*Item Gregorius ad Anaſtaſium presbyterum. li. 6. 29. vel. c. 195.*

¶ Non loca, vel ordines, ſed merita nos Deo iungunt. Cap. IIII.

Poly. ibidem.

NOn loca, vel ordines [c] creatoris noſtro nos proximos faciunt: ſed ei nos merita bona iungunt, aut mala diſiungunt.

*Item Io. Chryſoſtomus, [Ideſt auctor operis imperfecti in Mattheum, homil. 40. ad c. 31.]*

¶ Magnitudo peccati, uel dignitatis quemque fortiter deijcit. Cap. V.

2 HOmo Chriſtianus fortiter cadit [d] in peccato propter duas cauſas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis †. †al. geſtis.

*Item ex dictis † Bonifacij [a] martyris.*

¶ Damnatur Apoſtolicus, qui ſuæ, & fraternæ ſalutis eſt negligens, Cap. VI.

Iuo p. 5. ca. 23.

† Concor... tex. il. nem... C. de ſu... & l. oēs... qui mana... ff. de re ma...

3 SI Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper a bono taciturnus, [e] quod magis officit ſibi, & omnibus; nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio [f] gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternũ vapulaturus †. Huius culpas iſtic redarguere præſumit mortaliũ nullus; quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine [g] eſt iudicandus; niſi deprehendatur a fide deuius [h]: pro cuius perpetuo ſtatu uniuerſalis fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propẽſius pẽdere. †al. vapulaturos.

a ¶ Dictis Bonifacij.] *Nauclerius gen. 26. teſtatur hoc fuiſſe dictum Bonifacij martyris. Verũ Deus dedit presbyter Cardinalis, titu. Apoſtolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ III. libros quatuor de rebus eccleſiaſticis compoſuit, qui in bibliotheca Vaticana ſeruantur. Et libro primo, capit. 231. ex geſtis (ſic habent etiã multi Gratiani codices, & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepiſcopi Mogũtini ſedis Apoſtolicæ legati, hæc ſanctiſſimi illius uiri de Romano Pontifice, ac ſede Apoſtolica verba refero, in*

HOmo.] Hęc eſt ſecuda pars huius diſt. in qua ꝓbat ꝙ unus in eode genere peccati magis punit quam alius: & hoc probat p illud. c. Ioan. de Fan.
d ¶ Cadit.] Id eſt, cadere vr ab eccleſia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt, & circũſtãtię loci & tgis & dignitatis & ſciẽtiæ aggrauãt peccatu ita vt magis peccat clericꝰ, ꝙ laicꝰ in eodẽ genere delicti, & magis literatus, ꝙ non literatus, & magis peccatur in loco ſacro vel tẽpore ꝙ extra. arg. 19 diſt. nulli. & 50 di. quia tua & 11. q. 3 præcipuæ. & 25. q. 2 nulli de pęn. diſt. 5. conſideret. & 32. q. 5. q uiderit & augetur peccatũ dignitate peccãtis 2, vt ff. de re milit. omne. §. augẽt. Alij dicũt ꝙ circũſtantię cum ſint bonæ & à Deo nõ debẽt eſſe alicui occaſio mali. vnde dicunt, ꝙ circunſtãtiæ non aggrauant peccatum, ſed ſolus contemptus. ſi ergo laicus ex maiori cõtemptu peccat, magis peccat quam clericus. Sed quia nun conſtat eccleſiæ qualiter quis peccat, an ex cõtẽptu vel alio modo, 24. q. 3. Deus. ideo non poteſt iudicare de peccato ſm. cõtemptum: & ideo iudicat per circũſtãtias, quaſi p quaſdã pſumptiones: & magis punit clericus ꝙ laicus: quia magis præſumitur contra ipſum & licet hic duæ cauſæ tantum enumerentur, quę videntur aggrauare peccatum, tamen plures ſunt. de pœ. diſt. 5. conſideret.

Circũſtãtię. peccata aggrauantes.

1 Adde ad hoc tex. glo. & Doct. in l. & facta. §. 1. ff. de pęn. & de hoc ſatis not. Gof. in ſu. de pęn. & re. §. cõfitetur qs, &c.

2 Ad hoc 5. q. 6. presbyteri C. de ep. & cle. presb.

SI Papa.] Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probat, quod Papa magis punitur quam alij, ſi male regit eccleſiam Dei. & hoc probat p hoc cap. Io. de Fan. CASVS. Bonifacius martyr conſultus fuit, an Papa ab aliquo poſſit iudicari, ſi inueniatur negligens & remiſſus in operibus ſuis, cum noceat ſibi & omnib. ſubditis ſuis: & ſimpliciter multos ſecum trahit. Et rñdet quod non cum, debeat omnes alios iudicare: niſi hæreticus deprehendatur, pro cuius ſalute, cum ipſe ſit caput eccleſiæ poſt Deum, uniuerſitas fidelium inſtantius orat.

hennæ. de pęn. diſt. 1. mancipium.
g ¶ A nemine.] Papa a nemine poteſt iudicari, vt 9. q. 3 nemo. quod intellige niſi ipſe ſe ſubijciat alij 2. q. 7. nos ſi incompetenter. Sed contra 24. q. 2. ſanè profertur. verſiculo, item Romanorum. vbi dicitur, quod Dioſcorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quãuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Conſtantinopolitanum. Item adhuc obſtat 11. q. 2. non liceat. ibi, vnus papa iudicat de ſuo ſucceſſore. Sed ibi non iudicat de ipſo, ſed dicit quod nõ liceat ei alienare res eccleſiæ.
h ¶ A fide deuius.] Quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi, ſi enim paratus eſſet corrigi, non poſſet

*quibus eſt hoc caput: & quidē ex antecedentibus, & ſequentibus valde illuſtratur.* Sancta Romana Eccleſia priuilegio ſpecialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omniū eccleſiarum per Chriſtum Ieſum electa ſecundum Antiſtitis, uel rectoris ſui qualitatē, & ualetudinē afficit totius Chriſtianitatis membra, ut illius incolumitati ſua reſpondeant incolumitate, & cōgaudeant: & nihilo minus eius languoribus ſuo languore conſentiant: & ſicut eius gloria iuxta

*2.Cor.1.*

Apoſtolū conglorificantur: ſic eius deiectione deijciuntur, vt illud propheticū in eo præcipue cōpleri deprehendatur:

*Eſa.1.*

[Omne caput languidū, & omne cor mærens: a planta pedis vſq; ad uerticem non eſt in eo ſanitas.] Proinde tanta reuerentia apicē præfatæ Apoſtolicæ ſedis omnes ſuſcipiunt, vt nonnullā ſanctorū canonum diſciplinam, & antiquam Chriſtianæ religionis inſtitutionē magis ab ore præceſſoris eius, quā a ſacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius uelle, illius nolle tātum explorant, ut ad eius arbitrium ſuam conuerſationem & ipſi remittant, aut intendant. Quod ſi, vt ſummopere ſibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei ſine intermiſſione tabeſcens, fidelis diſpenſator & prudens exiſtens, Deo & hominibus, & opere & ſermone irreprehenſibilem ſeſe conſeruare ſtuduerit, ut uerè fatear, vniuerſum pene mundum ſecum attonitum, & ſollicitum poſt Deum currere facit; ex utroq; ſexu populus diuerſæ profeſſionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino ſuo ſuper omnia bona ipſius cōſtituendus ducit. Si vero ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens reprehenditur, inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper à bono taciturnus (quod magis officit ſibi & omnibus) nihilo minus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ cū ipſo plagis multis in æternum uapulaturus: cuius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicādus, niſi forte deprehēdatur a fide deuius: pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deū ex illius incolumitate animaduertunt propenſius pendere. Saluo n. diuinæ omnipotentiæ myſterio, vt dignum eſt, loco ab ipſa ſecundo illud B. Iob. non incongrue aptari Sanctę Romanæ eccleſiæ poteſt:

*Iob.c 12.*

[Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: & ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat ei: ſi continuerit aquas omnia ſiccabuntur, & ſi emiſerit eas: ſubuertent terram. nec immerito: cum ipſa ſpecialius in Petro cœli terræque retentet habenas. Hęc cum omnium fidelium in Chriſto ſpiritualis ſit mater nemo debet renuere illius ſeriū diſciplina, vel emendari cenſura, iuxta illa prouerbia Salomonis:

*Prouer. 1.6.18.*

*Eccle.3.*

] Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abijcit diſciplinam, infęlix eſt, & ſtultus homo deſpicit matrē ſuam.] & rurſus [Eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta;] illa utique quæ arrogant †, diuerſa ſede illius, cui dictum eſt: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] & ſuper arenam cōcupiſcentiæ carnalis, ſeu humanæ pręſumptionis probantur poſita: curſus riui minime proſperatur, ſi a ſuo fonte diuidatur.

*† fortaſſe* ] arroganter.

*Matth. 16.*

### *Item Auguſtinus ad Valerium epiſt.* 148.

¶Non ordines, ſed vitæ merita nos Deo commendant.

*Anſel. li. 9. c. 196.*
*Iuo p 6. c. 386.*

4 Cap. VII.

ANte omnia peto, vt cogitet religioſa prudētia tua

poſſet accuſari, vt 24. q. 1. apertè & ca. ait. & c. hęc eſt fides. & 2. q. 7. dixit Apoſt. Sed quare nō poteſt accuſari de alio crimine? ponamus qđ notorium ſit crimē eius vel p confeſſionem vel per facti euidentiam quare non accuſatur vel de crimine ſimonię, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis eſt, & ſcādalizat eccleſia per factum eius? Certè credo ꝙ ſi notoriū eſt crimen eius, quādocunque, & inde ſcandalizatur eccleſia, & incorrigibilis ſit: ꝙ inde poſſit accuſari. Nam contumacia dicitur hæreſis 1. vt ſi. diſt. ſi qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. diſt. nullus. Hic tamen ſpecialiter fit mētio de hęreſi, ideo quia & ſi occulta eſſet hęreſis de illa poſſet accuſari: ſed de alio occulto crimine non poſſet. Item nūquid poteſt denūciari crimen Papæ ſecūdum regulā illam. Si peccauerit in te frater tuus 2. cum nomine fratris quilibet Chriſtianus dicat, ut 11 q. 3. ad menſam. Sed dico ꝙ nō poteſt denūciari crimē de ipſo niſi inde poſſet accuſari. nā inutilis eſſet denunciatio 3. Itē nūqd Papa poſſet ſtatuere, ꝙ nō poſſet accuſari de hæreſi? Rñd. ꝙ nō. qa ex hoc periclitaret tota eccleſia: qđ nō licèt inf. 25. q. 1. ſunt qdā. qa hoc ſit in eo caſu quo deſinit eſſe caput eccleſię, & ita non tenet cōſtitutio. Sed pro quo peccato poteſt Imperator deponi? pro quolibet; ſi eſt incorrigibilis, vnde deponitur, ſi eſt minus utilis. vt 15. q. 6. alios.

ANte oīa.] Hac eſt quarta pars huius d. in qua dicit ꝙ difficile eſt bñ regere ſacros ordines & eccl'icas dignitates, ſed facile eſt male re-

Papa an de crimine accuſari poſſit.

1 Dic. ꝙ hæreticus dicit pluribus modis, ut not. 24 q. 3. inter & extra de hære. firmiſſimè.

2 Vt 2 q 1 ſi peccauerit.

3 Sub. nā denunciatio fit ad correctionem, ad quā compelli nō poteſt: cum ſuperiorem non habeat. Archid.

Imperator ꝓ quo peccato deponi poteſt.

nihil eſſe in hac vita,& maximè hoc tempore facilius, & lætius,& hominibus acceptabilius,epiſcopi aut presbyteri;aut diaconi officio,ſi perfunctoriè [a] arq; adulatoriè res agatur, ſed nihil apud Deum miſerius, & triſtius, & damnabilius.¶Item nihil eſſe in hac vita, & maxime hoc tpe difficilius, laborioſius, periculoſius [b] epiſcopi aut presbyteri aut diaconi officio: ſed apud Deum nihil beatius,ſi eo modo militetur, quo noſter Imperator iubet. Quis autem iſte ſit modus,nec a pueritia, nec ab adoleſcentia mea didici;& eo tempore, quo diſcere cæperam, vis mihi [c] facta eſt merito peccatorum meorum. Nam quid aliud exiſtimẽ neſcio, vt ſecundus locus [d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. — Anſel.li. 6 c.186.

*Item Iſidorus.*

¶Corrumpitur, & ad terram ſacerdotium trahitur, niſi legaliter,& iuſtè ſeruetur. Cap. VIII.

SIcut viri & mulieris digna coniunctio unum facit matrimonium,& ſicut duorum copulatio vnum perficit corpus;ita clericatus [e] & ſacerdotium unũ faciunt preſbyterum;& electio [f] & conſecratio unum faciunt epiſcopum:quæ omnia unum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, niſi legaliter ſeruetur, niſi iuſtè viuendo laudetur.

*Item Ambroſius lib.de Paradiſo,c.4.*

¶Grat[illegible]non locus ſaluat animam. Cap. IX.

5 ILlud † autem animaduerte, quia extra Paradiſum [g] vir factus eſt, & mulier intra Paradiſum, vt aduertas,ꝙ non loci [h],nõ generis nobilitate,ſed virtute vnuſquiſq; gratiam ſibi comparat. ¶Deniq; extra Paradiſum factus hoc eſt in inferiore loco,vir melior inuenitur; & illa,quæ in meliore loco,hoc eſt in Paradiſo,facta eſt,inferior reperitur. — † *Quo loci illud aduerte*]orig.

*Item Gregorius lib.6.reg.epiſt.5 ſeu c.169.*

De eodem. Cap. X.

QVælibet † occulta [i] loca ſine gratia Dei animã ſal- — † *al. Quamlibet.*

---

le regere,& periculoſum: & hoc probat per hoc c. & c. ſeq. Io.de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit epiſcopus Hipponenſis eccleſiæ. Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug. dicit,ꝙ ſi quis vtatur officio epi,presbyteri,diaconi tranſitorie & ſemiplenè, nihil eſt leui* & facilius: ſed nihil eſt ei dãnabili*apud Deũ, ſed ſi qs militet eo modo quo Chriſtus iubet nihil eſt difficili*,ſed nihil beatius apud Deũ. Et oſtendit,quod ad tantam dignitatem eligi nõ debuit,cum minora officia non didicerit gubernare. Et hoc ꝓbat nauigãtis exemplo cui cura nauis cõmitti non dẽt,qui remũ tenere nõ nouit.

a ¶Si perſunctorie.] ideſt, negligenter.

b ¶ Periculoſius.] Quia qui ẽpatum deſiderat in terra,inueniet confuſionem in cęlo 8 q 1. q ẽpatũ. & inf ea c multi. — Ẽpatum deſiderare valde periculoſum eſt.

c ¶Mihi ]Et ſic aliquis põt cogi, vt fiat ẽps,quod verum eſt, ſi ab initio cogitur, vt fiat de nolẽte uolens,ut 23. qõ 4.diſplicet. ſed ſi perſeueret in uoluntate, non eſſet cogendus, vt 74.diſt.ubi iſta.

d ¶Vt ſecundus locus ]Quia primus locus eſt Papatus, ſecũdus locus eſt epiſcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus eſt epiſcopus aliter, ut 7 q.1. non autem. — Papatus eſt primus locus.

SIcut viri. ] CASVS.in hoc c.notat ſimilitudo inter matrimoniũ carnale, & ſpirituale: qa ſicut legitima cõiunctio.ſ.animorũ, vnũ facit matrimoniũ; & ſicut duorũ commixtio vnũ facit corpus, ita clericatus, & ſacerdotium unum faciunt preſbyterum,& electio & conſecratio faciunt unum epiſcopum. Et hæc omnia ſupradicta unum corpus efficiunt, i eccleſiam. quod cito rumpitur, niſi legaliter obſeruetur.

e ¶Clericatus.] i. minor ordo.hic uidetur,ꝙ ſi laicus promoueretur in ſacerdotem, nullum reciperet characterem: ſed ſi haberet aliquem minorem ordinem, & per ſaltum reciperet ſuperiorem, bene reciperet characterem, vt 52.diſt.ſolicitudo.Alij dicunt,ꝙ laicus uerũ ordinem reciperet,dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1. q.1 ventum.Io.quod verum 1. credo B.

f ¶Electio.] Cõtueuit iſtud induci, ꝙ ex ſola electione non conſequiẽ aliquis ius,vt de hoc dixi 63.diſt.quãto. — † Idem no. 36. diſt.c.1. in glo.

ILlud ] Hæc eſt quinta pars huius diſtin. in qua probatur, quod non eſt ita magnus, quin cadere non poſſet ſi gratiam non haberet: & hoc probatur per hoc c. & duo c ſeq. Io.de Fan.

CASVS. Quidam nimis gloriabantur. de loci nobilitate,ſed Ambro.probat non eſſe gloriandum,quia in loco nobili poteſt eſſe malus, & in vili loco bonus inueniri,& niri, & hoc probat exemplo Adæ & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damaſceno, & tamen melior eſt inuentus Eua,quæ in Paradiſo eſt creata.

g ¶Extra Paradiſum.] in agro Dameſceno.

h ¶Nõ loci.]Arg ꝙ rone loci uel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo non præſumitur, vt 12.q 2 gloria.arg. cõtra 24.di qñ Et certe ꝓ nobilibus ſemꝑ dẽt pſumi in ijs,quæ ſpectant ad nobilitatem.ar ff de fid.inſt.l.ſi.Io.

QVælibet.]CASVS.Quidam dicebant, ꝙ aliquis non poterãt ſaluari,niſi in locis ſolitarijs: ſed Greg dicit hoc non eſſe uerum. & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipſa ciuitate fuit iuſtus, & in monte peccauit. Adam in Paradiſo deliciarum peccauit, quo nihil eſt iucundius. Et angelus de cœlo per peccatum deſcendit. Cap. quod ſequitur patet.

i ¶Occulta.]Arg contra heremitas.

a ¶Extra-

a ¶Erratibus.] Id eſt peccatis delictis.
b ¶Peruerſa ciuitate.] Argu. ꝙ non nocet bono malorũ conuerſatio, vel cohabitatio.
c ¶In monte.] 15. q. 1. inebriauerunt 1.
d ¶Cecidit. ] Nam ex varietate locorum nullum diſcrimen.

e ADam.] ¶Eiectus eſt.] Gen. 4. de pœn diſt. 1. Adam, & priuatus, vt de pœn. diſt. 1. c. ſerpens, & ca. ſicut primi.

MVlti. ] Hæc eſt ſexta pars huius diſt. in qua dicit, ꝙ nomen ſacerdotis debet conſiſtere in re, & nõ tantum in nomine, vt per hoc ca. probatur. Io. de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui erãt presbyteri, vel ſacerdotes nomine tantum, & non re vel vita, qui propter cathedram ſe ſanctificatos putabant ſed male, quia locus nõ ſanctificat hominẽ, ſed homo locum, vnde dicit Io. Chryſo. quod ſi bene docẽt, & bene viuunt, populum inſtruunt, & bene habebunt, & ſi bene docent, & male viuunt, ſeipſos cõdemnant.

f ¶Sed homo locũ.] Sed res accedere debet hominib. & non homo rebus. ff de ędil. edic. iuſtiſſimæ.

IDEM QVICVNQVE. CASVS. Quidã deſiderabant dignitatem, vt præeſſent tantum, & non vt prodeſſent ſed dicit Io. Chryſo. quod tales inuenient confeſionẽ in cęlo, nec inter ſeruos Chriſti computabantur. Nõ enim debet aliquis feſtinare qualiter appareat maior alijs: nam qui iuſtior eſt, maior eſt, & non q maior eſt dignitate, eſt iuſtior.

g ¶Deſiderauerit. ] Ad hoc, vt præſit, nõ obeſt 8. q. 1. qui epiſcopatum.

h ¶Tractauerit. ] Not. ꝙ eo ſolo quod aliquis loquitur de epiſcopatũ, punitur: ſic eo ipſo, quos qs loquit ambitioſè de minimis, peccat 16. q. 1. ſi cupis, & qui loquitur de mulieribus, vt 32. d. hoſpitiolum.

i ¶In honore. ] Quia non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4 ſicut hi. & 16. quæſt. 1. ſunt nonnulli. Et eſt hic arg. quòd illa pars quæ iuſtiori rationi innititur, maior dicitur, licet ſit minor. ſic 31. diſt. Nicæna. 19. diſtin. in canonicis, 4. q. 3. §. 2. extra de teſtib. in noſtro 3. & 20. diſt. §. 1.

uare non poſſunt: quod aliquando in ipſis quoq; conſpicimus erratibus [a] electorum. Nam Loth in ipſa peruerſa ciuitate [b] fuit iuſtus, in monte [c] peccauit. Sed iſta cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim Paradiſo iucũdius, quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex Paradiſo, & Angelus de cœlo peccando cecidit.

*Gen. 19.*

*Idem.*

¶De eodem. Cap. XI.

ADam primus homo pro peccato de Paradiſo eiectus eſt: hoc eſt, quia Dei nobilitatem a ſe deiecit, nobilitate loci priuatus eſt.

Bur. l. 1. c. 206. Iuo p. 5. c. 230.

¶*Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9 leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur.* Quod autem loca mentem non muniunt, ipſe humani generis primus teſtatur parens, qui & in Paradiſo cecidit.

*Item Ioannes Chryſoſtomus, [id eſt auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom. 43. ad c. 23.]*

¶Non eſt verus ſacerdos omnis, qui nominatur ſacerdos. Cap. XII.

6 MVlti ſacerdotes, & pauci ſacerdotes. multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo ſedetis per cathedrã, quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locũ [f], non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus ſacerdos. Qui bene ſederit ſup cathedrã, honorẽ accipit ab illa, qui male ſederit, iniuriã facit cathedræ, ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimẽ acquirit, nõ dignitatẽ. In iudicio. n. ſedens, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, omniũ iudex es: ſi aũt bene docueris, & male vixeris, tui ſolius condemnator eris. † Nam bene viuendo, & bene docendo, populũ inſtruis, quomodo debeat viuere: bene aũt docendo, & male viuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare. *idem.* ¶Quicunque deſiderauerit [g] † primatum in terra, inueniet confuſionem in cælo, nec inter [a] ſeruos Chriſti computabitur, quid de primatu tractauerit [h], nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo alijs maior appareat; ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore [i], ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior, ille maior. Conuerſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.

1. Pet. 3.

† *al. es.*

*bid ho. 55. ad c. 20.*
† *al. deſiderat.*

a ¶Nec inter.] *In hoc loco indicato legitur,* vt iam inter ſeruos Chriſti non ſit de primatu certamen, nec vnuſquiſque, &c. *Sed obſtitit gloſſa, ne mutaretur.*

Peccat qui d minimis ambitioſe loquitur.

3 Ext. de electiõ. ca. venerabilem. §. 2. ibi videas, & dixi plene 31. di. Nicęna Ar.

ſcrimen inducitur. C. de temp. in integ reſtit. l. vlt. argu. contra 32. q. 5. qui viderit.
d ¶Cecidit. 2.] Et hæc eſt cauſa, quare non perſequitur, quia nos illuc debemus aſcendere, vnde ipſe deſcendit 16. q. 2. c. 1.

Ornatus exterior clericorum.

E Cce.] Supra in præcedenti diſt. dictum eſt, ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatū moribus & virtutibus. In hac vero 41. diſtin. dicitur, ꝙ oportet epiſcopum eſſe ornatum in exterioribus, & in habitu ſcilicet, & inceſſu; in habitu, ne fulgidis vel ſordidis veſtibus ſe exornet: quod ꝓbat auctoritate Hieronymi dicētis. Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ delicię laudes pariunt, quod tā de veſtibus quam de cibis eſt intelligendum. Et ad hoc inducit ſequens capit. De inceſſu autem dicet inf. ea. §. vlt.

a ¶Et inceſſu.] Vt grauitate itineris oſtendat grauitatem mētis, vt inf. ea. §. vl.

Q Viſquis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ nullus debet vti reb. tranſitoriis ſtrictius vel abūdantius quam ſocij cū quib. viuit, quia remiſſius vtēdo aut hypocriſim ſignificat, aut intemperantiam: abundantius vtendo, vel laudem ſignificat, vel q̄a eſt guloſus, vel ꝓdigus. In ſecunda parte q̄ incipit ibi, [In omnibus.] oſtendit vſum ciborū pretioſorū non eſſe repudiādum, ſi tranquille, & ſine turpitudine, vel voracitate aſſumantur. Et hoc probatur exēplo Chri, q cibū delicatum. ſ. piſcem comedit, & reprehēditur vſus vilium ciborum, ſi nimis ardēter, & cū voracitate aſſumant̄, q̄d probatur exemplo Eſau & iumentorum.

b ¶Viuit.] Nota ꝙ quilibet ſe cōformabit ſociis ſuis i cibo & in moribus, vt di. 8. quæ contra. 12. d. illa. Et eſt arg. ꝙ ratione ſocietatis tolerat̄ excōicatus, quia excōicatus rōne cōtractus ad cōionem admittitur extra de ſen. excom. ſi vere.

Excōicatus ratione ſocietatis tolerat̄.

c ¶Aut intemperans.] ſ. nolens conformare ſe aliis.

d ¶Superſtitioſus.] i. inanis glo. cupidus, vel hypocrita

e ¶Significat.] Forte habet ventrem inſatiabilem, vel cauſa infirmitatis hoc facit.

f ¶Aut flagitioſus.] Prodigus, vel hypocrita.

g ¶Sed libido.] q. d. potius conſiderabimus cauſam facti, quam ipſum factum, ſic 23. q. 8. occidit, & 29. d. ſciendum arg. contra. inf. 32. q. 4. origo.

h ¶Flagitia.] id eſt, non ſtatim dicamus aliquid eſſe vitioſum. nam dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. extra de reg. iur. eſtote.

i ¶Piſce veſci.] Hāc hiſtoriā habes de pę. d. 2. § opponit.

k ¶Sed ex cauſa.] Vt inf. 22. q. 4. omnis iactantia.

D Eliciæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi quis vtitur cibo delicato ſine immenſo deſiderio, non peccat

## DISTINCTIO XLI.

*E Cce quibus oporteat ſacerdotem eſſe ornatum moribus, ſed præterea oportet illum eſſe ornatum in exterioribus, habitu videlicet, & inceſſu* a*, habitu, vt nec fulgidis, nec ſordidis ſe veſtibus ornet. Vt enim ait Hieronymus, nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariunt, quod tam de veſtibus, quam de cibis intelligendum eſt.*

α ¶Hieronymus.] *Ad Euſtochium de cuſtodia virg. ſic ſcribit:* nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. *Ad Nepotianum quoque in eandem ferè ſententiā,* veſtes pullas æque deuita, vt candidas, ornatus, vt ſordes pari modo fugiendæ ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

*Vnde Aug. ait, lib. 3. de doctrina Chriſtiana. c. 12.*

¶Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. Cap. I. Iuo p. 4. c. 24. Pann. l. 2. c. 195.

Q Viſquis rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quam ſeſe habent mores eorum cum quibus viuit [b] aut intemperans [c] α, aut ſuperſtitioſus [d] eſt. Quiſquis vero ſic eis vtitur, vt metas cōſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat, aut aliquid ſignificat [e] aut flagitioſus [f] eſt. In omnibus enim talibus non vſus rerum, ſed libido [g] vtentis in culpa eſt. *& infra.* ¶Quid igitur locis, & temporib. & perſonis conueniat, diligenter attendendū eſt, ne temere flagitia [h] reprehendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, prætioſiſſimo cibo ſapiens vtatur, inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat, & ſanius † quiſq; maluerit, more Domini, piſce veſci [i], quàm lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, ſed ex cauſa [k] vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum quod facimus.

† *al. ſanus.* *Luc. 24.* *Gen. ſ. 25.*

*Idem ſuper epiſtolam Ioannis.*

β ¶Intemperans.] *Apud ſanctum Aug. & Iuonem legitur:* temperans. *Sed ob gloſſam eſt mutatum.*

¶Non cibus, ſed appetitus in culpa eſt. Cap. II.

D Eliciæ quælibet, ſi abſq; deſiderio percipiantur, non

peccat, vt Helias, qui carnes comedit. Si quis autem vilem cibũ nimis ardenter appetit reprehendit̃, vt Dauid, qui aquã de ciſterna Bethlee: cõcupiuit nimis ardenter.

NOn cogantur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſt. quid debeat fieri de diuitibus, qui tempore pœnitentiæ

26.q.7.1pã. Arg. contra 22.q.5. qui cõpulſus. Dic ꝙ ignobiles magis puniuntur corporali pœna, quam nobiles: ſed pecuniariter magis punitur nobilis quã ignobilis, vt 24 q.1. qui contra, & ff de poe. ſi quis aliquid. & l. q̃dã.

b ¶Diuites.] Cum ſunt in pœnitentia.

Nobiliũ & ignobilium pœna nõ eſt æqua.

2.Reg.23.
3.Reg.17.

In Michæam c. 3. in extremo.

*rat, vt ait Hieronymus. [Tibi o ſacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.] Sunt autem comeſſationes non ſolum ſacerdotibus, ſed etiam laicis noxiæ: qui feſtiuos, & ſolennes dies non aliter ſe digne celebrare putant; niſi comeſſationibus deſeruiant.*

*Vnde Aug. ſcribit ad Aurelium epiſcopum epiſt. 64.*

¶ Non eſt vacandum commeſſationibus, & ebrietatibus. Cap. I.

Iuo p. 13. c. 61.

COmeſſationes, & ebrietates ita conceſſæ, & licitæ putantur[a], vt in honorem etiā beatiſſimorū martyrum non ſolum per ſolennes dies, (quod ipſum quis non lugendum[b] videat, qui hęc non carneis[c] oculis inſpicit?) ſed etiam quotidie celebrentur. *& poſt pauca:* Non ergo aſpere, quantum exiſtimo, non duriter, non modo imperioſo iſta tolluntur; magis docendo, quā iubendo; magis monendo, quam minando. Sic enim agendum eſt cū multitudine[d] [peccatum †. Seueritas autem exercenda eſt in peccata paucorum. Etſi quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis comminando vindictā futuram; ne nos ipſi in noſtra poteſtate, ſed Deus ī noſtro ſermone timeatur. Ita prius mouebuntur ſpirituales, aut ſpiritualibus proximi; quorū auctoritate, & leniſſimis quidem, ſed inſtantiſſimis admonitionibus cętera multitudo frāgatur.

† abeſt ab orig. Iuo. & aliquot manuſcriptis Gratiani.

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 24.*

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. Cap. II.

Conc. Aquiſgran. c. 60. Burc. l. 2. c. 131. Iuo p. 6. c. 205.

NOn oportet clericos ſeruientes α à presbyteris vſque[e] ad diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes vſq; ad miniſtros aut lectores, aut exorciſtas, aut oſtiarios, aut pſalmiſtas, aut etiam eos, qui in propoſito[f] continentiæ ſunt, tabernas β intrare.

α ¶ Clericos ſeruientes.] *Gracè eſt, ἱερατικούς: quod Dionyſius vertit,* ſacro miniſterio deditos: *quam verſionem concilium Aquiſgranenſe, Burchardus, & Iuo attulerunt.*

β ¶ Tabernas.] *ſequebatur in impreſſis,* niſi cauſa neceſſitatis. *quæ ſunt expuncta, quia neque in pleriſque manuſcriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipſo concilio Laodicenſi, aut Aquiſgranenſi (vbi c. 60 hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apoſt. 54.*

*Item ex ſexta ſynodo, c. 9.*

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergaſterium habere voluerit. Cap. III.

NVlli clerico licet tabernā α, aut ergaſteriū[g] habere.[8]

b ¶ Lugendum.] Id eſt nonne vnuſquiſque hoc lugendum videat.

c ¶ Carneis.] Scilicet ſpiritualibus.

d ¶ Cum multitudine.] Multi ſunt xl. vt extra de cle. excom. latores. Aliquando 23. millia ſunt pauci: vt 45. d. diſciplina. Et habes hic ꝙ pp multitudinem detrahitur ſeueritati, vt 50. d. vt conſtitueretur. & 1. q. 7. quoties, 23. q. 4. ipſa pietas. & c. non poteſt. Quandoq; & cum paucitate mitius agendum eſt, cū timetur ſcandalum 23. q. 4. cū quiſq;.[5] Vbi ergo aliqd male fit: & quaſi ex auctoritate defenditur, tunc non debet dormire ſeueritas. quādo vero non defenditur, tunc diſſimulari poteſt propter ſcandalum, vt de pœnit. diſtinct. 6. cap. 1. in fi. & 82. diſtinct. plurimos & 50 diſt. domino ſancto. ſed propter ſcandalum nunquam debet deſeri veritas ipſa, vt extra de reg. iu. qui ſcādalizauerit.[6] ſed ſeueritas pœnarum poteſt deſeri, vt hic. Item vbi non habet locum diſpenſationis remedium, vt in matrimonio: propter multitudinem non eſt recedendū à ſeueritate canonica. vt extra de tranſact. ex parte. Bar.[7]

Seueritati an pp multitudinē vel paucitatem detrahatur.

5 Concor. textus in l. decurionū & ibi gl. & Doct. C. de pœn.

6 Vbi de hoc, & extra de temp. ord. ſane. ibi videas.

NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votum continentiæ fecerūt, prohibentur ingredi tabernas, niſi cauſa neceſſitatis, vt infra. cap ſequenti. Sequētia duo capitula plana ſunt.

7 Scilicet & tacet quandoque prælatus non propter ſcādalum, ſed propter maius malum quod poſſet eccleſiæ prouenire, vt cum Rex aliquid facit in rebus eccleſię, ſecūdum. Lau.

e ¶ Vſque.] Improprie ponitur hic, vſque, cum nulli ſint in medio.

uiunt comeſſationib. & ebrietatibus, propter hoc debent ſuſpendi vel excommunicari. Et reſpondet quod non: quia multitudo eſt in cauſa, in quam ſeueritas

f ¶ Qui in propoſito.] Vt Deo deuoti conuerſi. 12. q. 1.

g NVlli clerico licet.] ¶ Ergaſteriū.] Ideſt ſtationem.



8 ¶ Quan-

Si enim huiuſmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis [a] alijs miniſtrare in ea? ſi quis vero tale quid fecerit, aut ceſſet [b], aut deponatur.

*a* ¶ Tabernam, aut ergaſterium.] *Græcè eſt*, καπηλικὸν ἐργαστήριον, *id eſt*, cauponariam tabernam.

*Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.*

¶ Niſi neceſſitate compulſi clerici tabernas non ingrediantur. Cap. IV.

CLerici, edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis [c] neceſſitate compulſi.

Aquiſgr. conc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

*Item Gregorius Natali epiſcopo, lib. 1. reg. indict. 10. epiſt. 14.*

¶ Corripiendus eſt epiſcopus, qui conuiuijs occupatur. Cap. V.

2 MVltis ab vrbe tua venientibus, frater chariſſime, didici, paſtorali cura derelicta, ſolis te conuiuijs occupatum, quæ audita nõ crederem, niſi hęc actionũ† [d] tuarum experimentis approbarem. Nã quia nequaquam lectioni ſtudeas, nequaquam exhortationi inuigiles [e], ſed ipſum quoque vſum eccleſiaſtici ordinis ignores, hoc eſt in teſtimonium [f], quod eis, ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis.

†Adde q actio hic accipitur pro a[…] ctu. ſimile […] l. magiſtra[…] tuum C. d[…] ado. & in l[…] 3. ff. de offi. proconſ. & […] infra 100. d. […] ſationis.

*Item ad eundem, lib. 2. epiſt. 37.*

¶ De eodem. Cap. VI.

COnuiuia, quæ ex intentione impendendę charitatis fiũt, rectè veſtra fraternitas† in ſuis epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt; quòd tũc ex charitate veraciter prodeũt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur; [g] nullus ex irriſione reprehenditur; nec in eis inanes ſæculariũ negotiorum fabulæ; ſed verba ſacræ lectionis audiũtur, cum non plus, quàm neceſſe eſt, ſeruitur corpori; ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendę virtutis habeatur. Hęc itaque ſi vos in veſtris conuiuijs agitis abſtinentium† [h], fateor, magiſtri eſtis.

† al. ſanctitas.

† al. abſtinentiæ.

*[Item ex concilio Nannetenſi]*

PALEA Cap. VII.

NVllus presbyterorum, quãdo ad anniuerſariũ diem trigeſimum aut ſeptimum, vel tertiũ alicuius defuncti, aut quacumq; vocatione ad collectam presbyteri cõuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus amore† ſanctorũ, vel ipſius animę bibere, aut alios ad bibẽdum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare; nec

De conſec. diſt. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 258.

† al. in amore.

a ¶ Quanto magis.] Cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic; & 24. q. 1. miremur. & 74 diſt. geſta. 14. q 5. pœnale. r. ſicut in caſu conuerſo, ſcilicet cui licet maius. & minus 16 q. 2. viſis.

1 Ad idem 30. q. 3. pyctacium. ff. de inter. & relc. l. 1 elegatorũ. § . vlt. Arch.

b ¶ Aut ceſſet] Sic 35. diſt. c. 5.

c CLerici ¶ Niſi peregrinationis.] No. q permittitur viatori quod alij nõ permittitur, Arg. ſimile infra 11. q. 3. quoniam multos.

MVltis.] Hæc eſt 2. pars huius d. in qua reprehẽditur quidam Natalis epiſcopus, qui ſemper erat in comeſſationibus: ita q officiũ ſuum neſciebat, & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc cap. & per c. ſeq. Io. de Fant.

CASVS. In hoc cap. reprehendit Grego. Natalem epiſcopu, qui tantum cõuiuijs deſeruiebat, in quibus vita abſentium reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabantur: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni, neque exhortationi inſiſtebat: neque ſuis maioribus reuerentiam exhibebat,

d ¶ Actionum.] Arg. præſumi contra aliquem quandoq; propter crimen præteritum 18 di. peruenit 2. 14 q 1. cũ per bellicam. Quandoq; ex præſenti circa præſens, vt hic quandoque circa futurum. 50. d ſi quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22. q 1. non eſt. quãdoq; ex præterito circa futurum 23. q. 5. ſi apud & 1a diſt. plurimos

2 Vbi de hoc & extra de præſu. ſcribã & C. de adul. ſi qui. 31 quę. 1. ſi quis viuente. extra de elect. officij Archid.

e ¶ Inuigiles.] Quæ duo, ſcilicet lectioni ſtudere, & exhortationi inuigilare, ſut opera pontificis. 36. diſt. c. vlt.

f ¶ In teſtimoniũ.] Hic vnum factum probat aliud, vt 1. q. 1. conſtat, &c.

COnuiuia.] CASVS dẽ Natalis eps excuſabat ſe, qa reprehenſus fuit pp cõuiuia, q faciebat; dicẽs q bona intentione & cauſa impendendę charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, q tunc fiũt ex charitate, cum vita abſentium non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur. ſed verba ſacræ lectionis, & cum infirmitas ſola reficitur: & qui hæc in ſuis conuiuijs facit, magiſter eſt abſtinentiæ, quæ autem ſequuntur vſq; ad diſtinctionem, plana ſunt, & per ſe patent.

g Mordetur.] Vnde verſus.

Quiſquis amat dictis abſentium rodere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

h ¶ Abſtinentium.] Nota quod abſtinens dicitur qui bene

plauſus,& riſus inconditos,& fabulas inanes ibi referre: aut cantare præſumat, aut turpia ioca, vel vrſo v. l tornatricibus ante ſe fieri † patiatur: nec laruas dæmonũ *a* ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & à ſacris canonibus prohibitum.

† *al. facere permittat.*

*a* ¶Dęmonum.] *Burchardus addit*, quas vulgo Talamaſcas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶De eodem. PALEA. Cap. VIII.

Burch li.2.c.161. Iuo p.6.c.253. ] *decanus, aut aliquis.*] Burchar. Matth.26.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis † prior illorum, verſum ante menſam incipiat,& cibum benedicat: & tunc ſecundum ordinem ſedeant, alter alteri honorem præbentes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de ſancta ſcriptura legat. Et poſt refectionem ſimiliter ſanctum hymnum dicant ad exemplum Domini; ſicut in cœna feciſſe legitur: & ſic ſe contineant omnes presbyteri, maximè in talibus locis, vt non vituperetur miniſterium illorum.

[*Item ex eodem.*]

¶De eodem. PALEA Cap. IX.

Burch.lib.2.c.164. Iuo p.6.c.255. † *al. miniſteriũ.*

QVando presbyteri per Kalendas ſimul conueniunt poſt peractum diuinum myſterium †,ad neceſſariã collationem, non quaſi ad plenam refectionem,ſed quaſi ad prandium, ibi ad tabules reſideant:ne per talia inhoneſta conuiuia ſe inuicem grauent: quia indecens eſt, & onerosum; ſæpe etiã tardè ad eccleſiam redeuntes maius damnum de reprehenſione conſequuntur,quod † de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrũ ibi † faciant. Nam de huiuſmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cęnam Dominicam,ideſt ad collationem uerbi ſub occaſione conueniunt,& ex veritate † uentris cauſa coniunguntur;reprehenſibiles coram Deo & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus,qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant,& ſinguli ſingulos bibere faciant; & maximè ultra tertiam uicem poculum non contingant, & ſic ad eccleſias redeant.

† & † *al.cibi* *1.Cor.11.* † *al.ingluuietate.*

*Item ex concilio Laodicenſi,c.55.*

¶Chriſtiani ex ſymbolis conuiuia non celebrent. Cap. X.

Conc.Aquiſg.c.83. Rab. in pę.c.27. † iſta ſunt addita loco cuiuſdã gloſſæ.

1 NOn oportet [a] miniſtros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis [b], [quæ † vulgus comeſſalia appellat] conuiuia celebrare [c].

*Item ex concilio Toletano 3.c.7.*

¶Sacrarum ſcripturarum lectio ſacerdotalibus ſemper conuiuijs miſceatur. Cap. XI.

Burc. li.2. c.169. Iuo p.6.c.260. Rab.in pęn. c. 28. Apud Martin.Brac.

PRo reuerentia [d] Dei, & ſacerdotum id vniuerſa ſancta conſtituit ſynodus,vt(quia ſolent crebro menſis otioſis fabulæ interponi) in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum miſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non neceſſariæ prohibentur.

*Item ex concilio Martini Papæ,c.61.& 66.*

benè comedit & cõtinens dicitur qui tamẽ cognoſcit vxorem ſuam,vt 31.diſt. Nicæna.

NOn oportet.] Hæc eſt tertia pars diſt. in qua dicitur, quod nullus debet facere cõuiuium de contetis .i. de ſymbolis. quod in vulgari dicitur, eſchot. & ad huc probandũ iſta tria c. inducuntur, Ioan.de Fant.

a ¶Nõ oportet.] Hic habent quidam cap. nullus. quod eſt inf. de conſec.diſt.5. nullus.

b ¶ Ex ſymbolis.] Symbolum eſt quando plures conferunt ad conuiuia facienda. idem eſt confertum.

c ¶Celebrare.] Nam vt ait Iuuenalis. Miſerum eſt aliena viuere quadra.

d PRo reuerẽtia.] infra de conſecra.diſtinct.5.in omnibus.

Non

a NOn liceat.] ¶Hymno.] infra de conſecr. diſt. 2. panis. & calix. & c. didicimus.

SEquitur.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probatur per ſeptem auctoritates, quòd prælati non debent eſſe accenſi ad iram vel per turbationem. Secunda ibi, [Salomon.] Tertia ibi, [Ex his.] Quarta ibi, [Percuſſor.] Io. de Fan.

CASVS. In hac 45. d. proſequitur 9. ca. apoſtolicæ regulæ, oportet epm nõ eſſe percuſſorem: qui nõ dẽt eſſe iraſcibilis & perturbati ſenſus, ſed patiens exẽplo Christi, qui dorſum poſuit ad flagella. Et primo probat ꝙ prælati non dẽnt aliquẽ ꝑcutere vſq; ad §. Salomõ poſtea allegat in contrariũ vſq. ad § [Ex his.] Not. ergo ꝙ eſt percuſſio ſpiritualis: & eſt ꝑcuſſio corporalis. Spiritualis eſt cũ qs indiſcreto ſermone corrigit aliquos, iſta ꝓhibet ut inf. c. vl. Corporalis ẽ illa, quæ manu fit. & iſta vbi fit ex ira uel odio, uel ad hoc vt magis timeat, ꝓhibitũ eſt, vt inf e. c. 1 ſed ſi fit cã correctionis, [1] licita ẽ ei q hẽt ptãtem in eũ, ut inf. ea. cum beatus. & 35 d. añ oĩa hoc tñ ſcias, ꝙ epũs ſuis manibus nemimẽ verberabit, vt 86. d. non liceat. ſed ꝑ aliũ põt, vt 5. q. 5. ult. non tñ ꝑ laicũ, ſed ꝑ clericum, ſi clericus fuerit verberãdus, ut extra de ſent. excõ. uniuerſitatis. niſi penitus ſit incorrigibilis. tũc ẽt ꝑ laicũ põt, vt extra de ſent. excom c. ut famę. Itẽ diſtinguendũ eſt circa qualitatem ipſarum perſonarum, quæ corrigẽdæ ſunt, & etiam circa quantitatem criminum. nam qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, licitè uerberantur etiam pro minoribus criminibus, ut inf. ea § Salomon & 35. d. ante. maiores non ſunt uerberandi niſi pro maioribus, uel enormibus criminibus, ut inf. ea cum beatus & 35 diſtin ante. Sunt tamen alij caſus, in quibus licitè percutitur clericus, ut not. 15 q. 4 ſi quis ſuadente.

quòd hoc facere non debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicentis: Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Et auctoritate concilij, in quo ſtatuitur, ut nullus clericus percutiatur: qui contrafecerit, triduo ſuſpendatur.

¶Canones

Percuſſio eſt duplex.

[1] De hoc membro dic vt leg. & no. ext. de ſent. excom. cum voluntate. ver ꝙ etiam de his.

Corrigens debet multa attendere.

Clericus an poſſit verberari.

¶De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licèt. Cap. XII.

NOn liceat ſacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de confertis. ¶Nec oportet clericos, vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, niſi hymno [a] dicto, comedere panem; & poſt cibos gratias auctori Deo referre.

Burc. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. c. 256. c. 66.

*Si ergo laicis comeſſationes damnabiles ſunt, multo magis ſacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) craſſum ſenſum generat: cum ſacerdotalis ſenſus contra uigil eſſe debeat, & tenuis: atq; ideo edacitatis uitio obnoxij in ſacerdotes ungi non debent. Hi enim (ut ait Gregorius in moralibus) qui adhuc uitiorum bello ſubiacent, nequaquam per prædicationis uſum præeſſe magiſterio cæterorum debent.*

Epiſt. ad Nepotianum.

Lib. 23. c. 12.

## DISTINCTIO XLV.

SEquitur, [*non percuſſorem.*] *Non enim oportet epiſcopum ita eſſe iraſcibilem, & perturbati ſenſus, ut percutiat; qui debet eſſe patiens: ſed ſequatur eũ, qui dorſum poſuit ad flagella.*

1. Tim. 3. & ibi glo. ordin. & Anſel. ex Hier. ad Oceanum.

*Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Conſtantinopol. lib. 2. epiſt. 52. al. c. 91.*

¶Verborum correptione, non verberibus timeri debet epiſcopus. Cap. I.

QVid autem de epiſcopis, qui verberibus timeri uolunt, canones [b] dicant †, benè fraternitas veſtra nouit. Paſtores etenim facti ſumus non percuſſores: & egregius prædicator dicit: [Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atq; inaudita eſt iſta prædicatio, quæ uerberibus exigit fidem [c].

Io. Diac. li. 3. c. 9. Polyc. li. 4. tit. 9.

† Ar ꝙ ſufficit allegatie generalis nõ exp̃ſſo li. de quo ꝑ gl. in verbo, conti nebatur in c. continebatur. de deſp impub.

2. *Tim.* 4.

*Item in concilio Romano ſub Silueſtro. c. 17.*

¶De eodem. Cap. II.

NEminem † [d] quiſquam peccantem clericum cædat attingat, non presbyter, non diaconus non epiſcopus clericum, uel ſeruitorem eccleſiæ ad cædem perducat. Sed ſi ita cauſa exigit clerici triduo [e] priuetur honore, vt pœnitens redeat ad matrem eccleſiam.

† *Nemo*] orig.

QVidam autem.] CASVS. Quidam prælati enim, qui vt magis timerentur, ſuos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem uerberibus, & non prædicatione cogebant: ſed dicit Gregor in hoc capit.

b ¶Canones.] 86. diſt. non liceat.

c ¶Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus eſt, ut 23. q. 5 ad fidem. & inf c de Iudæis. ſed fidem receptam cogitur quis retinere, & ſic non obſtat 23. q. 4. quis nos. & c. 6. iam vero.

Fidem ſuſcipere nemo cogitur.

d ¶Neminem.] ¶Peccantem.] Dum tñ non nimis [2]. enormiter excedat, vel intellige ꝙ clericus in ſacris ordinibus conſtitutus non eſt grauiter & immoderatè uerberandus. & ſic non obſtat extra de ſent. excom. uniuerſitatis Ioan.

[2] Et ſic non ob. extra de ſent. excom. vt famæ. Io de Fan.

e ¶Triduo.] Similis ſuſpenſio eſt 5. q. 3. in loco, &c.

Quj

QVi ſincera.] CASVS Neapolitani verberabãt iudęos, vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos ſuas feſtiuitates celebrares. De hoc conqueſti fuerunt Iudæi Papæ. Præcipit ergo Papa Neapolitano archiepiſcopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non aſpe- ipſi, & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari, non permittat, ſed liberam habeant licentiã celebrandi.
a ¶Blandimentis.] Vel ẽt munerib. vt 23. q. 4. c. vlt. licet arg. ſit contra. 1. q. 2. quam pio. 22. q. 2. primum.
b ¶Cæremonias.] Cæremoniæ dicuntur ſacrificia Iudæorum, quia cereis exercebantur ſupra d. 6 §. his ita.

*Item Gregorius Paſchaſio epiſcopo Neapolita. lib. 11. epiſt. 15.*

¶Non aſperis, ſed blandis verbis ad fidem ſunt aliqui prouocandi. Cap. III.

QVi ſincera intentione extraneos a Chriſtiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis[a] non aſpiritatibus debent ſtudere, ne quorum mentẽ reddita ad † planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduerſitas. Nam quicunq; aliter agunt, & eos ſub hoc velamine a conſueta ritus ſui volunt cultura ſuſpendere, ſuas illi magis, quàm Dei cauſas probantur attendere. ¶Iudæi ſiquidem Neapoli conſiſtentes queſti nobis ſunt, aſſerentes, quòd quidam eos a quibuſdam feriarum ſuarum ſolemnitatibus irrationabiliter nitãtur arcere, ne illis ſit licitum feſtiuitatũ ſuarum ſolemnia colere, ſicut eis nunc vſque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obſeruare. Quò ſi ita ſe veritas habet, ſuperuacuæ rei videntur op ram dare. † Nam quid vtilitatis eſt, quando, & ſi contra longum vſum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuerſionem nihil proficit? Aut cur Iudęis qualiter cæremonias[b] ſuas colere debeant, regulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non poſſumus? Agendum ergo eſt, vt ratione potius, & manſuetudine prouocati ſequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorum codicib. oſtendentes, quæ dicimus, ad ſinum matris Eccleſiæ Deo poſſimus adiuuãte conuertere. Itaq; fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de ſuis illos ſolemnitatibus inquietari denuo non permittat. Sed omnes feſtiuitates, feriaſque ſuas, ſicut hactenus tam ipſi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obſeruandi, celebrandique licentiam[c].

† al. a plano.

Iuo p. 13. c. 105.

† al. adhibere.

c ¶Licentiam.] Sed nonne Iudæi mortaliter peccant iſta faciendo: quomodo ergo dat eis licentiã peccãdi mortaliter? Item ſi peccant mortaliter, quare nõ puniuntur, cum ipſi in alijs delictis puniantur, vt 17. q. 4. conſtituit, ext. de vſu. poſt miſerabilẽ? Sed dic ꝙ non dat eis hic licentiam peccandi: ſed liberationem a pęna, & eſt ſimile 4. diſt. deniq; & 21. q. 2. placuit. 23. q. 1 paratus. Ad aliud rñdeo, ꝙ ſi Iudæi ab hoc ꝓhiberẽtur, ergo iam cogerentur ad ſidem & hæc vera ſunt dũtamen ipſi in contẽptũ noſtræ fidei non exerceãt talia, vt C. de Iudæ. Iudæos, & extra de Iudęis, & ſi Iudæos.

Eccleſia quare permittit Iudæos mortaliter peccare.

1 Nam celebrãt, & exercere illa cæremonialia ẽ peccatũ mortale, vnde Hier. Cultus legis ab aduentu Chri non differt ab idololatria. Arch.

*Item Gregorius iiij in epiſtola epiſcopis per Galliam, & Germaniam conſtitutis.*

¶Non ſeueritate, ſed beneuolentia ſubditos prælati corripiant. Cap. IV.

LIcet plerumq; accidant in ſacerdotibus, quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia[d], quam ſeueritas, plus cohortatio, quam comminatio † plus charitas, quam poteſtas, cum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato[e] viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem beatum Petrũ apoſtolum præceptorem noſtrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Expectandi[f] ergo,

Inf. ea. c. licet. Iuo p. 4. c. 368.

† al. commotio.

Matth. 26.

LIcet plerumque accidant.] CASVS. Epiſcopi, in Gallia, Germania, Europa ſtatim cum perpendebant clericos ſuos delinquere, eos iudicabant, & eijciebant de eccleſia ſua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, quod ſi aliqñ clerici delinquant, non ſtatim fulminẽt illos: ſed ſupportent cum nec ipſi ſint ſine reprehenſione, & peccato, & hoc probat exemplo Chriſti: qui ſi Petrũ poſt trinam negationem ſtatim iudicaſſet, nõ tantum fructum ex eo recepiſſet. Et auctoritate Euangelii dicentis. Quod tibi non vis fieri, &c.
d ¶Beneuolentia.] nam ſententia, quæ miſericordiã vetat, fugienda eſt 50. diſt. ponderet.
e ¶Sine peccato.] Vt 84. d. Apoſtolus, & 25. §. nunc autem.
f ¶Expectandi.] Argu. ꝙ ſemper iudex potius ſequetur miſericordiam quam iudicium, vel æquitatem quã rigorem, vt 86. diſtinctio. non ſatis. 50. diſtinct. ponderet.

Sententia ſit coniũcta miſericordiæ.

Iudex ſit amator equitatis, & miſericordiæ.

aſperitatibus, ſed rationibus, & auctoritatibus vete. teſti ſunt commouendi, & admonitionibus ad fidẽ ſunt conuertendi, alias eorum conuerſio erit inutilis. ſi autẽ conuerti noluerint, in ferijs, & feſtiuitatibus ſuis, quas

ret 26.q.7.allegant,& 35.q.9.veniam. Ad idem.9.diſt. ſana.

a ¶ Iudicandi ]id eſt,damnandi.

b ¶ Scandalorum.] nam ſcandalum eſt, clericū ſtatim puniri poſt delictum. hc 11.q.3.rutius.

c ¶ Non vult.]Sic 2.q.6.qui ſe ſcit.

DE Iudæis ] CASVS. Quidā cogebant Iudæos ad fidem, & ideo ſtatutū fuit in concilio Toletano, ne de cætero ad fidē, per vim adducantur: quia cui vult, Deus miſeretur: & quem vult indurat. Admonēdi ergo ſunt, & non cogēdi. Veruntamen ſi iam coacti ſunt ad fidē, ſicut factum fuit tēporibus principis. Siſebuti: quia iam ſacramenta diuiſim receperunt, cogendi ſunt ea ſeruare: ne nomen Domini blaſphemetur in eis: & fides quam ſuſceperunt, cōtemptibilis habeatur. Sequens c. ſatis planum eſt.

d ¶ Saluandi ſunt.] quia nullus inuitus fit bonus, vt 23.q.6. vides.

e ¶ Coacti ſunt.] Coactio conditionalis de qua hic loquit nō impedit ſacramētū baptiſmi nec etiā ſacramentū ordinis, vt 74.diſt. vbi, impedit tā ſacramentum matrimonii 1 vt extra de ſpon. cū locū, ſed ſi fuerit abſoluta coactio, nullus character imprimit, vt extra de bapt. maiores, ſed in dormiētibus & amentibus diſtinguitur: quod ſi prius habeant propoſitum baptizandi, recipiūt characterem: aliter non, vt ibidem dicitur in fine. eo, quod dormiens poſſeſſionem nō acquirit, vt ff. de acqui. poſſeſſ. l. 1. §. 1

(Coactio eſt duplex.)

(1 Arg. cōtra 22.q.4. inter vbi de hoc. ibi videas.)

f ¶ Vilis.] No. pp vilitatem vitādam aliquid fieri. 100.d. priſca, & c. ſeq.

g LIcet.] Et quod prouiſum eſt] ſimile eſt quod dicit decre. qd alicui proprietate cōcedit, nō debet redundare in alterius iniuriam, vt extra de eccleſ. ædifi. c. 2. & extra de app. reprehenſibilis.

h ¶ Concordiam.] Scilicet, vt vnus præeſſet alijs, ne ſie-

atque corrigendi magis ſunt rectores eccleſiæ, quàm ſtatim iudicandi [a]: cum maiora negotia, & difficiliores cauſarum exitus, ſanctorum patrum canones ſpiritu Dei cōditi, & totius mundi reuerentia conſecrati iubeant ſub noſtræ ſententiæ expectatione ſuſpendi, noſtroque moderamine finiri. Vnde neceſſe eſt hæc, & alia eccleſiaſtica quæque negotia poſt multarum experimenta cauſarum ſolicitius perſpici †, & diligentius præcaueri: quatenus per ſpiritum charitatis, & pacis, omnis materies ſcandalorum [b], & præſumptio inuidorum α atq; oppreſſio ſimpliciuni fratrum de eccleſijs Domini auferantur. Et ſicut nō vult quiſquam fratrum ſe aliorum iudicio prægrauari, ita non audeat alij inferre, quod ſibi non vult fieri: Iudæi non ſunt cogendi ad fidem: quam tamen ſi inuiti ſuſceperint, cogendi ſunt retinere.

† *preſpici* ] orig.

α ¶ Inuidorum.] *In epiſtola Gregorij IIII. (quæ eſt in ſæpe memorato codice bibliotheca Dominicana) & aliquot vetuſtis exēplaribus Gratiani legitur*, Iudæorum.

*Vnde in concilio Toletano 4.c.56. ſtatutum eſt.*

¶ Sicut non ſunt Iudæi ad fidem cogendi: ita nec cōuerſi ab ea recedere permittuntur. Cap. V.

Burc. l. 4. c. 82. Iuo p. 1. c. 276. & p. 13. c. 94. Pann. l. 1. c. 72. *Rom.* 10.

DE Iudæis aūt præcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendū vim inferri. [Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt [d], ſed volentes, vt integra ſit forma iuſtitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate ſerpenti obediens perijt, ſic vocante ſe gratia Dei propriæ mentis cōuerſione homo quiſque credendo ſaluatur. Ergo non vi, ſed liberi arbitrij facultate vt cōuertantur, ſuadēdi ſunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Chriſtianitatem coacti ſunt [e] venire (ſicut factum eſt temporibus religioſiſſimi principis Siſebuti) quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis ſociatos baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis, & ſanguinis Domini extitiſſe participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis [f], & contemptibilis habeatur.

*Item Leo Papa, epiſ.82. ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem. c. 1.*

¶ Beneuolentia plus quàm ſeueritas erga corrigendos agat. Cap. VI.

LIcet nonnunquam accidant, quæ in ſacerdotalibus ſunt reprehendenda perſonis, plus tā erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas, plus cohortatio quàm comminatio †: plus charitas, quam poteſtas. Sed hi, qui quæ ſua ſunt, quærunt, non quę Ieſu Chriſti, facile ab hac lege diſcedunt, & dum dominari magis, quàm conſulere ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſuperbia, & quod prouiſum eſt [g] ad concordiam [h], tendit ad noxam.

ſup. ead c. Ilcet plerumque. Poly. l. 4 tit. 29. † *al. commo* 10.

fieret ſchiſma, vt 95. diſt. legimus. & 89. diſtinct. ad hoc.

EPiſcopum.] CASVS. Statutum fuit in canone Apoſtolorum, vt nullus epiſcopus, presbyter vel diaconus percutiat fideles delinquentes, vel infideles volens ab eis timeri, quod ſi fecerit, deponatur: qa Dominus hoc nisi pro grauioribus & mortalibus culpis. Et hoc ꝓbat auctoritate Apoſtoli, qui ꝑcipit arguere & obſecrare in patientia & una rõne: qa ſi quis incaute honorabiliora mẽbra pcutit, ſibi debitã ſubtrahit reuerentiã: iuxta illud Sapiẽtis, Leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtigãti: & q ſecus fecerit iuxta uerberũ modum pœnam excommunicationis & exilij ſuſtinebit.

*Item ex canone Apoſtolorum, c.28. iuxta priſcam verſionem.*

¶Deijciantur ab officio presbyter, & diaconus & epiſcopus verberibus timeri quærens. Cap. VII.

Anſel. li. 6. c. 159. Polyc. li. 4. tit. 9.

EPiſcopum, aut presbyterum, aut diaconũ percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiuſmodi volentem timeri, deijci ab officio ſuo præcipimus; quia nuſquam nos, docuit [a] hoc Dominus. Econtrario uero ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur. (2. Petri 2.)

*Item ex concilio Bracarenſi 3. c. 6.*

¶Non verberibus, ſed verbis ſubditos epiſcopi corripiant. Cap. VIII.

CVm beatus Apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, (2. Tim. 4.) extra hanc doctrinam nouimus quoſdam ex fratribus tantis cędibus in honoratos ſubditos † efferueſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ. Et ideo, qui gradus iã eccleſiaſticos meruerunt, id eſt presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus [b] & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubiacere, non eſt dignum, vt paſſim unuſquiſque prælatus honorabiliora membra ſua, prout uoluerit, & ei placuerit, verberibus ſubijciat, & dolori: ne, dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorũ reuerentiam ſubtrahat [c] iuxta illud, quod quidam ſapiens dixit: [ Leuiter † [d] caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis autẽ nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec ſalutẽ.] Et ideo; ſi quis aliter, quàm dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos, licentia perceptæ poteſtatis elatus, malitia animi tantum, crediderit uerberandos; iuxta modũ verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter & exilij [e] ſententiam ſuſtinebit.

† ſic in codice regio.

† *Leniter*] orig.

2 *Salomon vero contra admonet dicens: [ Percute filiũ tuũ in virga: & liberabis animam eius à morte.] Hinc etiam B. Gregorius ſcribit in dialogo B. Benedictum, quendam monachum virga percutiendo ſanaſſe; quem crebra admonitione curare nõ poterat. Hinc etiã Dominus flagello facto de funiculis, male verſantes in tẽplo*

Prouerb. 23. lib. 2. dial. c. 4. Ioan. 2.

b ¶Grauiorib.] Hic patet ꝙ maiores clerici non ſunt uerberandi, niſi pro maiorib. culpis: ſed minores etiã verberantur ꝓ minoribus, vt 35. d. ante & 21. d. c. denique. 5. q. 5. illi qui ſunt. & aliç perſonç, quæ habẽt coerctionẽ in verberum, ſed temperatam, vt pater dominus, mater, pater familias, magiſter, maritꝰ 1, vt 23. q. 4. duo iſta. & q. 5. c. 1 & 7. q. 1 ſicut vnde ſi pater uerberat filium clericum in minorib. ordinibus conſtitutum, non eſt excõicatus: idem eſt de alijs propinquis, vel de ijs qui familiam habẽt, ut extra de ſenten. excom. cum uoluntate. in fi. Ioan. Tancredus tamen reſpondit, ꝙ ſi pater animo corrigendi verberat filiũ in ſacris ordinibus conſtitutum, quod non eſt excõicatus: quia manus illa nõ eſt iniurioſa: cũ non faciat animo iniuriandi, ut extra de ſent. excommu. c. 1. hoc etiam notaui in quæſtionibus. B. 2.

c ¶Subtrahat.] Arg. ꝙ ex quo prelatus non ſeruat reuerentiam ſubdito, nec ſubditus tenetur ei ſeruare, vt 45. d. eſto. 22 q 5 de forma. 32. q. 5 iniquum.

d ¶Leuiter.] ff. ad leg. Aquiliam. præceptoris.

e ¶Exilij.] Not. clericum poſſe relegari in exilium, vt 2. q 1. in primis. & notatur. 3. q. 4. hi. qui.

Clerici non ſunt ęqualiter uerberãdi.

1 Adde gl. in l. iurantibus. ff. de iuriſd. om. iu. & in Auth. de nup. §. ſi vero. coll. 3.

2 Qui uenerabilis eſt: & incipit Quũ uttũ pater, &c.

Clericus poteſt relegari.

hoc non docuit: immo cum percuteretur, non repercutiebat, ſed patiebatur.

a ¶Docuit.] Sed nonne Dominus flagellis percuſſit, vt 1. q. 3. ſaluator? Sol. Sic ſed non fecit hoc ut timeretur, ſed cauſa correctionis, vt ſup. eodem, in ſumma.

CVm beatus.] CASVS. Quidam epi odio inflammati fratres ſuos honorandos ſcilicet abbates, presbyteros, & diaconos ſic uerberabant cũ delinquebant, ſicut conſueuerunt uerberari latrones. quod reprehendit cõcilium Bracarenſe, & oſtendit hoc non eſſe faciendum,

SALOMON. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtinct. in qua probatur quòd ſubditi ſint caſtigandi: & tunc eos prælati diligunt cum eos caſtigant. & hæc probantur per iſtum §. & per quinque auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, ꝙ eps percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. ſeptem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per ſequentia capitula probat.

a ¶Fla-

a ¶Flagellauit.] Vt 1.q 3.Saluator.
b Forn catorem.] infra 2.q.1.de manifeſta.
c ¶Et magnum.] infra 32.q.8.legitur.
d ¶In canonibus.] In hoc libro non inuenio illos canones ſed verba correctionis inueniuntur 28. d. de his. & 12.q.1 c.1.

i ¶Dele.]Sed quare hoc petijt Moyſes 2.cùm nemo deleri poſſit niſi ꝑ peccatum propriū: q̄a Spiritus ſctûs nulli ingerit immeritā pœnā.vt 11.q.3.illud?Dicunt q. dam ꝙ impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt,ꝙ ex magna confidentia hoc dixit; q. d. impoſſibile eſt ꝙ me deleas.

2 Sub.ſc... ēt idem ... tijt 23. q. ... iuxta ... Archid.

*flagellauit*[a]*: & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apoſtolus fornicatorem*[h] *illum ſatanæ corporaliter vexandum tradidit: & magum*[c] *illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus*[d]*, pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter uerſantur, uerberibus caſtigari iubentur. Virgines quoque, ſi religionis ueſte depoſita alijs ſe copulauerint, ergaſtulis*[e] *retrudi præcipiuntur.*

1.Co.5.
Act.13.
Siricius Papa epiſt. 1.cap.6.

*Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20.lib.p.4.c.6.*

lib 20. c.6. ad c.29. Iob.
Paſt.par.2.c.6.lib.1. reg.epiſt.24.

¶Diſciplina non eſt ſeruanda, ſine miſericordia, nec miſericordia ſine diſciplina. Cap. IX.

DIſciplina[f], vel miſericordia multū deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet, & iuſte cōſolans miſericordia, & pie ſęuiens diſciplina. Hinc eſt, ꝙ ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleū: vt per vinū mordeantur vulnera, per oleū foueantur: quatenus vnuſquiſque, qui ſanādis vulnerib. prçeſt, in uino morsū diſtrictionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per uinum mundentur putrida, per oleū ſananda foueantur. Miſcenda[g] eſt ergo lenitas cū ſeueritate, faciendumq; quoddam ex utraq; temperamentum, ut neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluātur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca ſignificat, in qua cū tabulis uirga ſimul & manna eſt, quia cū ſcripturę ſacrę ſcientia, in boni rectoris pectore ſit, ſi eſt uirga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait: [Virga tua, & baculus tuus ipſa me con ſolata ſunt. Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtētamur. Si ergo eſt diſtrictio uirgæ, quæ feriat, ſit & conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque amor, ſed non emolliens; ſit rigor, ſed nō exaſperans: ſit zelus, ſed nō immoderate ſæuiēs: ſit pietas, ſed nō plus, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moyſi pectore mīam cū ſeueritate ſociatam. Videamus amantem piè, & diſtrictè ſęuientem. ¶Certè cū Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxiſſet offenſam, ita vt eius rector audiret, [deſcende; peccauit populus tuus] ac ſi ei diuina uox diceret: qui in tali peccato lapſus eſt, iam meus nō[h] eſt; atq; ſubiungeret, [Dimitte me, ut iraſcat̄ furor meus contra eos, & deleā eos, faciamq; te in gentē magnā.] Ille ſemel & iterū pro populo, cui præerat, obicē ſe ad impetū Dei iraſcētis opponēs ait: [Aut dimitte eis hāc noxā: aut ſi non facis, dele[i] me de libro tuo, quē ſcripſiſti.]

Luc. 10.
Hebr. 9.
Pſal. 22.
Exod. 32.

e ¶Ergaſtulis.] inf. 27.q.1.impudicas.& c peruenit.

DIſciplina.] CASVS In hoc ca. ꝓbat Gratianus (alias Greg.) ꝙ plātus circa correctionem ſubditorū debet in ſe habere miſericordiā & diſciplinam. Et hoc probat quinq; rationibus vel exēplis. ſ. Samaritani, q̄ vulneribus ſemiuiui appoſuit vinum & oleū. & arcæ, in qua virga erat, & māna: & Dauid, q̄ virga & baculo ſanatus eſt: & Moyſi, q̄ circa populū exercuit miſericordiā & ſeueritatē: & exemplo Iob, qui cū ſederet quaſi Rex exercitu circumſtante, erat tamē mærentium conſolator. Et quid hęc ſupra dicta ſignificent, diligenter in hoc cap. exponitur.

Iudex mediocritatē ſequatur.

f ¶Diſciplina.] i. rigor ſiue pœna.
g ¶Miſcenda.] No. ꝙ iudices ſemper ſequentur mediocritatem, vt arg extra de cenſi. ex parte. ff. de pig. act. ſi ſeruus. ff. de iur. & fac. ign. nec ſupina. extra de off. cui c.1 & ff de ver. obl. continuus §.cū ita 1. Arg. contra. ff. de neg. geſt Neſſennius. in fi. lo Sol. iudex potius ſequatur æquitatem, quam rigorem, vt C de iud. placuit. ubi certum eſt ius ab æquitate diſſentire, vt in reſtitutione minorū: niſi ex cā magis ſequeretur rigorē: vbi ſ. multis graſsātibus opus eſt exemplo, vt ff de pœn. aut facta in fi. ubi autem ius ſcriptum non eſt, iudex ſēper ſequetur ęquitatem, vt extra de tranſac c ult. Bart.

1 Ad idē ff. de ſer. leg. l. generaliter. nā ſi legaui tibi ſeruum. nec expreſſi de quo: de mediocri intelligendū.

h ¶Meus non eſt.] Argu. quod de uno conceditur, de alio negatur. ſic 1.q.1. per Eſaiam. 33. q 5 qui ſicit. & 23 q.4 fortè. ſic 25. diſt. qualis ſimiliter cum iudicatur rem meam eſſe per conſequens iudicatur tuam non eſſe, ut ff. de procur. Pomponius. §. 2.

deleas. Aug. tamen dixit, ꝙ hæc dictio, aut, ponitur hic conditionaliter, ideſt ſi non dimittis eis hanc noxam, dele me cum eis. poſtea deſtrue conſequens: ſed nō deles me: ergo dimittes eis hanc noxam. & Gregorius hic conditionaliter exponit. Alij intelligunt hoc de morte

te temporali, prout videtur ſonare litera ſequens.
a ¶Obtinuit.] inf. 50. diſt. ſi quis præpoſtera. contra, ibi dicitur, quod veniam petijt, ſed non obtinuit. Reſpondeo. Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter, ſed non vt nunquam punirentur. Puniti enim ſunt pro illo peccato in Romana, & Babylonica captiuitatè, vt 76. diſt. ieiunium, vel obtinuit veniam quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: ſicut & Dauid remiſſum fuit peccatum quo ad vitam æternam: ſed tamen punitus fuit temporaliter, vt de pœnit. diſt. 1. ſicut primi.

Moyſis oratio pro populo i quo fuit exaudita.

Penſemus ergo, quibus viſceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petijt. Sed tamē iſte, qui tanto eius populi amore conſtringitur, contra eius culpas penſemus, quanto zelo rectitudinis accēdatur. *Ibidem.* Mox. n. vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniam obtinuit [a], ad eundem populum veniens ait, [Ponat vir gladium ſuum ſuper fœmur ſuum, ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum, cecideruntque in die illo quaſi viginti tria α millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum ſua morte petijt, paucorum [b] vita gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris, foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret, tanta ſeueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec ſibi parceret, & tamen delinquētes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente proſterneret. Vtrobiq; legatus fortis, vtrobiq; mediator admirabilis, cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladijs allegauit [c]. Intus amans diuinę iræ ſupplicando obſtitit, foris ſæuiens culpam feriendo conſumpſit. Succurrit citius omnibus oſtēſa morte paucorū. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum ſuum citius exaudiuit agentem pro populo, quia vidit, quid ſuper populnm acturus eſſet ipſe pro Deo. In regimine ergo populi vtrūq; Moyſes miſcuit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ. *Iob. 29.* Vnde hic quoque iuxta vtramque virtutem dicitur, [Cumq; ſederem quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamen mærentium conſolator.] Sedere quippe circumſtante exercitu, vigor eſt, ac diſciplina regiminis, mærentium vero corda conſolari, miniſterium pietatis.

α ¶Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, ſed in hebrais paraphraſi* Caldaica, *verſione ſeptuaginta, & vulgata eſt*, tria millia.

*Item Iſidorus libro 3. ſententiarum de ſummo bono, cap. 54.*

¶Iuſtè iudicans miſericordiam cum iuſtitia ſeruat. Cap. X.

*Burc. l. 16. c. 25. §. omnis.*

OMnis, qui iuſte iudicat, ſtaterā in manu geſtat, & in vtroque [d] penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat [e], ſed per iuſtitiam reddit peccanti ſententiam, per miſericordiam, peccanti temperat pœnam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quędam vero per miſerationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis ſuis proponit, ſemper timens, & tremens in omni negotio formidat; ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iuſtificatur, inde potius condemnetur.

*Item Auguſtinus in Enchiridio. c. 7.*

b ¶Paucorum.] No. 23. millia dici pauca 1 quia pauci fuerut reſpectu aliorum. ſimi. ff. de ver. ſig. maiorem.

1 Adde regulariter quot dicātur pauci, no. gl. in l. ſenatus ff. de do. cau. mor. & in c. cupientes. §. ceterū ē in gl i ver. contradicentiū paucitas. de elect.

ADDITIO. Et 23. quæſt. 4. §. quod autem.

c ¶Allegauit.] Arg. quod idem poteſt eſſe aduocatus vtriuſque partis: & nunc inducere iura pro vna parte, nūc pro altera, quod eſt falſum 2 & ſic tutor duorum litigantium pro vno agit, & pro altero reſpondet, vt ff. de auct. tut. accipientis. Ex hoc loco ſumitur cauſa quare epiſcopus accedens ad altare deponit mitrā & baculum: ſed cum cōuertit ſe ad populum, reſumit cōminationis ſuæ inſignia, vt de conſecra. diſtin. 1. nullus epiſcopus.

2 Adde de hoc late per Io. Andr. in mercu in re. cōtractus in lib. 6.

Epiſcopus quandoq; ſumit. & quandoq; deponit mitram & baculum non ſine ca

OMnis.] CASVS: Dicitur in hoc cap. quòd omnis, qui rectè iudicat, debet in manu geſtare ſtaterā, vt iudicet, & abſoluat iuſte, & in vtroque penſo, ideſt, in condēnatione, vel abſolutione dēt habere ſimul iuſtitiam & miſericordiam, vt per iuſtitiam peccati ſentētiam reddat, & per miſericordiam peccati temperet pœnam in omni negotio timēs ne de iuſtitiæ tramite deuiās cadat.

d ¶In vtroque.] ideſt, in abſoluendo & condemnando.

e ¶Portat.] Sed qualiter illud ſtare poteſt, quod iudex habeat miſericordiam, & rigorem? Primum ea ratione, quia iudex non poteſt mitigare pœnā, & a canone latam, vel lege inflictam, vt 2 quæſt. 3. §. notandum 2 ſed illud ibi expeditum eſt. Item qualiter miſeretur iudex illius, quem

Iudex qualiter poteſt habere rigorē, & miſericordiam.

quem occidit 1? Item quæ miſericordia manet circa illum, qui deponitur? Item quæ miſericordia fit ibi, vbi filius punitur pro delicto patris? vt 6.q.1.§. verum 2. Solu. ideo dicitur iudex ſeruare rigorem, & miſericordiam: non quod ſimul exerceat ea circa aliquem: ſed quia ſi opus fuerit, & cauſa ſubeſt, debet eſſe miſericors in diſpẽſando. ſi cauſa non ſubeſt, debet eẽ rigidus in iudicãdo. Vel dic quod iudex ſemper habebit miſericordiã etiam occidendo hominem: etſi non per mitigationẽ pœnæ, ſaltem per compaſſionem, vt infra ea. vera. Item ex hoc facit miſericordiam, cum facit, vt ille conteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vñ eo ipſo, quod iudex punit aliquem, miſericordiã facit, vt infra ead cap. proxi. & iſte intellectus patere poteſt ex illis cap. 23. q.4. duo iſta, & c ea vindicta, qui enim facit hnem peccato, miſericors eſt, vt de pœn. d. vlt. c. vlt. in fi.

1 Nam iudex iuſte, & licite interficit. 23.q.5. miles nam non eſt crudelitas crimen na, ꝑ Deo punire, ſed pietas 23 q. 8. le. 1. Arc.

non 3. Contraria vero iura in caſibus ſpecialib. loquuntur, in quibus quis cogitur.

SVNT ENIM. Dictum eſt ſupra in cap. proxi. quòd qui corripit & punit, dat eleemoſynam: ideo ponit quot ſunt genera eleemoſynarum, & ad hoc alleg. duo cap.

3 Sup. c. ead. de Iudæis.

## ¶Qui remittit, & qui corripit, vterque miſeretur. Cap. XL.

4. ſent. d. 15.

ET qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, tamen peccatum eius quo ab illo læſus, aut offenſus eſt, dimittit [a] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, nõ ſolum in eo, quod dimittit, atq; orat, verum etiam in eo, quod corripit [b], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis [c], quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati, quia ſibi ipſi inueniuntur eſſe inimici.

*Sunt enim multa genera eleemoſynarum, de quibus Albinus † ait.*

## ¶De multiplici genere eleemoſynarnm. Cap. XLI.

Pan. l. 2. c. 192.

TRia ſunt genera eleemoſynarũ: vna corporalis, egenti dare, quidquid [d] poteris: altera ſpiritualis, dimittere [e] a quo læſus fueris; tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

*Item Auguſtinus lib. 50. hom. 6.*

## ¶Eleemoſynæ pecuniæ præfertur eleemoſyna cordis. Cap. XLII.

Pan. l. 3. c. 19.

DVæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, altera pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei, a quo læſus eſt. Nã dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes: indulgere peccanti, quantum volueris redundat [f] tibi. *& infra.* ¶Eleemoſyna cordis multo maior eſt quam eleemoſyna corporis. *& infra.* ¶Charitatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit ſibi; illa vero, quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde [g] tribuitur omnino non ſufficit.

3 *Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas manſuetudinis ſine rectitudine ſeueritatis, nec zelus rectitudinis ſine*

ET qui emẽdat.] CASVS. In hoc ca. oſtendit Auguſtinus, quod eleemoſyna dupliciter 1 præſtatur: dimittendo ei a quo læſus eſt: & orãdo pro ipſo, vt ei dimittatur, vel verberando, vel corrigendo delinquentes etiam inuitus: quia multa bona præſtantur inuitis, quando ipſi ſunt ſibi inimici. Capitulum quod ſequitur planum eſt.

a ¶Dimittit.] Quilibet poteſt & tenetur dimittere rancorem, ſed non tenetur dimittere ſatisfactionem, vt 90. d. ſi quis contriſtatus, & 13 q. 4. ſic illic.

Rancorẽ dimittere tenemur.

b ¶Corripit.] Hic videtur, quod aliquis põt verberare, vel excõicare aliquem pro propria iniuria, ſic 23. q. 4. ſi illic. & 2. q 7. ſi quis. Sed contra inf diſt. proxi. ſeditionarios 2. vbi dr̃, quod clerici non debent eſſe vltores propriæ iniuriæ. ſimiliter eſt contra 23 q. 4 inter. vbi dicitur, quod nullus debet alium excommunicare pro propria iniuria, ſimiliter eſt contra 23 q. 5 de occidendis, vbi dr̃, quod iudex pro ſua iniuria non debet reum occidere. Sed ſolue, vt dixi 2. q 7. ſi quis epiſcopus Ioan. Sol. pro propria iniuria poteſt prælatus aliquem punire, dummodo non faciat hoc animo vlciſcendi, vt inf d. proxi ſeditionarios, vel vt magis timeatur, vt ſup ea. d. c 1. ſed ſi animo corrigendi hoc facit, & nõ ex indignatione, bene licet, vt in hoc c. dicitur. Bar.

2 Ad idẽ ad. de ext. de homi. ſignificaſti. 2. in fi. de hoc no. ext. de cle. male. cap. 1. ibi videas. Arch.

c ¶Inuitis.] Argu. quod inuito confert beneficium, vt 23. q. 4. diſplicet, & q 5. non vos. 74. diſt placuit, & c conſuluit, ff. de neg. geſt ſoluendo, ff de lib. cau l. 1. & 2 & ſi. de appell. non tantum. arg. contra 20. q 3 præſens, & 23. quæſt. 5 ad fidem. ff de regulis inuito Solu. ad bonum ſemel receptũ bene cogitur aliquis illud retinere: alias cap. ſeq. Io de Fan. & Hug.

Beneficium inuito confertur.

d TRia ſunt] ¶Quidquid.] Hæc eſt magna eleemoſyna qui dat vltra id quod poteſt 4 vt 41. d. per ſimoniam.

Eleemoſyna magna.

4 Dñs non vult ope[...] di, ſed diſp[...] ſari. 76. d no[...] ſatis. Arch. Eleemoſyna dator poteſt venialiter peccare.

e ¶Dimittere.] Quantum ad rancorem ad minus, vt 90 d. c ſi quis contriſtatus.

DVæ ſunt.] CASVS. Dicit Auguſtinus in hoc ca. duæ ſunt eleemoſynæ, vna cordis, ſcilicet dimittere, & parcere inimicis, alia corporis ſ. pecuniæ, ſed eleemoſyna cordis maior eſt, quam eleemoſyna corporis, quãdoque enim volo facere, ſed non poſſum, cum non habeã cui dem, vel pauperes non inueniam. eleemoſynam vero cordis ſemper facere poſſum, quæ ſine terrena ſubſtantia ſufficit.

f ¶Redundat.] ideſt abundat.

g ¶Benigno corde.] Quia qui dat pauperi eleemoſynã non ex charitate, ſed ideo vt remoueat a ſe importunam petitionem, rem perdit, & meritum, & venialiter peccat 5. vt 25 d § criminis.

5 Sic etiam peccat dando eleemoſynam ad vanam gloriam. §. 1. q. 1. de quantis.

ET HIS OMNIBVS. Hæc eſt tertia pars huius d. in qua probatur, quòd in correctionibus debet ſemper iudex declinare in partem minorem, & tamen punire: &

& hoc probat per quatuor auctoritates. Ioan. de Fan. CASVS. Cõcludit Gratianus ex ſupradictis, q ſeueritas cum manſuetudine, & econuerſo ig eſt habenda. Et ſoluit ſupradictam contrarietatem dicens, quòd in capitulis ſupra dictis vſque ad §. Salomon. illi percuſſores ab erant miſericordes, q omnino rigorem iuſtitiæ negligebant. Alij erãt intantum rigidi, q nullam miſericordiam, vel manſuetudinem habebãt, quos Greg. in hoc cap. reprehendit, dicens q circa delinquentes, & iuſtitiã & miſericordiã ſeruare debẽt, ita q rigor non ſit rigidus, neq; manſuetudo ſit diſſoluta.

*manſuetudine in prælatis debet inueniri. Percuſſores ergo, qui præmiſſis auctoritatibus ab epiſcopali officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes: ſed prætermiſſa manſuetudine ad verbera ſemper parati intelligendi ſunt: qui per flagella non vitia corrigere, ſed timeri appetunt, quibus Petrus ſcribit:* 1. Pet. 5. *[Ne ſitis dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo.] Hinc etiam Gregorius ſcribit in moralibus, lib. 19. par. 4. c. 13.* In c. 29. Iob. c. 16.

¶Manſuetudo, & diſtrictio ab inuicem non ſeparentur. Cap. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita diſtricti, vt omnem etiam manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, vt perdant diſtricti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque ſummopere ſunt tenenda, vt nec in diſciplinę rigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſum in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ, quatenus nec a compaſſione pietatis obdureſcant, cum contumaces corrigunt: nec diſciplinæ rigorẽ molliant, cum infirmorum animos conſolantur. Regat ergo diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet rigorem: & ſic alterum commendetur ex altero, vt nec rigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta.

*Item homilia 34. in Euangel.*

¶Vera iuſtitia miſeris compatitur, delinquentibus indignatur. Cap. XV.

QVoniam multa ſiue per neceſſitatem [e], ſiue ex quacunque α cauſa, cõtra regulam geſta ſunt, ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel inſtructi ſtatim ad ſpiritualem baptiſmum veniſſent [f], & continuo, cum baptizati, etiam ad epiſcopatum, vel presbyrum prouecti ſunt, recte igitur viſum eſt de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tẽpore [g] opus eſt, vt ſit catechumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Euidens namq; eſt apoſtolicum præceptum dicens. [Non neophytum, ne forte elatus in iudiciũ incidat, & laqueũ diaboli.] Si vero præcedente† β tempore [h] aliquod † mortale γ peccatum admiſerit, & conuictus duobus, vel trib. teſtibus fuerit, ceſſet [i] a clero, qui in huiuſmodi eſt. Si quis vero præter hæc fecerit [k] tanquam contraria ſtatutis ſancti † cõcilij gerens, ipſe præcipitabitur de ſtatu ſui cleri.

1. *Tim.* 3.

† *al. procedente*] orig.

† *al. magni.*

α ¶Quacumque cauſa.] *Græcè eſt*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων ἀνθρώπων: *quod Dionyſius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.

β ¶Præcedente.] προϊόντος, ideſt. procedente, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶Mortale.] *Abeſt vox iſta a priſca verſione. Græce eſt.* ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quod Dionyſius vertit*, delictum animæ.

QVoniã multa.] CASVS. Duo in hoc cap. per Nicœnum concilium ſtatuũtur. Primum eſt, ꝙ neophyti non ordinentur, licet quondam ex quadam neceſſitate contra regulam fuerint ordinati: quoniam opus eſt mora tẽporis, & multa probatione indigẽt antequam tales debeant promoueri, ne elati in ſuperbiã incidant in laqueũ Diaboli. Et hoc probatur auctoritate Apoſtoli. Secundũ eſt, quod ſi quis poſt baptiſma cõuictus fuerit duobus vel trib. teſtibus mortaliter peccaſſe, a promotione repellitur, & qui contra prædicta fecerit, ipſe etiam deponetur.

e ¶Neceſſitatem.] Si propter neceſſitatẽ aliquid fit, vĩ qđ illud licite fit: quia quod non eſt licitũ in lege, neceſſitas facit licitum, extra de reg iu quod non eſt licitum 5. Itẽ neceſſitas legem non hẽt. infra de conſec. diſt. 1. ſicut non. ergo fit contra regulam? Reſpon. neceſſitas quæ reperiẽ in auctoritate, vt neceſſitas vitę, excuſat, vt extra de fur. ſi quis per neceſſitatem. de conſecr. diſt. 5. diſcipulos. ſed in adulterio neceſſitas nõ excuſat ff. de ritu nup palã. §. non eſt Nã potius debemus quęlibet mala tolerare, &c. 32. q 5. ita ne.

Neceſſitas qñq; excuſat, qñq; nõ.

5 Concord. tex. in l. aliqñ. ff de off. procõ. & de ſica. L. furẽs.

multum eis 3 indigeat, vel quia nondum eſt expertus ſtatum eccleſiæ, vnde neſcit ſe alijs conformare. Vtrum autem in aliquo caſu talis valeat ordinari, dicetur inf. d. 61. §. his omnibus.

3 Vt in hoc ver. cauſa.

a ¶Neophyti.] Non facile eſt tyroni committenda cuſtodia nam culpa prodita, is culpæ reus eſt, qui ei commiſit, ff. de cu. reo. non eſt facile.

ADDITIO. Et eſt argum. contra nouos magiſtros. Archid.

b ¶In theatro.] Hæc ſunt verba Hiero. ſuper epiſtolam ad Titum. 10.

f ¶Veniſſent.] inf. de conſec. d. 5 neophyti.

g ¶Et tempore.] d. 50 ponderet, & tempore. per interſtitia temporum, vt 77. d. in ſingulis.

h ¶Tempore.] ideſt, ante ordinationem, & poſt baptiſmum 6. ſic intelligitur inf. q. 7. ſi quis omnem. hoc ideo dico, quia pro crimine commiſſo ante baptiſmum non deponitur, vt 26. d. vna. & c. deinde deponitur.

i ¶Ceſſet.] ideſt, non ordinabitur. Vel ſ m alios etiam ordinatus degradabitur, & ſic vĩ, ꝙ crimen ciuiliter probatum inducit depoſitionem. ſic 24. d. c vlt.

k ¶Fecerit.] Promouendo tales, &c.

6 Sufi. & ſic ordinatus eo ipſo debet deponi 50. d. ex pęnitẽtib. 81. d. quicunque. Crimen ciuiliter probatũ depoſitionẽ inducit.

Sicut

*Neophyti vero hodie appellantur, propoſitum ſacræ religionis nouiter aſſumentes.*

*Vnde B.Gregorius ſcribit Syagrio epiſcopo, & alijs epiſcopis.l.vij.epiſt.* 110. Et l. 5.epiſt.51.Vigilio epiſcopo Arela. † *al.in ini*

¶Quis dicatur Neophytus. Cap. II.

SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio† ſanctæ [a] fi dei erat eruditione plantatus, ſic modo neophytus habendus eſt, qui repente [a] in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores † ſacros irrepſerit †. ¶Ordinate, ergo ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit qui ad ſummi † [b] loci faſtigia poſt poſitis gradibus [c] per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi a nouitatis ſuæ humore ſiccentur: ne ſi ante pondera, quam ſolidentur, accipiant, cunctam ſimul fabricam ad terram deponant.

Poly.l.2.tit.1. Anſ.l.6 c.26. Iuo p.5.c.113. *al.ordines.*

† *al.ſumma.*

† Adde tex. in 6. in l.§. ff.ad leg. Iul. de ambi. & ibi Doct. de ambitioſis uactant.

a ¶Initio ſanctæ.] *In lib.7.epiſt.*110.*vbi habetur prior pars huius capitis vſque ad verſ.* Scimus autem.*legitur,* in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus, *lib.1.autem 5.epiſt.51.ſiue c.51.(vbi & eadem fere ijſdem verbis habentur: ac præterea ſequens pars vſque ad finem) legitur hoc loco,* qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

## DISTINCTIO XLIX.

*ECce [d], a quibus vitijs debeant eſſe immunes, qui in epiſcopum ſunt ordinandi. Qui enim interceſſores [e] pro populo ad Deum parantur, neceſſe eſt, vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in paſtorali.*¶*Solicite formidandum, ne qui placare poſſe iram Dei creditur, hanc ipſe ex proprio reatu mereatur. Cũcti enim liquido nouimus: quia, cum is, qui diſplicet [f], ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc deſiderijs terrenis adſtringitur, caueat, ne diſtricti iram iudicis grauius accẽdẽs dum loco delectatur gloriæ fiat ſubditis auctor ruinæ. Solerter ergo ſe quiſq; metiatur, nec † locum regiminis aſſumere audeat ſi in ſe adhuc [g] vitium damnabiliter regnat, nec is, quem crimen deprauat proprium, interceſſor fieri appetat pro culpis aliorum.* par.1.c.11. † *ne*] orig.

*Idem in eod. paſtorali eod.c.11.continenter.*

SIcut neophytus.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q neophytus eſt qui de nouo ad fidem eſt conuerſus, vel qui de nouo intrauit religionem. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Ordinare ergo.] dicitur, q neophytus ordinari non debet ante quàm in fide, ſolidetur, aliter enim cauſam appetit cum per abrupta.i. præcipitanter quærit aſcẽſum. Et probatur ſimilitudine parietũ: q niſi prius ſolidentur, & a nouitatis ſuæ humore ſiccentur, tignorum pondera non accipiunt, & ſi apponantur, fabrica tota diruitur.

a ¶Repente.] id eſt, nouiter in monachali habitu talis enim non eſt eligendus in prælatum, vt extra de ele. cum cauſam. & ext.de ele. officij. quæ autem debeant eſſe interſtitia [1] habes 87.d.in ſingulis. &c.monachus.

1 Scilicet quo ad ordines ſuſcipiendos a nouitermo nachato.

b ¶Qui ad ſummi.] infra 1.q.1.pueri. & ſi quis epiſcopus per pecuniam, & 61 diſ. ſtatuimus.

c ¶Gradibus.] id eſt, interſtitijs, nec ob. 52.d.ſolicitudo.

ECce.] CASVS. Hactenus oſtẽdit Gratianus per 13.capit. Apoſtolicæ regulæ, a quibus ordinandus debeat eſſe immunis. Nunc autem ſupponit 49. diſtinct. in qua generaliter oſtẽdit, quod non debet eſſe criminoſus: quia cum is ad intercedendum mittitur, qui diſplicet, cum intercedit, irati animus ad deteriora prouocatur, & fit ſubditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locum aſſumat aliquis, vt pro culpis aliorum oret, ſi in ſe damnabile vitium recognoſcit.

d ¶Ecce.] A diſtinctione hucuſque tractatum eſt de decimoteitio cap. Apoſtolicæ regulæ. Hic magiſter in his duobus cap. ſub compendio tractat de eiſdem.

e ¶Interceſſores.] Videtur hic, q orationes factæ a ſacerdotibus malis, noceant ſubditis, quod intellige cum ipſi ex certa ſcientia eligunt malum, & cõformem ſuis moribus: alias.ſ.æque operatur remiſſionem per malum vt per bonum ſacerdotem, vt inf.1.q.1.ſi fuerit. ad hoc arg.6.q.1.ex merito, arg.8.q.1.audacter.

f ¶Diſplicet.] 3.q.7.in grauibus.

g ¶Si Adhuc.] Argu. quod quis non poteſt accuſari de crimine, de quo pœnituit 2 & quòd non impeditur a promotione.26 q.5.quicunque ſupra 46.diſt. clericus. 2 & 8 q 1.in ſcripturis Arg contra 33 q 2.admonere. Sol. accuſari poteſt ſi commiſſium eſt poſt baptiſma, vt 25.diſ. primum. B.

2 Adde ad hoc tex.in l. qui ea mẽte de furt.

Hinc

¶Sacrificium Deo non offerat, qui vitijs eſt maculatus. Cap. I.

*Leuit. 21.*

HInc [a] etiam ſuperna voce ad Moyſem dicatur: [Loquere ad Aaron. homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo ſuo; nec accedat ad miniſterium eius.] Vbi & repente ſubiungitur: [Si cęcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, & torto naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus [b]. Cæcus quippe, eſt qui supernę contemplationis lumen ignorat: qui pręſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucẽ nequaquàm diligendo conſpicit, quo greſſus operis porrigat †, neſcit. Hinc etenim prophetante Anna dicit, [Pedes ſanctorũ ſuorum ſeruabit [c], & impij in tenebris [d] conticeſcẽt.] ¶Claudus vero eſt, qui quidem, quo pergere debeat, aſpicit; ſed per infirmitatem mentis, vitę viam perfectę † non valet tenere, quam videt; quia ad virtutis ſtatũ dum fluxa cõſuetudine non erigitur, quo per deſideriũ innititur, illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: [Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite; & greſſus rectiores facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, ſed magis ſanetur.] ¶Paruo aũt naſo, eſt qui ad tenendam menſuram diſcretionis idoneus non eſt. Naſo quippe odores, fœtoreſque diſcernimus. Rectè ergo per naſum diſcretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude ſponſæ dicitur: [Naſus tuus, ſicut turris, quæ eſt in libano.] Quia nimirum ſancta eccleſia, quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant, per diſcretionem conſpicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli, qui dum æſtimari hebetes nolunt, ſæpè ſe quibuſdam exquiſitionibus plus quam neceſſe eſt, exercentes, ex nimia [e] ſubtilitate falluntur. Vnde hic quoq; ſubditur: [vel grandi, & torto naſo.] Naſus enim grandis, & tortus eſt, diſcretionis ſubtilitas immoderata, quæ dum plus quàm decet, excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. ¶Fracto autem pede, vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet; atque a bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, ſaltem cum infirmitate teneat; ſed ab his omnimodo alienus exiſtat. ¶Gibbus uero eſt; quem terrenæ ſolicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad ſuperna reſpiciat; ſed ſolis his, quæ infimis calcantur, intendat: qui & ſi quando aliquid ex bono patriæ cœleſtis audierit, ad hoc nimirum peruerſæ conſuetudinis pondere prægrauatus cordis faciem [f] non attollit: quia cogitationis ſtatum erigere non valet; quem terrenæ ſolicitudinis vſus curuum tenet. Ex horum quippe ſpecie pſalmiſta dicit: [Incuruatus ſum, & humilitatus vſquaque.] Quorum culpam quoque per ſemetipſam veritas reprobans ait; [Semen autem, quod intra ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audiunt verbum, & a ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & nõ referunt fructum.] Lippus uero eſt, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat; ſed tamen ob carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore defluente infirmantes † palpebræ groſſe-

*Marginalia:* † *herníoſus* ] vulgata. — † *al. dirigat* — *1. Reg. 2.* — † *al. perfectè* — *Hebr. 12.* — *Cant. 7.* — *Pſal. 118.* — *Luc. 8.* — † *infirmata* ] orig.

HInc etenim.] CASVS. Probat Gregorius in hoc cap. quod illi qui vitijs ſubiacent, panes Domino non valent offerre: nec ad miniſterium eius accedere, cum aliena peccata non poſſunt diluere: quia in veteri teſtamẽto corpore vitiati & maculati repellebantur a miniſterio. Et hoc probatur xij. exemplis vitiorum quę vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamẽto repellunt. Vnde exponit [illegible] quid per vnum quodque vitium deſignetur & quare repellantur a promotione. Sequẽs cap. patet.

a ¶Hinc.] Probat Greg in hoc c. quod vitioſi non poſſunt offerre panes Domino, nec aliorum peccata diluere: quia in veteri teſta. corpore vitiati repellebãtur & hoc probat xij. exemplis: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo teſtamento repellunt.

b ¶Vel põderoſus.] ideſt, criminoſus.

c ¶Seruabit.] Ne labatur in hęreſim.

d ¶In tenebris.] Peccatorum.

e ¶Ex nimia.] Nimia ſubtilitas in iure reprobat. extra de iudi. dilecti. & ſic fit aliquid in iure cõtra rationem gratia diſputãdi. ff. ad legem Aqui. ita vulneratus in fi. & magis ualet ſimplicitas quã difficultas Inſt. de fidei commiſſ. hæredi. §. ſed quia ſtipulationes.

f ¶Faciem.] ideſt, rationem, quę eſt facies cordis.

a ¶Et

a ¶ Et eo.] ideſt, ideo.
b ¶ Quo.] .i. quia.
c ¶ Aliarum.] Improprie ponitur, ſic ſupra 26. diſtinctio. deinde, ibi cum cęteris criminibus.
d ¶ Pōderoſus.] Per immundam cogitationem.
e ¶ Ad opus.] Ex hoc videtur quod occultū peccatū impedit promouēdum 1. & ex eo ſequitur ibi, & grauat in abditis. Sed contra argu. 50. diſtin. ſacerdotes. quia latentia peccata non habent vindictam quo ad eccleſiam militātem, vt 32. q. 5. Chriſtiana & 32. diſt. erubeſcant.

1 Hoc hodie determinat extra de tēpo. ord. c. 5.

Sa-

ſcunt: quæ qui infuſione crebra atteruntur: etiá acies pupillæ vitiatur. Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat: qui uidere recta ſubtiliter per ingenium poterant: ſed vſu prauorum actuum caligant. Lippus itaque eſt, cuius ſenſum natura exacuit, ſed cōuerſationis prauitas cōfundit. cui bene per Angelum dicitur: [Collyrio inūge oculos tuos, vt videas.] Collyrio quippe oculos, vt uideamus, inungimus, cum ad cognoſcendam veri luminis claritatem intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶Albuginem vero habet in oculo, qui veritatis lucem videre non ſinitur: quia arrogantia ſapientiæ, ſeu iuſtitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt: albuginem tolerans nihil videt, quia videlicet ſenſus humanę cogitationis, ſi ſtultum ſe peccatorem, quæ intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem ſibi iuſtitiæ, ſiue ſapientiæ tribuit; à luce ſe ſupernæ cognitionis excludit: & eo [a] claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quo [b] ſe apud ſe per arrogātiam exaltat, ſicut de quibuſdam dicitur: [Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.] ¶Iugem vero habet ſcabiem, cui carnis petulantia ſine ceſſatione dominatur. In ſcabie etenim feruor viſcerum ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria deſignatur, quia ſi cordis tentatio vſque ad operationem proſilit, nimirum feruor intimus vſque ad cutis ſcabiem prorupit, & foris iam corpus ſauciat, quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. Quaſi enim cutis pruriginem Paulus curabat abſtergere, cum dicebat: [Tentatio vos non apprehendat, niſi humana:] ac ſi apertè diceret. Humanum quidem eſt tentationem in corde perpeti; dæmoniacum vero eſt in tentationis certamine in operatione ſuperari. ¶Impetiginem quoque habet in corpore, quiſquis auaritia uaſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, nimirum ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſine dolore corpus occupat, & abſque occupati tædio excreſcens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animam, dum quaſi delectat, exulcerat: dum adipiſcenda quæque cogitationi obijcit, ad inimicitias accedit, & dolorem in vulnere non facit, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum [c] quoque virtutum per hanc pulchritudo deprauatur; & quaſi totum corpus exaſperat; quia per vniuerſa vitia animum ſupplantat, Paulo atteſtante, qui ait: [Radix omnium malorum eſt cupiditas.] ¶Ponderoſus [d] vero eſt, qui turpitudinem non exercet opere; ſed tamen ab hac cogitatione continua ſine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vſque ad opus [e] nefarium rapitur; ſed eius animus voluptate luxuriæ ſine vllo repugnationis obſtaculo delectatur. Vitium quippe eſt ponderis, cum humor viſcerum ad virilia labitur; quæ profecto cum moleſtia dedecoris intumeſcunt. Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluens, pondus turpitudinis geſtat in corde, & quamuis praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente, sed ad uſum boni operis in aperto ualeat aſſurgere; quia grauat huc in abditis pondus turpe. ¶Quiſquis ergo quolibet horum uitio ſubigitur; panes Domino offerre prohibetur, ne profecto α diluere aliena delicta non ualeat is, quem adhuc propria deuaſtaut. ¶Quia igitur paucis ad magiſteriū paſtorale dignus qualiter veniat, atq; hoc indignus qualiter pertimeſcat, oſtendimus; nunc is, qui ad illud dignè peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonſtremus.

Apoc. 3.

Rom. 1.

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Sic & Arnobius

α ¶Ne profecto.] *Sic etiam in originali impreſſo. In aliquot Gratiani manuſcriptis legitur.* Nec ꝑfecto diluere aliena delicta valet is, que adhuc ꝓpria deuaſtant.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc cap diuiditur in duas partes. In prima parte reprehenduntur ſacerdotes, quia nomen Domini deſpiciunt: & quantum in ſe eſt, panem pollutum offerunt: quod fit cum quis indigne ad altare accedit, vel ſacerdotium ſimoniacè acquiſiuit cum do-

e ¶Vſquequo.] Dictum fuit ab Helia fugiente iram Reginæ Iezabellis vniuerſo populo colenti Baal. 3. Regum, 18. nam deficit ambobus qui vult ſeruire duobus, & 26. d. acutius 1.

f ¶illum.] ideſt, alium.

Helias Iezabel fugiens quib. verbis vſus ē ad populum.

*Item Hieronymus ſuper Malachiam ad c. 1.*

¶Indoctus, terrena lucra ſectans, vitioſus ordinari non debet. Cap. II.

SAcerdotes nomen Domini deſpiciunt, & quantũ ad ſe [a], panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quique dato munere ſacerdotium præſumunt. Panem quoq; polluit, qui doctrinam Domini in populo male diſpergit †, & qui honorat potentem [b], & deſpicit pauperem [c] †. *& infra* ¶[Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? &c.] ſuperius accuſati de panibus nunc accuſantur de victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magiſtrumq; facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. Claudũ offert, qui lucra terrena quærentem locat [d], vt pote pedem in diuerſa ponentem, vnũ in diuinis, alterũ in carnalibus, cui poteſt inferri illud de libro Regum, [Vſquequo claudicatis in duas partes?] Lãguidum, & pigrum probat [α] patientem, dicens illum [f] negligentiæ redarguendum. Indignum eſt enim [g] dare Deo, quod dedignatur homo.

Senſus aliqua ex parte.

Concord. in l. 1. C. vet. iure & in au de mona. coll. 1.

† *al. diſpertit.*

3. *Reg.* 18.

[α] ¶Probat patientem.] *Sic interpungitur etiam in manuſcriptis, & in gloſſa, cum tamen ita poſſet etiam diſtingui.* & pigrũ probat, patientem dicens illum, &c.

g ¶ Indignum eſt.] contra ſupra 41. diſ. nõ cogantur, ſed ibi de rebus: hic de perſonis.

1 Conc. text. in c. 1. de eo. q ar. bel depo. & de feu. c. 1. coll. 10.

## DISTINCTIO L.

EX præmiſſis [h] *auctoritatibus liquido monſtratum eſt: quòd varijs criminibus irretiti in ſacerdotes ordinari non poſſunt. Nunc autem de eiſdem quæritur, vtrum poſt peractam † pœnitentiam, vel in proprijs ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conſcendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti a proprijs ordinibus deijciuntur, & ab acceſſu maiorum prohibentur.*

† *al. actam.*

*Vnde Gregorius Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo, lib. 4. epiſt. 17. ſiue c. 61.*

EX præmiſſis.] Hæc diſt. diuiditur in 7. partes in quarũ prima dicit, ꝙ lapſi nõ poſſunt reparari, & hoc probat per 12. auctoritates. Secunda ibi, [Ecõtra exemplis.] Tertia ibi, [Quũ igitur.] Quarta ibi, [De lapſis.] Quinta ibi, [Qd vero] Sexta ibi [Itẽ obijcit] Septima ibi. [Apoſtatæ] Ioan. de Fan

CASVS. Supra monſtratum eſt, ꝙ criminoſi ordinari nõ poſſunt. In hac vero 50. d quæritur, an tales poſt pœnitentiã poſſint in ſuis ordinib. remanere, & ad ſuperiores ordines aſcendere probat multis auctoritatib. ꝙ ipſi prohibent, nec pñt aſcendere, & hoc facit vſq; ad §. [Econtra.] Demum probat contrarium vſq; ad §. [Quomodo.] & ibi incipit ſoluere.

h ¶ Ex pręmiſſis.] Tractauit hucuſque magiſter de qualitate ordinandorũ. In hac d. 50. tractat primo de iã promotis, an ipſi poſtquã lapſi ſunt, valeant reparari? Et primo allegat, ꝙ nõ poſſunt reparari: poſtea allegat ꝓ parte contraria, & hoc bñ ſoluit inf. ea. [Qũo.] & pro parte prima allegat vſq; ad §. [Ecõtra.] & poſtea inducit multa c. ad probandam ſolutionem ſuã, vſq; ad §. ſed illud vbi aliam ponit: & eam probat per c. ſeq. vſque ad §. [Quod vero.] & poſtea adiungit de lapſis in hæreſim [2] quod non ſit eis communicandum ante reconciliationem. Ab illo § [Quod vero.] ſubiungit tractatum de homicidijs vſque ad illum §. [Præmiſſis] Deinde addit de ſolemniter pœnitentibus, ꝙ non debeant ordinari, vel ad militiam ſæcularem redire: & quòd clericis talis pœnitentia non ſit imponenda, & pro quibus culpis ſit imponenda. Vltimo ſubdit de apoſtatis, qui nec ad habitum ſæcularem, nec ad clericatum aſcendere poſſunt poſt pęnitentiam. Circa lapſos tres regulæ ſunt notandæ [3] quæ continentur infra ead. diſt. vt conſtitueretur. Prima regula ſecundum H. hæc eſt, vt. Qui mortaliter peccauit poſt baptiſmum, non promouca-

2 Scilicet in §. de lapſis. Laur.

Lapſorũ reparatio trib. regulis declaratur.

3 Scilicet in cõe cõtinentes. Laur.

doctrinam populo male diſpergit, deſpicit pauperẽ, honorat potentẽ. In 2 parte, quæ incipit ibi, [Si offeratis.] reprehenduntur qui indignos inſtituũt, & hoc facit auctoritate veteris teſtã. in qua reprehenduntur ſacerdotes vete. teſta. qui Dño offerebant animalia cęca, clauda, & languida, & etiam pigra. quæ vitia hodie figuraliter intellecta repelluntur in nouo teſtamento.

a ¶Ad ſe.] No. ꝙ aliquid dicitur malum quo ad ſe. ſic 1 q. 1 quod quidam, & q. 3. ſaluator. ſic matrimonium dicitur ſolui quo ad ſocerum, qui repudium miſit: non quo ad coniuges. ff. de dona inter vi. & vxo cũ hic ſtatus, §. & ſocer. & facit qđ aliquid ꝗtum in ſeipſo eſt. 11. q. 3. inter verba. ſic 22. q. 2. §. vlt. in fi. de cõſe. d. 4. quęris

b ¶Potentem.] In eo quod potens eſt.

c ¶Pauperem.] inf. 11. q. 3. pauper.

d ¶Locat.] in dignitate.

mouéatur, vt 25. diſt. primum. 1. q. 7. ſi quis omnem. Secunda eſt. Promotus ſi mortaliter peccat deijciendus eſt infra cap. qui ſemel. Tertia eſt, Qui ab ordine deponitur amodo non reſtituitur. inf. ea. c. 1. & 2. & c. peruenit. & vbicunque mitius agitur, diſpenſatio eſt. Iſtæ autem tres regulæ ſecúdum tres opiniones recipiunt interpretationem. Quidá enim dicunt, quod omne peccatum mortale impedit promouendum, & deijcit iam promotú 1. & ſi talis ſit promotus, & egerit pœnitétiam: tamen non poteſt miniſtrare ſine diſpenſatione. Alij intelligunt de magnis criminibus prędictas regulas: quia minora poſt pœnitentiam non repellunt, nec deijciunt, vt 81. diſt. c. Apoſtolus. & diſt. 46. clericus, 5. q. 4. in loco 68 diſt. c. 1. quia nec omne publicum crimé animæ mortem irrogat. Inſt. de pub. iud. § vlt. Tertij intelligunt prædictas tres regulas de manifeſtis occulta ení poſt pœnitentiam non repellút, nec deijciunt imo iure communi promouetur, & ſi promotus eſt, remanet in ordine ſuo if. ead. c. de his vero. & c. præcedendi. & hęc opinio verior eſt, & benignior: hoc tñ excepto, quod maxima peccata etiam occulta repellunt, vt de hoc plene dixi ſup 25. d. c. vlt. De adulterijs autem, & ſimilibus poteſt eps ſimplex diſpéſare. extra de iud. at ſi clerici inf. ea contumaces. de maioribus non inf. ex. minor. & in ſimonia. 1 q. 1. erga, & ſecundum quoſdam in omnibus criminibus diſpenſat vbi non prohibetur. extra de ſent. excó. nuper. & de pœn d. 6. §. 1. in fi. & 82. diſt. presbyter, & in pluribus caſibus inuenio epm poſſe diſpenſare, vt notaui, 1. q. 7. §. niſi rigor. Petrus Hiſpanus contrariu dixit. nam cum in quibuſdam certis caſib. ei permittitur diſpenſare, ergo in alijs prohibetur: argum. 25. diſt. qualis, & C. de procu maritus 2. Quis autem cum depoſito poſſit diſpenſare dixi. 2. 5. ideo. Cum ſuſpenſo auté, vel pœnitente etiá in hæreſi bene diſpenſat eps. inf. ead. presbyteros. Io. Iſtæ opiniones hodie terminantur per decre. Greg in extrauag. de temp. ord. quæſitum vbi reprobatur opi. Io. & credo, quod epiſcopus ſemper poſſit diſpenſare, niſi ei prohibeatur expreſſe a iure, vt 27. q. 2. lex diuinæ in fi. & extra de ſent. excom. nuper B.

1 Mortaliter peccat qui poſt baptiſmum peccauit, ſi ſe promoueri permittit: vel ſi iá ſuſcepto remanet. quátumcunque egerit pnīá: niſi cum eo fuerit diſpenſatum.

Iſti intelligunt regulas prout ſonát. L.

Epiſcopus í quib crimínib. diſpéſet

2 Extra de transl. epi c. 2. ver. nec quod de ceſſione. &c. ſm Lau.

## ¶Lapſi in ſuum ordinem reparari non poſſunt Cap. I.

SI lapſis [a] ad ſuum ordinem reuertendi licentia conceda tur vigor canonicæ proculdubio frangitur diſciplinę: dum pro reuerſionis ſpe [b], prauæ actionis deſideria quiſque concipere non formidat. *& poſt pauca.* ¶Illud igitur præ omnibus ſtudere, vt lapſos, in ſacrum ordinem nullius vobis ſupplicatio [c] aliquo modo reuocare [d] ſuadeat, ne huiuſmodi non ſtatuta [e], ſed temporaliter data credatur eſſe vindicta.

Anſ. 8. c. 35. & lib. 11. c. 13. Iuo p. 6. c. 80. Pann. l. 3. c. 145.

*Item Martinus Papa I. Amando epiſcopo.*

## ¶Qui poſt ſuam ordinationem labitur depoſitus permanebit. Cap. II.

QVi ſemel poſt ſuam ordinationem in lapſum ceciderit, deinceps iam depoſitus erit, nullumq; gradum ſacerdotij poterit adipiſci [f].

Pann. l. 3. c. 141.

*Item Gregorius Papa Sabiniano epiſcopo, lib. 7. epiſtola 25.*

## ¶Presbyter poſt lapſum nulla ratione in ſacro ordine reputari valet. Cap. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris pręſentium legatione † conſuluit, nulla ratione in ſacro ordine poſt lapſum, aut permanere [g] aut reuocari poſſe cognoſcas. Circa quem tamen mitius [h] agendum eſt: quia commiſſum facinus facili [i] dicitur profeſſione confeſſus.

Anſ. l. 8. c. 26. Pann. l. 3. c. 146. † al. relatione.

*Item Ioannes 8. Cœnomantico † Vticenſi epiſcopo.*

† al. Cœnomanico Venetienſi.

b ¶Spe.] Quib. facilitas veniæ, &c. vt 15. q. 4. eſt iniuſta, & ext. de vi. & hon. cler. vt clericorum.
c ¶Supplicatio.] Carnalis, ſed ſpūalis bñ inf. ea clerico.
d ¶Reuocare.] inf. 15. q 4. eſt iniuſta.
e ¶Non ſtatuta.] Perpetuo. Qui enim deponitur, perpetuo deponitur, vt hic 3. & 81. diſt. ſi quis clericus. & C. de pœ. ſeruus. Arg contra 33. q. 4. non oportet 2. Ibi ſimpliciter ponitur, ſeparentur: & tamen ſeparantur ad tépus, non perpetuo, vt extra de conſt. ex literis. in fi. Sed certe illa non ſunt contraria: quia ibi nulla ſuit depoſitio & eſt hoc ideo ſtatutum, ne leges ludibrio fiant, vt C. de bon. quæ lib. l. vlt. §. fi. & eſt ſi. quod lex dicit, quod damnatus de crimine ad militiam non recipitur, vt ff. de re mili. qui cum vno. § adulterio.

Depoſitio perpetua.

3 Nō verbi ſtatuere, ita perfectum a gnat. de ... d. 1. §. hoc ... ſm Laur ... quod quique iuris. l. 1.

QVi ſemel ] ¶Adipiſci.] Hoc c. intelligitur de rigore 25. d. primum. inf. ead miror. vel in maioribus, vel de manifeſtis criminibus ext. de temp. ord. c. fin. ſic non ob 82. d presbyter. & 15 q. vlt. hi qui.

SI lapſis.] CASVS. Conſtantinus Mediolan. eps quæſiuit a Gregorio, an cuilibet lapſo debeat licentia dari ad ſuum ordiné reuertendi? Et reſpondet quod non. triplici ratione. quia ſi hoc fieret, vigor eccleſiaſticæ diſciplinæ frangeretur: & quilibet propter ſpem reuerſionis praua deſideria concipere non formidaret, & præterea vindictam ſibi inflictam putaret eſſe temporalem, & nó perpetuam Sequens c patet.

Eps an poſſit ſemper diſpenſare.

a ¶Si lapſis.] Hoc cap loquitur de depoſito, vt patet per fin.

PResbyterum. ] CASVS. Sacerdos quidam fuit lapſus in crimine, de quo poſtea in iudicio fuit ſponte confeſſus, quare quæſiuit epiſcopus Fabianus, an poſſet in ſacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et reſpondet Gregorius, quod non. Sed quia ſponte confeſſus eſt, mitius eſt agendum cum ipſo. ſ. vt nomen ſacerdotis retineat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

g ¶Aut permanere.] Simile ſup 24 d c. vlt. inf. 15. q vlt. ſi quis presbyter. contra. Sol. in inferiori miniſtrauit, vt ibi: ſed in ſuperiori, vt hic.

h ¶Mitius ] Argu quod mitius agitur cum confeſſo, quàm cum conuicto 4, vt infra eo de his vero & 16 q. 5 vlt. Si quis presbyter. Si 61. d. quia ſimpliciter. 1 q. 5 præſentiu. Arg. contra 24. d. c. vlt Sed ibi timore probationum eſt confeſſus hic ſponte.

4 Cōco ... in l. 1. & ... gl & Do. C quæ appel non recip.

i ¶Facili.] ideſt, ſponte, vt extra de homic lator.

Miror.]

MIror.) CASVS. Quidam epiſcopus volebat cũ quodam ſacerdote homicida diſpenſare: & perſuadebat dño Papæ, vt ei poſt perpetratũ homicidium concederet miniſtrare. Sed Io. Papa eum reprehendit, dicens hoc fieri non poſſe poſt quantamcunque pœnitentiam: ſed diluat tam immane flagitium lachrymis; vt poſſit inuenire ſuffragium ſalutis.

a ¶ Miror. ) Hic habes quòd eps non põt diſpenſare 1 cum homicida: item nec cum ſimoniaco, vt 1.q.1.erga. niſi quandoque, vt 1.q 5.c.1.& vlt. Ioan. De ſimoniaco eſt expreſſum extra de elect. c.penul. vbi dr̃, qđ ſi aliquo ignorante ſit commiſſa ſimonia, eps cum eo poteſt diſpenſare, ſi in ſimplici beneficio ſit commiſſa ſimonia: ſecus ſi in prælatura ſi aũt eo ſciente ſit facta: epiſcopus non poteſt diſpenſare cũ eo. ext. de ſimo. nobis. B. Item nec cum depoſito ſm quoſdam, vt 2.q.6.ideo: item nec cum eo qui excõicatus celebrat. vt 11. q. 3. ſi quis eps. & 7.q.1. ſi quis presbyter, licet ſit arg. contra 2.q.5.quãto. Sed illud de mandato Papæ. Item nec cum eo qui accedit ad iudicium ſæculare, vt 21.q.5. ſi quis eps. Item nec cum bigamo, vt ext. de big. c. de bigamis, & 34. diſt. lector. Io. Nec diſpenſat hodie cũ filiis presbyterorum, vt ext. de fil presby. c.pen. vbi ſcilicet miniſtrauit pater immediate. B. Diſpenſat autem in pleriſque criminib. vt notaui 1.q.7 §. niſi rigor. & generaliter vbi non prohibetur epo diſpenſatio, ſemp̃ diſpenſare põt, vt extra de ſentẽ. excom. nuper licet quidam dicant, ꝙ in illis ſolis caſibus diſpenſabit vbi a iure ei permittitur; quia cum in quibuſdam criminib. ei cõceditur diſpenſatio, vt extra de iud. at ſi clerici. ergo in aliis ei prohibetur. argu. 25. diſt. qualis. & C de procu. maritus. Et licet diſpenſatio ſit ius quod peti non poteſt: tamen qñque eps tenetur diſpenſare, vt infra ea, vt conſtitueretur. in fi. &c. ſi quis diaconus & cap. domino ſancto, & 1. quæſt. 2. diſpenſationes. & 23. q. 1. noli. in fine.

b ¶ Homicidium.) Sponte, vt extra de homic. lator.

c ¶ Suadere. ) Plus enim eſt ſuadere, quam compellere. ff. de ſer. cor. l. 1. §. perſuadere & plus punitur ſuaſor, quam faciens. 19. diſt. tanta. Ioan.

¶ Poſt perpetratum homicidium ſacerdotale officium miniſtrari non poteſt. Cap. IIII.

Ino p.6.c.114.& par. 10.c.41. Pann.l.3.c.135.

MIrora minus doctam ſcientiam tuam ſacerdotẽ putare poſt perpetratum homicidium[b] poſſe in ſacerdotio miniſtrare, imò (quod eſt ineptius) uobis ſuadere[c] velle, vt ipſi tali præſumptioni p̃beremus aſſẽſum. Quis enim tam demens, tamque peruerſi ſenſus, tale quid æſtimaret, vel poſt quantamcunque pœnitentiam conceden dum, cum omnino ſit canonicæ diſciplinæ contrarium? Debet ergo ſacerdotio priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus ſaltem remedijs curatus, ſalutis poſſit inuenire ſuffragium.

*Item Nicolaus Papa:*

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non poteſt, qui paganum occidit. Cap. V.

Ino p.6.c.120.

CLericum, qui paganum occiderit[d], non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquiſito: homicida enim eſt. Nam cum diſcreti ſint milites ſæculi a militibus eccleſiæ, non cõuenit militibus eccleſiæ militare[e] ſæculo, per quod[f] ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire.

CLericorũ CASVS Clericus quidam occidit pagnnum: poſtea volebat ad ordines promoueri maiores. quæſiuit quidam epiſcopus an poſſet? Et rũdet Papa, quòd non: imò carere debet etiam acquiſito. Nam milites eccleſiæ non debent ſæcularem militiã exercere, per quam neceſſe ſit ad ſanguinis effuſionem peruenire.

d ¶ Occiderit.) Sponte. B.

e Militare.) Per hoc patet qđ loquitur de illo, qui in bello fuit. hortari tamen poteſt clericus aliquos ad defenſionem ſuæ eccleſiæ. 23. q 8. vt pridem. arg. de his qui not. infa. ob hæc verba. § vlt.

f ¶ Per quod. ) Arg. quòd ratione vnius delicti imputantur omnia delicta, quæ ſequuntur ex illo, vt 15. q. 1. ſi quis inſaniens. 22. q. 4. inter. ff. quod met. cau. ſi mulier. Argu. contra ext. de ſpon. veniens. ADDITIO. Et facit qđ not. inf ea. quantum in glo. hic patet, ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet quis ſua culpa cadat in metum, non nocet, ut extra quòd metus cau. Abbas. Arch.

Imputantur multa p̃p vnũ delictũ.

*Item. Osbaldo choriepiſcopo Quadrantino.*

¶ Qui defendendo ſe paganum occiderit, ſacerdotali careat officio. Cap. VI.

DE his[g] clericis, pro quibus conſuluiſti, ſcilicet qui ſe

DE his.] CASVS. Quidam clerici defendendo ſe, paganum occiderunt: quare quæſiuit Quadrantinus epiſcopus, an peracta pœnitentia poſſint ad priſtinum gradum redire, vel aſcendere ad altiores? Et reſpondet ꝙ non, quia Papa non dat eis licentiam aliquem hominem occidendi; & ideo melius eſt illis in gradu inferiori irreprehenſibiliter famulari. quam alia indebite appetendo in profundum inferni demergi.

g ¶ De his.] Circa illos, qui cõmittũt homicidiũ, diſtingue ſic. quia aut cõmittit homicidiũ ex neceſſitate, aut ex caſu, aut ex voluntate. Si ex neceſſitate: aut illa neceſſitas eſt euitabilis: aut ineuitabilis. Si eſt euitabilis, ad ſuperiores ordines non poteſt aſcendere: ſed in iam ſuſceptis toleratur 2. ut inf. ead. de his clericis. Si fuit ineuitabilis neceſſitas, ſine omni diſpenſatione poteſt miniſtrare in ordine iam habito ſed ad ſuperiores habendos petet diſpenſationem, vt extra de homicid ſuſcepimus. &c. 2. Nec obſt ext. eod. lator. vbi dr̃, ꝙ ad ſuperiores talis licitè promouetur: q̃a hoc intelligo ex diſpenſatione 3. Ioan. Sed certè quidquid dicat Ioan. de neceſſitate ineuitabili, capitulum videtur expreſſe dicere ꝙ talis neceſſitas in nullo obſit, vt inf. ea quia te quaſi obnoxium. De hoc notaui in quæſtionibus. B. Si uero caſu committitur homicidium: aut dedit operam rei licitæ, aut non. Si dedit operam rei licitæ, ei non imputatur: ſed poteſt miniſtrare in ſuſcepto, & aſcendere ad ſu-

Homicidiũ vtrum impediat promouendos, & deiiciatiam promotos.

2 Scilicet de mia, vt not. ext. de hom. ſicut vbi plenè de hoc.

3 Vel dic ꝙ ibi fuit caſus fortuit', vt not. inf. ea de his clericis. in glo. l. in fi. Arch.

Scilicet in ordine, ſed i beneficio ſic ext. de cler. pugn. in du. clericus, infra, c. p̃sbyteros. & ca. ſtudeat. Di- i põt ꝙ hoc a miror. lo- quitur in ho- micida no- torio, ſiue manifeſto, & volunta- io de hoc, ꝗ & not. ex. eod. de ſ vero Ar.

1 Et c hi qni & ca. ſi duo. niſi forte grande ſcandalum inde oriretur: qa tunc inducitur ei purgatio. ext. eod. ex litteris 1. & no ext. de homic. cum dilectus i gl. qui tñ, & c. q̃ fuit gl. vin.

ſuperiorem, vt extra eo. c. vlt. & inf. ea. ſæpe 1. & ext. eo. Ioannes. Sed ſi illicitæ rei operam dedit, tunc nec in ſuſcepto poteſt miniſtrare, nec ad ſuperiorem aſcendere, vt inf. ea. clerico. & c. ſi quis voluntate. Si vero voluntate occidit nunquam diſpenſandum eſt cum eo ſecundum quod loquitur ca. maior. H. tamen cum ſuo rigore dixit ꝙ in nullo caſu pōt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere ſe occidi, quam aliũ occidere, vt 32. q. 5. ita ne. & dicit quod hoc verbum, & conſulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt 28. q. 1. ſic enim. Item ſecundum H. etiam ſi crimen homicidij ſit occultũ: tñ poſt pęnitentiam non pōt exequi ſuũ officiũ ſecus eſt ſm eũ in quolibet crimine alio, vt inf. ea. de his. niſi in ſimonia. Io. Ex hoc expreſſe dī ext. de temp. ord. ca. vlt. & ita duo crimina tñ excipit. ſcilicet ſimoniam, & homicidium. Argu. ext. de accuſ. inquiſitionis. B. Alii autem pleriq; dicũt ꝙ ſiue ſit homicidium, ſiue aliud crimen, dummodo ſit occultum, poſt pęnitentiam bene exequitur officiũ ſuum ſine omni diſpenſatione licet nō poſſit ꝓmoueri. Sed in ſimonia poſt nullam pęnitentiam poteſt exequi officium ſuum. 1. q. 1. ergo. Hodie autē obtinet opinio H. circa crimen occultum. vt ex t de accuſ. inqſitionis. B.

a ¶ Defendēdo.) In caute ſine moderamine. cuilibet eñ licitũ eſt ſe defendere cũ moderamine, vt ſu. di 1. ius naturale. & extra de app. c. ſignificauit. C vnde vi. l. 1.

d ¶ Si quis.) Iudex executor & aſſeſſor in cauſis criminalibus non poſſunt promoueri. hoc non eſt ratione peccati: quia non peccant ita faciendo 2. vt 23. qō 4. quæ ſitum & 5 quæſ. miles. ſed propter irregularitatem, quam ex tali facto contraxerunt.

e ¶ Aut

2 Ideo dicebat Ber. q̃ illud c intelligebatur de illis qui non peccauerunt.

defendendo a, paganum occiderunt, ſi poſtea per pęnitētiam emēdati poſſint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorem cōſcendere, ſcito nos nullam occaſionem dare, nec vllam tribuere eis licētiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verum ſi cōtigerit, vt clericus ſacerdotalis ordinis ſaltem paganum occiderit, multum ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit; ſatiuſq; eſt illi in hac vita Domino ſub inferiori habitu irreprehenſibiliter famulari, quam alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

*Item ex concilio Agathenſi, c. 50.*

¶Cadat ab officio epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. Cap. VII.

SI epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, aut chartam b falſauerit, aut falſum teſtimonium c dixerit, ab officij honore depoſitus in monaſterium detrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.*

¶Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut conſilio poſt baptiſmum conſcius fuerit, clericus non ordinetur. Cap. VIII.

Apud Mar. Brac.

SI quis d viduam, aut ab alio dimiſſam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod ſi irrepſerit, deijciatur. Similiter, ſi homicidij aut facto e, aut præcepto f, aut conſilio g, aut defenſione a h poſt baptiſmum i conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum venerit, deijciatur, & in fine vitæ ſuæ † laicam cōmunionem tantummodo recipiat.

Anſel. 7 c. 11. Ex cã. 18. Apoſ. † al. relictam. † al. ſua communionem recipiat.

a ¶ Defenſione.) *In codice Lucenſi Regio, (in quo ſunt etiam hæc capitula a Martino Bracarenſi epiſcopo collecta) & apud Anſelmum, & in editione conciliorum tribus tomis in margine legitur,* aſſentione: *cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburienſi, c. 11. circa finem.*

*Item Gregorius Ianuario epiſcopo Calaritano, lib. 3. epiſt. 26.*

Conſilium facit vt quis puniatur.

Homicida ante baptiſmum an ꝓmoueri poſſit.

3 Queſtio venialis eſt: de qua habuiſti 21. di. in pri. & ibi de hoc. & & 51. diſt. in ſum. & 26 d. deinde Ar.

SI eps.) CASVS Quæſitum fuit in concilio Agathen. quam pœnam debeat pati eps, presbyter, vel diaconus, qui capitale crimen commiſerit, vel chartam falſauerit, uel falſum teſtimonium dixerit? Et reſpondet, ꝙ deponi debet, & detrudi in monaſterium ad agendam pœnitentiam: vbi donec viuit, non niſi laicam tantummodo communionem accipiat.

b ¶ Aut chartam) Dic vt ſup. 19 diſt in memoriam.

c ¶ Teſtimonium.) infra 5 q. 6 presbyteri 2.

SI quis viduam. CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, ꝙ ſi quis duxerit in vxorem viduam vel relictam: aut homicidium commiſerit facto præcepto, conſilio, vel defenſione, poſt baptiſma promoueri non poteſt: & ſi irrepſerit, deponatur & eijciatur, & in fine ſuæ vitæ communionem accipiat.

e ¶ Aut facto.) Vt miles.

f ¶ Aut præcepto.) Vt iudex.

g ¶ Aut conſilio.) Vt aſſeſſor. & ita ex cōſilio punitur aliquis, contra illud. ff. man. l. 1. in fi. & l. denique. Sed nunquid addi debet de volũtate? arguitur quod ſic 1. q. 4 quia præſulatus. in fine, quod non concedo licet ante quam fiat, vellet illud factum eſſe: vel poſt factum, gratum habeat

h ¶ Defenſione.) Euitabili. B.

i ¶ Poſt baptiſmum.) Ergo ſi ante baptiſmum, poteſt. Bazianus dixit: ſi ante baptiſmum occidit non peccando, vt iudex, non poteſt promoueri quia non tollitur irregularitas: ſed ſi occidit peccãdo, tollitur totum Io. Et ſic melioris conditionis eſt peccans quam non peccãs. De hoc quid iuris ſit, notaui in quæſtionibus. 56. diſt. in gl. videtur. B. 3.

Perue-

PEruenit.) CASVS. Epiſcopus Caralitanus reſtituebat clericos lapſos in crimen fornicationis ante pœnitentiam, vel poſt: prohibet Greg. dicens quòd tales carere debent ſacris ordinibus: & ad altaris miniſterium nunquam accedere.

a ¶ Fue-

Poly. l. 4. tit. 39.
Anſel. l. 8. c. 20.
Iuo par. 6. c. 78.
Pann. l. 3. c. 133.

¶ De ſacris ordinibus lapſi reparari non poſſunt. C. IX.

PEruenit ad nos, quoſdam de ſacris ordinibus lapſos, vel poſt pœnitentiam, vel ante, ad miniſterij ſui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re ſacratiſſimi quoq; canones contradicunt. Qui igitur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatũ carnis fuerit a, ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium vlterius non accedat.

*Item Venantio Lunenſi epiſcopo, libro 4. epiſt. 5. ſeu. cap. 49.*

Polyc. ibidem.
Anſel. l. 8. c. 21.
Iuo par. 6. c. 83.

¶ De eodem. C. X.

ACcedens ad Gorgoniam inſulã fraternitas veſtra diſcutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero b ẽ perlatum eſt. Peruenit namque ad nos, quia poſtquam pro crimine lapſus ſui, à ſacerdotij ordine eſt deiectus, ad explendum miniſterium ſacerdotij præſumit accedere, & omnipotenti Deo hoſtias immolare. Quod ſi ita factum fraternitas veſtra repererit, eum ſacri corporis, & ſanguinis Dominici participatione priuatũ in pœnitentiam redigat: ita vt vſque ad diem obitus ſui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus ſui tempore percipiat. Sin autem eum fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iuſtè ad recipiẽdam inter laicos communionem, & ante exitum debeat miſereri: hoc in tuæ c fraternitatis ponimus poteſtate: *& infra.*

Eodem li. 4. epiſt. 16. ſeu c. 60.
Pann. lib. 3. c. 132.

¶ Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpondentes ſtatuimus, diaconum, & abbatem d de portu Veneris e, quem indicas cecidiſſe f, ad ſacrum ordinem non debere, uel poſſe ullo modo reuocari. Quem quidem ſacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit: cuius ſi poſtea actus, conuerſatioque meruerit; priorem g inter alios monachos, (vbi tu tamen decreueris) ſtandi locum obtineat h. Subdiaconi quoque, quos ſimilis culpa cõſtringit, ab officio ſuo irreuocabiliter depoſiti, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapſi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt nunquam ad ſacri ordinis miniſteriũ præſumat accedere, ſcriptis cauere decreuimus: ſed eũ i inſula Gorgonia, atq; Capraria ſolicitudinẽ i

illi pati deberent. Et rñdet Greg. ꝙ Saturninus presbyter careat communione corporis & ſanguinis Chriſti donec vixerit. in fine tamen viaticum accipiat: niſi antea epiſcopo viſum fuerit ei eſſe miſerendum. & in ſcriptis caueat, vt de cætero Miſſam non cãtet: & gerat curam monaſteriorum in inſula Gorgonia & Capraria ſine p̃iudicio alicuius. Diaconus vero abbas ſemper ab ordine ſacro depoſitus erit; qui tñ poterit inter alios monachos priorẽ locum obtinere ſi eius conuerſatio meruerit; ſed ordinẽ nõ obtinebit, in cuius loco debet ali⁹ ordinari. Subdiaconus uero irreuocabiliter deponetur: laicam tñ cõionem accipiat.

b ¶ Presbytero.) Ergo clericus degradatus nõ retinet ordinem arg. 4. diſtin. ex antiqs & 11. q. 3. epiſcopus & 15. q. vl. ſi qs presbyter & 23. q. vl. clerici. & idem videtur p hoc quod dicitur inf. inter laicos communionẽ. Sed tñ iõ ꝙ characterẽ ſemp retinet. per id quod habes 1. q. 1. qđ quidam. & 32. q. 7. licite arg. 81. diſt dictũ. Vnde qui percutit ipſum incidit in canonem: ſal tem in memoriam priſtinæ dignitatis, vt ff. de decur. l. vl. & ff de quæſt. vnius §. ſeruus & de cõſecr. diſt 4 oſtẽditur. lo. quod non credo cũ careat omni priuilegio clericali 2: nec credo ꝙ cõficiat 3: quia omnẽ poteſtatem amiſit. B.

c ¶ In tuæ.) Ergo epiſcopus poteſt remittere pœnitentiam iniunctam a Papa. ſic. 33. q. 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. Argu. cõtra 15. diſt. c. 2. in ſi. ibi uideas. De hoc etiam not 26. q. 7 tempora.

Degradatũ percutiẽs incurrit excõicationem.

2 Adde quæ no. in addi. c. 2. de pœn. lib. 6. & ca. dominus in gl. in verſ. ſacrilegiũ. inf. 93. diſt.

3 Hæc fuit opin Rayn. quam rec. Goff. & B. extra de cle. excom. mi. cap 1.

Abbas quẽ ordinem debeat hẽre.

a ¶ Fuerit.) De quo fuerit conuictus vel confeſſus. & hoc 1 verum eſt niſi epiſcopus cum eo diſpenſaſſet, ut extra de iudi. at ſi clerici, Sed nõne canoniſta prohibet epiſcopo diſpenſare in hoc caſu? non: ſed redarguitur indiſcreta diſpenſatio, ut dixi extra de præb. de multa.

1 Scilicet ꝙ canones cõtradicunt in hac re, &c.

ACcedens.) CASVS. Hoc cap. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodam diacono abbate, & de quibuſdam ſubdiaconis. presbyter Saturninus propter ſuum delictum depoſitus fuit. & tamẽ poſt depoſitionem Miſſas celebrauit. Diaconus vero abbas & ſubdiaconi mortaliter peccauerant, crimen fornicationis cõmittendo. Vñ Luneñ eps quæſiuit quã pœnam

d ¶ Abbatem.) Ergo abbas poteſt eſſe diaconus: quia abbas potius eſt nomen officij, quàm dignitatis. 18. q. 2. c. 1. immo in minoribus ordinibus cõſtitutus poteſt eſſe 4. abbas extra de ætate & quali. tuam.

4 Verum eſt diſpẽſatiue: & ſic loquit decre. tuam. ibi: ex tua, &c.

e ¶ Veneris.) Exiſtentem.

f ¶ Cecidiſſe.) Per crimen.

g ¶ Priorem.) Ideſt, vt ſit monachus, vt prius fuit: non tamen erit abbas.

h ¶ Obtineat.) non ordinem, vel dignitatem.

i ¶ Solicitudinem.) Vt ſit procurator loci, licet ſit infamis: quia infames non excluduntur a ciuilibus mune-

 nbus,

ribus 1, ſed honorib. Argu. C. de his qui non imple. ſti. ſacra. ſoluti ſunt. l. 1. lib. 10. & extra de æta. & qualit. tuã, & ſic procurator monaſterij poteſt eſſe infamis: ſed non procurator epiſcopi. 5. q. 3. quia eps. quia non requiritur ſumma in eis perfectio integritatis, vt 16. q. 1. legi. vt inf. ea. conſiderandum. vñ non fuit penitus immunis, vt extra de homicid. c. ſicut. §. illi quoque. tñ hoc exemplum non competit, quia iſtud fuit ante baptiſmum. f ¶ Auguſtinus.) Qui fuit Manichæus 3. ſed ante baptiſmum: & ideo non competit exemplum, &c. Ponde-

de monaſterijs gerere, & in eo, in quo eſt ſtatu, ſine cuiuſquam aduerſitate manere permittimus.

a ¶ Presbytero.] *In vetuſto codice epiſtolarum B. Gregorij. & aliquot antiquis exemparibus Gratiani legitur*, ex presbytero; *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero ex presbyterũ. *ſiue vt in impreſſis B. Gregorij*, ex presbytero. *Depoſitos enim presbyteros, ex presbyteros, & eos, qui monaſteria deſeruerant, ex monachos appellabant. ſicut illi qui conſulatum, aut quæſturã geſſerant, exconſules, aut exquæſtores vocari ſoliti fuerant.*

*Idem Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 6. epiſt. 39. ſeu. c. 203.*

¶ Loco lapſi alius ordinandus eſt. C. XI.

POſtquam quemquam criminaliter abſcedentem †, in locum, de quo lapſus eſt, nulla permittit ratio reuocari; & ultra tres menſes a ecclesiam vacare Pontifice ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt: ne cadente paſtore dominicum gregem antiquus (quod abſit) hoſtis inſidiando dilaniet; fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in loco lapſi debet epiſcopum ordinare.

*Item Martinus I. in epiſtola ad Amandum.*

¶ Qui poſt ordinationem ſuam in lapſum ceciderit, ſacra myſteria non debet tractare. C. XII.

SI poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehenſus] obnoxius, omnimodo prohibendum eſt, cum manibus lutulentis, atque pollutis myſteria noſtræ ſalutis tractare.

2 *Econtra* b *exemplis, & auctoritatibus probatur, poſt actam pœnitentiam proprios gradus licite poſſe adminiſtrare, & ad maiores conſcendere. Maria enim ſoror Aaron poſtquam lepra percuſſa eſt, quia in Moyſem murmurauerat, acta pœnitentia à peccato mundata, & ſanata eſt, & priſtinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* c *autem poſt conflatum vitulum, etiam in ſummum ſacerdotem conſecratus eſt. Dauid* d *poſt adulterium, & homicidium ſpiritum prophetiæ recepit, & in proprio † gradu permanſit. Achab quoque poſt mortem Nabuthæ viri ſanctiſſimi per pœnitentiam humiliatus in regia ſede remanſit. Et ut prætereamus multa exempla veteris teſtamenti, Petrus negauit Chriſtum, & tamen poſtea Princeps Apoſtolorum factus eſt: Paulus Stephanum lapidauit* e, *& tamen à Deo in Apoſtolum electus eſt. Multi quoque ab hæreſi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in ſuis ordinibus ſunt recepti: alij vero ad epiſcopalem etiam gradum ſunt promoti, utpote Auguſtinus* f, *& alij complures.*

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

IOannes Chryſoſtomus a duabus ſynodis orthodoxorũ

Right margin notes: 3 Arg. contra. 23. q. 6. vide ibi de hoc. — † al. cidentem. — Anſel. li. 8. c. 25. — diſt. 75. quoniam. — † al. deprehendatur] orig. — 33. q. 2. c. hoc ipsũ. — Num. 12. — Exo. 32. — 2. Reg. 11. & 12. — † al. priſtino. — 3. Reg. 21. — Matth. 26. — Ioan. 21. — Act. 7 & 9. — Burc. l. 1. c. 233. Iuo in prologo. Pann. in prologo; c. 32.

POſtquam.) CASVS. Epiſcopus qdã depoſitus fuit: canonici uolebãt aliũ eligere Archieps vel primas diſturbabat eũ reſtituere volens: qđ dicit Greg. de iure fieri nõ poſſe: & cum eccleſia vltra tres menſes vacare non debeat, præcipit Greg. Archiepõ, vt deprecationi canonicorum conſentiat, & loco depoſiti alium ordinet.

a ¶ Tres menſes.) Tres dantur ad electionem a die mortis: & alij tres menſes ad conſecrationẽ petendã. inf. 100. d. qm. & 63. d. obeuntibus, & ext. de elec. ne pro defectu. niſi per neceſſitatẽ prorogetur 2: vt 18. d. de Syracuſanæ.

ECONTRA. Hæc ẽ ſecũda pars huius diſtinctionis, in qua magiſter probat cõtrariũ eius quod ſupra probatũ eſt: ſcilicet, ꝙ poſt lapſum poſſunt reparari, ꝓbat inquã ꝑ exẽpla, & per nouẽ auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Supra ꝓbatum eſt, ꝙ lapſi poſt pœnitentiã nõ ſunt reſtituendi. Mõ Gratianus probat cõtra, ſcilicet ꝙ poſſunt reſtitui, & ad altiora cõſcendere: & ꝓbat octo exemplis; ſcilicet Mariæ & Aaron, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Auguſtini, & aliorum, quorum nomina in ſequenti palea ponuntur: qui omnes poſt peccatũ ſunt reſtituti.

b ¶ Econtra.) Maria, &c. de hoc dicitur 2. q. 7. §. itẽ obijcitur.

c ¶ Aaron.) Hæc hiſtoria habetur 45. d. diſciplina.

d ¶ Dauid.) Hæc hiſtoria dicitur 2. q. 7. §. item cũ Balaam.

e ¶ Lapidauit.) Ideſt, lapidantib. cõſenſit, cuſtodiendo veſtes,

Left margin notes: 1 Iſta opin. cõiter tenetur per glo. & Docto. in c. cum deputati de iudi. &c. imperatorum de iuram. calum. Spec. in tit. de procu. §. 1. ver. item ꝙ eſt ĩfamis & Alexãder de Imo. in l. reum criminis. in fi. C. de procur. Infamis poteſt eſſe procurator. — Electio an fieri debeat intra tres menſes. — 2 De hoc 61. d. Oſius. &c. bene nouit. ibi de hoc.

epiſcoporum fuit dijudicatus †, ſed iterum fuit reſtitutus. Marcellus epiſcopus Ancyræ Galatiæ depoſitus fuit, ſed poſtmodum proprium recepit epiſcopatũ. Aſclepius dijudicatus a ſynodo, eccleſiam ſuam poſtea recepit. Lucius epiſcopus Adrianopolites damnatus a Papa Iulio recepit eccleſiam ſui epiſcopatus. Cyrillus epiſcopus Hieroſolymitanus depoſitus fuit, poſtea reconciliatus eſt eccleſiæ ſuæ. Simili modo Polychronium eiuſdem eccleſiæ. Hieroſolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipſe eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum epiſcopum damnauit, ſed poſtea eum in proprium locum reſtituit eccleſiæ ſuæ. Miſenum ᵃ epiſcopũ a Fœlice Papa damnatum Gelaſius Papa ſucceſſor illius reconciliauit †, & eccleſię ſuę reſtituit. Leontius dum eſſet presbyter, depoſitus fuit, ſed poſtea in Antiochia Patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodoſium, quem Eugenius eius anteceſſor presbyterij honore priuauerat, ſanctæ eccleſiæ Signinæ conſecrauit epiſcopum. Ibas namque epiſcopus dijudicatus fuit, ſed ſancta ſynodus canonica ſuam illi reſtituit eccleſiam. Rothadũ vero epiſcopum ſanctæ Sueſsionenſis eccleſiæ a ſynodo, cui Carolus interfuit, cõdemnatum, & Sophronium †, Placentinum epiſcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa reconciliauit.

¶*Caput hoc a vetuſtioribus codicibus abeſt: in vulgatis ſcribebatur*, Item ex Epiſtola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *qua inſcriptio ſublata eſt, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs hiſtorijs ſunt collecta, & aliqua longe poſt Cyrillũ, & Hieroſolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum & Iuonem vlla talis inſcriptio eſt, ſed tantũ in Pannormia.*

a ¶ Miſenum.] *Antea legebatur*, Nicænum. *Emendatum eſt ex Burchardo, Iuone, &c. Gregorius. infra 36. q. 9. Atque in Pontificali Romano manuſcripto in vita Nicolai primi hæc legũtur.* Sicut Beatus Papa Fœlix Vitalem, & Miſenum epiſcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti conſenſerant, ſacerdotali gradu, eccleſiaſtica immo communione priuatur.

*Præterea Calixtus Papa I. de huiuſmodi ſcribit, epi. 2. ad epiſcopos Galliarum.*

¶Clerici poſt lapſum in ſuis ordinibus reparari poſſunt. C. XIIII.

PONDERET ᵃ vnuſquiſq; ſermones ſuos, & qđ ſibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene ſacra ait ſcriptura: (Quod tibi ᵇ nõ vis fieri, alteri ne facias.) Nos enim tempore ᶜ indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus conſilia, & opera noſtra, neque ordinem corrumpamus. ¶Sed ſi aliquis lapſus quocũq; modo fuerit portemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: ſicut ait Beatus Apoſtolus: (ᵈ Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, q ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, cõſiderãs teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti.) ¶ Porro ſanctus Dauid ᵉ de criminib. mortiferis egit pęnitentiã & tamen in honore permanſit. ¶Beatus quoque Petrus amariſſimas lachrymas fudit, quãdo Dñm negaſſe pęnituit: ſed tamẽ Apoſtolus per-

PONDERET. CASVS. In hoc c. dicit Calixtus Papa, q clerici poſt lapſum peracta pœnitentia poſſunt in priſtinum ſtatum reſtitui. Et hoc pbat auctoritatib & exemplis xj. Prima eſt in principio capituli. Secunda pbatio incipit ibi. (Sed ſi aliquis lapſus.) Et ad hoc inducit auctoritatem Apoſtoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, (Porro ſãctus Dauid.) Quarta ibi, (Beat⁹ quoq;.) Quinta ibi, (Peccator.) Sexta ibi, (Errant itaq.) Septima ibi, (Nũquid q dormit.) Octaua ibi. (Redde mihi.) Nona ibi, (Vade, & amplius noli peccare.) Decima ibi, (Nõ ergo.) Vndecima ibi. (Sniam.)

a ¶ Ponderet.) Grauis erit qlibet i verbis, vt 4. q. 3. §. item in criminalib. ver. in teſtib. & qui cito fatetur ad pniam properat, vt dicit Seneca: & poteſt quis in proprio facto petere inducias ad reſpõdendũ, vt ff. de interrog. act. q interrogãt. an hæres ſit: nam teſtis repentinus, &c. 5. q. 5. §. ſed aliud.

b ¶ Quod tibi.) In Tobia.

c ¶ Tempore.) Nã ratio temporis mutat conſtitutionẽ, vt 34. di. fraternitatis.

d ¶ Apoſtolus.) Ad Galatas.

e ¶ Dauid.) Hoc exẽplum nõ competit, nã nihilomin⁹ dictum ei: Nõ ædificabis mihi domum: quia vir ſanguinum es. inf. de conſe. diſt. 1. c. 1. & 1. q. 7. ſi qs omnem.

a ¶ Miniſ-

† al. iudicatus.

Six. Papa 3.

35. q. 9. c. Gre.

† al. & communicauit.

† al. Seffrenum,) vel Seffredum, vt inf. 6. q. 3. denique Suffredus,

Tob. 4.
Burc. l. 19. c. 42.
Iuo par. 6. c. 48.

† non perdamus eũ, ſed fra.) orig.

Gal. 6.

Dauid prohibitus eſt ædificare.

a ¶ Miniſtrare.] diſpenſatione.ſi crimen eſt manifeſtum:vel ipſo iure,ſi crimen eſt occultum.extra de temp.ord.c.Vlt.
b ¶Qui dormit.] In peccato.
c ¶ Non adiiciet ) i. non conabitur bene operando.
d ¶Vt reſurgat.) Per pœnitentiam.
e ¶ Docui.) .i. docturum ſe promiſit: & ſic eo ipſo q̃ quis promittit ſe velle docere, Deo obligatur. ſic.21.diſt. in nouo, vbi ſimiliter arguit: Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues.i.do in corpore mortali: & ſic futurum ponitur p̃ præſenti, vt de conſect d 2 in Chriſto. ſſide ver.ſig. verbum erit. B.ſimile 23.q.5. §. hic notãdum ibi. da.&c.

Docere ſe velle promittens, Deo obligatur.

f ¶Mĩam.) Si enim in aliquo redarguendi ſumus, melius eſt miæ reddere rõnẽ, q̃ crudelitatis.35.q.9.veniã.& J.26.q.7. alligãt & 11.q.2 nemo.J.86.d. nõ ſatis. inf.1.q 7.exigũt.ſu. diſt.9. ſana quippe.

Excedẽdum ẽ potius circa mĩam, q̃ circa crudelitatem.

ET purgabit filios ) CASVS. Probat Hier. poſt p̃actam pnĩam ſacerdotes poſſe Deo placere, & ſacrificare ſibi ſicut ante peccatũ faciebant. Et hoc probat auctoritate Malachiæ dicẽtis, ſacerdotes vete. teſta. purgãdos eſſe & colãdos, vt puri remaneãt, ſicut aurũ & argentũ, vt Deo digne offerãt. Ita & alii & Græ.cũ emẽdati fuerint poterũt offerre, & placebit Deo ſacrificiũ eorũ, ſicut dies ſæculi, & anni antiqui Dño placuerũt. .i.ſicut ante peccatũ Domino placuerũt, ita & poſt peccatum emendati placẽt, & placere debent.

g ¶Et purgabit. Verba Malachię ſũt: Ecce veniet Dñs exercituũ, & quis poteſt cogitare diem aduẽtus eius, & q̃s ſtabit ad videndum eum? Ipſe eñ quaſi ignis cõflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans quaſi aurũ, & argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurũ, & argẽtũ, & erũt offerẽtes Dño iuſta ſacrificia, & placebit Domino ſacrificiũ Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſæculi, & anni antiqui.
h ¶Tempus.&c.] Verba Petri in epiſtola canonica. ADDITIO Primæ Petri 4.
i ¶A domo.) idẽſt, ſacerdotibus. Omnia enim * mala a ſacerdotibus proceſſerunt.24.q.3. transferunt.
k ¶Et alibi.) In Ezechiele,c.9.

* Vide gloſſam in capite ipſo allegata.

manſit. Et Dominus per prophetam peccantibus pollicetur, dicens: (Peccator in quacunque die conuerſus ingemuerit omnium iniquitatum illius non recordabor amplius:) Errant enim qui putant Domini ſacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, Domino miniſtrare a non poſſe; & ſuis honoribus frui, ſi bonã deinceps vitam duxerint, & ſuum ſacerdotium condigne cuſtodierint. Et ipſi, qui hoc putant, non ſolum errant, ſed etiam contra † traditas eccleſiæ claues diſputare, & agere videntur: de quibus dictum eſt: (Quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo.) Alioquin hæc ſententia aut Domini non eſt, aut vera non eſt. ¶Nos vero indubitanter tã Domini ſacerdotes, quam reliquos fideles poſt dignam ſatisfactionem poſſe redire ad honores credimus, teſtante Domino per Prophetam: (Nunquid a qui dormit b, non adiiciet c vt reſurgat d?) Et Propheta Dauid pœnitentiã agens dixit: (Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.) Ipſe namque poſt pœnitentiam, & alios docuit e, & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplum Doctoribus ſanctæ eccleſiæ, ſi lapſi fuerint, & condignam pęnitentiam Deo geſſerint, vtrumque facere poſſe. Docuit enim quãdo dixit: (Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. ) Et ſacrificium Deo pro ſe obtulit, dum dicebat: (Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus:) Videns enim Propheta ſcelera ſua mundata per pęnitentiam non dubitauit prędicando, & Domino libando curare aliena, *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo a peccato; & reſurgit gratia Dei lapſus, & in priſtino manet officio iuxta prædictas auctoritates, Videat, ne amplius peccet, vt ſentẽtia Euangelii maneat in eo: (Vade, & amplius noli peccare.) Vnde ait Apoſtolus: Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius.) *& infra.* ¶Sententiam, fratres, quæ miſericordiam f vetat, non ſolum tenere, ſed & audire refugite, quia potior eſt miſericordia omnibus holocauſtomatibus, & ſacrificijs.

Ezech. 18.
Poly.4.tit 38. Panu.l.3.c.148.
† al. traditas eccleſiæ claues deſpicere videntur ). infra ex Aug.c. vt conſtitueret.
Matth. 18.
Greg.l.7. epiſt.18.
Pſalm.40.
Pſalm.50.
Rom.6.
Ioan.8.

a ¶Nunquid.) In *epiſtola Galiati, & apud collectores indicatos legitur:* nunquid, qui cadit, non adijciet, vt reſurgat? & qui auerſus eſt, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatores, ſed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ ſententiæ habentur Hier.8. & Ezech. 33. Sed ob gloſſam nihil eſt mutatum.*

*Item Hieronymus ad c.3. Malachiæ.*

### ¶In priſtinum gradum per pęnitentiam reuocari poſſunt ſacerdotes. C. XV.

ET purgabit g filios Leui: tempus h eſt enim vt iudiciũ incipiat a domo i Dei. (& alibi k ſcribitur.) A ſan

Malach. 3.
1.Pet.4.

a ¶ Omnem.) Arg. quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur, vt 61. diſt. miramur & 24. quæſ. 2. quodcunque.
b ¶ Antiqui.) Id eſt, patres ſancti.
c ¶ In principio.) Ideſt, ante peccatum. arg. inf. prox. c.
d ¶ Sic poſt peccatum.) Immò plus, infra ead. cap. fidelior.

Q Via ſanctitas tua.) CASVS. Secũdinus inueniebat cõtrarias auctoritates de reparatione lapſorũ, quare ſupplicauit Greg. vt ſolueret ei has contrarietates: & ſcriberet ſibi de clericis lapſis, vtrũ poſſint poſt pœnitentiã reparari. Greg. vero ei ſatisfaciẽs oſtendit lapſos peracta pœnitẽtia, poſſe in ſtatũ priſtinũ reduci, ſequens concilia & antiquos patres, & hoc ꝓbat exemplis & rationib. ſex. Prima rõ eſt ibi.) Quid enim. Secundũ exẽplũ vel ratio eſt ibi, (Aut domum.) Tertia ibi, (Gaudent,) Quarta ibi. (Et ouem.) Quinta ibi, (Sicut in Apocalypſi.) Sexta ibi (Quid enim grauius.

ctis meis incipite] In filijs autem Leui omnem [a] ſacerdotalem intellige dignitatem. Si autem ſacerdotes purgãdi ſunt, & colandi, vt purum aurum remaneãt & argentum; quid de cæteris eſt dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tunc offerent Domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hieruſalem, hoc eſt pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conſpiciunt (ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui [b]:) vt quomodo in principio [c] placuerũt Deo, ſic poſt peccatum [d], & pœnitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati.

*Ezechiel 9.*

### *Item Gregorius Secundino, lib. 7. epiſt. 53.*

### ¶ Lapſi reparari poſſunt; C. XVI.

*Rab. in pœ. c. j. Burc. l. 19. c. 43. Iuo par. 6. c. 85. Pann. l. 3. c. 147.*

Q Via sãctitas tua hoc à nobis requiſiuit, vt ſibi de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi auctoritates ſcriberemus; dum ſe dicit de hoc canones diuerſos legiſſe, & diuerſas ſententias inueniſſe, aliàs reſurgẽdi, aliàs nequaquã poſſe: Ideo nos [a] generales ſynodos à Nicæna incipiẽtes, hãc cũ reliquis quatuor [e] veneramur; quia ipſam ſequentes cæteræ in cunctis canonicis ſententijs vnanimiter cõcordant. Nos vero præcedentes patres ſequi debemus, qui auctore Deo à ſacra doctrina illorũ non diſcordamus. A capite [f] itaque incipientes vſque ad quartum [g] altaris miniſtrum, hanc formã ſeruandam cognoſcimus, vt ſicut minorem maior præcedit in honore; ita & † in crimine [h], & quem maior ſequitur culpa, maiore plectatur vindicta; & ſic poſtea † pœnitentia credatur eſſe fructuoſa. ¶ Quid enim prodeſt triticum [i] ſeminare, & fructum [k] illius non colligere? aut domum cõſtruere, & non illic habitare? Poſt dignam igitur ſatiſfactionem credimus poſſe rediri ad honorem. *& infra.* ¶ Ad fõtem miſericordiæ recurrentes Euangelij proferamus ſententiam. (Guadent [l], inquit; ſuper vno peccatore pœnitentia agente, magis q̃ ſuper nonagintanouem iuſtis, qui nõ indigent pœnitentia.) Et ouem perditam, nonagintanouem [m] non errantibus relictis in deſerto [n] †, humero pij paſtoris ad ouile reportatam Dominus ipſe teſtatur. Si ouis perdita errans poſt inuentionem ad ouile humero reportatur; cur poſt pœnitentiam ad eccleſiæ miniſterium lapſus non reuocetur? Sicut & in Apocalypſi dicitur de miniſtro eccleſiæ. (Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima [o] opera fac. Quid enim eſt grauius, aut carnale delictum admittere, ſine quo pauci [p] inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipſum beatum Petrum Apoſtolorum principem, ad cuius ſacrum corpus indigni ſedemus; lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pœnitentia ſecura eſt, & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt; quia poſtea ab Apoſtolatu eum nõ expulit, qui ante quidem ipſum ſe negare prædixit.

*† al. & crimine.*
*† al. vindicta, quæ poſt pœnitentiam.*
*e Luc. 15.*
*† in deſerto.) abeſt ab ori.*
*Apoc. 2.*

e ¶ Quatuor.) Scilicet Cõſtãtinopolitana, Epheſina, Chalcedonenſi, & Ancyrana, de qua habes inf. ea. domino 1.
f ¶ A capite.) Ideſt, epiſcopo.
g ¶ Vſq. ad quartũ.) .i. ſubdiaconatum.
h ¶ Ita & in crimine.) Infr. 24. q. 1. nõ afferamus.
i ¶ Triticum.) ideſt, pœnitentiam.
k ¶ Et fructum.) id eſt, reſtitutionem.
l ¶ Gaudẽt.) Ideo dicit, guadẽt, quia poſt pœnitẽtiã fortior reſurgit hõ, vt infra ea. fidelior 2.
m ¶ Nonagintanouẽ.) Per hũc numerũ deſignãtur nouẽ ordines Angelorũ, de q̃b. habes. Inf. de pœ. diſ. 2 principiũ.
n ¶ In deſerto.) id eſt, i cęlo: q diabolus p caſũ deſeruit.
o ¶ Et prima.) Arg. q reſtituti poſſunt accuſare & teſtificari. ar. 3. ea. ferrum. & c. dño ſancto.
p ¶ Pauci.) difficile .n. eſt cõtinere, vt 28. d. de his & 33. q. 5. q ſitit: nec tamẽ ideo minus delictũ eſt, vt 2 q. 1. multi. in fi. & 32. quæſt. 7. flagitia, & licet iſtud ſit naturale, non tñ excuſat, vt ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. § ſi fornicarius.

1 De iſtis habeš 15. d. c. 1.

2 Secundum hunc intellectum iſtud, magis, quod eſt in textu tenetur comparatiuè, & legitur de veris iuſtis & loquitur quadam ſimilitudine vulgari. Archid.

QVid eſt.) CASVS. Probat Greg. in hoc ca. ꝙ prælati poſt lapſum peracta pęnitentia, ex officio ſuo prędicare poſſunt & hoc probat exemplo Ezechielis prophetæ, qui cum ſtaret & videret ſimilitudinē quatuor animalium & quatuor rotarum, cecidit in faciē ſuam, flatur: ferrum de terra tollitur. lapis calore ſolutus in æs conuertitur.

e ¶ Incipit.) Arg. ꝙ poſt pęnitentiam reuertitur qs ad priores [1] actus ſi 32. q. 1. cum renunciatur, & q. 5. præceptum. in fi. & 6. q. 1. illi g. & ſup. eo. c. qa ſanctitas tua. in fi.

1 Ad hoc F. eo. quia tua. ver. ſicut in. ubi de hoc & 23. q. 7. vides, iuxta ſi. vbi etiam de hoc.

α ¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epiſtolarum B Gregorij legitur*, ideo generaliſſima, quæ à Niceno concilio incipiūt cum reliquis quatuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In uno manuſcripto codice eſt*, generaliſſime *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem. Pannormiam*. Nam nos generaliter; *cæteroqui parum à Gratiano diſcordant.*

β ¶ Sicut.] *Hinc vſque ad verſ.* Quid enim. *in aliquot codicibus epiſtolarum excuſis, & duabus manuſcriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

*Item ſuper Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.*

¶ Poſt acerrimam pœnitentiam lapſi reparantur. C. XVII.

QVid eſt hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur: [Sta ſupra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacēti loquebatur, cur nō ſe, niſi ſtanti promittit eſſe locuturum? Sed ſciendū, quia alia ſunt, quæ iacētes, alia, quæ ſtantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, vt ſurgat; ſtanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficiſci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confuſione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere ſurgimus, cum iam recti ſtare cæperimus, dignum eſt, vt ad lucrandos alios in prędicationem mitti debeamus. Stans [b] ergo propheta viſionem ſpiritalem vidit, & cecidit; cadens vero iam monitionis verbum ſuſcepit, vt ſurgeret: ſurgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret: Nam qui adhuc ex ſuperbiæ vertice ſtamus cum iam de ęternitatis timore [c] aliqđ ſentire cæperimus, digum eſt, vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem noſtram ſubtiliter cognoſcentes, humiliter iacemus, per diuini verbi conſolationem ſurgere ad fortiora opera iubemur. Ezech. 2.

*Item lib. 18. moralium c. 16. ad c. 28. Iob.*

De eodem. C. XVIII.

FErrum, [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator eccleſiæ à terrena, quā prius tenuit, actione ſeparatur. Non ergo in eo debet deſpici, quod fuit; quia iam incipit [e] eſſe, quod non fuit [f] †.

† Concor. text. in fi. in l. 1. §. in forma. ff. de aqua plu. arc. & in le. prouinciales. ff. de verb. ſig.

*Item Hieronymus ad c. 3. Michee.*

& Dn̄s dixit ei: Fili hominis, iſta ſupra pedes tuos & loquar tecum. Iacenti ergo in pctō prophetæ dr̄ vt reſurgat ꝑ pœnitentiam, & poſt pœnitentiam ad prædicandum mittitur, ꝓlati ſimiliter in peccato iacentes prædicabūt, ſicut fecit ꝓpheta. Nam cū ſtant in peccato ſuperbiæ prælati, dignum eſt, ut ad bona opera cō ſurgant per pn̄iam. Et no. ꝙ in prædicta auctoritate ſtare dupliciter ſumitur. Nā primo accipit in mala ſignificatione, poſtea in bona.

a ¶ Prophetæ.) Ezechieli. Ezechie 2.

b ¶ Stans.) Hic ſtans accipiaur in mala ſignificatione, & priꝰ in bona, & ita eſt hic arg. ꝙ aduocatus uarijs modis pōt iura exponere, ſicut hæc auctoritas, Verbum caro factum eſt. uel illud: veritas de terra orta eſt, quandoque exponitur, id eſt. Chriſtus de uirgine natus eſt, vt 25. q. 1o. c: 1. quandoque exponitur, ideſt, cōfeſſio de pœnitente. de pę. d. 1. quicunqꝫ argu. contra 23. q. 7. quod autē. Sed hæc diuerſo reſpectu.

Iura vario modo poſſunt exponi.

ADDITIO. Ad idē ext. de ap. ſolicitudinē. in fi. vbi de hoc.

c. ¶ Timore.] Seruili. ſ. cum quo charitas dedignatur habitare. inducit tamē iſte timor filialem ſicut ſeta filum, Vt in ſ. de pęn. d. 2. ſi quis tātā.

Timor eſt du lex.

FErrum.) CASVS Legiē In Iob, Habet argentū uenarū ſuarum principia, & locus eſt auro, in quo cōflatur, ferrū de terra tollitur, & lapis calore ſolutus in æs conuertitur. Per hanc auctoritatē vult Greg. probare, ꝙ poſtquam prælatus ſeparatus eſt per pænitentiā a peccatis, debet lucidus reputari: nec debet cōſpici in eo id quod fuit, ſed quod modo eſt ad inſtar ferri, quod donec eſt ſub terra, obſcurum eſt: ſed poſtquam ſeparatur à terra, fit lucidum, & utile ad ſecandum. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ Ferrum.) In Iob. continetur ita: habet argentū uenarum ſuarum principia, & auro locus eſt in quo con- in fi. ff. de ædil. edi. qđ ita ar. contra 61. d. in ſacerdotib. Reſp ꝙ nunquam per pęnitentiam reuertitur ad priorem ſtatum, vt 23. q. 3 admonere. & 81. diſtinct. Romanus, &c. ſi quis clericus ſed per diſpenſationem, ut 2. q. 3. §. notandum. in fi. Ioan. niſi in occultis criminibus, ut extra de temp. ordinan. c. vlt. B.

f ¶ Quod non fuit.) ideſt, qualis nō fuit, & ſic non eſt hic aliqua fictio iuris. Vel dic quod ius fingit eum eſſe nouum hominem ſicut baptizatū. 26. diſt. c. 1. de pœn. diſt. 2 §. Romanos, &c. quomō. verſi. expoliantes. alteratus tamen eſt. 3. quæſ. 7. §. quia ergo. ſic fingit nō eſſe homici-

Ius multa fingit.

homicidam qui eſt homicida 23.q.5.ſi homicidium. ſimiliter fingit aliquē nō tranſiſſe qui tranſiuit, vt 7.q 1. mutationes,& non eſſe ep̄m qui eſt eps, vt 2. q.7. non omnes. & c.qui nec. & eſſe virginem, quæ non eſt virgo, vt 32.q.5. propoſito, & non eſſe matrimoniū quod eſt, vt 30.q.5.

alienigenis compellebantur idolatrare, quas poſtea admonitionem Eſdræ dimiſerunt. De iſto Ieſu Zacharias propheta vidit viſionem quandam, quam recitat ſic: Oſtendit mihi Dominus, ſacerdotem magnū Ieſum coram angelo Dei, & Satā, i. vxor idololatra, ſtabat a dextris eius, & Ieſus erat indutus ſordidis veſtibus. Dixitq; Angelus ad eos q coram ſe ſtabāt: Auferte ei ſordida ueſtimenta, & date ei cādida veſtimēta, & poluerūt ſuper caput eius cidarim, indueruntq; eū candidis ueſtib.

¶ Poſt condignam pœnitentiam priſtina recipiuntur officia. C. XIX.

Zach, 2.

Pſal. 50.

CVm exaudiero [a] eos, dabo eis virtutem ſpiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in preſenti loco poſſe docere aliquem poſt peccatum; ſi tamen uitia priſtina, pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid poſt adulterium, & homicidium loquitur in pſalmo. [Aſperges me hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.] Nec ſua tantum puritate contentus eſt; ſed infert: [Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.] cumq; hoc fecerit, [docebo, ait, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.

*Idem Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum.*

¶De eodem. C. XX.

inf. de pen. d. 2. c. ſi enim. §. Ieſus,

IEſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, quamquam in typo [b] præceſſerit Saluatoris, qui noſtra peccata portauit, & alienigenā ſibi ex gentibus copulauit eccleſiam; tamen ſecundum litteram poſt ſacerdotium ſordidatus [c] inducitur, & ſtat diabolus [d] à dextris eius: & candida [e] illi deinceps ueſtimenta redduntur.

*Item ex concilio Agathenſi. cap. 2.*

Et capitular. lib. 7. cap. 311.

Ivo p. 6. c. 363.

¶Per Penitentiam clerici correcti gradum ſuum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

COntumaces clerici, prout dignitatis ordo [f] permiſerit, ab epiſcopis corrigantur, & ſi qui prioris [g] gradus elati ſuperbia, communionem [h] fortaſſe contempſerint, aut eccleſiam frequentare, vel officium ſuum implere neglexerint [i], peregrina [k] eis cōmunio tribuatur; ita, vt cum eos penitētia correxerit, reſcripti in matricula [l] gradum ſuum, dignitatemq; [m] recipiant.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 17.*

Apud Martinū Bracarenſem. 30. q. 5.

b ¶ In typo.) Quia duxit alienigenam; ſicut Chriſtus eccleſiam.

c ¶ Sordidatus.] Quia dimiſit uxorem.

d ¶ Diabolus.] ideſt, vxor, quæ idola coluit.

e ¶ Candida.) Quando ad conſilium Eſdræ reliquit illam, 28 q 1 §. 1 & 2.

COntumaces.) CASVS Quidam clerici cōmunionem fratrum, & intrare eccleſiam contemnebant, officia ſua penitus negligentes. quæſitum fuit in concil. Aga. quam pœnam pati debeant: & rñdet, q puniri dēnt prout ordo permiſerit, id eſt, maiores ſuſpendantur officio & beneficio: & eis peregrina cōio tm̄ tribuat. minores uero acrius puniantur: qui tñ ſi poſtea reſipuerint & penitētiam egerint, in matrice eccleſia reſcribentur, & in ſtatum priſtinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniuntur, q minores.

2 Lau. dicit cōionem. i. cōem obſeruantiam & conuerſationem. Arch. Prælatorum eccleſias negligentiam punitio.

3 De hoc plene no. ex. ut lite nō cōteſtata, §. ſi uero. & 7 q 1. ambitionis. ibi dicā. Ar.

4 Dic quod ſi iuſtā cām abſētię hēt, oīa recuperat. ff. de re milit. ex cā. nā & ſnia reſcindit, ſi ꝑ a ta iuſta cā abſētiæ. extra de re iudi. Berthac.

Probatio verū contra ꝑſumptionē admittatur.

1 Aliàs ſe...us. ff. de re. ...iu. qui duos 3. & 4. ſm Laur. q hāc ...niam tenet ...um Io.

aliter. Sed nunquid per tales fictiones præiudicabitur iuris ueritati: ita ut nun admittatur probatio in contrarium? vr̄ q ſic, ut extra de regularibus. vidua. Videtur contra vt extra de renunc. ſuper eo. & ff. quod met. cau. non eſt uериſimile. & una præſumptio per aliā preſumptionem tollitur. ff de in integ. reſtit. l. diuus. Ego dico breuiter, q contra oēm præſumptionem admittit probatio, niſi ubi ius de iure alicuius non tm̄ pſumit, ſed et certū qd ſtatuit 1. nec multū appretio illam diſtinctionē quorundā q eſt q̄dā pſumptio iuris, q̄dam hominis q̄dam naturæ; de quibus habes extra de deſponſ. is qui. qa lex dicit, q per fictionē iuris ueritas non confunditur, nec deletur, vt C. de iure dotium. in rebus. in prin.

CVm exaudiero) CASVS. Probat Aug. in hoc ca q prælatus ſi diluat peccata ſua per pnīam, docere poteſt ſicut prius. Et hoc probat auctoritate Eſaiæ, quæ eſt in principio c. & exemplo Dauid.

a ¶Cum exaudiero.) Eſaias propheta 37. cap.

IEſus.) CASVS. Iudæi venientes de Ægypto per deſertū, cū viderent uxores ſuas ualde ſqualidas ex labore itineris, abiecerunt eas, & ſuperinduxerūt alienigenas, qd fecit Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, a qbus

f ¶Prout dignitatis ordo.) Alio. n. modo ſunt puniendi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, vt 35. d. ante omnia & 11. q. 1. ſi clericorum. & 12. q. 2. fraternitas.

g ¶Prioris.) ideſt, altioris.

h ¶Communionem.) ideſt, nolunt eſſe inter alios.

i ¶Neglexerint.) Aufertur eis officium & beneficium. Ioan. per ſuſpenſionem. ſecundum Hug.

K ¶Peregrina.) Quæ aliàs dicit laica. extra de elec. c. 2.

l ¶In matricula.) Sic. 2. q 1. nomen.

m ¶Dignitatemq;.) Si enim a vigilijs deeſt, auferendū eſt ei ſtipendium, ut 91. diſt. clericus victum. ſed ſi prælatus per tres hebdomadas deeſt, per triennium ſuſpenditur: vel etiam ſi diebus ſolennibus deeſt. ut 7. q. 1. ſi quis in clèro, ſi per duos menſes, priuatur eccleſia, vt 6. q. 1. præſentium. niſi uelis dicere hodie correctum, ut extra de cler. non reſiden. ex tuæ 3. Sed an poſſit repetere fructus poſtea cum reuertitur; non videtur, C. de re milit. l prima, libro 12. alioquin ſpe reſtitutionis facilius delinqueret, vt ſupra ea diſt. cap. 1. Item quia pœnæ non ſolent repeti. ff de condictio indeb. pœnæ, & penam quam quis ex ſuo delicto præſtitit, non repetit 4 ff. de procur. qui proprio. §. pœnam. Item hic & in ſequen-

¶ De eodem. C. XXII.

SI quis presbyter, aut diaconus α inuẽtus fuerit aliqd de miniſterijs eccleſiæ venundaſſe; quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione eccleſiaſtica nõ haberi. In iudicio tamen epiſcopi a dimittendum eſt, ſiue dignus ſit, ſiue indignus in ſuo recipi vt debeat gradu: quia multoties hoc ipſum, quod de ſacroſancto altario contaminatum eſt, in epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

Burc. lib. 3. 179. ex Bracarenſi.
Iuo p. 3. cap. 173. ex Martino, & 240. ex Bracarenſi.

α ¶ Diaconus.] *Sequebatur:* aut ſubdiaconus. *quæ duæ dictiones expunctæ ſunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Auguſtinus ad Bonifacium.*]

PALEA C. XXIII.

β ¶ Palea.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: ſed poſt finem capitis:* ſi quis presbyter *ſequitur continenter,* Quomodo igitur: *ſunt tamen in multis, atque in ijs quidem, a quibus plerunque paleæ abſunt. Ac videtur ſumma quadam parte præcedentium capitum,* ponderet. *&* quia ſanctitas *partim ſequentis,* vt conſtitueretur *quod refertur ex Auguſtino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere citatio.*

BEne ualet ſacerdos reſtitui ad honorem ſuum poſt peractam pœnitentiam: licèt in hoc diuerſi diuerſa ſentiant, dicentes, non poſſe reſtitui ad honorem Sed ſic dictum eſt propter ſimulatas pœnitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA C. XXIIII.

SAcerdos quidem ſi cadit, valet, & habet reſtitutionis locum poſt dignam peractam pœnitentiam, in honorem ſuum, propheta atteſtante, qui ait: [Nunquid qui cadit, non adijciet, vt reſurgat?] Et B. Gregorius hoc dicit ad Secundinum incluſum, amicum ſuum. Etiam ab ipſo propheta in hoc argumentum habemus: qui cum poſt peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamen poſtea peracta digna pœnitentia per Dei gratiam ad priſtinum officium reſtituitur.

Hiere. 8.
Greg. li. 7. epi. 52.

3 *Quomodo igitur huiuſmodi auctoritatum diſſonãtia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inſpiciamus. Sunt quidam, quos non odium criminis, ſed timor utilitatis, & amiſſio proprij gradus, & ambitio celſioris ad pœnitentiam cogit. Hos ſacri canones irrecuperabiliter† deijciunt: quia qui ſimulatione pœnitentiæ, uel affectione honoris, à Deo non conſequitur ueniam, nec ab eccleſia reparationem meretur.*

† *al. irreparabiliter.*

*Vnde Auguſtinus ſcribit ad Bonifacium, epiſt. 50.*

¶ Quare conſtitutum eſt in eccleſia, ne poſt pœnitentiam quis ad clericatum redeat. C. XXV.

VT cõſtitueretur in eccleſia, ne quiſquã poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad

In capitular. adiectis. c. 132.
Poly. lib. 6. tit. 20.
Anſ. lib. 3. c. 3.
Iuo in prologo. c. 8.

quen c vr q epũs poſſit diſpenſare cum depoſito. Nam & Senatus reſtituit. ff. de poſtu. l. 1. §. de qua autẽ. & Senatus æquiparatur principi. ff. de aqua plu. arcen. quod princeps & eccleſia habet ſuũ ſenatum, vt 16. q. 1. eccleſia. argu. ad hoc 11. q. 3. epiſcopus & C. de epiſ. & cler. placet. Argu. contra extra de cler. non reſiden. ex tuæ. in fi. & dixi de hoc 2. q. 6. ideo. Ioan. Solu. cum depoſito ſolenniter ſolus Papa diſpenſat, vt de pœn. d. 6. c. 1. in fi. B.

Papa ſolus cũ ſolenniter depoſito diſpẽſat.

SI quis.) CASVS. Quæſitum fuit in cõcilio Martini Papę quam pęnam deberet pati presbyter vel diaconus, q in caſu illicito calicẽ, vel librum eccleſię alienat: & reſpondet q non debet haberi in ordine clericorũ: vel debet ab adminiſtratione cauſæ remoueri in iudicio. n. epi dimittitur, ſi cum eo voluerit diſpenſare. a ¶ Iudicio tñ epiſcopi) Hic ergo permittitur epiſcopo diſpenſare in ſacrilegio, ſic & in hæreſi, vt infra ead. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc uerum eſt niſi ſit enorme ſacrilegium, vt 12. q. 2. de viro.

Ẽps in hæreti diſpenſat.

QVOMODO Hæc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua concordant iura: & dicit quòd qui verè pœnitent, poſſunt reparari: & qui fictè pœnitent, non ſunt reparandi, & hoc probat ex aucto. Io. de Fan.

CASVS. Probauit ſupra Gratianus, quod lapſi reparari nõ poſſunt: poſtea pbauit contrarium. Nunc vero ponit ſolutionem, dicens q illi q agunt fictè pęnitentiam, nõ odio criminis, ſed timore vtilitatis, vel affectione honoris, non dñt reſtitui: ſed qui uerè pœnitentiam agũt, reſtitui poſſunt. Et hanc ſolutionẽ probat per ſequentia c. vſque ad §. quicunque.

VT conſtitueretur.] CASVS. Quæſiuit Bonifa. ab Auguſti. quare in eccleſia ſit ſtatutum vt clerici poſt pnĩam de criminibus non promoueantur, vel deijciantur,

tur, uel non reuocentur, & reſpondet Augu. ꝙ hoc non eſt conſtitutum propter deſperationem indulgentiæ, id eſt, quod eccleſia diſpenſare non poſſit: ſed propter ficte pœnitentes eſt conſtitutum, vt depoſita ſpe temporalis altitudinis, non ſuperbe, ſed humiliter agerent pœnitentiam.

m ¶Detrahendum eſt.) Hic habes ꝙ diſpenſatio quandoque eſt debita, ſcilicet vbi ſtrages multorum iacet, & alibi, vt 45. diſt. licet. & 1 q. 7. diſpenſationes & 11 q. plerumque, 23. q. 1. noli in fine. & infra. ead. conſiderandum. cum. n. diſpēſatio ſit quaſi quædam miſericordia: & eſt certum quod quilibet tenetur eſſe miſericors, vt 86 diſ. nō ſatis & licet debita ſit tamen peti non poteſt: ſicut epiſcopatus debetur bono. & tamen non pōt eum petere, vt 8. q. 1. qui epiſcopatum. quandoque autem prohibetur diſpenſatio, vt 1. q. 1. erga. & ſup. ea. miror. quandoque etiam permittitur diſpenſatio, ut inf. ead. domino, & ſup. ead. ſi quis presbyter. Et no. quod aliud eſt rigor, aliud eſt ius, aliud eſt diſpenſatio. Rigor eſt quidam exceſſus iuris, & quædam auſteritas facta ad terrorem, ſecundum quod dicit canon, quòd pœnitentia imponitur contrahenti ſecundas nuptias, vt 31. quæſt. 1. c. hac ratione, & c. præcedenti, & quod communio non eſt danda etiam in fine vitæ his qui defecerunt in accuſatione clericorum, hoc eſt epiſcoporum, vt 2 q. 3 ſi quis epiſcoporū. & rigor nō eſt ſeruandus 1, niſi vbi timeẗ exemplum mali, vt 45. diſt. ſed illud. quandoque tamen rigor eſt idē quod ſubtilitas iuris, vt extra de reſt. ſpol. in litteris. & extra de noui oper. nun. intelleximus Diſpenſatio eſt idem quod iuris relaxatio: & ea non eſt vtendum, niſi ſit neceſſitas, vel vtilitas, vt 1. q. 7. tali. Ius autem media ſtrata incedit inter rigorem & diſpenſationem. ff. de iuriſd. om. iud. qui iuriſdictioni. & 24. q. 2 legatur.

Diſpenſatio quandoque eſt debita.

clericatū redeat, vel in clericatu maneat non deſperatione[a] indulgentiæ, ſed rigore[b] factum eſt diſciplinæ. Alioqui contra claues datas eccleſiæ diſputabitur, de quib. dictum eſt, [quæ ſolueritis in terra ſoluta erūt & in cœlo.] Sed ne forte etiam de cęteris[c] † criminibus, ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbe ageret pœnitentiam, ſeueriſſime placuit, vt poſt actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo ſit clericus: vt deſperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior eēt humilitatis. Nā & ſanctus Dauid de criminibus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore ſuo perſtitit. Et Beatum Petrum, quando amariſſimas lacrymas fudit, vtique Dominum negaſſe pœnituit, & tamē Apoſtolus manſit. Sed non ideo[d] ſuperuacua putanda eſt poſteriorum diligentia, qui vbi ſaluti nihil detrahebatur[e], humilitati aliquid[f] addiderunt[g], quo ſalus totius muniretur, experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per[h] affectatas honorum potentias[i]. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta[k] morborum. Verum in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionum, ſciſſuras nō huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages[l] iacent, detrahendum eſt[m] aliquid ſeueritati, vt maioribus[n] malis ſanandis charitas ſincera ſubueniat.

† al. deteſtis.

inf. 23. q. 4. ipſa pietas §. verum.

Rigor diſpēſatio, & ius differunt.

*Item ex epiſtola Cleri Romani[o] miſſa Papæ Cypriano[p].*

Extat inter opera B. Cypriani lib. 2. epi. 7

¶Reparationis beneficium non niſi poſt pœnitentiam poteſt concedi. C. XXVI.

Anſel. 1. c. 20

ABſit a Romana eccleſia vigorem[q] ſuum tā profana facilitate dimittere, & neruos ſeueritatis euerſa fidei[r] maieſtate diſſoluere, vt cum ad huc non tantum

1 Et dic ꝙ iuris rigor ex cauſa multiplici mitigatur, vt not. ext. de ſent. excō. pueris Archid.

tiam. & licet poſſint reparari poſt lapſum, ut Dauid & Petrus: non tamen canones, qui prohibent reparationem, inutiliter ſunt conſtituti: quoniam facti ſunt propter ficte pœnitentes, vt ſecundum varia genera morborum varias medicinas inuenirent: rigor quorum canonum non eſt ſeruandus vbi multitudo eſt in cauſa.

a ¶ Non deſperatione.) Ideſt, ob hoc quod eccleſia deſperet ſe poſſe reſtituere tales.

b ¶ Sed rigore) Hic manifeſte colligitur, quòd canones qui dicunt lapſos non eſſe reparandos vel reſtituendos, de rigore loquuntur.

c ¶ Etiam de cæteris) Ideſt, omnibus, nomine enim cæterorum omnes intelliguntur, ff. de ver. ſign. cæterorum.

d ¶Sed nō ideo.) q. d. licet poſſint reſtitui aliqui ſecundum rigorem.

e ¶ Nihil detrahebatur.) ideſt, vbi non timetur periculum,

f ¶Aliquid.) ideſt rigorem, vt non reſtituerentur, vt ſic fierent magis humiles.

g ¶Addiderunt.) ſ. vt non poſſint reſtitui.

h ¶Per.) ideſt, propter.

i ¶Potentias.) ideſt dignitates.

k ¶Experimenta.) Sic 29 diſt. ſciendum, vel aliter vt quandoque fiat reſtitutio, quandoque non.

l ¶Strages.) Supra 44. diſt. comeſſationes.

ADDITIO. Dicit Hug idem. ſ. ꝙ rigor non eſt, ius ſ imo eſt iuris exceſſus in auſteritate. Ius autem eſt æquitas. i. æqualitas ius ſuum vnicuique tribuens, bonis præmia, malis ſupplicia; hoc debet iudex ſemper obſeruare: arg. C. de iud. placuit. Arch.

n ¶ Maiorib.) Sic diſt. 4 denique.

o ¶Cleri Romani.) Vel Cornelij Papæ.

p ¶ Cypriano.) In chronicis non inuenitur ꝙ aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus: tñ ꝙ fuit Papa, habes infra ea de eo. tñ: ſed forte hic & ibi eſt mendoſa litera.

ABſit.) CASVS. Cyprianus ſuaſit Cornelio Papæ vt Nouatianos & ſchiſmaticos facile reciperet, ſed reſpondet Cornelius: abſit vt eos recipiamus tam profana facilitate, cum adhuc iaceant in peccatis, & quotidie cadant de peccato in peccatum, quia per hoc daretur eis & alijs occaſio delinquendi, nam prælatus qui omiſſe pœnitentia delinquentibus parcit, non curat, ſed potius occidit.

q ¶Vigorem) ideſt, rigorem.

r ¶ Fidei.) ideſt, diſciplinæ.

a ¶Sed

iaceant, ſed & cadant [a] euerſorum fratrũ ruinę [b], properata [c] nimis remedia communicationum vtiq; nõ pro futura præſtentur, & noua per miſericordiã falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, vt miſeris ad euerſionem maiorem eripiatur & pęnitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina proficere †, ſi etiam ipſe medicus intercepta [d] pęnitentia indulget periculis? ſi tantummodo operit vulnus, nec ſinit neceſſaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non eſt curare; ſed ſi dicere verum volumus, occidere.

† al. procederet

¶ *Locupletatum eſt caput hoc ex originali.*

*Item Cyprianus in ſermone de lapſis.*

¶ Impęnitentibus venia concedi non poteſt.
Cap. XXVII.

Anſel. lib. 8. c. 1[illegible]

SI quis præpropera feſtinatione temerarius remiſſionẽ peccatorum [e] dare ſe cunctis putat poſſe, aut audet Domini pręcepta reſcindere, non tantum nihil prodeſt, ſed obeſt lapſis. Prouocaſſe eſt iram, non ſeruaſſe ſententiam [f] nec miſericordiam prius Dei deprecandam putare; ſed contempto Domino de ſua facilitate præſumere. *& infra.* ¶ Mandant aliqua martyres [g] fieri; ſi iuſta, ſi licita, ſi non contra ipſum Dominum a Dei ſacerdote facienda; ſit obtemperantis, facilis, & prona conſenſio, ſi petentis fuerit religioſa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri, ſed ſi ſcripta non ſunt in Domini lege, quæ mandant, ante eſt, vt ſciamus [h] illos de Deo impetraſſe quod poſtulant, tunc facere quod mandant. Neque enim ſtatim videri [i] poteſt de diuina maieſtate conceſſum, quod fuerit humana pollicitatione promiſſum. Nã & Moyſes pro peccatis populi petijt, nec tamen peccantibus veniam cum petijſſet, accepit.

*Item Iſidorus ad Maſſanum † epiſcopum.*

† al. Maſonem. al. Maſſenum.] orig.

¶ Qui ſunt reparandi poſt lapſum, vel qui non. Cap. XXVIII.

Anſ. l. 8. c. 37. Poly. l. 4. tit. 39. Iuo. p. 6. c. 397. p. 15. 38. & 86. Burc. l. 19. c. 43. & 78 Pann. l. 3. c. 149. Rab. pę. l. 1. c. 1. Concil. Neocæſar. c. 1

DOmino ſancto, meritiſq; beato fratri Maſſano epiſcopo ſalutem. Quod in epiſtolis [k] venerabilis fraternitas tua innotauit, videlicet, qđ in canone Ancyrano, ca. xix. † legitur, poſt lapſum corporalẽ reſtaurandum honoris gradum poſt pęnitentiam, alibi vero legitur, poſt huiuſmodi delictum nequaquam reparãdũ antiqui ordinis meritũ, hæc diuerſitas hoc modo ſoluitur. Illos .n. ad priſtinos gradus redire canones pcipiunt, quos pœ-

a ¶ Sed & cadant.) vlterius.
b ¶ Ruinæ) ideſt euerſi & ruentes fratres.
c ¶ Properata.) Quia quæ committuntur in Deum, remitti non poſſunt ſine pęnitentia, & quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt infra. 23. q. ſi is qui. & c. eſt iniuſta.
d ¶ Intercepta.) ideſt dimiſſa.

SI quis.) CASVS. Cyprianus reprehendit hic quoſdam presbyteros, qui ad mandatum aliquorũ martyrum, ideſt, eremitarum, & religioſorum virorum etiã impœnitentibus remittebant, pœnam peccatorum, & dicit quòd ſi quis hoc facit, prouocat Deum ad iracundiam contra delinquentes. Itẽ oſtendit, quod ſi martyres præcipiant ea, quę ſcripta ſunt, & licita facienda ſunt, quia non ſunt cõtra Deum, ſed vt diſpenſetur cum eo qui vere pęnitet, & non ficte. Si vero pręcipiãt ea, quæ ſcripta non ſunt, expectandum eſt donec probentur ea Deo placere, quoniam non ſtatim concedit Deus quod poſtulat martyr, ſicut Moyſes non ſtatim impetrauit veniam peccatorum populo cum petiit.

e ¶ Remiſſionẽ peccatorum.) Quę enim in nos delinquũtur, poſſumus remittere ſine pęnitentia, ſed non quæ in Deum. 23. q. 4. ſi is qui.

Delicta cõmiſſa i Deũ remittere nõ poteſt.

f ¶ Sententiã.) Qui ergo non ſeruat ſententiã iudicis offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui fruſtratorie appellat ab ipſo. C. qñ prouo. non eſt neceſſ. l. vl. in fin & hæc poteſt eſſe cauſa, quare iudex debeat eſſe ſuſpectus ei, qui appellauit ab ipſo, vt extra de appell. ad hæc.

Appellãs fruſtratoriè iudicem offendit.

g ¶ Martyres) ideſt Chriſti ſacerdotes.
h ¶ Vt ſciamus.) Per ſigna exteriora conſiderata in pœnitentibus.
i ¶ Videri.) Arg. ꝙ non ſtatim tenetur quis credere etiã bono viro, vt 9. diſt. ego ſolis. ſi. ff. quod cum fal. tuto. l. 2. immo imputatur alicui, ꝙ nimis eſt credulus. 9. q. 3 non ſolum. 86. diſt. ſi quid vero, ff. de eo per quem fac. l. 1. § 1. Non obſtat 23. q. 1. quid culpatur, vbi in dubio obeditur, quia ibi loquitur dum prælatus præcipit quod eſt dubium; hic de martyribus, qui non erant prælati. 26. q. 5. nec mirum.

Credulus non debet quis eſſe.

DOmino ſancto.) CASVS. Maſſanus epiſcopus inuenerat in concilio Ancyrano, quod lapſi in fornicationem poſt pniam poterant reſtitui. Alibi inuenerat eos non eſſe reſtituendos, & ideo rogauit Iſidorum vt hanc contrarietatem ei ſolueret. Et reſpondet, ꝙ illi qui vere pęnitent, ad gradum priſtinum reſtituuntur & honorem, qui vero ficte pœnitent, non reſtituuntur & hoc probat auctoritate Ezechielis & Io. Euangeliſtę. In fine dicit, quòd vbicunque inuenitur diſcors conciliorum ſententia, illa ſuſcipiatur, quæ eſt antiquior, & potior pietate, ideſt, miſericordior.

k ¶ In epiſtolis.) Maſſanus rogat Iſido. vt ſolutionem cano-

canonum contrariorum circa reſtitutionem lapſorum ei reſcriberet.
a ¶ Vendicare.) Ideſt, defendere. ſic etiam econtra ponitur.
b ¶ Superſtitioſa.) Contra. 8. diſt. quo iure.
c ¶ Ne-

ſat, vbi patet ratio diſpenſandi, vt 34 diſtinct. fraternitatis. argu. 2. quæſt. 5. quanto tamen cum ſuperiore agi poteſt officio iudicis, vt flat diſpenſatio, vt extra de iure patro. nullus. licet non poſſit peti iure actionis, ſicut poteſt dici de eleemoſyna pauperi debita. 47. diſtinct. ſicut.

Eps q̄ſiqr peccat ſi nō diſpenſat.

nitentiæ præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio. At contra hi: qui neque à vitio corruptionis† emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vendicare[a] quadã ſuperſtitioſ[b] temeritate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiam cõmunionis recipiunt. Ergo ita eſt determinanda ſententia, vt neceſſe[c] ſit illos reſtaurari in locũ honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepiſſe merentur diuinæ pietatis. Hi enim non immeritò conſequuntur adeptæ† dignitatis ſtatum; qui per emendationem pęnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ. Id autem ne fortè magis ſit ambiguum, diuinæ auctoritatis ſententia cõfirmetur. Ezechiel quidem propheta ſub typo prçuaricatricis Hieruſalem oſtendit poſt pęnitentiæ ſatisfactionẽ priſtinum poſſe reſtaurari honorem: [Cõfundere, inquit, ò Iuda, & porta ignominiam tuam.] & poſt paululum: [Et tu, inquit, & filię tuę reuertimini ad antiquitatem tuã.] ¶ Quod dixit: [Confundere.] oſtẽdit poſt† peccati opus debere quenque erubeſcere, & poſt confeſſionem pro admiſſis ſceleribus verecundam frontem humi proſtratã demergere, ꝓ eo ꝙ dignũ cõfuſione ꝑpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt poſt ignominiam, & deiectionẽ nominis ſui, ſiue dignitatis reuertatur ad ſuã antiquitatẽ[d]. Ergo dum quiſq; poſt opus cõfeſſionis ſuæ cõfunditur, atq; ignominiam[e] portans, depoſitionem[f] ſuã cũ humilitate luget; reuocari ſecundum prophetam ad priorẽ ſtatum poterit. Item Ioannes Euangeliſta Angelo Epheſi eccleſiæ inter cætera quedã ſimilia ſcribit: [Memor eſto vnde cecideris, & age pęnitẽtiã, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce C, in quantum valui, concilii Ancyrani antiquam planè, & plenam auctoritatẽ ſacris teſtimonijs explanaui; oſtẽdẽs eum poſſe reſtaurari in proprio gradu, qui per pęnitentiæ ſatisfactionem nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget q̄ geſſit, & lugẽda ſine vllo pudore religionis, vel timore iudicij diuini committit; eum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari cognoſcas. In fine γ autem huius epiſtolę hoc adiiciendum putaui, vt quotieſcunq; in geſtis cõciliorum diſcors[g] ſententia inuenitur, illius concilij magis teneatur ſententia, cuius aut antiquior[h], aut potior extat auctoritas.

† al. corporis.

† al. adepta

Ezech. 16.

† al. poſt confuſionẽ, ideſt peccati.

Apoc. 2.

inf. 33. q. 2. cap. hoc ipſum.

α ¶ *Sic habet hoc caput in epiſtola, quæ nuper vnà cũ aliis Iſidori operib. eſt impreſſa Pariſiis: & ita inſcribitur,* Iſidori Hiſpalenſis archiepiſcopi epiſtola ad Maſſanum epiſcopum Domino ſancto, meritiſq; beato, &c. *In epiſtola autem lõgiore, eodẽ argumento, & iiſdem penè verbis, (quæ & ibidẽ & antea Antuerpiæ cũ libris de ſummo bono impreſſa eſt) nõ ſit hoc loco*

d ¶ Antiquitatem.) id eſt, mores antiquos.
e ¶ Atque ignominiã.) Ex hoc verbo, & ex illo verbo, depoſitionem, eſt arg. quod epiſcopus põt depoſitũ & infamem reſtituere 2. quia ignominia idem eſt quod infamia, vt ff. de iis qui not. infa. l. 3. ignominiæ. & ſic patet, ꝙ poteſt tollere infamiam, quod concedo 3. vbicumq; poteſt diſpenſare, vt dixi 2. q. 5. §. hinc colligitur.
f ¶ Depoſitionem.) ideſt, ſuſpenſionem. ſic 46. diſt. clericus.
g ¶ Diſcors) Nonne illa ſententia eſt potius ſequenda, q̄ maiorem continet pietatem? vt 9. d. ſana. licèt enim canõ Apoſtolorum potior ſit, quia antiquior ſit alijs canonib.: tamen prçiudicatur 4, ei per poſteriores, vt 82. d. presbyter. idem patet in canone Hieronym. vt 26. diſtinctio. deinde. & ca. acutius. Item quandoq; præiudicat ille canon, qui non eſt potior, vt 25. quæſt. 1. contra ſtatuta, quod ergo dicitur hic, intellige cũ ambæ cõſtitutiones ſunt particulares, & locales: & de illis loquitur ca. 19. diſtinct. in canonicis, ſed ſi ambæ ſunt generales, ſẽper poſterior præiudicat, vt extra de cogna. ſpiri. capitu 1. ff de legi. non eſt nouum. Sed qualiter præfertur vnus canon alteri, cum omnes ſint promulgati inſtinctu ſpiritus ſancti. 16 q. 3. nemo 5. Reſpon. quod duo canones poſſunt eſſe cõtrarii, & tamen vterque eſt iuſtè inſtitutus, quod enim

Infamiam poteſt eps tollere.

2 De hoc legi. & no. ſu. ead. contumaces.

3 Idem Io de Fan. qui approbat illam totã gl.

Canon canoni an p̄iudicet.

4 Videas q̄ leg & not. 18. diſt. quoniam quidem.

5 Et melius 25. q. 1. violatores, & inf. cap. prox. in princ. & inf. eod. ſi ille. Arc.

c ¶ Neceſſe.] Ex hoc verbo, neceſſe, & ex illo verbo, præcipiunt, quod ſupra ponitur, patet diſpenſationem quandoque eſſe debitam 1. vt ſup. eadem, vt conſtituetur, & ſic patet, quòd epiſcopus peccat ſi non diſpenſat, vnus, ſtatuit, & iuſtè; alter contrarium poteſt ſtatuere, & iuſtè 63. d. §. verum. extra de cõſang. & affi. non debet.
h ¶ Cuius aut antiquior.] Si ambo ſunt æqualis pietatis, 19. diſt. in canonicis.

ad hoc ff. q. 1. noli. de hoc, inf. eod. ſi is. ver. ꝙ vbi & hoc inf. c cõ lerâ dum. tchid

QVI-

QVICVMQVE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis breuiter epilogando ſolutionem, quę eſt ſupra in §. quomodo. Sed huic ſolutioni obijcit c.ſequens, & alia vſque ad §. ſed illud.

Si quis) CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte ꝓbat Hormiſda, ꝙ ſi aliquis clericus fuerit in adulterio depꝛhẽſus, uel cõuictus, vel confeſſus: nõ poteſt ad ſuum honorẽ redire. Et hoc ꝓbat per verba Nicęni cõcilij ccc. & xvij. epõrũ, & reprehendẽdo deridet eos, qui dicebant rigorẽ non eſſe ſeruandum circa delinquentes. In ſecunda parte, quæ incipit ibi: (Quod ſi eos) dr̃, ꝙ ſi clerici delinquentes verè pœnitent, reſtitui poſſunt exemplo Dauid. Si vero non reſipiſcũt, non eſt eis indulgẽdum, cum Deus non idulgeat, & ſi eis falſo idulgeamus, i die iudicij dicturi ſunt contra nos, ꝙ nos non debuiſſemus eis induliſſe, nec permiſiſſe eos [illegible] delictis ꝓpter blanditias permanere, vel minas eorum. Et no. ꝙ prima pars facit contra ſolutionẽ Gratiani: ſed ſecunda pro eo. ſequens cap. patet.

a ¶ Si quis diaconus.) Prima pars ca. facit contra ſolutionem Gratiani, idem facit pro ea in ſecũda parte, quæ incipit ibi: (Quod ſi eos.)

b ¶ Ecce.) Vſque ad hunc locum ſũt verba Nicæni concilij.

c ¶ Cccxviij.) Ergo videtur, quod hoc ſit ſtatutum Nicæni concilij, cui tot interfuerunt, vt 15. diſtinct. canones licèt Damaſus Papa de ccc. tantum loquatur. 10. quæſt. 1. hanc conſuetudinem. ſed minor numerus non excludit maiorem.

d ¶ Deprehenſi.) Aliquo ſequentium modorum. Videtur ergo, quòd ſola deprehenſio ſufficit, vt hic, & 81. diſtinct. presbyter. & habes infra ea. de his, ſed non eſt ita niſi ſint coniuncti vel confeſſi, vt ſequitur inf. 2. q. 1. nos in quemquam. & 12. q. 1. non dicatis. Vel intellige, deprehenſi ita ꝙ factum ſit notorium ex facti euidentia 1. vt extra de coha. cleri. & mulie. tua. tales enim qui in maleficio publicè deprehenduntur, ſine iudicio damnantur, vt C. de defen. ciu. l. defenſores lex ſeptima eſt.

e ¶ Non poſſunt.) De iure.

f g ¶ Pietate.) ironicè loquitur.

g ¶ In ſancto.) Supra ead. miror.

h ¶ Remedia.) i. pęnas cõtra illos, q̃ nõ ſeruãt ſtatuta.

i ¶ Omnibus.) Argu. quod qui vni facto contradicit, omnibus contradicit: hic ſupra, 4. diſt. denique. de pœn. diſt. 5. fratres, & extra de regu. iur. deſicat. de conſec. diſt. 2. comperimus.

K ¶ Et inimicos.) Not. ꝙ eo ipſo, ꝙ aliquis non obedit prælato,

*menſio concilij Ancyrani: ſed tñ in editione Pariſienſi titulus hic eſt;* Iſidori Hiſpalẽſis archiepiſcopi epiſtola de reſtituẽdis in priſtinam dignitatem clericis pœnitentibus *ſeu*, Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilij. *Veruntamen in canone illo xix. verſionis Dionſii (qui apud Græcos, & in alijs verſionibus vigeſimus eſt) vbi legitur*, perfectionem conſequi ſecundum priſtinos gradus. *Græcè eſt*, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας, ſecũdum gradus, qui eo deducunt. *& Balſamon longè aliam ſententiam elicit, quam Iſidorus.*

QVi in aliquo [d] crimine detecti ſunt, qui infamiæ [e] nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe confeſſi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel qui in hæreſi baptizati, aut rebaptizati eſſe noſcuntur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturali defectu membrorũ, aut deciſione aliquid α minus habere noſcuntur, qui ſecundæ vxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, [f] aut fornicarias β habuerunt, qui ſeruili conditioni obnoxii ſunt, qui ignoti ſunt, qui neophyti, vel laici [g] ſunt, qui ſæculari militiæ dediti ſunt, qui curię nexibus obligati ſunt, qui inſcii literarum ſunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus eccleſiaſticos nõ aſcenderunt, qui ambitu honorem quęrunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a deceſſoribus [h] in ſacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſiuit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem ſacerdotii poſtulatus, & in his, quæ prædicta ſunt, exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit, & examinatus, probabili uita & doctrina extiterit; tunc ſecundum ſynodalia, uel decretalia conſtituta, cum omnium clericorum, vel ciuium uoluntate, ab uniuerſis comprouincialibus epiſcopis, aut certe a tribus, in ſacerdotem die Dominica [i] cõſecrabitur; conuenientibus † cæteris, qui abſentes ſunt, litteris ſuis, & magis auctoritate, uel præſentia eius, qui eſt in metropoli conſtitutus. Epiſcopus autem comprouincialis ibi conſecrandus eſt, ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non niſi in ciuitate metropoli [k], † comprouincialibus ibidem conuenientibus [l]. ¶ Si qui autem deinceps contra

† *al. conuenientibus.*

† *al. à comprouincialibus.*

Epiſcopi & archiepiſcopi, ubi & a quot quibuſue ſunt cõſecrandi.

Concubinarium promouens, an videtur cũ ipſo diſpẽſare.

e ¶Infamiæ.) etiam de facto, vt dixi 2. q. 7. c. ipſi apoſtoli.

f ¶Qui cõcubinas.) Ex hoc videtur, quod eps ipſo facto nõ diſpenſet t. ſi enim ipſo facto diſpenſaret, quare hic puniretur promouens concubinarium, cum tamen cum ipſo poſſit diſpẽſare ipſo facto? vt extra de iud. at ſi clerici. & facit ad hoc 81. d ſi qui. & extra de ſchiſma. fraternitatis. & extra de pb. referẽte. Itẽ ſm hoc eps ſp diceret ſe diſpẽſaſſe, vt ſic nõ puniretur. Quod aũt ipſo facto diſpenſet, probatur ext. de fil. presbyt. veniens. & 28. di. diaconi. & extra. qui matri. accuſ. nõ poſ per tuas. 54. diſt. ſi ſeruus. & extra de reſtit. ſpolia. litteras. §. opinioni. vbi habes, quod eccleſiæ mãdando vel diſſimulãdo diſpenſat. Et hoc credo, quod circa notum ſolo facto diſpẽſat, ſed nõ circa ignotũ: quia noti examinatione non egẽt, vt 47. d de Petro. Conſulo tñ quod teſtes vel litteras habeant ſuper diſpenſatione facta ſibi. Vel dic, quod hic redarguuntur illi qui ex cõtemptu ordinant aliquos non examinando eos, vt 91. di. dictum. & c. quicunque. & tantum indiſcreta diſpenſatio redarguitur hic, & in omnibus ſimilibus, extra de præben. de multa.

1 Ad hoc eſt ficax argu. extra de fil. presbyt. ex tua iuxta fi. vbi dicit, cũ aliquib. clericis diſpenſatũ, &c. ergo a contrario cum quibus diſpenſatum non eſt, poſſunt procedere iudices illi ſecundum, quod eis datũ eſt in mandatis extra de reſer. ſi qñ &c. cũ dilecta. ſecundũ Ho.

q. 1. quod quidam. in fi.

b ¶Si ad clerum.) id eſt, ſubdiaconatum.

c ¶Admiſſus fuerit.) Ex diſpenſatione.

QVi in aliquo.) CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte aſſignantur 29 impedimenta, quæ repellunt ab epiſcopatu, vel archiepiſcopatu, vel etiam ab alia dignitate. In ſecunda parte. quæ incipit ibi, (Sed nec ille.) Dicitur quod eps debet eligi a clero, & a populo ciuitatis auctoritate metropolitani: qui poſtea legitime examinatus ab omnib: epis de prouinciis, uel a trib. de conſenſu aliorum, die Dñi-

g ¶Laici.) Non enim repente de laico fiet epiſcopus. 61 diſt. c. 1. & 2.

h ¶Qui à deceſſoribus.) Niſi in hoc Papa diſpenſauerit, vt 7 q. 1 petiſti.

i ¶Dominica.) Hora tertia. 75. diſt. quod die.

k ¶Metropoli.) In propria ciuitate conſecrandus eſt metropolitanus, vt hic, & 63. diſt. metropolitano.

l ¶Conuenientib.) Hic habes quod metropolitanus

Metropolitanus in propria ciuitate eſt conſecrãdus. Archiepiſcopus a quibus eſt cõſecrãdus.

conſecrandus eſt a ſuffraganeis, vt 66. diſtin. cap. 1. extra de tempo ordi. ſi archiepiſcopus, & in Auth. de eccleſia. tit. § 1. coll. 9. Arg. contra 24. q. 1. pudenda, vbi dicit, quod a Papa ſit conſecrandus, ſed primum eſt de iure. Papa tamen iam præſcripſit contra ius illud.

tem habet, vt extra de cler. per ſal. promo. cap. 1. & hoc dummodo ſit baptizatus, nec decret. illa, ex litteris. i aliquo cōtradicit B. Vriales autem. ] CASVS. Aſſignatis ſupra quatuor rationibus in 53. diſtinct. in c. deſigna-

extr. de ordi. ab ep̄o qu. renuncia. epiſc. cap. ſe. Archid.

prædicta vetita canonum, ad gradum ſacerdotij indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit.

α ¶ Aut deciſione aliquid.] *Addita hæc ſunt ex concilijs olim Colonia, ac Lutetia impreſſis In nouiſſima vero Colonienſi editione legitur*, vel defectione, *pro*, vel deſectione.

β ¶ Aut fornicarias.] *In codice Lucenſi Regio legitur*, ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, vt ſupra diſt. 34. c. is qui, eſt adnotatum.*

## DISTINCTIO LII.

*Qvi vero prætermiſſis aliquibus gradib. non ſuperbia, ſed negligentia ad maiorem aſcē derit, tandem à maiorib. abſtineat, quouſq; congruo tempore prætermiſſos accipiat.*

*Vnde Alexander ſecundus ſcribit † Grimaldo Conſtantienſi † epiſcopo.*

† al. Rainaldo. ) al. Rumaldo.
† al. Conſtantienſi.

¶ De eo, qui ſubdiaconatus ordine poſtpoſito, diaconus & presbyter eſt ordinatus. Cap. I.

SOlicitudo dilectionis tuæ ſtuduit conſulere, vtrū portitor iſtarum litterarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus ſit peragere, nec ne; cum ad id præpoſtero † curſu, ſubdiaconatus [a] ordine poſtpoſito, negligentia potius, quam ſuperbia cognoſcatur aſcendiſſe. Vnde nos conſulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio ſacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporū ieiunio ſubdiaconatus miniſterium ſibi rite imponas; & ſic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

Iuo p. 6. c. 413.
† al. præpoſtere.

¶ *In libro peruetuſto eſt epiſtola eiuſdem Alexandri ad Geruaſium Rhemenſem archiepiſcopum: cui hoc idem conſiliū dat, quod Rumaldo Conſtantienſi epiſcopo ſe dediſſe narrat.*

## DISTINCTIO LIII.

*Cvriales [b] autem, vt ſupra ſcriptū eſt, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab eccleſia repetuntur, plurima incommoda eccleſia conſequitur: vel quia ijdem curiales non voto religionis, ſed vt officiorū ſuorum ratiocinia fugiant, ad eccleſiam ſe transferunt.*

diſt. 53. deſignata.

Qvi vero. CASVS. Supra in proxi. cap. dr̄, ꝙ qui p̄ gradus eccleſiaſticos n̄ aſcenderunt, nō debēt eſſe ep̄i, cuiꝰ verbi occaſione ſupponitur hic 25. d. i quo oſtenditur ꝙ ſi quis ꝑtermiſſo ordine minori aſcēderit ad maiores non ſuperbia, ſed negligētia abſtinere debet a maioribus donec ꝑtermiſſum ordinem ſuſcipiat: quod probatur ſequenti capitulo.

SOlicitudo.] CASVS. Quidam clericus ordine ſubdiaconatus ꝑtermiſſo, negligētia potius ꝙ̄ cōtemptu factus eſt diaconus & presbyter. quare quæſiuit Conſtantien̄. epiſcopus an poſſet in officio diaconi vel presbyteri miniſtrare? Et reſpōdet Alexan. Tādiu ceſſet ab officio ſacerdotali, donec ꝓximo quatuor tēporū ieiunio recipiat ſubdiaconatū.

a ¶ Subdiaconatus.] Videtur ergo quod aliquis promouetur in ſacerdotem, qui nullum habuit ordinem, vt laicus, qui fit ſacerdos ſecundū Hug. ſed huic ob. 40 diſtin. ſicut 1. & extra de presbyt. non bapti. veniens. Sed contra extra de cle. per ſal. promo. cap. vnico epiſcopus autem non poteſt eſſe niſi fuiſſet ſacerdos 2, vt extra de exceſ. prælat. ex litteris. in fi. de hoc dixi 40. d. ſicut. Si vero non baptizatus promoueretur vel chriſmaretē, nullum reciperet ſacramentum: quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorum, vt 32 diſtinct. §. verum. niſi enim poſitum ſit fundamentum, nihil poteſt ſuperædificari, vt 1. q. 1. cum Paulus. Et eſt arg ꝙ præpoſteratio facti non vitiat factum. Arg. contra. 7. q. 1. nihil. 23. diſt. quorundam. de conſecr. diſt. 4. omnis. Ioan. Sol. dicas ꝙ laicus recipit ordinem ſacerdotii, & etiā epiſcopatus 3. quia character imprimitur, ſi cōferetur in forma eccleſiæ ab eo qui poteſt aſſignata. & in cap. præterea. & in cap. 1. quare curiales a promotione repelluntur: ſubiungit 53 diſtinct. in qua aſſignat quintam rationem: quia ſcilicet non voto religionis fiunt eccleſiaſtici, ſed vt officiorum ſuorum ratiocinia fugiant. & hoc probatur ſequenti capitulo.

b ¶ Curiales.] Hic aſſignat tertiam cauſam quare curiales non promouentur, Ioan.

Sacerdos qs nō efficitur ſine aliis ordinibus.
1 Vbi cōtrario ſtandum eſt ſm H.
2 Idē ſentit Hug. & Lau.
3 Si intelligas ꝙ primo recipiat ſacerdotium, & poſt ep̄atū, verū dicit. Alias falſū eſt: quia nec in ep̄atu imprimit character ſecundū quoſdā. Sed alii contra ar. extra de renunc. poſt tranſlationē. §. vlt. vbi de hoc

a ¶ Legem

LEgem.] CASVS. Hoc capitu. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Greg. ꝙ qui militiæ vel qui rationibus ſunt publicis obligati, nec in clero, nec in monaſterio ſuſcipi debent, quia vitam ſæculi nolunt fugere ſed mutare, cum eodem modo viuant in eccleſia ſicut in ſæculo: & hoc probatur per legem Mauritij Imperatoris: ſed ſi uoluerint cauſa religionis intrare monaſterium, non recipiantur, niſi prius a publicis ratiocinijs fuerint abſoluti. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, (Si qui vero) Dicitur, quod milites non ſunt ꝓpropere in monaſterijs ſuſcipiendi niſi vita eorum ſubtiliter inueſtigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

*Vnde Gregorius Papa ſcribit lib. 7. reg. epiſt. xi. epiſcopis Siciliæ de lege Mauritij Auguſti.*

¶ Quare ſit conſtitutum, ne curiales ordinentur. Cap. I.

Iuo p.10.c.124.

LEgem quam pijſſimus[a] Imperator dedit, ne fortaſſe hi, qui militiæ, uel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſarum ſuarum periculum fugiunt, ad eccleſiaſticum habitum ueniant, vel in monaſterijs côuertantur, veſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere; hoc maxime exhortans, quod hi, qui ſæculi actionib. implicati ſunt, in clero eccleſiæ præpropere ſuſcipiendi non ſunt; † quia dum in eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quàm vixerant, uiuunt; nequaquã ſtudent ſæculũ fugere ſed mutare. Quod ſi etiam tales quoque monaſterium petũt; ſuſcipiẽdi nullo modo ſunt, niſi prius a ratiocinijs † publicis abſoluti fuerint. ¶ Si qui vero ex militaribus[b] viris [α] in monaſterijs conuerti feſtinant; non ſunt temere ſuſcipiendi; niſi eorum vita fuerit ſubtiliter inquiſita. Et iuxta normã regularem debent in ſuo[c] habitu per triẽnium[d] probari; & tunc monachicum habitum Deo auctore, ſuſcipere.

Adde quæ ...ot. in diſt. ...in ſum. ia ...o. vnica.

† al. actionib. ) orig.

α ¶ Viris ] *In aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur,* numeris, *vt ſignificentur milites in breuiculo, ſeu matricula deſcripti.*

## DISTINCTIO LIIII.

SErui[e] *autem ordinari prohibentur, niſi à proprijs dominis libertatẽ legitimam conſequantur.*

*Vnde Leo epiſcopus ſcribit epiſt. prima omnibus epiſcopis per Campaniam, &c.*

Poly. 2. tit 31.
Anſ. lib. 7. c. 28.

¶ Seruus ad clericatus officium non promoueatur. Cap. I.

NVllus ß epiſcoporum ſeruum alterius ad clericatus

a ¶ Legem, quã pijſſimus No qualiter ex ſequẽti facto & præcedenti probatur medium, vt 27. 28. diſt. q. 2. Nam ex bona vita p̄cedente & ſequente p̄ſumitur medium ſcilicet, ꝙ bono zelo petierit habitum monachalem.

ADDITIO. Ad idem 33. q. 1 c. 1. ſecundum Hug. 1. diſt. peruenit Laur.

b ¶ Ex militarib. ) Milites non impedit religio ſacramenti; Quia clerici ſacramento tenentur epiſcopis, ut 25 diſt. quamquam. & tamen eis inuitis poſſunt intrare religionem. 19. q. 2 duæ

...eligionis ...eritas in ... habitu ...anda eſt.

c ¶ In ſuo. ) Not ꝙ in ſuo habitu quiſque probandus eſt, vt hic, & 54. diſt. multos. & extra de reg. ſuper eod & 17. q. 2. ſi quis incognitus: Dicunt tamen quidã, quod potius in monachali habitu probandus ſit, quia non ſolum alij ipſum probabunt, ſed ẽt ipſe probabit aſperitatem ordinis & habitus ipſorum, quod non poteſt facere in ſua Veſte. Io. Sed certe licet iura quædam dicãt, ꝙ in proprio habitu ſis probandus quis, conſuetudo tamen ſe in contrariũ habet, & decre. etiam côtradicit extra de reg ſtatuimus.

d ¶ Per triẽnium. ) incognitus probabitur per triẽnium, vt hic & 17. q. 2. ſi qs incognitus, ſed laicus cognit' vel clericus ignotus per biennium. 19. q. 3. monaſterijs. clericus notus per annum 14. q. 2. Conſaldus 1. uel forte notus ſtatim pôt recipi. extra de reg. ad apoſtolicam. Sed hodie non debet per decret. Alexand. iiij extra eod. nô ſolum. In cruce ſignatis ſtatuit dimidius annus extra de reg. cap j. 2

Probari qs quanto tempore debet.

1 Vbi de hoc videas.

Not' Ho. ꝙ dicit H. ꝙ ſi uita & conditio hominis ſit nota probatur per annum, & ſic loquitur præce. c. Conſaldus. Si uero conditio nota eſt, ſed uita ignota, tunc per biẽniũ. & ſic loquitur præce c. monaſterijs ꝙ ſi utraq; ſcilicet conditio & vita ſit ignota, uel ſaltem côditio, tũc trienniũ eſt ſpectãdum. & ſic loquitur præce. c. ſi quis ignotus. & illud c. legem. & inf. diſ. ꝓx. multos. Archid.

SErui. ) Hæc diſtinctio diuiditur in quinque partes. In prima principaliter tractatur de ſeruis non ordinandis, quod probatur per decem auctoritates, ſanctorum. Secunda ibi, ( Hoc tunc) Tertia ibi, ( Si ſeruus abſente. (Quarta ibi, (De ſeruis.) Quinta ibi, (Quod autem.) Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 54 diſt. in qua dicitur, ꝙ ſerui ordinari non debent niſi prius a dominis ſuis plenã libertatẽ fuerint conſecuti. Oſtenditur ſecundo quid iuris ſit ſi ſerui fuerint promoti nõ adepta libertate. Tertio qualiter ſerui Iudæorum, ſiue pagani, ſiue Chriſtiani ab eorum domino debeant liberari.

e ¶ Serui. ) Primo oſtendit, quod nec priuatorum, nec eccleſiarũ ſerui ſunt promouendi, niſi libertatem ſint conſecuti. Secũdo oſtendit qd iuris ſit ſi aliter ſint ordinati. Tertio qualiter ſerui Iudæorum a domino ipſorum valeant liberari. Nota ergo, ꝙ nunquam ſeruus priuati eſt promouendus niſi plenam libertatem ſit côſecutus, ita quod nihil iuris retineat in eo dominus, vt inf. eod. quicunq. & in c. nullus. Si vero ſunt eccleſiarum non poſſunt ſimiliter promoueri niſi primo conſequantur libertatem. inf. ead. cap 1. eccleſia tamen nõ poteſt manumittere ſeruos ſuos pleno iure, niſi det prælatus duos eiuſdem meriti 12. q. 2 epiſcopus qui nec tũc pleno iure manumittit. vt ibidem colligitur. De hoc diſtingue vt extra de ſer. non ordin. eo libent. us, & de rebus eccle. non alienan. conſenſu.

Seruus priuati ſine libertate non poteſt promoueri.

NVllus. ) CASVS. Prohibet hic Leo Papa ne quis epiſcopus ordinet ſeruum aliquem, niſi prius eo

 ſum

rum volútas acceſſerit, qui in eo ſeruo ſibi aliquid uendicant poteſtatis, ne poſtea in ſeruitutem redigatur, cum immunis eſſe debeat ab omni vinculo, qui caſtr is dominicis applicatur.

a ¶ Eorum petitio. ).i.iſtius vel illius, diſtributiue. ſufficit enim vnius volútas ſi plures ſunt domini, vt inſtitut. de dona.§.erat olim. C. de communi ſer. manu.l.1. §.ſi autē.

b ¶ Aut voluntas.) Etiā ſi tacita, vt inf. ead. ſi ſeruus.

c ¶ Qui aliquid.) Argumētum, ꝙ omniū cōſenſus eſt requirēdus, quorum iuri in aliquo detrahit, vt hic & 83.diſt.archidiaconū, & extra de offic. ď l. ſuper eo C. de auctorit. pręſtan. l.vl. & ff. ď aqua pluuia arcen.l.in concedendo.66.diſtinc.archiepiſcopus.8.q.1. licèt.

NVlli.) CASVS. Quæſitum fuit in cōcilio Triburienſi, vtrū ſeruus ſit ꝓmouendus? Et reſpōdet quod non, niſi prius a domino plenam libertatem cōſequatᷣ chartula cuius libertatis prius ī publico legatur, & ſi nullus cōtradixerit ordinetur. Si vero aliquis ſeruus, per obreptionem fuerit ordinatus, deponatur & eiuſdem ſit cōditionis cuius ipſe ante fuit.

Publice factis nemo contradicere poteſt.

d ¶ Cuius &c. in ambone publicè legatur.) Argumentum, quod ſi aliqua ſunt publicè facta, nemo poſtea auditur contradictor. 8.q.1. licet. & 16. diſt. quod dicitis. & 12.q.2. qui & humanis. ſim extra qui ma. accuſa. poſ. cap. vlti. argum. contra 15. quęſtio. 6. c.1. in fi.

e ¶ Ceciderit.) Ita ſit ſeruꝰ ſicut prius: niſi ſit pſbyter, vel diaconus, vt inf. ea. ex antiquis. Sed nunquid gaudebit talis priuilegio clericali quātum ad canonē ſi quis ſuadente. 17. q.4. ar. ꝗ. non extra de foro comp. c.2. & 17. quęſtio. 4. ſi quis deinceps. arg. contra. ff. de decur. l.6. Ad hoc dico, ꝙ ille in omnibus caret priuilegio clericali, præterquā in eo ſolo, ꝙ non poteſt verberari ſine ſacrilegio: quia illud priuilegium datum eſt clericis non tantū fauore ipſorū, ſed etiam odio laicorum: vnde in odiū laicorum vtitur eo, vt extra de ſent. excom. contingit. &c. vniuerſitatis, ſed aliàs accuſari pōt à bigamis, & iudicari a laico 1. licet ſecus ſit in clerico depoſito. 91. diſt. dictū. & hoc iō eſt, quia iſte fecit furtum corporis ſui. & C. de ſeru. fug. l.1. Item nunquid poteſt contrahere matrimoniū? Non, quia noluit quod facere potuit. extra de conuer. coniug. quidam. Ioan. non credo excōmunicatū qui depoſitum percutit, cum ſit priuatus omni dignitate, & priuilegio quod hēbat, arg. ad hoc 84. diſt. quiſquis. B.

officiū promouere pręſumat, niſi forte eorū petitio [a] aut volūtas [b] acceſſerit, qui aliquid [c] ſibi in eo vendicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ eſt aggregādus, vt à caſtris dominicis, quibus nomē eius adſcribitur, nulli s neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Burc. l.2.c.22. in fine. Iuo p.6.c.64.

*β* ¶ Nullus.] *Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in codice canonum preponitur primi decreto* Leonis *primo, & ex parte poſteriore ipſius decreti, in qua exceptio eorum quæ prius ſtatuit continetur: prior autem pars quæ hic deeſt, habetur infra ead. ca. admittuntur.*

*Item ex concilio Triburienſi. α.*

¶ De ſeruili conditione nullus ad ſacros ordines deueniat. Cap. II.

Poly. ibidem. Burch l.2.c.21. Iuo p.6.c.42. Pann. l.3.c.48.

NVlli de ſeruili conditione ad ſacros ordines promoueantur, niſi prius à proprijs dominis legitimā libertatem conſequantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publicę legatur [d], & ſi nullus cōtra dixerit; rite conſecrabuntur. Porro ſeruus non canonicè conſecratus, poſtquam de gradu ceciderit [e], eius cōditionis ſit, cuius fuerat ante gradum.

*α* ¶ Concilio Triburienſi.] *Huius capitis in conc. Tribur. c.26. ſententia potius habetur, quam verba: quæ aliqua ex parte videntur conuenire cum ijs, quæ ſcribuntur primo libro capitularium, c.88. de ordinatione ſeruorum. verſ. & quandocunque.*

[*Ex concilio Carthaginenſi β primo, c.8.*]

PALEA. Cap. III.

Extra de oblig. ad ratioc. non ordin. c. magnus. Burch. l.2.c.39. Iuo p.6.c.137.

MAgnus epiſcopus Aſtiagenſis dixit, quid dilectioni veſtræ videtur, procuratores, actores, & executores ſeu curatores pupillorū ſi debebant ordinari? Gratus epiſcopus dixit, ſi poſt depoſita vniuerſa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint cōprobati in omnibus; debēt, & cum laude, cleri, ſi poſtulati fuerint honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorū, vel officiorū ab aliquo ſine cōſideratione fuerint ordinati; eccleſia infamatur *γ* Vniuerſi dixerūt; rectè omnia ſtatuit ſanctitas tua, ideoque ita eſt, & noſtra iſta quoque ſententia.

*β* ¶ Cartag.] *In codicibus impreſſis citatur ex Moguntinenſi* Emē*datum vero eſt ex* Buchardo, *&* Iuone, *decretal. in cap. vni. de oblig. ad ratioc.*

*γ* ¶ Eccleſia infamatur.] *Sic emendatum eſt ex concilio, & decretal. et Burchardo, &* Iuone. *Antea legebatur,* ab eccleſia infamentur.

Qvi ex )CASVS. Hoc capitulo loquitur de ſeruis eccleſiarum, qui ordinari nō debet, niſi prius libertatem ab ep̄is conſequantur, & ſi honeſte in clericatu vixerint, poterunt ad minores ordines promoueri: ſi vero ingrati extiterint, in ſeruitutem redigantur. a ¶ Re-

tur remittere. vnde non poſſunt reuocare in ſeruitutem nec tenet lex. C. de ep̄s & cler. ſeruus. vbi habes, quod domino redditur ſeruus ſi deſerit monaſterium, per id quod habes extra de cond. app ca. 2. ſed ſi vult tranſire ad aliud monaſterium, tunc diſtinguitur, vt extra de ſer. non ordi. eo. libentius.

& 2. C. de li. & poſth. & Auth. vt cū. de ap. cog. §. aliud quoq; collat. 8. & Spec. in tit. de iuriſ. om. iud. §. 1.

*Item ex concilio Toletano nono, cap. 11.*

¶Poſt donum libertatis famuli eccleſiæ reuocentur in clerum. Cap. IIII.

Iuo p 6. c. 372.
† al. famulis.

QVi ex famulijs† eccleſiæ ſeruituti deuocantur in clerum ab epiſcopis ſuis neceſſe eſt, vt libertatis percipiant donum: & ſi honeſtæ vitę claruerint meritis; tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos vero flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitutis cōditio religet [a] in catenam.

*Qui autem ordinandi, a dominis ſuis libertatem conſequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent eſſe alieni, vt in nullo eorum obſequijs inueniantur obnoxij.*

*Vnde in concilio Toletano quarto, c. 72. legitur.*

Poly. l. 2. tit. 31.
Burc. l. 2. c. 25.
Iuo p. 9. c. 126.
Pann. l. 3. c. 46.
† al. crimine capitali ] orig.

¶Ad clericatum ſuſcipiuntur qui nullo obſequio retento a dominis ſuis libertatem percipiunt. Cap. V.

QVicunque libertatem a dominis ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequium [b] patronus retineat, illi ſi ſine crimine † ſunt; ad clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſſione abſoluti noſcūtur. Qui vero retento obſequio manumiſſi, ſunt pro eo, quòd adhuc patroni ſeruitute tenentur obnoxii, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promouendi; ne, quādo uoluerint eorum Domini, fiant ex clericis [c] ſerui.

Capit. l. 1. c. 88.
Extra de ſeru. non ords. c. 2.
Burc. l. 2. c. 31.
Iuo p. 6. c. 132.
Pann. l. 3. c. 163.
† indiſcrete promouebantur. ] capitulo.
† aut latitans. ] capitulo.
† ignorauerit ] capitul.

[*Ex concilio Toletano a, 82: cap.*]

PALEA. Cap. VI.

DE ſeruorum ordinatione qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos promouentur†, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordari debere: & ſtatutum eſt, vt nullus epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promouere præſumat niſi prius a dominis propriis libertatem conſecuti fuerint. Et ſi quilibet ſeruus dominum ſuum fugiēs, aut † per litteras, aut adhibitis teſtibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit; decretum eſt, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus, & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrum ſeruus ſit, ignotum † ſit; & poſtea veniens dominus illius legibus eum acquiſierit; ſancitum eſt, ut ſi dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. ¶Si vero eum catena ſeruitutis a caſtris dominicis abſtrahere

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. q̄d illi ſerui qui promoueri debent, a dominis ſuis plenam debent conſequi libertatem, ita quod ipſi, in nullo teneantur ſuis dominis obnoxii.

QVicūque.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, quod illi liberti ordinētur, qui a dominis ſuis directa manumiſſione ſūt dati libertati: ita q̄ nullū in eis obſequium domini ſuī retineāt, & illi ſine crimine appareāt. ſi vero in eis obſequiū retineatur, ordinari non debent, ne poſſint ſm voluntatem dominorum in ſeruitutem reuocari.

b ¶Nullum ſibi in eis obſequiū.] Dīt quidam, quod obſequium, quod conſiſtit in nō faciendo, ſcilicet de non vocādo in ius, vel quod in reuerentia conſiſtit, vt de aſſurgēdo, nō poteſt patronus remittere: q̄a illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. vlt. C. de in ius voc. l. 2. Sed hoc non eſt verum: quia ſuper eo poteſt libertus tranſigere. ff. de condi. in debit. l. ſi non ſortē. §. libertus. & bene concedo, quod generali remiſſione non tollitur (vt ibi dr̄) ſed ſpeciali [2]. poteſt. Nec tenet quod eſt extra de ſer. non or. cap. nullus. Non enī in eo retineri poteſt aliq̄d iuris, licet ſit arg. contra infr. ead. frequētes. in fi. loā. Vel melius dic, q̄d honeſta cōditio fuit ibi appoſita, quam quia non ſeruabat, degradari iubetur in

Patronus q̄ iura poteſt libertis remittere.

2 Vt ff. de cōdi. & demō. nonnunquā in fine.

...al ordi... poſſent ...andoque ...pter in...titudinē ...ſeruitutē ...ocari. Concor. ..., in l. 1.

a ¶Religet.] Hoc obtinet in ſeruis eccleſiæ tantum, vt propter ingratitudinem reuocentur in ſeruitutē. 12. q. 2. octaua 1. & ſi presbyter ſit, q. 1. diaconi. ſed in laicis ſecus nam illi omne ius quod habent in ſeruos, tenen-

illa decreta. nullus. Bar.

c ¶Ex clericis.] Quod tamen facere non poſſunt, niſi probata cauſa ingratitudinis, vt 15. quæſt. 7. epiſcopus ſacerdotibus.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, quod neque adſcriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: niſi probatæ vitę fuerit, & conſenſus patroni acceſſerit.

DE rebus. CAETERVM CASVS. Dicitur hic, quod ſi ſerui ſine libertate ad eccleſiaſticos honores irrepſerint, presbyter amiſſione peculii mulctetur, diaconus vicarium det, vel in ſeruitutē reuocetur. Cęteri vero ab iſtis in ſeruitutē reuocētur: quod probatur: ſeq. cap. Et eſt iſte ſecundus articulus huius diſtinctionis.

a ¶ Cæterum ſi.] Hic agitur quid iuris ſit ſi ſeruus ordinatur non adepta libertate. Vnde no. quod ſi ſciente, & contradicente domino ordinatur, reuocatur in ſeruitutem, etiam ſi ſacerdos factus ſit ſecūdum quoſdam, licet Hugo hoc neget 1. vt inf. eo. quis aut. Si ſciente & non cōtradicente domino in clerum fuerit ordinatus ex hoc ipſe liber ſit; & ingenuus vt inf eo ſi ſeruus ſecūdo. Si autem Domino neſciēte diſtinguitur: aut epiſcopo ſciente, aut ignorante. Si ſciēte epiſcopo vel eo qui præſentat ipſum ordinetur, duplum reſtituet domino epiſcopus vel preſentās & eo. ſi ſeruus abſente. Si vero epiſcopo & præſentatore ignorāte, tunc locum habet hoc cap. proxi. infra.

Serui ſine libertate ordinati, an ſint in ſeruitutē reuocandi.

1 Infra cap. xxi. de hoc extra de ſer. non ord. c. 2

EX antiqs.] CASVS. Quidā epiſcopus ſeruos Amādi eo inſcio, & ignorāte ordinauit quoſdā in clericos quoſdā i diaconos, quos idē Amandus in ſeruitutē reuocare volebat: & ſic quæſtio delata eſt ad ſedem Apoſtolicam. quare Dominus Papa committit cauſam iſtam duob. epiſcopis, ſcilicet Martino, & Iuſto, redarguēdo epiſcopos, quod tales ordinant cōtra canones, & cōcilia: cū ex hoc plurimę quæſtiones ad ſedē Apoſtolicā deferātur. Poſtea præcipit eis, vt ſi præfati Amandi procuratores probauerint aliquos de ſeruis ſuis non canonice promotos ſub hac forma procedant, vt ſi presbyter eſt amiſſione peculij mulctetur, & in ſuo remaneat ordine: Diaconus vero det vicariū, vel reuocetur in ſeruitutem: cęteri vero reddantur dño, & nulla gaudeant defenſione.

a ¶ Ante

voluerit, gradum amittat: qui juxta ſacros canones, vilis perſona manens ſacerdotii dignitate fungi non poteſt.

a ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuonē. In Pannormia vero a verſ.* vt quilibet ſeruus. *citatur ex primo libro capitularium, vbi integrum extat hoc caput, atque etiā caput poſt hoc, ſecundum,* De rebus vero illorum.

*Item ex concilio Martini Papæ [i. ex ca. Mart. epiſcopi Bracarenſis, c. 46.*

Ex conc. Tolet. 1. c. 10.

¶ Sine patroni conſenſu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet eſt obligatus. Cap. VII.

SI quis obligatus eſt tributo ſeruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus non eſt ordinandus clericus: niſi probatæ vitæ fuerit, & patroni conſenſus acceſſerit.

[*Ex concilio Toletano a capitulo ſecundo.*]

PALEA. Cap. VIII.

DE rebus vero illorum, vel peculiari †, qui a proprijs dominis libertate donantur vt ad gradus eccleſiaſticos iure promoueantur, ſtatutum eſt, vt in poteſtate dominorum conſiſtat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an ſibi retinere † voluerint.

Burc. l. 2. c. 23. Iuo p. 6. c. 38. † *al. peculio.* † *vendicare, capiu.*

a ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniunctæ cum palea antecedente.* De ſeruorum, *ſed apud* Burchardum, *et Iuonem ex eodem Toletano ſeparatim referuntur.*

*Cæterum ſi* [1] *à Dominis ſuis libertatem conſecuti non fuerint, & ad eccleſiaſticos ordines aliquo modo irrepſerint; presbyter peculij amiſſione mulctetur; diaconus vero aut vicarium pro ſe præſtabit, aut in ſeruitutem reuocabitur: cæteri vero gradus non poſſunt quenquam à nexu ſeruitutis abſoluere.*

*Vnde Gelaſius ſcribit Martino* †, *& Iuſto epiſcopis.*

¶ Seruus ſi latenter irrepſerit ad ſacerdotium peculij amiſſione mulctetur. Cap. IX.

† *al. Martyrio.* Senſus in epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam, &c. c. 16. Polyc. l. 1. tit. 31. Anſ. l. 7. c. 27. † *al. culpa.*

EX antiquis regulis, & nouella ſynodali explanatione cōprehenſum eſt, perſonas obnoxias ſeruituti, cingulo cæleſtis militiæ nō præcingi †. Sed neſcio, vtrum ignorantia, an voluntate rapiamini, vt ex hac cauſa † nullus pene epiſcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequēs, & plurimorum querela circumſtrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur conſtitutum. ¶ Actores ſi quidem illuſtris viri filij noſtri Amandi grauiter cōqueruntur homines ſuo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non ſolum poſt modernum cōcilium (quod tantorum collectione † Pontificum ſub omniū ſaluberrimæ prouiſionis aſſenſu conſtat eſſe perfectum) huiuſcemodi perſonæ ſuſcipi non deberent: verum etiam

Iuo p. 6. c. 353. Pann. l. 3. c. 164. † *al. collatione.*

† Adde ſi omiſſo dñi ſeruitio poſſit religionē ingredi. not. in Authen. de mo. §. cū aūt. coll. 1. in gloſ. in ver. nec ſeruus in ſum. 15. q. 2.

Adde, au quãdo id ſit, not. in l. iubemus. C. de teſt. vbi vide no. in addi. c. ſi. de conſtit. text. ſſ. & Bar. in l. leges. C. de legibus.
2 De hoc not. ſup. ead. c. 2. Ad hoc facit. ſup. 50. diſt. vt cõſtitueretur. in prin. & c. accedens. Archid.

a ¶ Ante fuerint.] Arguitur conſtitutionem extendi ad præterita 1. 3. q. 4. omnes & 10. q. 2. ſic quædam arg. contra extra de conſtitutio. cognoſcentes 2.
b Religioſo priuilegio] Ergo vr̃, ꝙ auferatur ei priuilegium clericale, de hoc arg. 24. diſt. quiſquis.
c ¶ Pecu.

Frequens.] CASVS. Sabinus Marcellianenſis urbis eps ordinauit duos ſeruos Placidæ; Antiochium in presbyterum, & Leontium clericum. Conqueſta eſt Placida Papæ per ſuos procuratores. Papa vero reprehendẽdo eos, qui talia faciũt, committit cauſam tribus epiſcopis. Herculẽtio, Stephano, & Iuſto, ſub hac forma, vt Leontiũ omnino dominę ſuę reddant, ſi iuſte nõ poterant refragari: Antiochiũ vero, qui iã gaudet ſacerdotij prærogatiua, ſi dña vult eum in ſua eccleſia collocare, habeat illũ nõ velut ſeruũ, ſed pro miniſteriorum celebratione ſuſceptũ.

ſi qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint [a] ignorantia faciente, ſuſcepti, eliminati prorſus, & exuti religioſo priuilegio [b] ad dominorum ſuorum poſſeſſiones iuſta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres chariſſimi, eos, quos ſupradicti viri auctores in clericatus officio monſtrauerint detineri diſcuſſos, & obnoxios approbatos, cuſtodito legum tramite, ſine intermiſſione reſtituite: ita vt ſi quis iam ex his presbyter, reperitur, in eodem gradu peculij [c] ſui † amiſſione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium [d] præſtet, aut ſi non habuerit, ipſe reddatur. Reliqua vero officia ſciant neminem poſſe ab hac obnoxietate, ſi conuincitur, vendicari; quatenus hoc ordine cuſtodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

† al. ſuſſola.

*Item Herculentio, Stephano, & Iuſto epiſcopis.*

¶ Seruus, clericus factus, ſeruituti obnoxius maneat. Cap. X.

Polyc. ib idem.
Anſel l 7. c. 30.
† al. poſſeſſoribus.
Iuo p. 6. c. 354.
Pann. l. 5. c. 165.
† al. Cuſillinatis.

Frequens equidem, & aſſidua nos querela circũſtrepit de his põtificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta noſtra nouiter directa cogitãtes, obnoxias poſſeſſionibus †, obligataſque perſonas venientes ad clericalis officij cingulũ non refutant. † Nuper enim actores [e] illuſtris fęminæ Placidæ, petitorij oblatione conqueſti ſunt, Sabinum Marcellianẽſis, ſiue Cluſitanæ † vrbis antiſtitẽ, Antiochium ſeruum iuris patronæ ſuæ (abſentis dominæ occaſione capta) ad presbyterij honorem vſque perduxiſſe, eiuſque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decoraſſe. Et ideo, fratres chariſſimi, inter ſupradictos actores, & eos, qui extremæ cõditionis repetũtur obiectu, cognitionẽ vobis noſtra auctoritate deputamus, vt omni veritate diſcuſſa, ſi reuera obiectã ſibi maculã, iuſtæ refragationis non poterit ratione diluere, [f] Leõtium clericum, quem gradus pręfinitus legib. non defendit, ad ſequendam cõditionis ſuę neceſſitatem modis omnibus reddi [g] iubeatis ac: Antiochum vero, quia propter ſacer-

e ¶ Actores.] idest, procuratores, & ſic in cauſa liberali interuenit procurator cõtra id 2. qõ 6. ſi quã. Sed ibi loquitur de eo qui impetit: hic de eo q impetit. hic habes, ꝙ ciuiliter agitur, & tñ ad depoſitionem, ſic 47. diſt. quã cõtra regulã illã ff. de mu & hon. reſcripto. & extra de accuſatio. qualiter. Sed hoc ideo eſt, qa aliter non poſſet reſtitui domino, niſi deponeretur.

Procurator in cauſa liberali interuenit.

f ¶ Diluere.] Hic habes, ꝙ incũbit onus pbationis 3. reo, cõtra id 6. q vlt. ca vlt. Præterea ei, q eſt in poſſeſſione libertatis, pbatio incũbit. Sed dic, ꝙ nõ hẽt iõ cõmoda poſſeſſoris, quia vitioſe fuit in poſſeſſione, vt C. de probatio. l. uis eius. Vel dic, ꝙ ideo probat, quia ſeruus non põt interuertere poſſeſſionem ſuã, licet ſit fugitiuus ff. de acquirend. poſſeſſion. rem quæ nobis.

Probatio quandoque reo incũbit.
3 Poteſt dici, ꝙ nõ fuit diu in poſſeſſione libertatis. aliàs cõtra diceret. I. ea. ſi ſeruus ſciente, & intelligitur de clerico ſæculari, ſecus de monacho, vt ibi not. ſecũdum Pet.

e ¶ Peculij.] Sed nonne peculium domini eſt? 13. q. 2. illud. quæ ergo eſt hæc pœna? Dic peculij, id eſt, rerum quas poſt ſacerdotium eſt lucratus, vel forte habuit vſum peculij, & ille auferetur ei.
d ¶ Aut vicarium.] Sed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic, ꝙ ſuum videtur eſſe quod inuenitur apud ipſum. & lucratur conniuentibus oculis domini. ff de ma. l. 3. Dominus enim recipiendo rem a ſeruo ipſius videtur approbare dationem. vt C. de conditioni. ob turpem cauſam. l. vltima ſimiliter ſeruus reipublicæ cum manumittitur, dabit vicarium pro ſe, vt C. de ſerui. reipub. ma l. 1.
d ¶ Vicarium.] Arg. ꝙ quis dando vicarium liberat ſe. ſic 36. qõ. 1. de raptoribus. Sed quid ſi ad pręſens nõ poteſt habere vicarium, nunquid poſtea dando pretiũ liberat ſe? ſatis credo. quod ſic. arg. C. de patri. qui fil. diſtra. l. ſecunda.

Sed quare non conuenit iſtos coram ſæculari iudice, ſeruus fugitiuus, & gerens ſe pro libero, remittendus ad forum domini, licet alibi inueniatur? ut C. vbi & apud quem cauſa ſta. l. 1. Sed hoc facit priuilegium ordinis.
ADDITIO. Dicas, ꝙ in ſpiritualibus, nec incidenter, nec principaliter põt laicus iudex cognoſcere, extra de ordin. cogn. tuam. qui fil. ſint leg. lator. cognoſcet tamẽ ſummatenus an ſit vxor, an non: & huiuſmodi, qđ dic vt extra de ſent. excõ. ſi iudex. lib. 6. & ibi videas. Arch.
g ¶ Reddi.] Quæri conſueuit quare ſeruus alienus cõſecratus domino reddatur, & non res aliena conſecrata, vt 14. q. vlt comperimus? Rñdeo, quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus, ſic 7. q. 1. epiſcopus. Itẽ quia ibi eſt conſecratio in ſuperficie, ſed in homine eſt in anima, & lex dicit, ꝙ alia eſt ratio in homine, quã in alia re. ff. de leg 1. ſi domus. §. cum alicui. in fin.

Conſecratio rei animatæ & inanimatæ eſt diuerſa.

QVis.] CASVS. Maxima illuſtris fœmina conqueſta eſt domino Papæ per procuratores ſuos, ꝙ Lucerinus epiſcopus duos ſeruos originarios, Silueſtrum. ſ & Candidum contra canones, & ea contradicente, in diacones ordinauit. de quo Papa eum reprehendit, & præcipit Rufino, & Aprili epis, vt ſi uera ſint, a ſacris officijs repellantur, cum nõ ſint legitimè ordinati.

lib. 11. & tales ſine gleba non poſſunt uendi, vt C. de agri. quemadmodum. nec vř eſſe differentia inter eos. & ſeruos. vt C. eod. ne diutius. Adſcriptij autem ſunt qui per 30. annos fuerunt in ſolo. C. eodem. cum ſatis. lo. Adſcriptitij enim duobus modis fiunt: aut præſcriptione,

dotium recõcialiari † non poteſt, ſi in ſua eccleſia in hoc, in quo eſt, honore collocare deſiderat domina, non velut redditum ſibi habeat, ſed pro myſteriorum celebratione ſuſceptum.

† al. retolli.

*a* Reddi iubeatis.] *In pleriſque ueruſtis exemplaribus Gratiani, Anſelmo, Iuone, & Polycarpo legitur,* redhibere. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

*Item Rufino, & Aprili epiſcopis.*

¶ De eodem. Cap. XI.

QVis aut leges principum, aut patrũ regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni; niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? Actores ſi quidem filiæ noſtræ illuſtris, & magnificæ fœminæ Maximæ petitorij nobis inſinuatione conqueſti ſunt, Silueſtrum, atq; Candidum originarios ſuos contra conſtitutiones, quæ ſupradictæ ſunt, & contradictione prçeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres chariſſimi, tantæ prçuaricationis exceſſus noueritis ſagacius inquirendos; & ſi conſtiterit querelã veritate fulciri; continuo, qui contradictione prçeunte nõ legitime ſunt creati, à ſacris officijs reppellantur.[a]

Sup. diſtin. 10. c. 12. Iuſti. nouel conſti. 123. circa fi. Deuſdedit p. 4. Iuo p. 6. c. 104. & p. 4. c. 179. Pann. l. 3. c. 150.

*Item epiſcopis per Lucaniam, &c epiſt. 1. c. 16.*

¶ Nec ad religoſæ vitæ propoſitum, nec ad clericatus officium ſerui ſine dominorum conſenſu admittantur. Cap. XII.

GEneralis etiã querelæ vitanda præſumptio eſt, qua propemodũ cauſantur vniuerſi paſſim ſeruos, &[b] originarios dominorũ iura, poſſeſſionũq; fugientes, ſub religioſç conuerſationis obtentu, vel ad monaſteria ſeſe conferre, vel ad eccleſiaſticum famulatum, conniuentib. quoque præſulibus indifferẽter admitti. Quæ modis omnibus eſt amouenda pernicies, ne per Chriſtiani nominis inſtitutum[c], aut aliena peruadi, aut publica uideatur diſciplina ſubuerti: præcipuè cum nec ipſam miniſterij clericalis ab obligatione fuſcari cõueniat dignitatem; cogaturque pro ſtatu militantium ſibi, conditioneque iurgari[d], aut videri (quod abſit) obnoxia: Quibus ſolicita cõpetẽter interdictione prohibitis, quiſquis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorũ; qui monaſterijs prçeſſe noſcuntur, huiuſmodi perſonas apud ſe tenẽtes nõ reſtituẽdas patronis, aut deinceps uel eccleſiaſticæ ſeruituti[e],

Poly. l. 4. tit. 34. Anſ. l. 7. c. 196. Iuo p. 6. c. 100.

Iuo p. 16. c. 47.

a ¶ Repellãtur.) id eſt, reſtituãtur ei. Et ſic habes hic ꝙ plus valet cõtradictio, q̃ abſẽtia, cõtra regulam extra de elec. ꝙ ſicut 1. Item habes hic, ꝙ id quod poſt probabilẽ contradictionẽ factũ eſt, caſſatur, nunquid eodẽ modo eo ipſo quod aliquid poſt probabilẽ appellationẽ factum eſt caſſandum eſt ſtatim qđ vř, ut 2. q. 6. quoties, in fi. Dico ꝙ nõ, niſi probetur cauſa appellationis, vt extra de teſti. ex parte Adæ. extra de reſtit. ſpo. audita. cum diſtinctione. extra de appe. interpoſita, vel dic ut ibi, vel hoc eſt in optione petẽtis, quod maluerit. 2. q. 1. ſ primis. Sed nonne eſt contrariũ? inf. ea ſi ſeruus ibi. n. epiſcopus ſciens condẽnatur in duplũ. Sed poteſt eſſe, ꝙ epiſcop⁹ condemnetur, & ſeruus reſtituatur.

§ Et c. bonæ me. 2. dicũt quidam iſtã regulam locum habere in his quorũ pſentia, vel contradictio nõ poteſt per totum qđ agitur cõfirmare, uel infirmare ſeu infringere, alias ſecus, vt hic Archid.

GEneral s querelæ.) CASVS. Multi conqueſti sũt Papæ Gelaſio de epis & abbatib. qui ordinauerant, vel receperãt ſeruos ſuos originarios ĩ monaſterij ſuis: & eos indifferenter ad clericatum admittebant quos & reddere cõtradicebant, pp quę clericalis dignitas obſuſcatur, & iõ pręcipit Papa epis, ut tales de cætero non ordinẽt; & abbatib. ne eos ĩ monaſterijs ſuis recipiãt niſi de volũtate dominorũ ipſorum, & ſi quos habent ordinatos vel in monaſterijs receptos, reſtituant, vel legitimè cum dominis tranſigant. Nam nihil eccleſiæ deperit ſi ea quæ ſunt aliena reddantur. Si vero contra fecerint, pœnam depoſitionis & excommunicationis ſubibunt.

b ¶ Et originarios.) Originarij ſunt qui ex adſcriptijs nati ſunt in ipſo ſolo, ut C. de agri. & cenſi. l. colonus.

Originarij qui ſunt,

ptione, aut duplici confeſſione per ſcripturam bis factam, ut C. de agri. & cenſi. cum ſcimus. Ber.

c ¶ Inſtitutum.) Ideſt, ne fauore eccleſiæ aliquid iniuſtè ſtatuatur 2. quia prætextu pietatis non eſt facienda impietas, ut 14. q. 5. forte. & 1. q. 1. non eſt putanda.

d ¶ Iurgari.) ideſt litigari.

e ¶ Seruituti.) ideſt, clericatui.

...monia v... commit..., ſi quis ... ſeipsū ...promo... ...ur.

a ¶ Tranſactione.) Et nonne hoc eſt ſimonia, ut quis ſe emat, ut promoueatur, immo ut promotus maneat in ordine, vt ſup. ead. ex antiquis. Sed dic, ꝙ hic non fit tranſactio ſuper ordine, ſed ſuper libertate, vel ſuper ipſo ſeruo, & ſuper ſeruitio poteſt fieri tranſactio, 36. qō. 2. de

lus, ideſt ex propria ancilla natus: aut emptitius. Si eſt emptitius, aut emit eum antequā fuit Chriſtianus, aut poſt. Item ſi emit eum ante: aut emit eum cauſa ſeruiendi, aut cauſa mercimonij. Vernaculus, ſi vult fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertatem nullo pretio dato, vt C. de epi. & cler. Deo nobis §. vl. Si enim emptus ad ſeruiēdum, ſine pretio liberatur, ſi vult fieri chriſtianus: multo magis qui natus eſt ex ancilla ꝓpria, ſine pretio liberatur, ſi vult fieri Chriſtianus. Dicit enim Gregorius pro illo ſolo dandum pretium, q cauſu mercimonij ē emptus, vt infra ea. fraternitatem. Si autem eſt emptus poſtquā fuerit Chriſtianus, liber efficitur nullo pretio dato qa commercium Chriſtiani penitus eſt ei interdictum, vt inf. ead. mancipia. Si autem eſſet emptus dū eſſet paganus: ſi cauſa ſeruitij eſt empt⁹, & vult fieri Chriſtianus, liber efficitur ſine pretio, vt inf. ead. fraternitatem. Si autem cauſa mercimonij eſt emptus. & eū venalem non exponit intra tres menſes, poſtea ſine omni pretio liberatur: qa preſumitur, ꝙ ad ſeruiendum eum emerit. vt ea. cap. fraternitatem. Si autem intra tres menſes eū exponit uenalem, & forte eū uendere nō poteſt: ſi vult fieri Chriſtianus, liberatur relicto ꝑtio duodecim ſolidorum,

Serui Iudęorum ſi volūt baptizari, an eripiātur ſtatim in libertatem.

vel religioſis cōgregationibus putauerint applicādas, niſi uolūtate forſitan dominorū ſub ſcripturæ† teſtimonio primitus abſolutas, vel legitima tranſactione [a] conceſſas; periculum ſe proprij honoris non ambigant, communioniſq; ſubituros, ſi ſuper hac re cuiuſquam verax nos querela pulſauerit. ¶Magnis quippe ſtudijs, ſecundum Beatum Apoſtolum præcauendum eſt, ne fides, & diſciplina Domini blaſphemetur. *Idem C.* ¶ Nihil perire credimus, eccleſiaſticis vtilitatibus, ſi, quæ ſunt aliena [b], reddantur [c].

† *al. ſcriptionis.*

1. *Ad Tim. 6.*
2. *Pet. 2.*

a ¶Poſſeſſionumque.] *Emendatum ſic eſt ex decreto Gelaſij, cum antea legeretur,* poſſeſſionemque. *Nam originarij nō ſolū dominis, ſed fundis, ac poſſeſſionibus addicti erant. l. quemadmodum, & l. originarios. lib. 11. eo. tit. de agricol. Ac propterea ſupra in c. frequens. non eſt mutata vox,* poſſeſſionibus, *quamuis in pleriſque uetuſtis codicibus legatur,* poſſeſſoribus.

β ¶ Idem.] *Hæc non ſunt inuenta apud Gelaſium, neque apud cæteros collectores.*

3 *Hoc nō obſeruandū eſt, cum dominus & ſeruus eiuſdem profeſſionis inueniuntur. Cæterū ſi Iudæus* [d] *mancipium Chriſtianum emerit; iudicis, vel epiſcopi auctoritate, etiam eo inuito ad libertatem debet perduci.*

*Vnde Gregorius Libertino præfecto Siciliæ, lib. 2. epiſt. 37. ſeu c. 76.*

¶Ad libertatem perducantur mancipia Chriſtiana a Iudæis comparata. Cap. XIII.

C. ne Iudæus Chriſtianum mancipiū. §. nulla.

Mancipia Chriſtiana [e] quæcunque Iudæum comparaſſe patuerit, ad libertatem [f] iuxta legum præcepta ſine omni ambiguitate perducite [g]; ne, quod abſit; Chriſtiana religio Iudæis ſubdita polluatur.

*Item ex concilio Toletano 3. c. 14.*

1 Vnde dicit illud eſſe in vernaculis Iudæorū ꝑp eorū perfidiā, & magis ſuſpectā eorū cohabitationem. Sed ut prædictū eſt, idem dicendū eſt, in vtriſq; C. de epiſco. & cle. Deo nobis, quia hodie pagani ferè oēs Iudaizant diſcernēdo cibos, & alios ritus exercēdo ſm Laur.

2 Ad idē eſt tex in l. fi. & ibi Bar. & ꝑ totum. C. de iud.

2. de rapt. nec eſt magis ſimonia, quàm ſi quis emeret terrā, vt ibi ædificaret eccleſiam: ſed tñ ipſe ſeruus non poteſt tranſigere cum dño, vt C. de tranſac. interpoſitas.
b ¶Aliena.] Infra 12. q. 2. fraternitas, infra 14. q. 6. ſi res aliena propter quam.
c ¶ Reddantur.] Poſtquam ſcit eccleſia ea eſſe alterius. Sed pone, ꝙ prælatus ſciat rem nō eſſe eccleſię: nūquid ſtatim tenetur reſtituere? vr̄ hic, ꝙ ſic, & extra de ſimo. per tuas. in fin. & extra de poſtula. bonæ 2. quia bonam fidem debet agnoſcere, vt. ſ. mandat quintus. Dico, ꝙ ſi diffidit de iure eccleſiæ: denunciabit illi, quem credit dominum, vt rem petat: nec in hoc facit fraudem, vt ff. de neg geſt. æqui natura. §. cum me abſente. & de hoc infames 14. q. 2. ſi uero.

...prælatus qd debet facere de re, q̄ ſcit non eſſe eccleſiæ ſuæ.

HOC TVNC CASVS. Tangitur hic tertius articulus huius diſt. dictum eſt ſup. ꝙ ſerui non debent ordinari inuitis uel ignorantibus dominis, & ſi ordinati fuerint, ſunt eis reſtituendi: quod uerū eſt cum dñs, & ſeruus ſunt Chriſtiani. Sed ſi Iudæus mācipiū Chriſtianū emerit iudicis uel ep̄i auctoritate debet eo inuito ad libertatem perduci. Et hoc probat per ſequētia capitula.
d Iudæus.) Diſtingue, aut ſeruus Iudæi eſt uernaculus,

extra de Iudæ. cap. 2. Idem per omnia in ſeruis Paganorum: licet Hugo dicat, quod ſi uernaculus Pagani fiat Chriſtianus, tenetur ſeruire Domino ſuo 1. ſecundum illud Apoſt. Quicunque ſerui ſunt ſub iugo infideliū, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur. Et alibi, Serui ſubditi eſtote dominis, &c. Et ſecundum hoc poteſt Paganus eſſe dominus Chriſtiani: ſed non fieri.
Mancipia Chriſtiana.) CASVS. Quidā Iudæi quoſdam ſeruos Chriſtianos emerūt: quæſiuit Libertinus epiſcopus, quid inde eſſet faciendum, & mandat ei Papa Gregorius, ut eos ad libertatem ꝑducat, ne Chriſtiana religio ſubiecta iudæis polluatur.
e ¶Mancipia Chriſtiana.) Ante emptionem.
f ¶Ad libertatem.) infra 17. qō. Iudas qui contra 2. Sed hic de eo agitur quem conſtat eſſe Chriſtianum: ibi de eo qui mentitur eſſe Chriſtianum, vt euadat iugum ſeruitutis.
g ¶Perducite.) i. perductos oſtendite, quia ſtatim liber eſt extra de Iudæ. cap. 2. tamen coloni poſſunt eſſe Iudæorum, vt ibi dicitur. Sed nunquid Chriſtianus poteſt emere Iudæum mancipium? Sic tamen ut cum illo non moretur, vt 28. q. 1. ſæpè. & cap. nullus. Ioan.

Nulla

NVlla officia. ) CASVS. In hoc capitulo duo dicuntur. Primum eſt, ꝙ publica officia non ſunt committenda Iudæis, occaſione quorum poſſint offendere Christianos. Secundũ eſt, ꝙ ſerui Chriſtiani ab eis circumciſi, vel iudaico ritu maculati, pretio nullo reddito ad libertatẽ perducantur.

d ¶Venditi fuerint.) i. debent uendi, & tunc cum emptor non inuenitur non perdit ſerui pretium. arg. 16.q.3. placuit. uel fortè venditi fuerant: ſed emptor abſentauit ſe aliqua de cauſa.

ADDITIO. Et tunc dic emptor, ſcilicet Iudæus, qui eos

a ¶Nulla officia. ) 17 q.4. conſtituit.

b ¶Occaſio.) Arg. ꝙ nemo cogitur ſibi eligere exoſum, vt 63.diſt.ca. vlt. Ioan. arg. 54.diſt.c.1.

c ¶Non reddito.) Secundum legem decapitatur. C. ne Iudæus Chriſtianum man. l. unica.

DE HIS AVTEM. Supra oſtenſum eſt quid fieri debeat de ſeruis Chriſtianis, quos Iudæi emerũt. Nunc oſtẽdit, qd iuris ſit de ſeruis infidelibus, & emptis ab eis. Et de hoc ſcribit Gregorius Fortunato Neapolitano epiſcopo.

FRaternitatem. ) CASVS. Iudæi Neapolim habitantes emerunt ſeruos paganos uel Iudæos cã mercimonij de extraneis finibus, quos Neapoli habebãt, qui uolebãt fieri Chriſtiani: ſed eorũ dñi non permittebant, imo eos uẽdebãt. Quæſiuit Fortunatus epſ Neapolitanus, qd de hoc eſſet faciendũ. Et rñ. Grego. vt ſua ſolicitudine in libertatẽ vẽdicentur. nec alijs vendi patiatur: hac tñ cõſideratione ſeruata circa Paganos, vt intra tres menſes ab eo tpe quo Neapolim ducti ſunt, venales eos exponãt emptores Iudæi: intra quos ſi dum emptor cui vendantur non inuenitur, ad eccleſiam confugerint, Chriſtiani fiant. & pretiũ recipiant à Chriſtiano emptore, vel alius recipiat pro eis ſi abſentes ſunt: idem eſt, & ſi extra eccleſiam dixerint ſe velle fieri Chriſtianos. Si uero intra tres menſes eos venales non expoſuerint, & nolunt fieri Chriſtiani: nullus de cætero emat eos ad ſeruiendum, & nullo reddito pretio ad libertatem perducantur, quia præſumit, ꝙ tm̃ ad ſeruiendum ſibi emerunt, & nõ ad vendendũ: ita poſuit Beneuen. caſum, & ita etiã ſentit Hu. in ſumma ſua. Probabiliter tñ poteſt dici, ꝙ principium cap. vſque ad locum illum, (Hi vero) Intelligitur de Iudæis, vel Paganis ſeruis, qui cauſa mercimonij non habebantur: qui indiſtincte perueniunt ad libertatem, ſi uolunt fieri Chriſtiani. Reliqua uero pars loquitur de illis, qui cauſa mercimonij emuntur. Tu tñ prudens lector deliberabis caſu in melius cõmutando, ſicut tibi uidebitur.

## ¶ Officia publica Iudæis non ſunt committenda. Cap. XIIII.

NVlla officia [a] publica Iudæis † iniungantur, per quę eis occaſio [b] tribuatur Chriſtianis pęnam inferre. Si qui vero Chriſtiani ab eis iudaiſmi ritu ſunt maculati, vel etiam circumciſi, non reddito [c] pretio ad libertatem, & religionem redeant Chriſtianam.

† al. Iudæis opus eſt agere.

*De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptiſmi uenire deſiderant, quid fieri debeat Gregorius Papa ſcribit Fortunato Neapolitano epiſcopo li. 5. epiſt. 31. ſeu cap. 131.*

Io. diac. lib. 4. nu. 45.

## ¶ In libertatem vendicentur ſerui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt. Cap. XV.

a ¶ Ac per hoc.] Quaſi dicat: ex quo in Romana eccleſia hoc permittitur: ergo & in minoribus. Et eſt argu. ꝙ idē iuris eſt in membris, quod in capite, vt 16.q 2.ca.1.12.q. 2.cognouimus. & q. 1.præcipimus, & 1.q. 3. ſi quis epiſcopus. 24.q.1.rogamus.
b ¶ Conceſſit.] Videtur ergo quòd imperator poſſit dare priuilegiū libertatis, ut extra de reſtitu.in in teg.auditis.
c ¶ Sit patricius.] Et ſic Papa dat hic gladij poteſtatem: cuius tamen exercitium ipſe nō habet. Io extra de electio. ſuffraganeis B.
d ¶ Apoſtolicam.] Sed nunquid Papa poſſet ei poteſtatem dare ut deponeret ipſum? ſic in hæreſi. & de conſenſu Cardinalium: immo in omnibus ſe pōt ſubijcere ei, ut 2 q 7. nos ſi.
e ¶ Exilio.] Not. eccleſiā poſſe aliquem mittere in exilium, vt 3 q.4 hi qui.
f ¶ Affici.] Cum hęc priuilegia fuerint omnibus ſucceſſoribus data, quare non vtuntur eis? Reſpon. quia Imperatores eis renunciauerunt, ut infra. ead. tibi. Item quia per abuſum ea perdiderunt, ut infra ead. §. verum. Itē quia ex cauſa fuerunt eis conceſſa. vnde ceſſante cauſa, ipſa ceſſauerunt, ut in 1 q.7. quod pro remedio. Nec obſt. qđ hic dr̄ de ſucceſſoribus: quia hoc intelligendū eſt de illis ſucceſſoribus, q hoc impetrare poſſunt, ut 23 diſt. in nomine.

Imperatores multa pdiderunt priuilegia.

cem ordinandi, ac per hoc [a] archiepiſcopos, ſeu epiſcopos, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant, & conſecrationem, vnde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & archiepiſcopis conceſſit [b]: & vt nemo deinceps cuiuſque dignitatis, uel religioſitatis eligendi, uel patricium, vel Pontificem ſummę ſedis Apoſtolicæ, aut quemcumque epiſcopum ordinandi habeat facultatem abſque conſenſu ipſius Imperatoris. (quod tamen fiat abſque omni pecunia) & ut ipſe ſit patricius [c], & rex. Quod ſi a clero, & populo quis eligatur epiſcopus, niſi a ſupradicto rege laudetur, & inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc regulam, & Apoſtolicam [d] auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi ſubiacere decernimus: & niſi reſipuerit, irreuocabili exilio [e] puniri, vel vltimis ſupplicijs affici [f].

*a* ¶ In ſynodo.] *Initium huius capitis uidetur eſſe iſtud*: Ad exemplum, &c. *verba autem, quæ antecedunt, ipſa quoque pertinere ad titulum, ut integer titulus ita habeat:* Leo Papa in ſynodo congregata Romæ in eccleſia Sancti Saluatoris: *Et autem Leo octauus, de quo multa ſcribit Luitprandus in fine libri ſexti, &* S. *Antoninus par.2.tit.6.c.16.*

*Item Gregorius lib.4.reg.epiſt.34.ſeu cap.78.ad Conſtantiam Auguſtam.*

¶ Præcepto principum Maximo remittitur, quod abſque auctoritate Apoſtolica ordinatur.

C. XXIIII.

Salonitanæ ciuitatis epiſcopus, me, ac reſponſali meo neſciente, ordinatus eſt; & facta res eſt, quæ ſub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eundem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus eſt, protinus miſi, ut omnino Miſſarum ſolēnia celebrare nullo modo pręſumeret, niſi prius a ſereniſſimis dominis cognoſcerem, ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent [g]. Quod ei ſub excōmunicationis [h] interpoſitione mādaui. Qui † contempto me, atque deſpecto, in audaciam quorundam ſæcularium hominum, quibus, denudata ſua eccleſia præmia multa præbere dicitur, nunc vſq; Miſſas facere præſumit, atque

Poly.l.1.tit.5.

† *al.* Et] orig.

Salonitanæ.] CASVS. Maximus dicebatur in quatuor deliquiſſe. Primò; quia per ſimoniā archiepātum Salonitanæ ciuitatis acquiſierat. Secundò; quia ordinatus fuerat Papa irrequiſito, uel eius rñſali. Tertiò; quia contra excōicationē a Papa latā ſub conditione ſi diuina celebraret, eo ꝙ ſi fuerat ordinatus, Miſſas cantare præſumpſit audacia quorundā ſęculariū, quibus multa præmia, ſua eccleſia ſpoliata, dare dicebat. Quarto, ꝙ fornicationis uitio laborabat. Sed ad preces principum Conſtantinopolitanæ ciuitatis ratam habuit eius ordinationem. Alia uero mala illius indiſcuſſa relinquere noluit: ideoque pręcepit ſibi, ut Romam uenire non differret: & ſi non uenerit, diſtrictione canonica ferietur.
g ¶ Iuſſiſſent.] Arg. ꝙ auctoritas maioris excuſat 1. vt 14.q.5. dixit, 28.d. diaconi, 23.q.5. miles: Ar. cōtra 12.q.2 qcunq; & 16.q.1. in canonibus. Io. Sol. in malo nulli eſt obediendum. nec aliquis excuſatur, ut 11.q.3. ſi dńs. B.
h ¶ Sub excōicationis.] Ex hoc uidetur ꝙ per talia uerba fiat excōicatio: cum ſic dr̄; præcipio tibi hoc ſub pœna excōicationis. Et eſt arg. ad idem extra de eo qui or. fur. rece. c 1. Arg. cōtra extra de iure patro. relatū. in fin. & de ſagitariis. c. vno ubi de hoc. H. dicit ꝙ ſi talis prohibitio fiat a canone, nō fit excōicatio per illa verba, ut 30. diſtin. per totum. ſecus ſi ab homine 2. quia canon mitius agit, quam homo, ut 26.q.7. alligant, & ff de arbit. Celſus. Alij dicunt, ꝙ refert an diffiniendo illa verba proferantur; ut tunc per ea fiat excommunicatio an conſtituendo ius, & tunc non fiat excommunicatio per illa uerba. Sed hęc ueritas eſt, ꝙ illa uerba non hēnt uim ſententiæ, ſed tantum comminationis, ut C. commina. epiſtolas, per totum. Hoc autem ſcias, ꝙ ſub conditione poteſt quis excommunicari: & taliter hoc intelligo latam ſententiā: unde exiſtente conditiones ligat excōicatio, & nō prius: & tamē a tali excōicatione poteſt appellari. licet H. contrariū ſcripſerit, ut extra de app. præterea 2. & hoc ideo, quia excōicatio tunc non trahit ſecum ſuam

z Etiam in atrociorib', quod ad qđ vt not 36.d. an putatis.

Obediendū non eſt alicui in malo. Excommunicatio an feratur per hęc uerba pręcipio ſub pęna excommunicationis.

a Quis tamen eſt legatus, vt hic. & extra de appe. præterea, & de eo. q fur. ordi. rece. c. 1. ſecundum Lau. qui [illegible] ſequitur [illegible] ſententiam Hug.

Excommunicari p[illegible] quis ſub conditione.

ſuam executionem, quia non cadit, nec venit dies ante exiſtentium conditionẽ, vt ff. de ver. ſig. cedere. Sed q͂d ſi excommunicans moritur priuſquã exiſtat conditio? tunc dico excõicatum q̃n extat conditio; & ita aliquis excommunicatur à mortuo 1. Vtrum autem conditione exiſtente

Excõicatur quis a mortuo.

1 Arg. contra 27. q. 1. c. 2. in prin.

ad me venire, ſecundùm iuſſionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorũ obediens,[a] eidem Maximo, qui me neſciente ordinatus eſt, hoc, quod in ordinatione ſua me, vel reſponſalem meum prætermittere præſumpſit, ita ex corde laxaui[b], ac ſi me[c] auctore fuiſſet ordinatus. Alia vero peruerſa illius, ſcilicet mala corporalia, quę cognoui[d], vel quia cum pecunijs eſt electus, vel quia excommunicatus Miſſas facere prẹſumpſit, propter Deum irrequiſita relinquere non poſſum. *& infra.* ¶ Et ſi ad me me diu venire diſtulerit, in eo exercere diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

*Item ex concilio Toletano. 12. c. 6.*

¶ In electione epiſcoporum, principis deſideratur aſſenſus. Cap. XXV.

† Dum] orig. in quo hæc oratio pendet ab alio principio.

CVm † longe lateq. diffuſo tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nunciorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præſulis tranſitus innoteſci, aut de ſucceſſore morientis epiſcopi libera principis electio præſtolari; naſcitur ſępe, & noſtro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ poteſtati[e], dum conſultum noſtrum pro ſubrogandis pontificibus ſuſtinet, innumeroſa † neceſſitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hiſpaniæ, atq. Galliciæ †[f], vt ſaluo priuilegio[g] vniuſcuiuſq. prouinciæ, licitum maneat[h] deinceps Toletano pontifici, quoſcumque regalis poteſtas elegerit, & iam dicti Toletani epiſcopi iudicium dignos eſſe probauerit, in quibuslibet prouincijs, & in præcedentium ſedibus præficere præſules, & decedentibus epiſcopis[i] eligere ſucceſſores; ſic tamen, vt quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus infra[k] trium menſium ſpatium proprij metropolitani præſentiam viſurus accedat.

† al. iniurioſa.
† al. Gallia.

*Electiones quoq; ſummorũ Pontificum, atque aliorũ infra præſulum quondam Imperatoribus repræſentabã*

CVm longe.] CASVS. Conſuetudo erat in Hiſpania, ꝙ quoties moriebatur ep̃s, omnes ep̃i comprouinciales congregabantur, vt regi de obitu præſulis ſignificarent. Sed quia q̃nq; nunciorum impediebatur celeritas, ita ꝙ ſine magno incõmodo electio principis non valebat expectari: & ſi recederet, oportebat eos iterum cõuenire ad conſecrationem electi, & ſic eis difficultas maxĩma incumbebat: ſimiliter, et regi imminebat difficultas, cũ alijs negotijs impeditus nõ poſſet tã cito conſulto ep̃orũ rñdere, quod cõſultũ numeroſa neceſſitas expectabat: iõ placuit omnib. ep̃is Hiſpaniæ. vt archiepiſcopus Toletanus haberet poteſtatẽ cõfirmandi, & ordinãdi in quibuslibet ꝓuinciis ep̃os, ꝙ regalis poteſtas eligat ſaluo priuilegio cuiuslibet ꝓuincię: ita tamen vt quicũque fuerit ordinatus, poſt ſuam ordinationem intra ſpatium trium menſium proprio archiepiſcopo ſe præſentet.

e ¶ Poteſtati.] Nihil tamen hic regi ſubtrahitur, quia ſicut prius eligebat, ita & modo poſt priuilegium Toletano ep̃o conceſſum B.

f ¶ Atque Galliciæ] connumerat hic Galliciam Hiſpaniæ, cũ tamẽ ſit pars eius, & ita pars connumeratũ ſuo toti. ſic infra ca. ego. & C. de excu. tu. exactores. vbi dr̃ oneribus & tutelis. ADDITIO. cum tamen omnis tutela ſit onus. & ita ius non reſpicit talem connumerationem. Vel locus eſt: ſicut [illegible] loquuntur peregrini. vel non eſt pars eius, ſecundum Laur.

existente intelligatur retro fuiſſe excommunicatus, per id quod legitur. ff. qui pot. in pign. hab. l. potior. & ff. de manumiſ. teſt. Neratius. Vel tantum a tempore conditionis extantis, per id quod eſt. ff. de ędil. edi. bouẽ §. ſi. ſub cõditione. diſputationi relinquo. Ioan. Ego credo, ꝙ à die exiſtentis conditionis, per decre. illã, præterea. extra de appel. B

a ¶ Obediens.] Hoc dicit ex humilitate, quia ei ꝑcipere non poterant. H.

b ¶ Laxaui.] Not. epiſcopũ remittere poſſe q̃ ad ipſum ſpectant, non quæ ad Deũ 2, arg. 23. q. 4. ſi is qui prælatus. Sed nonne, quæ fiunt in perſonã epiſcopi, vel alterius prælati, fiunt in contemptum eccleſiæ, & ideo in Deum? vtique: ſed principaliter in prælatum, ſupra. diſt. 45. & qui emendat. & 23. q. 4. inter.

Ep̃s an poſſit iniuriam ſibi factam remittere.

2 Adde ad hanc gloſſ. tex. in l. ſi q̃s in hoc ſua Authẽ. C. de ſan. epiſ.

c ¶ Ac ſi me.] Arg. ꝙ ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime, extra de iure pat. cura. 18. q. 2. de monachis. 9. q. 2. Lugdunẽ.

d ¶ Cognoui.] Per auditum 2. q. 5. quanto. 22. q. 5. hoc videtur. non tanquam iudex. 2. q. 1. §. quando,

g ¶ Priuilegio.] Ideſt, iure. ſic 9. q. 3. ſaluo 8. ff. quib. mod. pig. uel hypo ſol. ſi debitor § 1. potius ergo onus q̃ ius primatiæ conceſſum fuit huic Toletano epiſc. cum enim rex eligeret olim de conſilio omnium epiſcoporum, hoc conſilium conceditur ei hic.

h ¶ Maneat] Arg. propter loci & temporis difficultatem electionem fieri a quo non debeat: ſic extra de iure pat. ſi verò. & 24. q. 1. pudenda. 93. diſt. iuxta.

i ¶ Epiſcopis.] Id eſt, à rege electos conſecrare, & confirmare.

K ¶ Infra.] diſt. 93. iuxta extra de iure pat. ſi verò infra 65. diſt. ſi quis contra ſed non eſt contra. 4.

3 Et ſic nota, ꝙ cõſentit aliq͂d ſaluo iure ſuo.

4 Sub. immo potius concordat, cum hic dr̃ intra trium menſiũ, &c. in duobus menſib. impletis, quod idem eſt. ſecundum Io.

ELECTIONES. CASVS. Iſte §. reſpicit proximum ca. cum longe. Non ſolum in Hiſpania eligebantur epiſcopi per reges, ſed etiam electiones ſummorum pontificũ & epiſcoporum quondam Imperatoribus repræſentabantur, ſicut factum eſt de Ambro. & Greg. Vnde appa-

Y a ita

xet laicos ab electione non eſſe excludendos. Hanc uero contrarietatē ſoluit Gratianus, dicēs ꝙ laici non debent vocari ad electionē faciendam, ſed ad præbendum electioni conſenſum. Nam clericorum eſt eligere, & populi conſentire, ſicut ſupra in cap. noſſe. in fi. Et ꝙ laici vocētur ad electionē, nō ut eligant, ſed ut cōſentiāt electioni, probat per duo ſequētia capitula, quo rum primum patet.

a ¶ Et beati Gregorij.] Non in hoc uolumine, niſi arg. ſu. ead. Agatho.

b Stephani. ſupra diſt. noſſe.

tur: ſicut de electione beati Ambroſij, & beati Gregorij[a] legitur. Quibus exemplis, & præmiſſis auctoritatibus liquidò colligitur laicos non eſſe excludēdos ab electione, neque principes reijciendos ab ordinatione eccleſiarū. Sed quod populus iubetur electioni intereſſe: non præcipitur ad uocari ad electionem faciendam, ſed ad cōſenſum electioni adhibendum. Sacerdotū n. (vt in fine ſuperioris capituli Stephani[b] Papæ legitur) eſt electio: & fidelis populi eſt humiliter conſentire. Deſideriū ergo plebis requiritur, vt clericorū electioni concordet. Tunc n. in eccleſia Dei rite præficietur antiſtes, cum populus pariter in eū acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

Sup. ead. c. noſ. ſe.

Vnde Cæleſtinus Papa ait ad epos Galliæ, epiſt. 2. c. 5.

¶ Plebis non eſt eligere, ſed electioni conſentire. Cap. XXVI.

CLeri, plebis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur.

Sup. diſt. 61. ca. nullus. Poly. l. 1. ti. 1. & cæteri, ut ſup.

Item Leo primus ad epiſcopos Viennenſis prouinciæ, epiſt. 87. al. 89. [Sed paulo aliter; & copioſius.]

¶ De eodem. Cap. XXVII.

VOta[c] ciuium[d], teſtimonia populorū, honoratorū[e] arbitrium[f], electio clericorum in ordinationib.[g] ſacerdotum expectantur. & infra. ¶ Per pacem, & quietem ſacerdotes, qui præfuturi ſunt, poſtulentur: teneatur ſubſcriptio clericorum, honoratorum teſtimonium, ordinis conſenſus[h], & plebis[i].

VOta ]CASVS Dicitur in hoc cap. quæ debeant in electione concurrere: ſcilicet conueniētia. & conſenſus ciuiū. bona fama populi, maiorum laicorum arbitriū & uoluntas & electio clericorum, & ſubſcriptio.

c ¶ Vota.] id eſt, cōniuentia & conſenſus, vt ſu. diſt in 24. epiſcopus.

d ¶ Ciuium ] Nō ruſticorum extra ciuitatem conſiſtentiū.

e ¶ Honoratorum.] Scilicet maiorum de populo, & clero. ſu. ea. Hadrianus in fi.

f ¶ Arbitriū ] ſup. diſt. 23. c. 1. 24. diſt. c. nullus.

g ¶ In ordinationibus ] i. electionib.

h Ordinis conſenſus. ] Quia dicitur ordo cerdonum, pelliparioru m, vel alterius corporis.

i ¶ Et plebis. ] Nomine plebis cēsēt illi, qui nō ſunt collecti ad aliquod corpus 1 faciendum: de quo corpore habes. ff ꝙ cuiuſq. vniuer. l 1. & eſt ad hoc bonū ſimile. C. de epiſco. aud l. iubemus

Plebis nomine q cenſeantur.

1 De hoc le. & no. extra de exceſ. præ lat. delicta. & p Innoc. extra, de off. ord. cum ab eccleſiarum. Arch.

3 Principibus verò, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pōtificum, atque aliorū epiſcoporū referēdas vſus, & conſtitutio tradidit pro ſchiſmaticorum, atq. hæreticorum diſſenſionibus; quibus nonnunquam eccleſia Dei concuſſa periclitabatur. Contra quos legibus[k] fideliſſimorū Imperatorū frequenter eccleſia munita legitur. ¶ Repræſentabatur ergo electio Pontificū catholicorum principibus, vt eorū auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel ſchiſmaticorum auderet contrariare, & vt ipſi principes, tanquam deuotiſſimi filij in eum cōſentirēt, quem ſibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus ſuffragatores exiſterent: ſicut Valētinianus beato Ambroſio ſupra legitur dixiſſe: [Noli timere: quia & Deus, qui te elegit, ſemp te adiuuabit, & ego adiutor, & & defenſor tuus, ut meum ordinem decet, ſemp exiſtā.]

ſup. c. Valentinianus.

Vnde Stephanus Papa ſtatuit, dicens.

PRINCIPIBVS. Hæc eſt tertia pars huius diſ. i qua reddit rōnem, quare uocabant principes ad electiones. Archid. CASVS: Hic duplex ratio redditur, quare quondam Regib. & Imperatorib. electiones repræſentabantur, ſ. vt nullus hæreticorū & ſchiſmaticorum electioni cōtrauenirét, pro quibus ſæpe eccleſia periclitabatur, & ut ipſi principes tanquam filij deuotiſſimi conſentirent in electum, quem ſibi viderint in patrem eligi: ſicut de Ambro. fecit Valentinianus Et quod principes intereſſent propter hæreticos, & ſchiſmaticos, probat per ſequens capitulum.

k Legibus. ]23. q. 7. c 1. & diſt. 8. quo iure.

¶ Præſentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. Cap. XXVIII.

QVia ſancta Romana eccleſia, cui auctore Deo, præſidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice

Pann. l. 3. c. 1. §. Stephanus Papa.

Quia.] QVia.] CASVS. Romana eccleſiā ſæpe patiebaē moleſtias in obitu Papæ, & in electione ſucceſſoris, quia

quia nuncii Imperatoris defuerant: ideo ſtatuit Stephanus, ꝙ electio Papæ non fieret niſi præſente populo, & Senatu, & Imperatore, vel eius legatis: ſcandala remoueantur, & eis præſentibus conſecretur: & nullus audeat extorquere iuramenta, vel promiſſiones, niſi quæ fuerint ſeruetur talis conſuetudo, vt dicit illa conſtitutio, ad apoſtolicam. H. tamen dicit, ꝙ iſtud referatur ad legatos Imperatoris, vt non aliud Romana eccleſia petat ab eis, q̄ ipſi ſoliti ſunt facere, ſcilicet Papa non cogat eos aliud iuramentum facere Papæ, quam iuramentū fidelitatis, quod Imperator cōſueuit præſtare, vt inf. ea ti bi. & hoc indicat illud verbum, minuatur.

extra de ſimon. tuam & facit ad hoc ꝙ conſuetudo facit non delictum, quod alias eſſet delictum. 32. q. 4. obiicitur. Ad idē habes argu. opt. extra de tēp. ord. cap. 2. ibi videas Arch.

obeunte; quæ ab hoc inferuntur, quia abſque Imperiali notitia Pontificis fit conſecratio: nec canonico ritu, & cōſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuncij, qui ſcādala fieri vetent, volumus vt cum inſtituendus eſt Pontifex conuenientibus epiſcopis, & vniuerſo clero eligatur præſente [a] Senatu, & populo, qui ordinandus eſt; & ſic ab omnibus electus præſentibus legatis Imperialibus conſecretur; nulluſq; ſine periculo ſui iuramēta [b], vel promiſſiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere: niſi quæ antiqua exigit conſuetudo [c]: ne vel eccleſia ſcandalizetur, & Imperialis honorificentia minuatur:

4 *Verùm quia Imperatores quandoq; modum ſuum ignorantes non in numero conſentientium, ſed primi diſtribuentium, imò exterminantium eſſe voluerunt, frequenter ēt in hæreticorum perfidiam prolapſi catholicæ matris eccleſiæ vnitatē impugnare conati ſunt; ideo ſanctorum Patrum ſtatuta aduerſus eos prodierūt, vt ſemet electioni non inſererent: & quiſquis eorum ſuffragio eccleſiam obtineret; anathematis vinculo innodaretur: ſicut ſcriptura quoque diuina dicit, quod Ezechias diſſipauit excelſa* [d] *& contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, & fregit ſerpentem æneum, quem fecit Moyſes, videlicet, quia illum ſerpentem Deus fieri iuſſerat, ne ſerpentina morte populus interiret, ideo* [e] *ipſe populus colere, & venerari eum cœperat: & idcirco deſtruxit* [f] *iſte, quem iubēte Deo fecerat ille: Ac per hoc magna auctoritas iſta eſt habenda in eccleſia; vt nonnulli ex prædeceſſoribus, & maioribus noſtris fecerunt aliqua, quę illo tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem, & ſuperſtitionem, ſine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate a poſteris deſtruantur* [g]. *Poſtremo præſentibus legatis Imperatorum, & inconſultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ, & tandem iidem Imperatores religioſo mentis affectu præfatis priuilegiis renunciauerunt, multa inſuper donaria eccleſiæ conferentes.*

4. Reg. 18.

*Vnde Gregorius a ſcribit.*

VERVM. Hæc eſt quarta pars huius diſt. in qua dicitur, quare principes poſtea fuerūt prohibiti, ſcilicet, quia impedimentum præſtabant: & quia ipſi renunciauerunt. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum eſt ſupra in cap. quia quod conſtitutio facta fuit quondam, quod Imperatores deberent intereſſe electioni papę & epiſcoporum, vt ſupra. patet in multis cap. Nunc vero dicit Gratianus in hoc. §. ꝙ poſtea ſtatutum fuit contrarium ꝑꝑ tres rationes. Prima ratio eſt, q̄a Imperatores abutebant priuilegio ſuo: quia non ſolum conſentire volebant, ſed etiā electionibus ſe ingerebant. Secunda ratio fuit, quia in hæreſim labebantur, & ſæpe eccleſiam impugnabant. Et ꝙ Apoſtolici potuerunt in contrarium ſtatuere, & deſtruere conſtitutiones, quas anteceſſores fecerunt pro bono, probat exēplo Ezechiæ, qui ſerpentem æneum, quē fecerat Moyſes pro liberatione populi, deſtruxit. cum populus illum coleret: ſicut Deum. Tertia ratio eſt, quia Imperatores ſuis peiuilegiis renunciauerunt: & poſtea electiones Apoſtolicorum celebratæ ſunt præſentibus & inconſultis legatis Imperatoris: quod probat ſequens capi.

...rādum ne ... ſt de indemnitate eccle... æ ante electionem.

...Conſuetudo ... n poſſit inducere, vt aliquid recipiatur in ſpiritualibus.

...r Quia hoc ...aſſertiue poſ...unt. Ioa. B. & Hoſti.

fuerint de antiqua conſuetudine.

a ¶Præſente.] Infra 79 diſt. nullus.

b ¶Iuramenta.] Videatur ergo, quod ante electionem non ſit præſtandum iuramentum de indemnitate eccleſiæ, vt, 8. q. 3. Artaldus & ſu. 28. diſt. Syracuſanæ. præſumetur enim hac ideo facere vt eligeretur Dicunt tamē quidam, ꝙ ſi eſt, conſuetudo, quod præſtetur, præſtari poteſt: & ſic intelligunt q̄d dicitur hic in fi. Quid tamē iuris ſit de hoc, habes 8. q. 3. in ſumma.

c ¶Conſuetudo.] Per hoc videtur, quòd in ſpiritualibus ſeruanda ſit conſuetudo in recipiendis muneribus 1. vt ſu. ca. Agatho. & in auth. de ſanct. epiſco. §. 4. coll. 9. & 1. q. 3. q̄ſitum. & 9. q. 3. cōqueſtus. & extra de ſimo. ad apoſtolicam. Arg. contra extra de ſimon. cum in eccleſiæ. & c. ſicut. Ad hoc dicunt quidam, quòd licitum eſt aliquid petere, in ſpiritualibus, ſed non pro ſpiritualibus, vt non petatur pro conſecratione, ſed pro conſuetudine. Vel dic quòd ſi conſuetudo illa pietatem continet, non poteſt peti: tamen ſuperior cogere poteſt, vt

d ¶Excelſa.] id eſt, templa idolorum in excelſis poſita.

e ¶Ideo.] Quia iuſſu domini factus erat: & quia eum reſpicientes, liberabantur.

f ¶Deſtruxit.] Hic Ezechias commendatur ex deſtructione imaginis, quæ erat occaſio ſuperſtitionis. quare ergo Maſſilienſis epiſcopus condemnatur, qui deſtruxit imagines, in quibus populus idololatriā committebat. vt de conſec. diſt. 3. perlatum? Dic ꝙ ſerpēs iſte fuit tēporalis ad ſananda vulnera. vnde ceſſante cauſa ceſſare debuit effectus: ſed cauſa imaginum perpetua eſt, vt habeatur in eis memoria Dei.

Ezechiæ cōmendatio.

g ¶Deſtruantur.] Argu ſucceſſores debere mutare facta & inſtituta prædeceſſorū etiā bona, ſi viderint eſſe ea perniciosa exēplo. 7 q. 1. vidētes. 35. q. 1 c. & 96. diſt. bene,

Succeſſores, prædeceſſorum ſtatuta mutare poſſunt.

bū. in fi. d. 63. choriepiſcopi, & extra de dec. ſuggeſtum: vbi eſt arg. ꝙ priuilegium quod eſt exemplum mali, remouendum eſt Inſt. vi bon. rap. §. ſed nedum talia.

Cum Hadrianus.] CASVS. Hadrianus ſecundus ab eccleſia ſanctæ Mariæ maioris deportatus eſt a clero & populo & proceribus certatim ad patriarchiū Lateranenſe. quod audientes nuncii Ludouici Imperatoris, moleſte tulerūt ꝙ cum præſentes eſſent, vocati non fuerunt: qui audientes ꝙ nō fuit factum in contēptum eorum, ſed ad cautelam futuri temporis, omnē indignationem medullitus ſedauerunt, & acceſſerunt humiliter ad ſalutādum electum. quietè poſſederūt. In ſecunda parte dicitur, ꝙ qñ Papa de hoc mundo migrauerit, nullus electionem ſucceſſoris cuiuſcunque ſit gentis impediat, vel electionib. contradicat ſcilicet Cardinalibus: ſed eo electo & conſecrato nuncij dirigantur ad Regem Francorum ad pacem, &

## ¶ Inconſultis legatis Imperatoris Hadrianus. II. ad Pontificatum eligitur. Cap. XXIX.

Cvm Hadrianus ſecundus ad Romanum Pontificatū ab eccleſia Dei genitricis Dominæ noſtræ, quæ dicitur ad præſepe, traheretur [a] ad Lateranēſe patriarchium: certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus eſt. Quod audiētes miſſi Ludouici Imperatoris moleſte tulerunt, indignati ſcilicet, quòd dum præſentes eſſent, non fuerunt inuitati, nec optatę à ſe futuri præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui accepta ratione, quòd non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis [b] proſpectu omiſſum hoc fuerit † (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præſulum expectandi mos, per huiuſmodi fomitem inoleſceret) omnem indignationem medullitus ſedauerunt, & ad ſalutandum [c] electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt β. Iuo p. 5. c. 16.

† Concor. text. in l. ſi exhæredatus. & in l. ſi pponas. §. 1. de inoffic. teſtam.

a ¶ Traheretur.] Debet enim ire quaſi ſ... uitus. vt argum. 1. q. 6. ſicut is. C. de epiſ. & cler ſi quēquā. ſic enim appellanē quaſi proprio nomine: & quia portat Papa in manibus, ne offendat ad lapidem.

b ¶ Tēporis.] Nota quę nō ſūnt mala, interdum debēt omitti, ne ſint exēplo pniciola, vt ſupra di. 23. in nomine. ſupra di. 21 denique. 12 q 2. liberti. 2 q. 7. accuſatio. & 30 q. c 1. Inſtitu. ui bon. rap. §. ſed nedum.

c ¶ Et ad ſalutādū.] Arg. eos conſentiſſe electioni ex quo interfuerunt, & eū ſalutauerunt, & nō reclamauerunt, ſic extra de his quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. in fi. & extra de priuile. cū olim. in fi & extra de ſent. excō. ſi aliquando 1. & eo ipſo ꝙ qs ſalutat alium, videtur cōſentire ei, vt 24. q. 1. omnis. Sic ex eo ꝙ quis non vult ſalutare alium pręſumitur inimicus, vt extra de off. dele. cum ſuper in parte deciſa. & eo ipſo, ꝙ Stephan⁹ dixit perlegatur intelligitur coſentiſſe, vt 97. diſt. bene, ſic inf. de cōſec. diſt. 2. pacem.

Electum ſalutans electioni eius præbet conſenſum.

1 Ad hoc facit quod le. & not. extra de præbend. dilecto in gl. ad hoc vi debatur. Sed pōt dici, ꝙ ibi epiſcopus ignorabat illū minus canonice fuiſſe receptum: & ideo non obſtat argu. ff. de interrog. ac. de ætate. §. vlt. Archi.

α ¶ Gregorius.] *Hoc antea citabatur ex Gregorio quarto, cuius eſſe non poteſt, cum Hadrianus ſecundus, de quo hic mentio fit, poſterior ſit Gregorio quarto. In pontificalibus verò manuſcriptis inter geſta Hadriani ſecundi, itemque in collectione manuſcripta decretorum Romanorum Pontificum in decretis eiuſdem* Ha*driani ſecundi habetur*

β ¶ Acceſſerunt.] *In iiſdem pontificalib. hæc continenter ſequuntur:* Audiens hoc Ludouicus Imperator Chriſtianiſſimus: mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cūctos Romanos, qui dignum tanto peregiſſent officio præſulem collaudauit: per quam epiſtolam videlicet innotuit, nulli quidpiam. pręmij pro conſecratione Romani Pontificis quoquomodo pollicendum, cum ipſe hanc non ſuorum ſuggeſtione, ſed Romanorum potius vnanimitate ardētiſsime cuperet prouenire, maxime cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri à Romana eccleſia vel deperire quidquam ſe diceret anhelare.

*Item pactum conſtitutionis Imperatoris primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.*

## ¶ Electio Romanorum Pontificum à Ludouico conceditur Romanis. Cap. XXX.

Ego Ludouicus Imperator Auguſtus ſtatuo, & concedo per hoc pactū confirmationis [d] noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te Vicario tuo domino Paſchali ſummo Pontifici, & vniuerſali Papę, & ſucceſſoribus eius in perpetuum; ſicut à prædeceſſoribus noſtris vſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis Romanam ciuitatem cum ducatu ſuo, & ſuburbanis, atque viculis † [e] omnibus & territo- S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. volater. l. 3. Anſel. l. 4. c. 35. Iuo p. 5. c. 51.

† *al. villulis.*

Ego Ludouicus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes in prima parte dicit ꝙ Imperator Ludouicus conceſſit & confirmauit Paſchali & eius ſucceſſoribus Romam cum toto ſuo Ducatu & territorio in perpetuum tenere, & habere quietè, ſicut ſui anteceſſores & amicitiam inter eos ſociandam Secunda pars incipit ibi. Idem quando diuinæ. Sequens cap patet.

d ¶ Confirmationis.] Argu. quod aliquid ſimul datur & confirmatur, vt no. ſup. ca. in ſynodo.

e ¶ Viculis.] Id eſt Villulis. ff. ad muni. qui ex vico nec poſſet

poſſet Imperator illam donationem reuocare. nam dicit; lex, ꝙ ſola immenſitas eſt menſura rerum donatarũ in eccleſia. C de ſacroſan. eccl. authen. ſed hodie immo nec concedit hic: ſed conceſſa confirmat. nam omnia hæc & alia plura iam prius fuerant eccleſiæ conceſſa. inf. 96.

inf. 96. diſt. Conſtantinus. ꝑterea ꝗa Imperator poteſt alienare [1] res imperij, ut ff. de leg. 1. apud Iulianũ. §. vl. Itẽ quia per hanc conceſſionẽ non leditur imperiũ, ex quo res redit ad primum ſtatum, ut ff. de pac. ſi unus. §. pactus. & 15. diſt. ab exordio. nõ ob 12. q. 2. non liceat. quia ille non poterat legẽ imponere ſuo ſucceſſori extra de elect. innotuit.

rijs [a] eius montanis, & maritimis littoribus, & portubus ſeu [b] cũctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac villis in Thuſciæ partibus. *Item infra.* ¶ Quãdo diuina vocatione huius ſacratiſſimæ ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit [c]; nullus ex Regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate cõſtitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi, nulluſq; in ciuitatibus, aut in te rritorijs ad eccleſiæ beati Petri apoſtoli poteſtatem pertinentibus aliquod malum ꝑpter hoc facere præſumat: ſed liceat Romanis cum omni uene ratione, & ſine qualibet perturbatione honorificam ſuo Põtifici exhibere ſepulturam, & eum, quem diuina inſpiratione, & beati Petri interceſſione omnes Romani [d] vno conſilio, atque concordia ſine qualibet promiſſione ad Pontificatus ordinẽ elegerint, ſine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico conſecrare; & dũ conſecratus fuerit; legati ad nos, uel ad noſtros ſucceſſores Reges Francorum [e] dirigantur; qui inter nos, & illam amicitiam, & charitatem, ac pacem ſocient.

[*Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Auguſtis.*]

¶ Electio, & conſecratio Romani Pontificis non niſi iuſtè, & canonicè fiat. PALEA, Cap. XXXI.

S. Antoninus ibidem.

INter nos, & vos pacti ſerie ſtatutum eſt, & cõfirmatũ, quòd electio; & conſecratio futuri Romani Pontificis non niſi iuſtè & canonicè fieri debeat.

[*Item conſtitutio [a] primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis pontificibus.*

¶ Ab Imperatore, vel nuncijs eius, electioni Romani Pontificis nullum obſtaculum generetur. PALEA. Cap. XXXII.

Anſ. 4. ca. 37. & l. 6. cap. 7. Iuo p. 5. c. 52.

In legib. Longob. l. 3. titu. de Pontifi. leg. 1.

Abeſt a Grat. & Iuo.]

COnſtitutio primi Henrici, & primi Othonis cũ Romanis Pontificibus. Vt nullus miſſorum noſtrorum cuiuſcunque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis cõponere audeat, omnino prohibemus. *Item.* In electione Romanorum Põtificum neque liber, neque ſeruus ad hoc venire præſumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quòd ſi quis contra hanc noſtram cõſtitutionem facere] præſumpſerit, exilio tradatur.

a ¶ Conſtitutio] *Ex antiquo exemplari Gratiani reſtitutus eſt hic titulus: in quo exemplari poſt titulum ipſum, interpoſita rubrica, incipit caput.* vt nullus &c. *vt etiam apud* Iuonem. *Verũ, quia receptum eſt, vt initium huius capitis ſit à dictione,* Conſtitutio *relicta ſunt hac verba etiam in principio ipſius. Extat verò hoc capitulum vetuſtis quoque exemplaribus, in quibus paleæ eſſe non ſolent.*

d ¶ Et territorijs.] Quid ſit territoriũ, quid ſit oppidũ, q d vrbs, habes ff. de verbor. ſign. pupillus. §. territoriũ. Et ſic eſt arg ꝙ noĩe ciuitatis non comprehẽduntur eius territoria, vt 12. q. 2. c. vlt. & ff. de arbit. ſi cum dies, ff. ſi arbiter. Argum. cõtra. de verb. ſig. qui in continentibus. et l. ędificia. ff de iudi inſulæ. ff. de offi. præ. vrb. l. 1. ibi, [Cum vrbem.]

b ¶ Seu] Hæc dictio ſeu, potius auget donationẽ, quã diſiũgat inter res donatas, ut ff. d aur. & arg. leg. ſi quis ita.

c ¶ Migrauerit.] Olim etiam nullus audebat tractare de electione Papæ ante tertiũ diẽ poſt ſepulturam prædmortui, vt inf. di. 79. nullus, ſed per contrariam conſuetudinem hoc hodie abrogatum eſt. ADDITIO. Idẽ ſentiunt hic Hug. & I. quorum fuit hac gl.

d ¶ Oẽs Romani.] nota ꝙ olim omnes Romani intererant electioni ex conſuetudine. inf. c. proxi. & c. ſeq.

e ¶ Frãcorum.] Not. imperium prius Frãcorum [2] fuiſſe: ſed poſtea Theutonici virtutib. promouerũt imperiũ, vt 28. q. 1. §. ex his. in quos hodie translatũ eſt imperium. extra de elec c uenerabilem.

COnſtitutio] CASVS Dĩ hic, ꝙ primus Hẽricus, & primus Otho cõſtituerunt cum Romanis pontificibus, ut nullus eorum nuncius, vel alius cuiuſcũque ſit gentis vel cõditionis ĩ electione Romani pontificis audeat contradicere;

Imperator imperij res alienare poteſt.

1 Ad hoc facit opt. ꝙ le. & no. 16. qõ. 1. placuit 1 ſecundum Ioan.

Ciuitatis appellatione in eius territoria nõ comprehenduntur.

Papæ electio olim ꝑ triduũ differebatur.

Imperium Franci primo, deinde Theutonici, habuerunt.

2 Nota hic, ꝙ tunc Frãciam tenebat Romanus. Imperator.

cere, & qui contradicere voluerit, exilio perpetuo tradatur.

Tibi domino. CASVS. In hoc cap. continetur qualiter Otho iurauerit fidelitatem Ioanni Papæ per ſuum procuratorem: in quo dicitur, ꝙ in s. c. tenetur.

pater & filius cenſentur vna perſona, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate Ioan.

c ¶ Meo.] Aliàs, meorum: ſed quam cautionem poteſt de hoc facere, ꝙ ſui non dent damnum, cōtra id ff. com mod. ad eos? Vel qualiter poteſt ſe obligare ad alienū factum, [8]

8 ſtipulatio iſta in princ. & in l. cum filius. §. 1. cū ibi no. ff. de verb. obl.

*Item conſtitutio Othonis.*

## ¶ Iuramentum Othonis, quod fecit domino Papæ Ioanni. Cap. XXXIII.

Tibi domino [a] Ioanni Papæ ego rex Otho promittere, & iurare [b] facio per patrem, & filium, & ſpiritū ſanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias ſanctorum, quòd ſi permittente Domino Romam venero, ſanctam Romanam Eccleſiam, & te rectorem ipſius exaltabo ſecundùm poſſe meum; & nunquam vitam, aut membra, & ipſum honorē, quem habes, mea voluntate, aut meo [c] conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes, & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio, & quidquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam: & cuicunque Italicum regnum cōmiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendum terram ſancti Petri ſecundùm ſuum poſſe. Sic me Deus [a] adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

S. Antoninus. p. 2. ti. 16. c. 1. §. 16. in medio. Anſel. l. 1. c. 90. & l. 4. c. 16.

a ¶ Sic me Deus.] *Addita hæc ſunt ex Centio Camerario, in cuius libro habentur multæ formæ iuramentorum, & extat manuſcriptus Romæ.*

*Item ex primo libro Capitulorum † Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 84.*

† al. capitularium.

## ¶ Liberum ſit clero, & populo de propria diœceſi epiſcopum eligere. Cap. XXXIIII.

Anſel. l. 6. c. 6.

Sacrorum canonum non ignari, vt in Dei nomine ſancta eccleſia ſuo liberius potiretur honore, aſſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, vt ſcilicet epiſcopi per electionem [d] cleri, & populi, ſecundum ſtatuta canonum de propria diœceſi [e], remota perſonarum [f], & mune-

Vaſallus eccleſiæ cui debet fidelitatis iuramentis præſtare.

a ¶ Tibi domino] arg. ꝙ qui feudū recipit ab eccleſia, iuramētum fidelitatis non ſolum eccleſiæ, ſed etiā prælatis præſtare debet, vt extra de iureiurā. Ego. N. epiſcopus. [1] ſup. diſ. 23. quanquā. & 22. q. 5. de forma. immo etiam ipſi capitulo, vt extra de his quæ fi. a præ. cum clerici. cum ipſi ſint pars corporis ſui, vt 16. q. 1. ſi quis cum [2] Non ob. extra de ſimo. ex diligenti. quia ibi non erat ius feudi, de quo iure plene habetur in cōſtitutione Friderici, de feudis.

1 Melius. eo. tit. ea te. §. nunc igitur. in prin. & de preſcri. cum non liceat. §. ideo que. in prin. Archid.

2 Aliàs §. verum. Oeconomus, & procurator diuerſimode iurant.

b ¶ Et iurare.] No. ꝙ œconomus, ſiue ſyndicus iurat in animā propriā: ext. de iurañ in pertractādis, ſed procurator iurat in animam dñi, vt hic, & 100. diſtin. optatum. & 17. q. 4. metuētes & extr. de offi. leg. nouit. in parte deciſa. Fit autem hoc iuramētum ſub talibus verbis. Ego iuro in animam dñi mei, ꝙ ipſe hoc ſeruabit [3]. Vel ſic iurat Dñs meus iurat per me, ꝙ hoc ſeruabit: ſic ipſum Deus adiuuet. Sed qualiter obligat aliqs alium per iuramētū, cōtra id, quod legit Inſtit. de inuti. ſtip. § ſi quis alij? Sed dic, ꝙ dominus ſemet obligat, ſed p aliū, vt extra de ſent. excom. mulieres. ff. de admittitur. ita autem §. geſſiſſe. Sed quid ſi dominus reuocet mandatum [4] nunquid intelligitur obligatus per tale iuramentum; ita, ſi non peruenit reuocatio ad procuratorem, ſicut id quod facit iudex, tenet, donec ignorat reuocatum mandatum, vt extra de appell. ſi duob. & ratione ignorantiæ tenet ſnīa, vt 3. q. 7. §. tria in princip. & 9. q. 1. ordinationes ff. de offic. præſi. ſi forte. ff. de procur. ſi procuratorem. in fi. ff. mand. ſi mandaſſem. Ioan. Si autem lis eſſet conteſtata, oporteret quòd reuocatio perueniret ad iudicem uel aduerſarium: alioquin firmum eſt quod fit cum procuratore, vt extra de procura. mandato. Si autem non ſit lis conteſtata, uidetur ſufficere ſi reuocatio peruenit ad procuratorem, ut dicit expreſſe decre. extra de procu. ex inſinuatione. & cap ſequen. B. Sunt tamen ſpeciales caſus, in quibus requiritur perſeuerantia: ſicut cum matrimonium contrahitur per nuncium, ſi dominus reuocat mandatum, non dico dominum obligatum, licet nuncius ignoret reuocatum [5]. & cum pater mandat filio, ut aliquem manumittat ff. de manu. vind. ſi pater. & hoc ideo, quia

3 De conſimili mat. no. Inn. in l 6. de teſt. præſentium. quæ eſt Inn. in glo. ſcilicet totius, c.

Procurator reuocatus ſi aliqua facit, an teneant.

4 Idem no. Inno. extra de ſponſ. ſuper tubr. & ſatis etiam no. J. 30. q. 6. nec illud. ibi uideas. & hæc ſnīa etiam hodie approbatur extra lib. 6. de proc. ca. procurator.

5 Concor. text. in l. ſij.

factum, contra id Inſti. de inuti. ſtip. §. ſi quis alij? nec enim tenetur quis de facto familiæ ſuæ, ſi ipſe non mandauit, nec ratum habuit, vt 1. q. 4. quia præſulatus. ext. de reſti. ſpol. cum ad ſedem. ff. de vi, & vi arma. l. 1. § ait prætor. Sed dic, ꝙ intelligitur obligaſſe. 6. ſe curaturum, ne ab eis damnum daret. 22. qō. 5. de forma, ſicut eſt cū quis promittit aliū ſiſti in iudicio: tantùm ad hoc tenetur vt operam det quā poteſt. ff. de verb. oblig. quoties quis. Sed litera illa, meorū, non eſt in libro meo Ioan.

Familiæ delictū, an dominum obliget.

9 De hac. ma. no. ext. de ſpon. ſicut. Arch.

Sacrorum.] CASVS. Carolus, & Ludouicus conſtituerunt, ut epiſcopi à clero. & populo de ſua diœceſi eligerētur ob vitæ meritū, & ſapiētiores remota acceptione munerum & perſonarum: quatenus uerbo & exēplo ſuis poſſint prodeſſe ſubiectis.

d ¶ Per electionem.] Hoc nomen propriè, & impropriè ſumitur hic cum illis genitiuis, cleri & populi: argum. ff. commo. ſi vt certo. §. commodatum.

e ¶ Diœceſi.] Nota pro Hug. ꝙ examinandi ſunt omnes de diœceſi prius quàm eligatur extraneus, ut dixi 61. diſt. nullus.

f ¶ Perſonarum.] Sic. 8. q. 2. dilectiſſimi. & extra de inſtit. ad decorem,

a ¶ Et

a ¶Et munerum. ] Cum talis eligatur: a Deo dicitur eligi. 8.q.1. ſi ergo. Hug.
b ¶Vt exemplo. ] Nam cœpit Ieſus facere & docere. vt 26.diſt. ecce. & §.ex his.
EX HIS. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dictis,

vacationis epiſcopalis eccleſia vacare nõ debeat: canonici ſub vinculo excommunicationis non faciant electionem epiſcoporum religioſis excluſis, vt eorum conſilio idonea eligatur perſona. Si autem fuerit aliter factum, irritum erit & vacuum. Nunc quærit Gratianus incidenter, ſi duo a partibus eligantur, quis ſit alteri præferendus, quod per ſequen. c. declaratur.
e ¶Sub anathematis.] Quid de hoc tenere debeas, dixi ſup. ead. Salonitanæ.
f ¶Excludant ] Dicit, H iſtos tripliciter excludi tũc propriè excludunt, cum nõ uocant, vel ſi vocati nõ audiunt, vel ſi ſponte veniãt, nõ admittantur. Credo hoc cap. non tenere [1] aliud enim ſeruatur, & religioſi hic vocantur clerici ciuitatis, uel prælati epiſcopatus arg. 79. diſt. ſi quis pecunia.
g Religioſiſſimos.] ideſt, prælatos aliarum eccleſiarum.
h ¶Excluſis.] Quia inuitæ nuptiæ, &c. 31.q.2.§.1.
i ¶Aſſenſu ] Videtur, ꝙ non tantum cõſilium religioſorum, ſed etiam conſenſus ipſorum requirendus eſt, & ita videtur quòd religioſorum perſonæ faciant partem in electione. arg. extra de electio. cum ueteri. nam ſequaces ſunt aliorum in electione, vt 79. diſt. c.1. & ſi qs pecunia & 23. diſt. c.1. & ſatis põt dici, ꝙ niſi conſiliũ ipſorũ fuerit requiſitũ, quòd nulla ſit electio: ſi tamẽ fuit

Electione dicitur qs tripliciter excludi.

[1] Cum hoc dicto vr cõcor. Hug. q no. hoc, qa in multis eccleſijs derogatũ eſt huic canoni ex cõtraria cõſuetudine, q̃ Papa ſcit, & non improbat, & ſic videtur tacite approbare. Archid.

Religioſorũ cõſenſus, an ſit in eporũ electione requirendus.

rum[a] acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum eligantur, vt exemplo[b], & verbis ſibi ſubiectis vſquequaque prodeſſe valeant.

*Ex conſtitutionibus his, & pacto Ludouici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renunciaſſe priuilegijs, quæ de electione ſummi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo regi Theutonicorum fecerat. Cum ergo præmiſſis auctoritatibus cunctis liceat electionem clericorum tantummodo eſſe: quæritur, quorum ſit ipſa electio: an clericorum maioris[c] eccleſiæ tantum, an etiam aliorum religioſorũ, qui in eadem ciuitate fuerint. Sed (ſicut in breuiatione canonum Fulgentij Carthaginẽſis eccleſiæ diaconi inuenitur) in ſeptimo capitulo † Nicæni concilij, & Gangrenſi ſtatutum eſt, vt ad eligendum epiſcopum ſufficiat eccleſiæ matricis arbitrium. Nunc autẽ ſicut electio ſummi Pontificis non à Cardinalibus[d], tantùm, verùm etiam ab alijs religioſis clericis auctoritate Nicolai Papæ eſt facienda: ita & epiſcoporum electio nõ à canonicis tantum, ſed etiam ab alijs religioſiſſimis clericis, ſicut in generali ſynodo Innocentij Papæ Romæ habita conſtitutum eſt. Ait enim.*

† al. ſeptimo Nicæno concilio.

Nicolaus ij. al. 1. in conc. Ro. c. 1. Innoc. ij. c. 28.

¶Abſque religioſorum virorum conſilio canonici maioris eccleſiæ epiſcopum non eligant. Cap. XXXV.

OBeuntibus ſanè epiſcopis, quoniã vltra tres menſes vacare eccleſiam ſanctorum patrum prohibent ſanctiones: ſub anathematis[e] vinculo interdicimus, ne canonici de ſede epiſcopi ab electione epiſcoporum excludant[f] religioſiſſimos[g] viros, ſed eorum conſilio honeſta, & idonea perſona in epiſcopum eligatur. Quod ſi excluſis[h] eiuſdem religioſis electio fuerit celebrata, quod abſque aſſenſu[i] eorum[k], & conniuentia[l] factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

*Nunc ergo quæritur[m]: ſi vota eligentium in duas ſe*

dictis, ꝙ Imperatores renunciauerunt priuilegijs, q̃ ſibi conceſſa fuerant de electione ſummi Pontificis. Et cum conſtet ex ſupradictis, ꝙ electio eſt clericorum tantummodo, tunc quæritur incidenter, an ſit tm̃ canonicorum matricis eccleſiæ, an etiam aliorum religioſorum eiuſdem ciuitatis. Cui quæſtioni reſpondens primò ꝓbat auctoritate Nicæni & Gangrenſis concilij, ꝙ ſufficiant clerici matricis eccleſiæ ad epm̃ eligendum. Poſtea uidetur hoc corrigere per auctoritatem Nicolai, dicens, ꝙ ſicut electio Papæ non fit à Cardinalibus tantum, ſed & ab alijs religioſis: ſic & electio epiſcopi non a canonicis tantùm, ſed etiam a religioſis fieri debet, quod probat auctoritate Innocentij Papæ.
c ¶Maioris. ] Sic ergo nomen clericorũ reſtringitur ad maioris eccleſiæ canonicos [1]. vt 10.q.1. antiquos. 8.q.1. c.2. extra de uerb. ſign. cũ clerici. benigne eſt in talibus ſeruanda conſuetudo, ut extra de cã poſſ. cũ eccleſia.
d ¶Non a Cardinalibus.] Vt ſup. diſt. 23. cap. 1. &c.
OBeuntibus ] CASVS. Conſtituit in hoc cap. Innocen. Papa, quòd, cum ultra tres menſes a tempore

Nomen clericorum quãque reſtringitur.

[1] Adde, ꝙ etiam aliqñ ad prælatos. glo. eſt nota. in auth. de ſan. epiſc. §. presbyterorum coll. 9.

habitum conſilium, & non conſenſus, tenet electio, vt extra de arbitr. cum olim. & eſt ſi ff. de adminiſtr. tuto. quidam decedens. §. Papinianus. & extra de regu. licet. C. de iure emphy. l. ult. Et expone conſenſu requiſito, licet non habito.
k ¶Eorum.] Arg. quòd non ſufficit religioſorum præſentia, niſi habeatur conſilium. arg. inf. 10. q.2. caſellas. arg. 12. q.2. ſine exceptione. §.1.
l ¶Et conuenientia ] Arg. qđ aliquorum conſenſu fieri debet; eorum diſſenſu impeditur faciendum, & diſſoluitur factũ, ut ſup. diſt. 51. qui in aliquo. & 32.q.2. ſi uerũ ſup. diſt. 62. nulla ratio. 1.q.1. ordinationes. 10.q.1. caſellus. 12.q.2. alienationes. & cap. ſine 15.q.7. epiſcopus nullius. 33.q.5. qđ Deo. & c. manifeſtũ. 20.q.2. puella.
m ¶Nunc ergo quærit.] Super iſto §. poſuit H. diſt. quia cum eligentes diſſentiunt, tria conſideranda ſunt. auctoritas, numerus, & bonus zelus. Auctoritas conſideratur in dignitatibus. zelus conſiſtit in animo, vt ſine carnali amore eligant, ſed ſm̃ meritũ pſonæ. De numero patet, & dicit, ꝙ vbicunque duo ex iſtis concurrunt

præ-

Collatio numeri ad numerum &c. eſt in electione facienda.

præponderant tertio. vñ ſi ex una parte eſt auctoritas, & bonus zelus, & ex altera numerus: pro parte iudicatur, ut 23. diſt. c. 1. & 93. diſt. miratus 7. q. 1. deniq. Item ſi ex una parte eſt numerus & auctoritas, & ex altera eſt bonus zelus, pro primo iudicatur. arg. 28. diſt. de Syracuſanæ. Ibi enim bono zelo contradicebant, qui ſignificabant Papæ electum habere uxorem, & filios: ſed tamen, quia plures erant ex alia parte, & maioris auctoritatis, conſenſit Papa illis. Item ſi numerus, & bonus zelus eſt ex vna parte, & ex altera parte auctoritas, ſtatur primo. 65. diſt. c. 1. & 2. Hanc diſt. non approbo. quia licet ex una parte ſit auctoritas & melior zelus, ex altera numerus: ſtatur pro numero, ut extra de elect. dudũ 1; & extra de appel. conſtitutus. niſi numerus eſſet in parvo maior: & auctoritas aliorũ longe præcelleret: & poſſet eo caſu fieri compenſatio, ut extra de teſti. in noſtra. nã ubi eſt par debitum, & diſpar numerus creditorum, ſemp numerus pfertur, vt C. qui bo. ced. poſ. l. vlt. §. 1. tunc enim decurritur ad dignitatem cum par numerus eſt hincinde. ff. de pact. maiorem. Similiter dico ad zelum decurrendum, cum par uel fere par numerus eſt hincinde. Sed quid ſi par eſt zelus, numerus & auctoritas hincinde? tũc recurratur ad meritum perſonæ, vt inf. c. proxi. Sed ſi omnia ſunt æqualia, tunc caſſetur 1 vtriuſq. electio, & nouus eligatur, vt 79. di. ſi duo. Vel iudex cogat eos ad cõcordiam, vt Inſtit. de ſatiſda tut. §. ſin autẽ. Vel res ſorte dirimatur, vt in Matthia, vt 21. diſt. cleros. & C. cõmu. de leg. l. vlt. in princ. & ff. de iudi. ſed cum ambo. Vel metropolitanus gratificet cui velit, vt extra de paroch. c. 1. & arg ff. ad Sylla. l. 3. §. ſi cum omnes. & ff. de relig. l. vl. Vel præferatur ille, qui prius ordinatus eſt, vt 75. diſt. c. vlt. vel ſenior præ feratur, vt 15. q. 6. c. 1. ff. de fide inſtru. l. vlt. Vel ille qui prius nominatus eſt, vt in auct. de monas. § pen. coll. 1. Vel præferatur ille, qui quandoque deliquit, illi qui ſemper bonus fuit. Vel præferatur ille qui diutius militauit in eccleſia, vt 61. diſt. quid proderit. Si autem utraque electio eſt uitioſa: vtraque caſſatur, ut extra de elect. conſiderauimus.

Electis duobus æqualiter, quis alteri præfert.

1 Planè tene tanquam veriorem. De hoc nota. extra de elect. eccleſia ueſtra 2. ibi uideas, & quod no. Goff. in sũ. de iur. patr. §. ſi plures. uerſic. ſed ſi præſentata.

b ¶Iudicio.] Sed quid ſi metropolitanus non vult ipſum conſecrare? videtur ꝙ tunc a ſuffraganeis petenda ſit conſecratio, vt 89. diſt. uolumus. Sed melius eſt, ꝙ a ſuperiore petatur 2. vt 9. q. 3. nunc vero. & 8. qõ. 3. Artaldus. extra de iure patron. nullus.

2 De hoc not. inf. 65. diſt. c. 1.

*diuiſerint partes, quis eorum alteri ſit præferendus.*

*De his ita ſcribit Leo epiſcopus ad Anaſtaſiũ Theſſalonicenſem epiſcopũ, epiſt. 82. al. 84. c. 5. [ſed paulò aliter.]*

## ¶Cum vota eligentium in duas ſe diuiſerint partes, quis ſit præferendus alteri. Cap. XXXVI.

SI forte [quod nec reprehenſibile a, nec irreligioſum iudicamus] vota eligentium in duas ſe diuiſerint [a] partes; metropolitani iudicio [b] is alteri præferatur, qui maioribus & ſtudijs [c] iuuatur, & meritis; tantùm, vt nullus [d] inuitis, & nõ petentibus ordinetur; ne ciuitas† epiſcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit.

Poly. li. 2. tit. 1. Anſel. li. 6. c. 19. Iuo p. 5. c. 347. Pann. li. 3. c. 6.

† al. plebi inuita.

a ¶Quod nec reprehenſibile, nec irreligioſum iudicamus.] *Hæc verba, quæ à cæteris collectoribus non referuntur, non ſunt inuenta apud Leonem, ſed apud Gregorium, ex quo referuntur infra 8. q. 1. nec nouum.*

## DISTINCTIO LXIIII.

*HInc conſiderãdum [e] eſt, à quibus, vel quo tempore ſacri ordines ſunt tribuendi; vel quibus in locis patriarchæ, primates, archiepiſcopi, epiſcopi, choriepiſcopi, & reliqui ſacerdotes ſint ordinandi.*

*A quibus ordinentur epiſcopi, in Nicæno primo concilio definitum eſt, in quo ſic legitur, cap. 4.*

SI fortè.] CASVS. Quæſitum fuit à Leone, ſi duo ad epiſcopatum eligantur, quis ſit alteri præferendus? Et reſpondet ꝙ iudicio metropolitani præfertur ille, qui maioribus iuuatur meritis & ſtudijs, & licèt poſſit archiepiſcopus alterum alteri præferre; tamen omnibus canonicis inuitis vel plebe non poteſt epiſcopum dare: ne quem nolunt, odiant, & contemnant.

a ¶Se diuiſerint.] Quia natura hominis prona eſt ad diſſentiendum. ff. de arbi. item ſi unus. §. vlt. ar. 20. q. 3. procliuius. Et præſumit hic canon. ꝙ licèt diſcordia ſit in electione, ꝙ vtraque pars bono zelo moueatur, ut 8. q. 1. nec nouum. Sed contra, ſup. ea noſſe. Illud frequentius, hoc autem rarum. 12. q. 1. omnis ætas.

c ¶Studijs.] Eligentium, quia magis appetit iſte quàm ille.

d Tantum ut nullus.] Quaſi dicat, ſi timetur ſcandalũ, tunc utriuſque electio caſſabitur. ut 79. diſt. ſi duo. tunc enim eſt aliquid detrahendum ſeueritati, vt 50. diſt. vt conſtitueretur.

Electio vtriuſque electi caſſatur amore ſcandali.

HInc conſiderandum.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. In prima probat, ꝙ eps debet cõſecrari in loco vbi mandauerit metropolitanus. Secunda ibi. [Quia per ambitionis.] Tertia ibi, [Epm,] Io. de Fan. CASVS. Supra oſtenſum eſt, à quibus epi ſint eligendi. Amodo vult oſtendere Gratianus, à quibus ſacri ordines ſint cõferendi: & quo tempore ſint tradendi; & in quibus locis patriarchæ, primates, archi epiſcopi, epiſcopi, choriepiſcopi & reliqui ſacerdotes ſint ordinandi. Et durat tractatus vſque ad 81. diſt. videlicet à quibus ordinentur epiſcopi, in Nicæno concilio diffinitum eſt. Vnde in hac 64. diſt. docet, ꝙ epiſcopi ſunt ordinandi ab archiepiſcopo cum omnibus ſuffraganeis, uel ſaltem a tribus poſſunt ordinari de mandato archiepiſcopi.

3 Et in ſequenti vſq; ad 75. diſt.

*Quòd ergo conſecratus, in eodem ordine iterum conſecrari prohibetur, de eo intelligendũ eſt, q cõſecratus eſt ab illo, quem certum erat conſecrandi ius habere. Qui autem ab illo conſecratur, quem nõ conſtat ius conſecrãdi habuiſſe, iterum conſecrandus eſt; quia ſi ille conſecrãdi ius nõ habuit, iſte ex olei effuſione nil cõſecrationis accepit. Et quia in ipſo ordine conſecratus nõ erat, nũc quaſi primum ad cõſecrationẽ veniens ab epiſcopo ſacerdotalem benedictionem & conſecrationẽ conſequitur. Si autem ius conſecrãdi habuit, in prima vnctione cõſecutus eſt conſecrationẽ: in ſecunda verò non reiteratur [f] cõſecratio, ſed ſola vnctio: ſicut, de quo dubiũ ẽ, an ſit baptizatus, vel nõ, dẽt baptizari: q ſi prius baptizat' nõ fuerat,*

a 1. q. 6. c. vlt. 28. diſt. cap. vlt. de cõſec. diſt. 2 relatum. Sed hic nota, quòd omnes concordantiæ iſtę de promotis loquuntur. ſed ſi enorme peccatum tacuiſſet, ſecus eſſet, vt 50. diſt. ex pœnitentibus. 10 niſi eſſet occultum peccatũ, vt extra de temp. ordin. quæſitum niſi in homicidio, ut ibi. B.

ECONTRA. CASVS. Modò vult probare contrarium ſcilicet, quòd ſint reconſecrandi.

PResbyteri ] CASVS. Quidam cum putarentur epĩ, quoſdam presbyteros ordinauerunt: ſed poſtea dubitabatur, vtrum fuerint epĩ in veritate, an non: unde fuit quæſitum à Gregorio, utrum illi ſint iterum à proprio epiſcopo ordinandi & conſecrandi. Et rñdetur ꝙ ſic, ex quo ſcilicet dubitabatur: ſi tamen ſint bonæ uitæ, & eruditi in miniſterio Chriſti, & in lege diuina.

d ¶ Qui ordinant. Vera litera eſt ordinant, ad hoc facit 3. q. 4. quos.

e ¶ conſecrentur. ]. Hic in dubio potius præſumitur non ordinatus q̃ ordinatus, ſimiliter in dubio præſumitur potius non baptizatus, q̃ baptizatus ut de conſecr. diſt. 4. paruulos. & in dubio. potius præſumitur eccleſia nõ conſecrata q̃ conſecrata. ut de conſecrati: diſt. 1. ſolẽnitates. Sed cum ita præſumitur in his ſacramentis: quare non ſic in ordinatum. ſicut creditur ei q ſe dicit baptizatum, ut de conſecra. diſt. 4. placuit. & cap. de infantibus? Reſpon. qa ſola fides confert alicui ſacramentũ baptiſmi, ut extra de presby non habet. c. 2. ſed ſola fides non dat ordinem: ad hoc facit 1. q. 1. ca ſpiritus ſanctus 2. §. ecce qñque. Item licèt in viua ꝓſumatur aliquis potius non baptizatus, tñ in mortuo præſumitur 3 baptizatus, ut de conſe. diſt 4. c. ſi eos. ſupple ut ſuffragia eccleſiæ ei proficiant. 13. q. 2. non æſtimemus. & cap. animæ.

Sacramenta non præſumuntur, excepto matrimonio.

QVOD ERGO. Soluit Gratianus contrarietẽ prædictam, dicens ꝙ illud c. ſicut. intelligitur de eo quem conſtabat eſſe epm. & ideo nõ deberet reordinari ordinatus ab eo. Illud aũt c. ꝑsbyteri, intelligitur de eo, quẽ non conſtabat fuiſſe epiſcopum: & ideo ab eo ordinati reordinãtur: qui ſi prius non fuerint ordinati ſecunda ordinatione uerè recipiunt ordines: ſi uerò in prima ordinatione ordines receperunt, in ſecũda nihil recipiũt niſi ſolam vnctionem. Et hoc probat ad iuſtar baptiſmi. & idem dicit eſſe faciendum de eccelſijs.

f ¶ Non reiteratur. ] Hæc ſolutio eſt canonica. dixit tñ G ꝙ ſi miles ordinatur presbyter, tot presbyterales ordines recipit quot recipit ſacerdotia. Idẽ dicit de baptiſmo, aliter. n. quomodo fieret iniuria ſacramento, vt inf. de

2 al. 1. q. 1. §. cũ honoris:
3 In hoc pũcto uideas qd not. 3. q. 4. conſanguineorum. & extra de præſum. illud. in gloſ. ult quare. & extra qui fil. ſint legi tator, in gl. ſed vr. Arch.

Baptizatus vel ordinatus pluries an plures recipiat characteres.

vt inf.de conſecra.diſt 4.oſtenditur.vel qũo diceretur quis bis baptizari, vt inf.de conſecrat.diſt.4. qui bis.ca. eos.Item cum dicatur, accedat verbũ ad clementũ, &c. 1.quæſtio.1. detrahe. ergo quoties dicuntur verba illa, & apponuntur elementum, fit nouum ſacramentum.1. Nam

1 Dicas φ ſacra.dicuntur iterari quò ad opinionẽ vel quò ad facti ſpeciẽ. arg. C.de adult. cũ qui. Nam ibi ſecundum matrimonium eſt, & dicit lex, φ res mea nõ põt amplius eſſe mea. Inſtitu. de act §. ſic itaque.extra de fi. inſtru. inter dilectos, Arch.

b ¶Semine. ] Fornicario.nam dicit [illegible] φ etiam in eccleſia vir vxori tenetur debitum reddere, ſed male.arg. ff.de ſol.quod dicimus.

c ¶Propterea.] Adde aliũ caſũ de cõſe.diſ.1.ſi motum.

INTER EPISCOPOS. Hęc eſt ſecunda pars diſtinctionis, in quo ponit differentiam inter epiſcopos.& choriepiſcopos.Io. de Fan.

*conſequitur gratiam baptiſmi: ſi autem baptizatus erat, nihil accipit in ſecunda vnctione:† nec pertinet hoc ad reiterationem baptiſmi, ſed ad cautelam ſalutis. Hoc & de eccleſiis conſecrandis ſimiliter obſeruandum eſt.*

† latiõ,

*Vnde in Nicano concilio legitur.*

¶Non debet iterum conſecrari eccleſia ſemel conſecrata: Cap. III.

De conſecr.diſt. 1. c.eccleſijs,

ECcleſijs [a] ſemel conſecratis Deo, non iterũ debet cõſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſcunque ſemine [b] fuerint pollutæ: quia ſicut infans à qualicũq; ſacerdote in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti ſemel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus eſt iterũ conſecrandus, niſi propter eas [c] cauſas, quas ſuperiùs nominauimus; ſi tamen fidẽ ſanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum conſecrauerunt.

2 *Inter epiſcopos [d] & choriepiſcopos autem hac eſt differentia, quod epiſcopi non niſi in ciuitatib. choriepiſcopi ẽt in vicis ordinari poſſunt: epiſcopi formatas [e] tribuunt; choriepiſcopi non niſi commendatitias, [f] & pacificas dare valent. Epiſcopi ius conſecrandi habent; choriepiſcopi tantùm minores ordines tribuunt; leuiticam [g] autem & ſacerdotalem benedictionem non valent præſtare. de his ita ſcribit Leo I. ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, epiſt. 86. al. 88.*

¶In quibus choriepiſcopi ab epiſcopis differant. Cap. IIII.

Iuo p.7.cap.72. Anſ.l.7.cap.122. Poly.l.4. tit. 26.

QVamuis choriepiſcopis, & presbyteris plurima [h] cũ epiſcopis miniſteriorum communis ſit diſpẽſatio, quædam tantùm auctoritate veteris legis, quędam nouellis, & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint: ſicut eſt presbyterorũ & diaconorum, aut virginum conſecratio, ſicut conſtitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si quidem nec erigere [i] eis altaria, nec eccleſijs: vel altaria

CASVS. In hoc.§.aſſignat Gratianus differentiam triplicem inter ẽpos & choriepiſcopos, q ẽpi ponuntur tantum in ciuitatib. choriepiſcopi in vicis. epiſcopi formatas tribuunt literas choriepiſcopi commendatitias ſiue pacificas tantũ. Item epiſcopi conferunt ſacros ordines, choriepiſcopi tantũ minores.

d ¶Inter ẽpos.] Ponit tres differentias inter epiſcopos, & choriepiſcopos. Iſti autem choriepiſcopi aliquid habebant ſupra presbyteros, ſed non bene determinat quid.

Choriẽpi aliquid habebant vltra p̃sbyteros.

e ¶Formatas.] Formatæ ſiue dimiſſoriç dicunt literç, quibus quis eximitur à iuriſdictione ſui epiſcopi, quæ olim cũ ſolemnitate magna fiebant, vt 73. diſt.c. 1. Commendatitię ſiue pacificę dicũtur, quæ dantur clerico viatori, quib. cõmendatur vt pacificè poſſit exequi officiũ ſuum. Et licet Gratianus dicat, φ archiepiſcopi dare tales poterant; illud non credo 2. ſed ſolus epiſcopus, vt de cõſecr. diſt. 5. nõ oportet 71 diſt. extraneo. Quòd archidiaconus eas dare non poſſit, habes extra de offi.arch.ſignificaſti.

Formatæ ſiue dimiſſoriæ.

2 Et bene Io.de Fan.& ita eſt arg φ chorieps nõ poteſt dare licẽtiam clericis, vel laicis, vt eãt in peregrinationem, quia non poſſunt formatas dare ſecundum L. & Hug.

Nam & ſæpius ſumit aliqs corpus Chriſti: & ſæpius excõicat aliqs, & ex plurib. cauſis aliquis poſſidet rẽ aliquã, vt ff. de acq. poſ. poſſideri, § ex plurib. Sed certè ſecundum hoc ſi centies aliqs contraheret cũ aliqua, tot eſſent matrimonia, φ falſum eſt. 81.q.1.qũo: Item poſſet ſecundum hoc deponi ab vno ſacerdotio, & retinere aliud. Dicas ergo φ nõ iterat niſi vnctio exterior, & ſicut ſcda manumiſſio nihil adijcit primę, vt C. de manumiſ. vindi. l. 2 ſic in ſacro. Vltima opinio verior eſt.

ECcleſijs.] CASVS. Quæſitum eſt in Nicæno concilio, vtrum eccleſiæ ſemel conſecratæ ſint iterum reconſecrandæ. Reſpondetur, φ non, ſi in forma eccleſiæ ſint conſecratæ, niſi alicuius ſemine, vel ſanguinis effuſione ſint pollutæ. vel combuſtæ Nam ſicut ſemel baptizatus non debet iterum baptizari, ſic locus in forma eccleſiæ conſecratus non debet iterum conſecrari, niſi propter ſupradictas cauſas.

a ¶Eccleſiis.] Quid iuris ſit de hac materia, notaui de conſecr, diſt. 1. eccleſiis.

f ¶Commendatitias.] Arg contra 71.diſt.extraneo.

g ¶Leuiticam.] Nec ſubdiaconalem, niſi tantum lectoratum, vt in fra prox. diſt.c.1.in fi. Sed G. fuit deceptus ex c. ſeq. vbi non dicitur niſi de duob. ordinibus tantum. Ioan. de Fan.

QVamuis.] CASVS. In hoc cap. 10. enumerantur, quæ pertinent ad officium epiſcoporum, quæ choriepiſcopi ſibi vſurpare non debent, licèt multa ſint communia choriepiſcoporum, & presbyterorum cum epiſcopis.

h ¶Plurima. ] Quò ad minores ordines conferendos, quò ad prædicationem, quò ad confeſſionem, ita tamẽ quod non poſſit conferre niſi lectoratum, & inferiores, oſtiariatum, & pſalmiſtatum.

i ¶Erigere. ] In eccleſia conſecrata, nã ante conſecrationẽ licet presbyteris cõſtituere altaria, ſed poſt non niſi de conſenſu epiſcopi: quòd ſi fecerit, deportatur,

Altaria ante conſecrationem erigi poſſunt.

arg. inf. de conſec. diſt. 1. nullus presbyter. hæc expoſitio eſt illius verbi, conſtitutio altaris.
a ¶ Fidelibus baptizatis.] Hugo intelligit literam ſic, baptizatis, ſcilicet extra eccleſiam, & redeuntibus ad eã, vt de conſec. diſt. 4. ab antiqua. quod poſtea ſequitur, de hæreticis ĩtelligit.

rum, ſi nõ ſubeſt cauſa, vel ſi oneroſum eſt, extirpandũ eſt, vt 12. diſt. omnia. inf. de conſec. diſt. 1. placuit. 10. q. 1. hanc, & 63. diſt. §. verum. extra de cenſi. peruenit.
h ¶ Et quod ratione.] inſtitutionis. Et eſt argumentum, pro ratione reddenda 2. vt extra de cenſi. peruenit, & C. de

conſecrare licet, nec per impoſitionem manuum, fidelibus baptizatis,[a] † vel conuerſis hæreticis † [b] paracletum Spiritumſanctũ tradere, nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontes ſignare, nec publicè[c] quidem in miſſa quenquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc enim oĩa illicita ſunt choriepiſcopis, qui ad exemplum, & formam 72. † diſcipulorum eſſe noſcuntur, vel presbyteris, qui eandem geſtãt figuram: quoniam quamquam conſecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent.

† *baptizandis.*] orig. & Iuo.
† *ex hæreſi.*] orig.
† *al. 70.*

3 *Hi verò propter inſolentiam ſuam, qui officia epiſcoporum ſibi vſurpabant: ab eccleſia hodie prohibiti ſunt. Vnde Damaſus*[d] *Papa ait ad epiſcopos Africa, epiſt. 4.*

¶ Ordo choriepiſcoporum à ſacra ſede reprobatur.
Cap. V.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 7. c. 123.

CHoriepiſcopi tam ab hac ſacra ſede, quàm à totius orbis fuerãt epiſcopis prohibiti. Nimis ergo eorum inſtitutio improba, nimis eſt praua, quia: vt hi de ſummo ſacerdotis miniſterio aliquid præſumant, omni auctoritate caret. *& infra.* ¶ Nam non amplius, quàm duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe cognouimus, ideſt duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta † diſcipulorum. Vnde[e] iſte tertius proceſſerit,[f] funditus ignoramus.[g] Et quod ratione,[h] caret, extirpari neceſſe eſt.

† *al. 72.*

4 ¶ Quòd autem † epiſcopi non ſint, qui minus, quàm à tribus ſunt ordinati epiſcopis, & omnibus patet: quoniã, vt bene noſtris, prohibitum a ſanctis eſt patribus, vt qui ab vno, vel a duobus ſunt ordinati epiſcopis, nec nominẽtur epiſcopi. Si nomen non habent,[i] qualiter officium habebunt?

*In Pſal. 44.*

*Item Vrbanus ſecundus.*

¶ Apoſtolorum in eccleſia locum epiſcopi teneant.
Cap. VI.

QVorum vices[k] in eccleſia habeant epiſcopi, & quis eis hanc dignitatẽ dare debeat, ſanctus Auguſtinus oſtendit, inquiens: ] Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.

† *al. enim.*

in eccleſia baptizatis. Vel dic, q idẽ repetitur in ſeq. litera. Alii intelligunt de inſolemniter baptizatis. in neceſſitate à patre, vel à matre. 30. q. 1. ad limina, quibus poſtea epiſcopus in confirmatione debet ea conferre, quæ collata eis non fuerunt, vt hic, 1. q. § ecce. ſequens vero litera intelligitur de baptizatis nõ in neceſſitate, & ita non repetit idem 1.
b ¶ Hæreticis.] inf. de conſec. diſtinct. 4. quamuis.
c ¶ Nec publice.] q ſolus epiſcopus poteſt. 50. diſt. in ea. niſi in neceſſitate, vt 26. q. 6. c. vlt. & c. 1.
HI VERO. Hæc eſt tertia pars diſt. in qua probat, q choriepiſcopi receſſerũt ab aula. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur in hoc §. q choriepiſcopi epiſcoporum officia vſurpabant, & ideo ordo eorum eſt hodie extirpatus.
d ¶ Vnde Damaſus.] Sed tamẽ hũc Nicolaus eſt ſecut⁹, & ſic eſt contra diſ. 50. ſtudeat; ſed iã tempore Nicolai aboleuerat conſtitutio Damaſi, vel fuerunt prohibiti, non qa eſſent, ſed ne eſſent, vt prius.

1 Hoc dicit La. ſed litera hoc non patitur, qa aperte loquitur de hæreticis Ioan. de Fant.

CHoriepĩ.] CASVS. Quæſitum fuit à Damaſo Papa quare ordo choriepõrũ ſit hodie phibitus. Et rñdet pp duas rõnes. Prima eſt, quia ſibi improbe vſurpabãt officia epõrum. Secunda eſt: quia tantum duos fuiſſe ordines legitur inter diſcipulos Chriſti, ſ. duodecim Apoſtolorum, & ſeptuaginta duorum diſcipulorum, & cũ non poſſit ratio reddi, vnde iſte tertius ordo proceſſerit, ideo merito extirpari debet. Et illud quod poſtea ſequitur, eſt pars c. vt dicit Hug. Alii tamen dicunt, quod eſt. §. Caſus patet per ſe.
e ¶ Vnde.] ideſt, ex qua cauſa.
f ¶ Proceſſerit.] Quo ad talem præſumptionem.
g ¶ Ignoramus.] Sed nonne per totum orbem fuerunt choriepiſcopi; ergo præſumendum eſt, q fuerũt ab apoſtolis vel concilijs inſtituti, vt 12. diſt. illa. Sed hic non negat illos ab apoſtolis inſtitutos, ſed cauſam inſtitutionis ignorat. Et eſt hic argu. q à quocunque auctore aliquid ſit inſtitutum, & quantumcunque diu obten-

Choriepĩ an fuerent ab Apoſtolis inſtituti.

C. de codicillis. l. pen. ff. ſol. mat. dotem.
QVOD AVTEM. Hæc eſt quarta pars diſt. in qua probat, q filij eccleſiæ poſſunt fieri patres ſcilicet poſſunt fieri epiſcopi loco Apoſtolorum. Io. de Fan.
i ¶ Nomen non habent.] Argu. [Si re priueris, nec nomen 3 habere mereris.] 32. q. 4. dicat in fin. C. de fer. à nullo. arg. 86. diſt. fratrem. 16. q. 1. ſi cupis.
QVorum vices.] CASVS. Quæſitum fuit ab Vrbano quorum locum epiſcopi hodie teneant in eccleſia, & quorum vice fungantur. Et reſpondet, quod locum tenent apoſtolorum, & eorum vice funguntur. Et probatur auctoritate Auguſtini dicentis; Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, &c. quæ auctoritas durat vſque in finem.
k ¶ Quorum vices.] infra 12. q. 1. videntes. ſup. diſt. 21. in nouo.

2 Ad idem extra de præſcrip. ſi quis, do vbi de hoc. & 133. q. 4. de ſyñ.

3 Vide Nicol. Eu... de doc... ab etym... gia, coll. ...

¶ Ec-

cleſia eſt ...ter, vxor, ...ilia.

a Eccleſia.] Ergo eſt eccleſia mater & filia. Item eccleſia quãque dr̃ vxor. 7. q. 2. ſicut. & 21. qõ 2. ſicut, quãque mater. 12. q. 1. qui abſtulerit. quandoque dicitur filia, ut de conſec. diſtin. 1. eccleſia. nam catholicorum collectio, quæ eſt eccleſia, per epiſcoporum prædicationem

CASVS. Hic intitulatur diſtin. in qua oſtendit, ꝙ non ſolùm epiſcopi poſſunt conferre minores ordines, ſed etiam abbates in proprijs monaſterijs poſſunt conferre lectoratum: quibus abbatibus ab epiſcopo manus impoſitio facta eſt.

Quid eſt pro patribus tuis nati ſunt tibi filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi. conſtituti ſunt epiſcopi. Hodie enim epiſcopi, qui ſunt per totũ mũdum, vnde nati ſunt? Ipſa eccleſia [a] patres [b] illos appellat, ipſa illos genuit [c], & ipſa illos [d] conſtituit in ſedib. patrum. Non ergo te putes deſertam, quia non vides Petrũ quia non vides Paulum; quia non vides illos, per quos [e] nata es [f]. de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tui nati: ſunt tibi filij; conſtitues eos principes ſuper omnem terram. & infra [filios genuit eccleſia; conſtituit eos pro patribus ſuis principes ſuper omnem terram.]

## DISTINCTIO LXIX.

1 Es

*Tonſura verò [g] clerici de manu abbatis ſuſcipi poteſt, ſi eidem abbati manus impoſitio ab epiſcopo facta noſcatur.*

*Vnde in ſeptima ſynodo cap. quartodecimo legitur.*

¶ Abbates, quibus ab epiſcopo manus imponitur, aliquos tonſurare poſſunt. Cap. I.

1. p. 5. c. 376.

QVoniam videmus ſine manus impoſitione à paruula ætate tonſuram [h] cleri, quoſdam accipientes, nõdumque ab epiſcopo manus impoſitione ſuper ambone irregulariter in collecta legentes, præcipimus amodò id minime fieri. Idipſum quoque obſeruandum eſt etiam inter monachos. 2. ¶ Lectoris [i] autem manus impoſitione † [k] licentia eſt abbati ſolummodo in proprio monaſterio [l] faciendi, ſi duntaxat eidẽ abbati manus impoſitio [m] facta noſcatur ab epiſcopo, [ſecundùm † morem [n] præficiendorum abbatum dum conſtet illum eſſe præsbyterum. 3 ¶ Simili etiam modo ſecundùm antiquam conſuetudinem, choriepiſcopos præceptione [o] oportet epiſcopi promouere lectores.

† al. impoſitionem.
† Hæc non ſunt in Græco canone.

nem generatur, vt 23. q. 4. recurrat. Item eccleſia etiam dicitur locus, vbi Deum timentes veniam poſtulant. in Auth. vt liceat ma. & auiæ. §. quia verò. coll. 8.

b ¶ Patres.] Quia eam protegunt, & defendunt.

c ¶ Genuit.] Per baptiſmum. & ita eccleſiæ filius datur ei curator, quod etiam lex dicit ff de tuto. & curat. datis ab his qui. dic vt notatur 12. q. 1. c. vlt.

d ¶ illos.] In hoc comparatur patri epiſcopus, & eccleſia filio, quia ſicut filius non põt ſine auctoritate patris litigare, ut D. de bonis, quæ lib. l. vl. ſic eccleſia ſine auctoritate prælati, vt extra de iud. cauſam. & 16. qõ. 1. monachi. Item ſicut filius nõ cõuenitũ ſed pr̃ nomine filij, Vt C. de bo. mat. l. 1. C. de anna. excep. l. 1. ſic ipſe p̃latus eſt cõueniẽdus, non eccleſia, niſi negotia eccleſiæ diſtincta ſint à negotijs p̃lati, vt ext. de re ſer. c. edoceri.

Epiſcopus patri, & eccleſia filio comparatur.

e ¶ Per quos.] Per eos pullulauit, & creuit, cum nulla eſſet tunc temporis.

f ¶ Nata es.] ideſt, augmentata.

TOnſura.] Hæc diſt. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, [Lectoris,] Tertia ibi, [Simili modo.] Ioan. de Fan.

g ¶ Tonſura verò.] in hac 69. di. tractat d̃ collatione minorũ ordinũ vſque ad lectoratũ. Et nomine tonſuræ, accipe hic tres minores ordines, pſalmiſtarũ, oſtiariatũ, & lectoratum, & hoc licet abbati tantùm in ſuo monaſterio exorciſtam tamen facere, vel acolythum non licet. inf. ea. c. ult.

Tonſura q̃ſi que tres ordines comprehendit.

QVoniam.] Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur ne aliquis ſuper pulpitio i eccleſia. uel. monaſterio legat epiſtolã vel lectionem, niſi primo fuerit ordinatus. & tonſuram habeat ad modũ clerici. In ſecunda parte dicitur, ꝙ abbates & ſacerdotes, quib. ab epiſcopo manus imponitur iuxta morẽ præficiendorum abbatum conferre poſſunt in ſuis monaſterijs lectoratum. Id licebat quondam choriepiſcopis. Et nota, ꝙ legere epiſtolam pertinet ad ſubdiaconum, legere lectiones ad lectorem pertinet.

h ¶ Tonſuram.] id eſt coronam nã aliã tonſuram poſſet. fœmina dare.

i ¶ Lectoris.] Vel etiam oſtiarij nõ autem 1. exorciſtæ. vel acolythi faciendi ius habet: licèt ſit arg. contra. ext. de or. ab epiſcopo, qui renũ. epiſ. c. 1. ſed & ſi abbas ex priuilegio habeat, ut oẽs minores cõferat bene poteſt. Sed nunquid hodie abbas poteſt conferre iſtos ordines? Credo 2. ꝙ ſic, ſi tñ manus ei eſt impoſita extra de æta. & qualit. ord. cum contingat. Ioan. Ego nõ credo, ꝙ poſſint conferre tales ordines abbates, niſi lectoratum, vt vr̃ dicere hoc cap. & decre. cum cõtingat. Si aũt eſſet ſacerdos, abbas poſſet ẽt conferre pſalmiſtatum ut 23. diſt. pſalmiſta, quia pſalmiſtatum dat ſimplex ſacerdos, vt 23 diſt. pſalmiſta.

K Manus impoſitione.] ſup. 23. di. ſubdiaconus. cõtra 3.

l ¶ Monaſterio.] Sed & monachos alterius monaſterij põt ordinare, ſi inuitatus fuit. 9. q. 2. Lugdunenſis.

m ¶ Impoſitio.] Quæ non eſt, niſi benedictio, vt 1. q. 1. manus.

n ¶ Secundũ morẽ.] De quo habes 12. qõ. 2. alienationes. nec hoc poſtulabit à ſuperiore. nã ſufficit ſemel à iure concedi. ff de condi. inſtio l. ſi ſub conditione § ſi

o ¶ Præceptione.] Generali, arg. 16. q. 1. cunctis. 64. diſtin. ordinationes & 75. diſt. ordinationes.

1 Hæc fuit ſnĩa H. & Lau. qui dicunt idem ꝙ prox. ſequitur.

2 Cedo. Ang. Clauaſ. ver. ordo 2 §. 1. ſemp req̃rit iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalem in omni ordine conferendo.

3 Hoc c. nõ obſtat, quia hic loquitur ſi impoſitione manus ordinaria, ſed contrarium de conſecratoria, ſm H. & idem ſentit Gof. extr. de ætat. & qual. cum contingat. Archi.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debent exorcizare in eccleſiis, uel in domibus priuatorum, qui non ſunt ab epiſcopis conſecrati. Et nota quod vnum vel duo, neque ſuperabundant.

a ¶ Exorcizare.] Id eſt, legere exorciſmos.

b ¶ Promoti.] Ad ordinem exorciſtæ.

c ¶ In domibus.] Id eſt in eccleſiis nō ſacratis. Superfluunt, duo, neque. Ioan.

h ¶ Abſolutè.] Id eſt, ſine titulo.

i ¶ Ciuitatis.] Hoc ideo dixit, quia potius eſt pſtandus clericus, qui eſt de ciuitate, quam extraneus, ut infra diſt. proxi. hortamur. C. de epiſc. & cler. in eccleſiis.

K ¶ Siue poſſeſſionis.] Id eſt, ſi ordinatur ad titulum patrimo-

Clericus ciuitatēſis extraneo præferendus.

*Item ex Concilio Laodicenſi, cap. 29.*

¶ Non exorcizent, qui ab epiſcopo prouecti non ſunt. Cap. II.

NOn oportet exorcizare [a] eos, qui necdum ab epiſcopis ſunt promoti † [b], neque in eccleſijs, neque in domibus [c]. † *al. prouecti.*

## DISTINCTIO LXX.

*AB epiſcopis [d] alterius [e] ciuitatis clericus ordinari nn poterit, nec etiam a proprio [f] abſolute ordinandus eſt: abſoluta enim ordinatio Chalcedonenſi concilio prohibetur, & vacuam habere manus impoſitionem præcipitur.*

*In quo ſic ſtatutum eſt can. 6.*

¶ Nemo ordinandus eſt abſolute. Cap. I.

Anſ. l. 7. c. 105. Poly. l. 2. tit. 32. Burch. l. 2. c. 6. Iuo p. 6. c. 26. Pann. l. 3. c. 27.

NEminem [g] abſolute [h] ordinari presbyterū, uel diaconū, uel quemlibet in eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum, niſi manifeſte α in eccleſia ciuitatis [i], ſiue poſſeſſionis [k], aut in martyrio [l] aut in monaſterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ uocabulū. Eum autem, qui abſolutè ordinatur, decreuit ſancta ſynodus vacuam [m] habere manus impoſitionem, & nullum tale factum β valere ad iniuriam [n] ipſius, qui eum ordinauit.

α ¶ Niſi manifeſte.] *Græce legitur:* εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίᾳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο, *hoc eſt:* niſi proprie in eccleſia ciuitatis, uel pagi, aut martyrio, aut monaſterio, qui ordinatur, pronuncietur. *In ordine autē Romano ſit mentio talis pronunciationis, epiſcopi nomine per archidiaconum facta.* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eundem titulum.

β ¶ Nullum tale eſſe factum.] *Græcè:* μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν, *id eſt,* nunquam poſſe operari.

*Item ex concilio Vrbani II. habito Placentiæ.*

¶ Irrita ſit ordinatio ſine titulo facta. Cap. II.

SAnctorum canonum ſtatutis conſona ſanctitate decernimus, ut ſine titulo facta ordinatio irrita habea- S. Antoninus p. 2. c. 1. §. 22.

AB epis.] CASVS. Supra oſtenſum eſt, ꝙ clerici ſunt a proprio epiſcopo ordinandi, nunc autē vult oſtendere Gratianus, ꝙ nullus epiſcopus debet ordinare clericū alterius, ſine eius licentia, quod oſtendit. inf. 71. diſtin. Et oſtēdit, quod nullus debet ordinari, ſine titulo: & ſi ordinetur irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: qđ oſtendit in hac 70. diſtinctio. in ca. 1. & 2. Io. de Fant.

Ordinatus ſine titulo deponi debet.

d ¶ Ab epiſcopis.] Hic depingitur 70. diſtin. Quia dixerat presbyteros, & reliquos clericos ab epiſcopo debere ordinari: vñ ſumpta occaſione oſtēdit, ꝙ nullus ordinandus eſt ſine titulo, i. ſine eccleſia, uel eccleſiaſtico bñficio, & ſi fuerit ordinatus, dēt deponi tam in iniuriā ordinantis ꝙ ordinati; quia ꝑmiſit ſe ſic promoueri. 16. qō. 7. decernimus 21. q. 2. cap. 1. ſed qm̄ epiſcopi hanc pęnam nullam reputabant, hodie prouiſum eſt, ut remaneant promoti, & eps̄, vel etiam eius ſucceſſor eis prouideat. extra de præb. epiſcopus extra eod. tit. cum ſecundum.

e ¶ Alterius.] Hoc exequitur in diſt. ſequenti.

f ¶ A Proprio.] Hoc exequitur in iſta diſt &c.

NEminem] CASVS. Statutum fuit in Nicæno concilio, ut nullus eps̄ ordinet aliquem clericum, ſine certo titulo alicuius eccleſiæ in ciuitate uel extra ciuitatē. & ſi ordinauerit aliquem clericum, ſine titulo, in opprobrium ordinantis officii executione carebit.

g ¶ Neminem.] Etiam in minoribus ordinibus non debet ordinari. arg. 12. q. 1. uidentes. 32. diſtin. ſi qui vero. cum enim habeat officium in eccleſia, ergo & beneficium debet habere extra de præben. dilectus. extra de fil. presbyt. propoſuit. ne dicatur Mendicat in plateis infelix clericus, ut 93. diſt. diaconi.

Clericus infelix eſurit in plateis.

trimonii ſui, ut extra de præben. c. tuis. Vel hoc ideo dicit, quia potius ſunt illi clerici inſtituendi, de quorū bonis fundata 1. eſt eccleſia, ut extra de reſcrip. cum adeo.

l ¶ In martyrio.] Vbi ſunt reliquiæ martyrū. uel loquit de regulari eccleſia. Colligitur ēt hic ex eo, ꝙ dicit ſiue poſſeſſionis. arg. ꝙ ſi quis habet patrimonium ſufficiēs, ordinari poteſt ſine titulo. extra de præben. epiſcopus.

m ¶ Vacuam.] Quo ād executionem.

n ¶ Ad iniuriam] Et etiam ſuum delictum: quia ſe ſic permiſit promoueri, alias alterius odio non debet alius prægrauari. C. de inoffic. teſtam. ſi quis in ſuo. extra de his quæ fiunt a maio. parte capit. c. quæſiuit. in fine.

SAnctorum.] CASVS. In hoc cap. quinque per concilium

1 Fundam Idem Arch. Præpoſ. vide Rec. Curt. de iur. patr. vel honorificum q. 18.

cilium Vrbani ſtatuuntur. Primum eſt, vt ordinatio ſine titulo facta irrita habeatur. Secundum eſt, ut clericus perpetuò perſeueret in eccleſia, in qua eſt intitulatus. Tertium e.t, vt clericus nõ intituletur in duobus eccleſijs: qa licèt ex diſpẽſatione epiſcopi clericus poſſit duabus

re prius ſtipendium vt ibidem dr̃ extra de præben. quia in tantum. de cle. non reſi. quia nonnulli ergo diſpenſare non poteſt. Non ſequitur: quia eps̃ punitur qui ordinat clericum concubinariũ, vt 51. diſt. qui in aliquo. & tñ cum ipſo diſpenſare poteſt: ſed ideo punitur. q2 in diſcrete diſpenſat. Si obijcis, quod dicit ibi per ſedem apoſtolicã: ergo non poteſt per alium, non ſeqtur: quia eodem modo decretum dicit, ꝙ ordinationes epiſcoporum faciendæ ſunt auctoritate apoſtol. 64. diſt. ordinationes & tamẽ propria auctoritate fieri poſſunt. Sic etiam alibi dicitur, ꝙ quilibet presbyter poteſt & debet baptizare, vel celebrare de licentia epĩ, vt 16. q. 1. cũctis. & tñ ſuo iure poteſt baptizare: ſed ideo dicit hoc, ꝙ eius auctoritate ſaltẽ generali dẽat fieri diſpenſatio. Vel dic, ꝙ tunc ſolus Papa diſpẽſat, cũ qs diuerſa bñficia in diuerſis epiſcopatibus vult hr̃e, ꝓpter repugnantiam, q̃ ex hoc proueniret: quia nemo duob⁹ dominis põt ſeruire 4. vt 21. q. 1. cap. 1. Ioan. Hęc gloſſ. nihil valet: qa

An plures ꝑbendæ poſſint alicui conferri. infra princ. §. ſed eſt, &c. Archid.

tur, & in qua eccleſia quilibet titulatus eſt, in ea perpetuò [a] perſeueret.

¶Omnino autem duabus [b] aliquem titulari non liceat, ſed vnuſquiſque in qua titulatus in ea tantum canonicus habeatur. Licet enĩ epiſcopi diſpoſitione vnus diuerſis [c] præeſſe poſſit eccleſijs, canonicus tamen præbendarius, niſi vnius eccleſiæ, in qua conſcriptus eſt, eſſe non debet.

¶Si quæ tamẽ capellæ ſunt, quæ ſuis redditibus clericos ſuſtentare nõ poſſunt; ea cura [d] ac diſpoſitio præpoſito [e] maioris eccleſiæ, cui capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat; & tam de poſſeſſionibus [f], quàm de eccleſiaſticis capellarum officijs ipſe prouideat [g].

*In eodem etiã concilio antiquis nouem [h] præfationib. decima addita eſt, quæ ita ſe habet: [ Aequũ & ſalutare & te in ven. vel aſſumptione B. Mariæ collaudare, benedi. & prædi. quæ, & vnigenitum tuum S. S. obumb. cõcep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit; Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. ]*

## DISTINCTIO LXXI.

D*E clericis [i] verò non ordinandis ab epiſcopo alterius ciuitatis, in Sardicenſi concilio, c. 18. & 19. ſtatutum eſt.*

*In quo Ianuarius epũs dixiſſe legitur.*

duabus eccleſijs præſidere, canonicus tamen præbendarius in duabus eccleſijs eſſe non poteſt. Quartum eſt, vt præpoſitus maioris eccleſiæ curam habeat de eccleſijs pauperibus, quæ clericos ſuos ſuſtentare nõ poſſunt. Quintum eſt, vt præter nouem præfationes decima dicatur, quæ incipit: Aequum & ſalutare.

a ¶Perpetuo.] Ideſt, dum viuit 1. ff. pro ſo. l. 1. filius. n. non debet eſſe temporalis, nec hæres. ff. de adop. quæſitum 2. & Inſtit. de hære. inſti. §. hæres.

b ¶In duabus.] Qui. n. titulum habet in vna eccleſia, ſi recipit ſecundam eccleſiam vel præbendam ꝓ titulo, perdit primam, ut extra de conceſſ. præb. & eccleſ. non vacan. literas. ſed ſi recipit ipſam quaſi beneficium, & quaſi commendatum ſiue ſtipendium, tunc ſecus ꝙ tũc non eſt canonicus ſecundæ præbendæ, nec cum eis põt eligere. Si quæras quare canon iſte permittit epõ diſpenſare in eccleſijs, & non in præbendis. dico ꝙ ęque põt diſpenſare in præbendis, ſicut in eccleſiis, dummodo ſint de eodẽ epiſcopatu. Eſt ergo hæc veritas, ꝙ de iure cõi non põt quis habere duas eccleſias, vel præbendas in eod. epiſcopatu, vel in diuerſis, niſi in caſib. notatis 21. q. 1 in ſumma. Sed nunquid hodie beneficium huius canonis eſt ſublatum epiſcopis per illã nouã conſtitutionem, de multa, in tit. de præben. ex eo. ꝙ dr̃ ibi, per ſedem apoſtolicam poterit diſpenſari 3? Dico, ꝙ non: ſed tantum vaga & indiſcreta diſpenſatio eſt ablata ab eis, non probabilis, ſicut per remotionem appellationis non remouetur neceſſaria appellatio, vel probabilis, extra de appell. paſtoralis. ſic cum dñs ꝓhibuit iurare, non prohibuit iuramentum neceſſarium, ſed temerarium, ut 12. q. 1. cap. ita. ſic cum dñs ꝓhibuit uxorem ſeparari à viro, intelligendum eſt tantum de illa ſeparatione, quæ fit ſine ratione, vt 33. q. 2. quos Deus. Si obijcias, ꝙ punitur epiſcopus q. ꝑmittit ipſum habe-

Papa tñ diſpenſat circa plures eccleſias habentes curam animarum, & plures dignitates, vt expreſſè dicit decre. de multa. ſed circa plura beneficia ſimplicia non uidetur epiſcopo diſpenſare prohibitum.

b ¶In duabus.] Nec iure ciuili quis in duobus collegijs poteſt connumerari. ff. de coll. l. 1. §. 1. neq; duas militias habere. C. qui mili. non poſ. l. 5 §. in poſterum. nec duos honores. ff. ad munic. l. libertus. §. præſcriptio.

c ¶Diuerſis.] Non conuentualibus: cum enim nec canonicus in diuerſis conuentualibus eſſe poſſit. ergo multo magis, nec prælatus, ita quòd ſit in eis canonicus.

d ¶Cura.] 12. q. 2. bonæ rei. Lau.

e ¶Præpoſito.] Ideſt, epiſcopo, qui eſt ordinator in cunctis, ut in contrario hic ſignato. 25. diſt. c. 1. Vel dic pręposito, ideſt, archidiacono. arg. extra de uerb. ſig. quamuis & ſic nec illud erit contrarium.

f ¶Tam de poſſeſſionibus] Arg. pro capel. ut decimæ debitæ maiori eccleſiæ ſic communicentur illis. Argu. contra 12. q. 1. videntes 5. q. 1. c. 1.

g ¶Prouideat.] Vt dentur vni, vel ſimul vniantur, ut 10. quæſt. 3. vnio. de conſecr. diſtinct. 1. cap. 2. & extra de præb. expoſuiſti.

h ¶Nouem.] De conſec. diſt. 1. inuenimus.

D E clericis.] CASVS. Hic ponitur 71. diſt. in qua oſtendit Gratianus, ꝙ clericus unius epiſcopi non eſt ab alio epiſcopo ordinandus, vel in eccleſia recipiendus ſine licentia & literis ſui epiſcopi: alioquin irrita eſt ordinatio & receptio, niſi cauſa hoſtilitatis fuerit ab eccleſia ſua eiectus clericus: quia tunc dum durat hoſtilitas, recipi poteſt, ut 7. q. 1. paſtoralis Ioan. de Fan.

i ¶De clericis uero.] In hac diſt. 71. oſtendit Gratianus, ꝙ clericus unius epĩ nõ eſt ab alio ordinãdus epõ, vel in aliqua eccleſia inſtituendus ſine literis ſui epi,

quod

Adde qd proprie dicatur ꝑpetuũ, & qd æternũ: not. in l. eum debere ſolum nam. ff. de ſer. vrb. prædio.

3 Aliàs incipit ſi tibi. Epiſcopi utrum hodie poſſint circa bñficiorũ pluralitatẽ diſpenſare.

3 Sed nunquid in caſu poterit legatus Cardinalis? Dicit Roſſe. bene ꝙ curia tenet, ꝙ non: quia hoc ſpecialiter ſedi apoſtolicæ reſeruat̃. & hoc ipſe notat in ſuo libello iuris canonici. B.

4 De hoc ẽt not. 21 q. 2. c. 1. & idem ſentit. Hu. c. cauſa. qõ. 1. in prin. & Goffred. & Vinc. extra de præbend. de multa. Archid.

5 Et 16. q. 1. quicunque. ubi de hoc. ext. de pſa ſcri. ex trãſmiſſa vbi de hoc. Archid.

quod ſi factum fuerit, irritabitur, niſi hoſtilitatis cauſa clericus exularet. infra eod clericus.

ILlud. CASVS. Quidam epi ordinabāt & recipiebāt in ſuis eccleſijs aliorum eporum clericos, eis irrequiſitis: vnde contentiones & diſcordiæ naſcebantur: & ideo ſtatutum fuit in cōcilio Sardicen. ne hoc de cætero fieret, niſi cum licētia ſuorum epiſcoporū. alioquin irrita erit talis ordinatio. Duo ſequentia ca plana ſunt, quæ ferè idem dicunt cum iſto.

rati one beneficij, ſed etiam ratione ordinis eſt prælatus ſuus. Alij dicunt in pendenti eſſe utrum ſit prælatus. nā ſi poſtea liberatur eccleſia, remanet eccleſiæ prælatus aliàs non. 7. q. 1. paſtoralis. Et arguitur ad hoc extra de cleri. non reſiden. fraternitati. 3 Item pone, q eps dat ei li-

3 Ad idē 7. q. 1. paſtoralis. nā multa ſunt in pendenti. ff. ſi cer pet. proinde. Sed argum. cōtra C. de ſentē. paſ. l. ult. & chid.

## ¶ Clerici ab epiſcopo alterius ciuitatis non ordinentur. Cap. I.

ILlud quoque ſanctitas veſtra ſtatuat, vt nulli epiſcopo liceat alterius ciuitatis eccleſiaſticum hominem a ſolicitare, & in ſua diœceſi clericum ordinare. Vniuerſi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus a ſolent naſci diſcordiæ, & ideo prohibet omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat. ¶Oſius epiſcopus dixit. Et hoc vniuerſi conſtituimus, vt quicūque ex alia parochia uoluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu epiſcopi ipſius, & ſine voluntate b ordinare, non ſit rata ordinatio c eius. Cap. 19.

Communitas diſcordiam parit.

a ¶Contentionib.] Nā cōmunitas mater diſcordiæ eſt. ff. de leg. 2. cum pater. §. dulciſſimis.

b ¶Et ſine voluntate] Arg. expreſſum ad id quod dixi 7. q. 1. placuit.

c ¶Ordinatio.] Niſi poſtea ratum haberet ſuus epiſcopus / 1. vt 63 diſtin. Salonitanæ.

1 Ex iſta gl. infertur, q rat. habitio retrahitur. Cōcor. text. in l. uero. §. ſed & ſi. & ibi Bar. ff. de ſolu. & in l. obſeruare §. ſi ff. de offi. procon.

d DE aliena. ¶Exoratus.] Sed nunquid ſufficeret, vt diſſimularet 2 3. Non, vt 85. diſt. Florentinum & 63. diſtin literas. vt no. infra 7. q. 1. cap. placuit.

2 Dicit ibi Bar. ſufficeret facere, vt canonicū, non ut prælatum.

e SI quis auſus.] conſenſum.] Ergo cum conſenſu eius poterit. C. de ſacroſanct. eccle. qui ſub prætextu. & expreſſo cōſenſu, nō tacito ff de procur. filiusfam. §. inuitus.

CLericos.] CASVS. Quæſitum fuit in Calcedon. cōcilio, vtrū epiſcopo liceat ordinare i ſua ciuitate clericos alterius ciuitatis? Et diffinitū eſt, q non: ſed unuſquiſq; clericus pſeueret i ea eccleſia, in qua ab initio cōſueuit: exceptis illis, qui cā hoſtilitatis, & neceſſitatis ſuas eccleſias perdiderūt & ciuitates, &

a ¶Hominem.] *In concilio latinè legitur:* eccleſiaſticum miniſtrum ſolicitare; & in ſuis parochijs clericum, &c. *Infra ea. 2 primatus. (vbi huius canonis ſententia videtur referri) legitur,* vt nemo alterius plebis hominem vſurpet. *Græcè autē caput iſtud, quod in latino decimum octauum eſt, non habetur.*

*Item Innocentius ad Victricium Rothomagenſem epiſcopum, epiſt. 2. c. 7.*

## De eodem. Cap. II.

DE aliena eccleſia ordinare clericum nullus præſumat †, niſi eius epiſcopus precibus exoratus d concedere uoluerit. Pann. l. 3. c. 64.

*Item ex Nicano concilio, c. 16. in fine.*

## ¶Qui ſine epiſcopi conſenſu ordinatur, irrita ſit eius ordinatio. Cap. III.

SI quis auſus fuerit, aliquem, qui ad alterum pertinet, in ſua eccleſia ordinare, cum non habeat conſenſum e illius epiſcopi, à quo receſſit clericus; irrita ſit huiuſmodi ordinatio. Burc. li. 2. c. 109. Iuo p. 5. c. 11. ex alia verſione.

*Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 20.*

## ¶Clericus vnius eccleſiæ in alia non ordinetur. Cap. IIII.

CLericos in ſuis eccleſijs cōſtitutos, ſicut iā diffiniuimus, nō liceat in alteri⁹ ciuitatis eccleſijs ordinari: ſed quieſcāt f in ea, in qua ab initio miniſtrare meruerūt: exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderūt, & ex neceſſitate g ad alias eccleſias migrauerūt. Si verò quicunq. Anſ. l. 6. c. 125. & li. 7. c. 109. Iuo p. 9. c. 36.

quicunq. eps cōtrafecerit, excōicatus pmanebit cū eo, quē ſuſcepit donec ad ſuā eccleſiā reuertatur clericus.

f ¶Sed quieſcant.] Niſi uocentur, & eligantur ad aliàs eccleſias tunc enim auctoritate maioris poſſunt tranſire ad aliàs, vt 7. q. 1. epiſcopus de loco.

g ¶Ex neceſſitate.] Sed pone, q presbyter amiſit eccleſiam ſuam, eps ciuitatē ſuā; tñ remanet in aliqua parte ſui epiſcopatus: nunquid clericus recedet, quo uoluerit ſine literis epi? Dicunt quidā, q non nam adhuc prælatus remanet amiſſæ eccleſiæ. Alij dñt cōtrariū, ut dixi 7. q. 1. paſtoralis. Sed uerior eſt rō prior, qa epiſcopus adhuc non deſinit eſſe ſuus prælatus; quia non tantum

Clerici an obedire teneantur epiſcopo, qui ei mutat in ſuā amiſit.

ei licentiam tranſeundi ad alium epiſcopatum ſub ea conditione, ut ſi redierit prior eccleſia ad libertalē, redeat ad eā; nunqd epiſcopus interim eſt prælatus eius? Sic: non tñ pōt eū excōicare, niſi forte eccleſia liberata, non uelit redire, licèt enim interim ſit eius prælatus ligatam tñ habet executionem. Item ſi ad aliam eccleſiam uellet eum reuocare, non poſſet niſi ad ſuam, ex quo ei licentiam dedit, niſi ei ſub hac conditione licentiam dediſſet, ut poſſet eum qñq. vellet reuocare. Item ſi totus epiſcopatus occupatus eſt à Saracenis: nunquid remanent clerici iſtius epiſcopi, cum omnes ſint in epiſcopatū alterius? Dico, q remanēt, ſed non hēt iuriſdictionem

ctionem liberam in eos. Item nunquid poſſunt eos vicini epiſcopi recipere ſine literis eius? Sic: ipſe tamen ſi epiſcopatus eius eſſet liberatus, poſſet eos reuocare, etiam ſi eis licentiam dediſſet: niſi forte licentiando eos abſolueret, Vel dic, quòd prior deſinit eſſe Prælatus ipſorum, vt no. 7. q. 1 paſtoralis.

a ¶Tamdiu.] inf. 21. quæſt 4. epiſcopi. Argum. inf. 7. q. 2. cap 2. &c.

FRaternitatem.] CASVS. In eccleſia Benafrana erat quidam diaconus nomine Gratianus, quem Fortunatus eps volebat in ſua eccleſia ordinare. & eum propter hoc poſtulauit a Papa, & quia in eccleſia Benafrana nõ erat epiſcopus hoſtilitate faciẽte, a quo peti poſſet diaconus ille, Papa eum ſibi ſine mora conceſſit.

b ¶Habituro.] Abſolute ponitur ſine ver. 63 d. Agatho.

c ¶Licentiam.] Sed nunquid capitulum dũ eccleſia vacat, poſſet ipſum licentiare? Non: quia quædam alienatio eſt, q̃ non põt fieri vacante eccleſia 12. q 2. ſi qua. de hac materia hẽs 24. diſtin. c. 2. Io. Sed quid ſi eccleſia hẽt viſitatorem ? Videtur ꝙ iſte poſſit alienare, vt Inſtit. de cur. § vlt nã auctoritate metropolitani debet conſtitui viſitator. Sed videtur contra qđ dicit lex: quia ad ea quæ ſolemnitatẽ iuris deſiderant, tutore opus eſt, ff de cõſenſu & auct. præſtã. l. curatorem, vnde nõ credo hæc fieri poſſe per viſitatorem, cum ſolemnitatem exigant 10 q. 2. hoc ius. Ioan.

Capitulum non poteſt licẽtiare clericum ſede vacante.

Sub. quoniam debet conſtitui auctoritate metropolitani. Laur. quod dic, vt plenè dixi 61. d. c. vlt. & ibi debet.

PRimatus.] CASVS. Eps Vegeſelitanus ſurrexit in concilio Carthagin. & ſuggeſſit concilio, vt ſtatueret, ne aliqs eps vſurparet clericum, vel parochianũ alterius, nec apud ſe retineret ſine alterius epi licentia, cuius dictum Gratus eps approbauit: & per concilium Sardicen confirmauit: & auctorizauit. Sequẽs c. patet.

d ¶Sine literis.] Infra px. diſt. c. 2. & 3. & inf. 76. diſ. c. vlt. & ſup. c. px. & ſup 61. diſ. Oſius & 85. diſti. Florentinũ, in fin. & ſup. 63. diſt. literas.

d ¶Sine literas] Crederem tñ teſtes ſufficere. C. de fi. inſtr. in exercẽdis, & extra de

e ¶Obtineat.] Sed nonne extraneus epiſcopus poteſt ordinare laicum de alterius epiſcopatu. cũ laicus poſſit transferre domicilium quo voluerit? Dico ꝙ ſic: ſed domicilio non tranſlato non põt eum ordinare: ſicut nec alia ſacra-

Laicus an poſſit ordinari a non ſuo epiſcopo.

epiſcopus poſt definitionem iſtam, ad alium epiſcopum pertinentem clericum, ſuſceperit; placuit ſanctæ ſynodo, & eum, qui ſuſcepit, & eum, qui ſuſceptus eſt, tamdiu [a] excommunicatos manere, quamdiu ipſe clericus reuertatur ad propriam eccleſiam.

*Item Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano, l. 5. epiſt. 11. ſeu c. 111.*

¶Apoſtolica permiſſione vnius eccleſiæ clericus in altera valet ordinari. Cap. V.

Io diac. l. 3. c. 20.
Polyc. l. 1 tit. 7.
Anſ. l. 7. c. 80.

FRaternitatem tuam a nobis petiiſſe recolimus, vt Gratianum eccleſiæ Benafranæ diaconum tuæ concederemus eccleſiæ ordinandum [α]. Et quoniam, nec epiſcopum, cui obſecundare, nec propriam habet eccleſiã, hoſte. ſ. prohibente, cui ſuum debeat miniſterium exhibere; petitionem tuam non præuidimus differendam. Idcirco ſcriptis tibi præſentibus eum neceſſariò duximus concedendum, habituro [b] licentiam [c] diaconum illum, noſtra interueniente auctoritate, eccleſiæ tuæ, Deo propitio, conſtituere Cardinalem.

α ¶Cardinalium.] *Antea legebatur*, ordinandum. *Emendatum eſt ex ipſa epiſtola. Cardinare verò ſeu Cardinalem conſtituere, (quod eſt in fine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepiſſe, vt canonicam translationem ſignificet. Nam cũ tempore B. Gregorij canon ſextus concilij Chalcedonenſis accurate obſeruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in eccleſia (qui nunc titulus vocatur) niſi ſimul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam ordinatus, neceſſitate aliqua in aliam eccleſiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deſeruiret: in ſecunda dicebatur incardinari: quod ex iſto nunc indicato loco patere poteſt, ex lib. 3 epiſt. 14. & alibi. Quod etiam in epiſcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict. 10. epiſt. 6. & epiſt. 25. (quod refertur infra. 7. q. 1. ca. paſtoralis, & in diſt. 11. epiſt. 13. & ſeq. quòd habetur inf. 21. q. 1. c. relatio. De hac re Ioannes diaconus, lib. 3. c. 8 & 11. & 16. Gregorium verò Ioan. 8. & facto ipſo, & vocabulo in eadem notione accepto, eſt imitatus: quod ex aliquibus manu ſcriptis ipſius epiſtolis conſtat.*

*Item ex concilio Carthaginenſi. 1. c. 5.*

¶Sine literis epiſcopi ſui in aliqua eccleſia clericus non ſuſcipiatur. Cap. VI.

† Ex iſto text. infertur, ꝙ literæ epiſcopi ſunt authenticæ: cũ (vt hic) faciant fidem. Concor tex. in l. monumentorum, & ibi glo. & Doc. & C. de fideli. & ſump. ſu. No. Bal. Pet. de Bel. perti. & Cy. in l. ſi qua p calũniã, C. đ epiſ. & cler.

Burc. l. 2. c. 43.
Iuo p. 6. c. 144.
Anſel. l. 6. c. 124.
† al. Primatus.
† ordinet] ori.

PRimatus † epiſcopus Vegeſelitanus dixit. Suggero ſanctitati veſtræ, vt ſtatuatis non licere clericũ alienum ab aliquo ſuſcipi ſine literis [d] epiſcopi ſui, † neq; apud ſe retinere; nec laicum vſurpare ſibi de plebe aliena, vt eum obtineat † [e] ſine conſcientia eius epi-

ſacramenta ab extraneo recipere poſſet, vt de pœn. diſt. 6. placuit. de conſecrat. diſt. 2. tribus. nec peregrinari poteſt laicus ſine licentia epiſcopi. de conſecra. diſt. 5. non oportet.

a ¶Eius epiſcopi.] Sic. C. de offi. ma. mi. milites. vbi dicitur, ꝙ ſine licentia. Imperatoris, &c.

b ¶A collega ſuo.] ſed pone, ꝙ eum concedat: vbi dr̃ iſte habere domiciliũ? Dic ꝙ ſi vtrunq; beneficiũ retinet, vtrobiq; 1. ff. ad munic. l. Labeo. & l. aſſumptio, §. a viris prudentibus.

1 Ad hoc C. de incol. ciues, l. 10.

c EXtraneo clerico.] ¶Commẽdatitijs.] inf de conſec. diſt. 2. trib. extra de cler. pereg. ca. tuæ. & 20. q. vlt. cap. vlt. & 19. q. 2. duæ. & C. de epiſc & cler. ſi qua.

HOrtamur.] CASVS. In hoc ca. monet Augu. patronos, ne aliquem clericũ in ſuis eccleſiis eligant, niſi fuerit ordinatus ab ep̃o, in cuius diœceſi ſita eſt eccleſia: vel niſi recipiatur ab eo per literas commendatitias. Sequens c. patet per ſe.

d ¶Veniẽs.] Hoc verũ eſt, cũ ille qui clericum præſentat, laicus eſt: quia quãdiu idoneus eſt in ſuo ep̃atu, non præſtabit extraneum. eps enim vndecumque poſſet præſentare, vt infra 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum 2.

Clerici de diœceſi sũt extraneis p̃ferendi.

e NVllum abſq;.] ¶Peregrinorum.] Clerici peregrini large poſſunt appellari oẽs, qui non ſunt de epiſcopatu ordinantis: ſiue ſint clerici, ſiue laici: qa nulla talium debent recipi ab aliquo epiſcopo ad dignitatem, vel ordines, vel alia ſacra eccleſiaſtica. ſupra ead. diſtin. per totũ, & ſpecialiter. eo. tit. primatus, & hoc extra de cle. peregri. c. 2. & 3. & ꝙ omnes tales dicantur peregrini, & extranei, eſt arg. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. c. 1. & 2 Ignoti dicuntur quorum origo, vita, & ſingularitas ſunt ignota epiſcopo, non diſtincto. ſint de eodem epiſcopatu, vel ælio. 24. d. quando. 24. diſtin. quieſcamus. ver. ſi enim in clero, &c Arg 2. q. 7. quærendum, ver. quorum vita, ſecundum Ra. & Gof.

2 Quod nota. extra de iure patr. ſignificaſti. ſed quod ſupra dictũ eſt per Joã. per oĩa & Laur. approbatur cuius fuit itta gl & idẽ per oĩa ſenſit Hugo. & Jo. de Fant.

DImiſſorias.] CASVS. Supra in proxi. diſtinctio. dictum eſt, qui clericus alienus ſine literis dimiſſorijs, vel commẽdatitijs ſui ep̃i, & ſine eius licentia recipi non debet, ideo ſupponit hanc 72. diſt. in qua oſtendit, ꝙ clerico non debet patere licentia ſine litteris dimiſſorijs: quas epiſcopus non debet dare, niſi rogatus. Et caſus omnes plani ſunt.

f ¶Dimiſſorias.] Hic depingitur 72. diſt. Dixerat ſupra magiſter, clericum ſine commendatitiis literis ſui epiſcopi non eſſe recipiendum: nunc oſtendit, ꝙ epiſcopus non debet eas dare niſi inſtanter rogatus.

g EPiſcopus] ¶Ni ſi ab ipſo.] ſ. qui eum habere deſiderat, & poſtulat: ſicut cum quis tranſit in familiam alterius, vt. ff. de adop. l. 2. ſic ſupra 70. d. 2.

Concedẽda ſunt quædam inſtantia.

h ¶Poſtulatus.] Sunt enim quædam, quæ non conceduntur

---

ſcopi, [a] de cuius plebe eſt. Gratus epiſcopus dixit. Hæc obſeruantia pacem cuſtodit: Nam, & memini in ſanctiſſimo concilio Sardicenſi ſtatutum, vt nemo alterius plebis hominem vſurpet: Sed ſi forte erit neceſſarius; petat a collega [b] ſuo, & per conſenſum habeat.

*Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 13.*

¶Sine literis commendatitijs clericus extra ſuam eccleſiam non miniſtret. Cap. VII.

EXtraneo clerico, & lectori & extra ciuitatem ſuam ſine commendatitijs [c] literis proprij epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare. Burc. l. 2. c. 139. Anſ. l. 7. c. 161. Poly. l. 4. tit. 31.

*Item ex ſermone S. Auguſtini ad populum.*

¶De eodem. Cap. VIII.

HOrtamur chriſtianitatem veſtram iuxta ſanctorũ canonum inſtituta, vt in eccleſijs a vobis fundatis aliunde veniens [d] presbyter non ſuſcipiatur; niſi a veſtræ fuerit eccleſiæ conſecratus epiſcopo, aut ab eo per commendatitias literas ſuſcipiatur. Burc. l. 15. c. 10. Iuo p. 16. c. 31.

*Item ex concilio Antiocheno, c. 7.*

¶Abſque formata clerici peregrini non ſuſcipiantur. Cap. IX.

NVllum abſq; formata, α quam Græci epiſtolam dicunt, peregrinorum [e] clericorum ſuſcipi oportet.

α ¶Formata.] *Græcè eſt. μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δ'έχεσθαι τῶν ξένων, quod Dionyſius vertit.* nullus peregrinorum ſine pacificis; id eſt commendatitijs ſuſcipiatur epiſtola. *atque ita Burc. & Iuo habent.*

## DISTINCTIO LXXII.

*DImiſſorias [f] verò literas epiſcopus; niſi rogatus, non tribuat: ſicut ſtatutum eſt in ſynodo habita Romæ.*

*Vnde Leo Papa ait.*

¶Niſi eodem petente, nulli dimiſſoriæ literæ præſtentur. Cap. I.

EPiſcopus [g] ſubiecto ſibi ſacerdoti, vel alij clerico, niſi ab ipſo poſtolatus, [h] dimiſſorias non faciat; ne ouis quaſi perdita, aut errans inueniatur. Anſ. l. 6. c. 122.

*Item ex concilio Carthaginenſi 3. c. 21.*

¶De eodem. Cap. II.

Burc. li. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 149.

CLericum [a] alienum, niſi concedente eius epiſcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in eccleſia ſibi credita. Clericorum [b] autem nomen etiam lectores, & pſalmiſtæ, & oſtiarij retinent †.

† *al. retineant.*

*Item ex concilio Meleuitano, c. 15.*

¶In vna eccleſia ordinatus, in alia non ſuſcipiatur †. Cap. III.

† *al. teneatur.*

Conc. Africanum, cap. 57.

PLacuit, vt quicunque in vna eccleſia, vel ſemel eligitur; [c] *a* ab alia eccleſia ad clericatum non teneatur.

*a* ¶Eligitur.] *In concilio Mileuitano eſt*, uel ſemel legerit; *itemque in concilio Carthaginenſi Græco, c. 92.* κἂν ἅπαξ ἀναγνῷ, *In Africano autem c. 57.* vel ſemel ſuſcepto officio legerit.

## DSTINCTIO LXXIII.

Ex Attico ad finem concilij Chalcedonenſis. Anſ. li. 6. c. 121. Iuo p. 6. c. 433.

*QValiter verò commendatitia, vel dimiſſoria, ſeu formata epiſtola facienda ſit, videndum eſt. Debent namq; literæ Græcæ interponi in ea epiſtola, & non ſine cauſa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci ſermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epiſtolis canonicis, quas mos Latinus formatas vocat, aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur, hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis ſaluberrime inuentū eſt, & conſtitutum; vt formatæ epiſtolæ hanc calculationis, ſeu ſupputationis habeant rationem, ideſt, vt aſſumantur in ſui ſupputatione prima Græca elementa Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, hoc eſt* π, υ, α: *quæ elementa octogenarium, & quadringenteſimum, & primū ſignificant numerum. Petri quoq; Apoſtoli prima litera, ideſt,* π, *quæ numerū octoginta ſignificat: eius quoque, qui ſcribit, epiſcopi † prima litera cui ſcribitur, ſecunda litera, accipientis, tertia litera ciuitatis quoq;, de qua ſcribitur quarta, & indictionis, quæcunq; eſt illius † temporis, numerus aſſumatur. Atq; ita his omnibus Græcis literis, quæ, vtcunque fuerit collecta, ſummam epiſtola teneat: hanc qui ſuſcipit, omni cum cautela requirat expreſsè †. Addat præterea ſeparatim in epiſtola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui ſecundùm Græca elementa ſignificat* ἀμήν.

† *al. epiſtolam.*

† *al. id.*

† *al. expreſſam.*

¶Exemplar formatæ epiſtolæ, quæ in Nicæna ſynodo à cccxviij. Patribus facta eſt. Cap. I.

Burc. li. 2. c. 227. Iuo p. 6. c. 434. ſimile quidam multoq. magis. c. 435.

tum [a], & recta ſuadentium nulla patiatur ratione ſuſcipere, vt quod per ſe nequit attendere, ab altero [b] ſaltem poſſit [c] addiſcere. *& infra.* ¶ Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui eum obligare, atque coercere, vt dignum eſt, diſtuliſti [d]. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed etiam ad ſacerdotalis [e] officij pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum coram alijs ſacerdotibus, & † quibuſdam de filijs ſuis nobilibus conteſtari pro hac re debeas, & hortari. Si verò (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit; ad nos eſt modis omnibus transmittendus, vt hic poſitus diſcere [f] poſſit, quid, vel qualiter ſecundum Dei timorem [g] agere conueniat

Paulo. plenius apud B. Greg.

† *vel* ] orig.

Ibidem paulo inferius,

*Idem ad eundem lib. epiſt. 33.*

¶ De eodem. Cap. II.

NVnciatum eſt nobis Campanię epiſcopos ita negligentes exiſtere, vt immemores honoris ſui, neq; erga eccleſias, neque erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monaſteriorum ſolicitudinem gerãt, ſeu in oppreſſorum, & pauperũ ſe tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus; vt eis a † te conuocatis, ex noſtro illos mandato diſtricte commoneas; quatenus deſides vlterius eſſe nõ debeant: ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſolicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, vigilantes [h] exiſtant, vt nullum nos de eis denuo murmur exaſperet. Si quem vero eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris; ad nos eum ſine aliqua excuſatione [i] tranſmitte: vt quàm ſit graue, nolle ab his, quæ reprehenſibilia, & valdè vituperanda ſunt, corrigi; regulari in ſe valeat [k] diſtrictione ſentire.

† *al. ad.*

2 *Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari ſeruientibus intelligendum eſt.*

*Vnde in Carthaginienſi concilio 2. c. 2. Aurelius epiſcopus dixiſſe legitur.*

In Carthag. codicis canon. c. 3. & 4.

¶ Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentiam in omnibus ſeruent. Cap. III.

CVm in prçterito [l] concilio de continentię, & caſtitatis moderamine tractaret, & gradus iſti tres cõſcriptione † quadam caſtitati per cõſecrationes annexi ſint Epiſcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt decet ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes,

† *al. conſtrictione caſtitatis per.*

d ¶ Diſtuliſti ] Hoc. ideo, quia iſte erat legatus iſtius prouinciæ.
e ¶ Sacerdotalis.] id eſt, epiſcopalis.
ADDITIO. Hoc ideo, vt magis verecundetur. H. & hoc ſi publice peccauit. 41. diſtinct. ſed illud alias ſecus, vt in gl. ſeq. alleg. 15. q. 5. c. 1 ſecũdum Io. de Fan.
f ¶ Diſcere.] 15. q. 5. cap. 1.
g ¶ Dei timorẽ.] 28 d. quia ſunt.

Vigilantib. iura ſcripta ſunt.

NVnciatũ.] CASVS. Epiſcopi Cãpaniæ negligentes erant circa eccleſias, & monaſteria, & circa pauperes, & oppreſſos. Scribit ergo Grego. Antemio ſubdiacono, vt epiſcopos in vnum conuocet, & eos ſuper his reb. ita corrigat, & emendet, ꝙ de cætero apud Papã, querela iterari nõ poſſit. quod ſi negligentes fuerint, Romã tranſmittantur, vt ibi per diſtrictionẽ ſentiãt quàm graue ſit a prauis non corrigi.
h ¶ Vigilãtes.] Nam vigilantibus ius ciuile ſcriptum eſt, ff. de ijs quæ in frau. cred. pupillus in fine.
i ¶ Aliqua excuſatione.] Argu. in hoc caſu nõ licere appellare 1. Arg. ſ. 27. q. 1. ſi cuſtos. & c. ſi homo arg. extra de appell. cũ ſit Romana. & c. reprehẽſibilis. dic. in ſufficienti, ne ſit contra extra de offic. de leg. c. ex parte.
K ¶ In ſe valeat.] Vt ſi ſtultus fuit in culpa, ſapiens ſit in pœna, vt 38. d qui cap. & 27 q. 1. ſic cuſtos & c. ſi homo.

1 Hoc ideo qa videtur appellatio iterponi ad malitiã confouendã. ar. C. de offic. prę. prat. or. l 1. extra de appe. ſuggeſtum, &c. ad noſtra. Sed tu dic excuſatione non ſufficienti. alias ſecus, extra de offi. de leg. ex parte ſm Io. de Fant.

QVOD AVTEM. Hæc eſt ſecũda pars huius diſtin. in qua probat duab. auctoritatibus, ꝙ diaconi, presbyteri, & ſubdiaconi debent eſſe caſti. Io. de Fant.
CASVS Supra in 82, diſt. oſtenſum eſt de munditia ſacerdotũ, & diaconorum. Nunc verò dicit idẽ eſſe intelligendum de ſubdiaconis, & eſt iſte ſecundus articulus

trahendo ſicut a tempore Apoſtolorum fuit obſeruatum. Poſtea ſecundo fuit congregatum concilium ab ipſis epiſcopis: & forte alij plures etiam prædictam conſtitutionem confirmauerunt, & approbauerunt.
l ¶ Cum in præterito.] Scilicet in primo Concilio Car-

i Quod eſt 32.diſt. placuit. cui interfuit Aug. ut 16.diſtin. ſexta.uerſ. ſeptima. ſecundum Io. de Fant.

Carthag.]¹ Hoc cap. & ſequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod ſcilicet non licet presbyteris, vel diaconis.

a Qui ſacramentis diuinis inſeruiunt.] ideſt, ſubdiaconi, & quod dicit inf. ea. ab uxoribus abſtinendum, dicas de latis, aut de facto. Nã dicunt, ꝙ iſta * cap. facta fuerunt ante tp̃s Gregorij, qui introduxit continentiam miniſtris. 31.d. ante triennium, ideſt ſubdiaconis: presbyteris verò & diaconis Syricius introduxit. immo dicunt, ꝙ olim ſacerdotes potuerunt cõtrahere añ Syriciũ, vnde & Moyſes cõtraxit. Exponũt ergo Apoſtoli docuerunt exẽplo & ope, & admonitione. ſecundum Hug non inſtitutione, vel conſtitutione ſecundum alios.

* Vide notata ſupra diſt. 31. in uerb. Grat. in princ.

diſt. 31. c. aliter.

necnon & leuitas, vel qui ſacramẽtis diuinis inſeruiũt [a], continentes eſſe in omnibus; quo poſſint ſimpliciter, qđ à Deo poſtulant, impetrare: vt qđ Apoſtoli docuerunt α, & ipſa ſeruauit antiquitas [b] nos quoq; cuſtodiamus. β Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt. Omnibus placet, vt epiſcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui ſacramenta cõtrectãt, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia cuſtodiatur, qui altario deſeruiunt.

† al. &

α ¶ Docuerunt.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, exemplo, *quod eſt ſublatum: quia neq; in ipſo ſecũdo Carthaginienſi, aut impreſſo, aut manuſcripto, neque in vnico codice canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neque in uetuſtis Gratiani exemplaribus habetur: & ex gloſſa uidetur translatum in textum.*

β ¶ Cuſtodiamus.] *In codice canonum cap. 5. unici Carthaginienſis ſequuntur hæc.* Fauſtinus epiſcopus eccleſiæ Potentinæ prouinciæ Piceni, Legatus eccleſiæ Romanæ dixit, Placet vt epiſcopi, &c. *quæ in recentioribus Colonienſibus conciliorum editionibus adſcripta ſunt alijs characteribus. Verùm in priſca Colonienſi, duabus Pariſienſibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

*Item ex concilio Carthaginienſi 5. c. 3.*

In cod. can. cap. 25. In Africa c. 37. diſt. 32. cap placuit. † *al. propria.*

De eodem. Cap. IIII.

CVm de quorundam [c] clericorum, quamuis erga vxores [d] proprias, incontinentia referretur; placuit epiſcopos, & presbyteros, & diaconos [e] ſecundum priora † ſtatuta etiam ab uxoribus continere; quòd niſi fecerint, ab eccleſiaſtico remoueantur [f] officio: cæteros autem clericos ad hoc non cogi; ſed ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ conſuetudinem [g] obſeruari debere γ.

γ ¶ Debere.] *In codicibus impreſſis hæc ſequebantur*, contra Martinus Papa [ſi lector viduam duxerit,] vt ſupra legitur. Sed illud, vbi neceſſitas; hoc, vbi nulla neceſſitas vrget. *Quæ ſunt expuncta; quia in uetuſtis codicibus, aut non habentur, aut ſunt adſcripta in margine.*

3 *Similiter, quòd Monogamus epiſcopus eſſe iubetur, etiam ad reliquos ordines eccleſiaſticos deriuari oportet.*

*Vnde Syricius Papa Himerio Tarraconen. epiſcopo, epiſt. 1. cap. 11.*

Anſ. lib. 8. c. 5. Iuo p. 6. cap. 51.

¶ Laica ſit tantùm communione contentus clericus viduam, aut ſecundam ducens vxorem. Cap. V.

QVisquis

b ¶ Antiquitas.] A tempore Syricij hic vocat antiquitatem. 32. diſt. plurimos.

CVm de quorundam.] CASVS. In concilio Carthag. 6. relatũ fuit, ꝙ quidam clerici cõtinentiam non ſeruabant, & ideo ſtatutũ fuit, vt ep̃i, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi abſtineãt ab vxoribus ducendis; & ſi duxerint, deponantur. Cæteri aũt clerici ad hoc cogi nõ debẽt, ſed vniuſcuiuſque eccleſiæ cõſuetudo debet ſeruari. ſed ergo Barth. Brixien. ſatis credo, ꝙ hæc duo ca. intelligi poſsũt in eccleſia occidentali, & de matrimonio iã contracto, quo vti non debent clerici in ſacris ordinibus conſtituti. Et ita formabis caſũ, vt ſupradicti nõ vtãtur matrimonio iam contracto promiſſa iam continentia cum uxoribus, & bene ẽt dixit quoſdam ſic intelligere.

c ¶ De quorũdam.] ordo. cum referretur de incõtinentia quorundam clericorum, placuit.

d ¶ Vxores.] Cum quibus profeſſi erãt continentiã ſeruare.

e ¶ Et diaconos.] Et ſubdiaconos. 32. diſ. placuit. ubi ſunt eadem uerba.

f ¶ Remoueantur.] ſup. d. 81. miniſtri.

g ¶ Conſuetudinẽ.] 32. diſt. cap. placuit. & cap. quoniam in quibuſdam.

cas de ducendis: & ſecundum hoc ſuppletur hic, qđ dicitur in c. ſeq. in quo non fit mentio de ſubdiaconis, per illud quod habemus 32. diſtin. placuit. in quo ſunt ferè eadẽ uerba, & eſt ſimiliter Carthag. concil. & hic dicit H. ꝙ Apoſtoli non inſtituerunt nõ utẽdo iã contracto: quia ſi Apoſtoli hoc inſtituiſſent, orientales hoc admiſiſſent 2: Alij uerò intelligũt ea de cõtracto. & qđ dicit infra, etiam ab vxoribus, dicũt aut legitimè ſibi copu-

Vt contra ... d. aliter.

SIMILITER. Hæc eſt tertia pars huius diſt. in qua probatur, quòd nullus bigamus poteſt eſſe clericus. Io. de Fant.

CASVS. Supra 26. d. dictũ eſt, quòd ep̃s debet eſſe monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem eſſe ſeruandum in alijs clericis, & iſte eſt tertius articulus.

QVisquis.] CASVS. Tarraconenſis epiſcopus quæſiuit

ſuit à Syricio Papa quid debeat fieri de clericis, qui ducunt uiduas, vel ſecundam uxorem. Et reſpondet, ꝙ debent deponi, & inter laicos redigi.

a ¶Clericus ]In minoribus ordinibus conſtitutus, quia de alijs non poſſet intelligi 1.

nongentis annis & amplius, nullus tamen dictus eſt presbyter, ideſt, ſenior, niſi Abraham, qui paucioribus annis legitur uixiſſe.

g ¶Sapientiam.] inf. 35.q.6.c.2. ſic 20. d. de quibus. ff. de iure immu. ſemper, ff. de fide inſtru. l. 2. & l. ult. arg. con-

1 Nam ſi primo tales cõtraxiſſent bigamiã, ordinari nõ poſſent 32. d. ſi quis uiduarum. 50 d. non confidat. Arch.

b ¶Viduam ]ſup. d. 34. lector. contra Io.

c ¶Duxerit ] Et ita non incidit in canonem, qui eum verberauit. & hoc uerum erat tẽpore Syricij, qui præceſſit Innocẽtium, qui edidit illud. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Sed quid hodie? H dicit, ꝙ incidit, quia iſte coronam tenetur portare. extra de vit. & hone. cle. clericus. Tu dic, ꝙ vbi contraxerit cũ corrupta, uel vidua, ſtatim priuatur omni priuilegio, prout hoc, c. dicit, & c altercationis. conſtit. Greg. X. de big. lib. 6. Si uero cũ virgine, tunc eſt in eius optione, an uelit retinere priuilegiũ, an non. Si vult retinere, portabit coronã, & viuet clericaliter: ſi non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidã cõtradicant. Io. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cler. coniug. Ioã B. Item patet hic, quod priuilegiũ perditur per actum contrarium, ut extra de conſtit. cum acceſſiſſent, & cap. cum M.

Clericus cõtrahens cum corrupta ꝑdit oẽ priuilegiũ clericale.

d ¶Quam.] Scilicet communionem.

e ¶Poſſidere.] Argu. incorporalia poſſidere, de hoc dixi 2. q. 2. nullus 2. & ſciẽtia poſſidetur 2. vt 16. q 1. reuertimini. imò lex dicit planè, quod ius poſſidetur ff. communia præd l. 3. extra de cau poſſ. cum eccleſia. & ita facit ad hoc, quod reſtitutio communis poſſit peti, ut aliarum rerum

Incorporalia dñr qñq; poſſidere.

2 Et iõ ius eligendi ꝑſcribitur, ꝙ dic, ut plenè nc. Goff ext. de elect humana. & hic adde qđ no. 1. q. 1. nullus epiſcopus.

clericus [a], aut viduam [b], aut certè ſecundam coniugem duxerit [c], omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica ſibi tantum cõmunione conceſſa. Quam [d] ita demum poterit poſſidere [e], ſi nihil poſtea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum verò nomen, quamquam à ſenectute ſit ſumptum, magis tamen maturitatem [f] indicat ſapientia, quàm caniciem corporis.*

*Unde Anacletus ad epiſcopos Italia, epiſt. 2.*

¶Presbyteri ſeniores dicuntur non tam ætate, quàm ſapientia. Cap. VI.

POrrò Moyſi præcipitur, vt eligat presbyteros [ † ideſt ſeniores. ] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria ſenũ canicies,] hæc † verò canicies ſapientiam [g] deſignat, de qua ſcriptum eſt [ Canicies hominum prudentia eſt. ] Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vſq; ad Abraham vixiſſe homines legerimus; nullus alius [h] prius appellatus eſt presbyter, ideſt ſenior, niſi Abraham, qui multo paucioribus vixiſſe annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem: ſed propter ſapientiam presbyteri nominantur.

Anſel. lib. 7. c. 96. Burch. li. 2. c. 5. Iuo p. 6. c 25. *Prouerb. 20.* † *al. hic.*

*Num. 11. Exod. 24.* † Abſu[...] iſta ab [...] *Sap. 4.* *Apud.* [...]

## DISTINCTIO LXXXV.

H*Oſpitalitas verò vſque adeò epiſcopis eſt neceſſaria, vt ſi ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.*

*Vnde Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo, lib. 12. epiſt. 6.*

¶Hoſpitalitatem neſciens non fiat epiſcopus. Cap. I. Io. Dia. li. 3. c. 11.

ARchidiaco-

PRESBYTERORVM. Hæc eſt 4. pars diſt. in qua dicitur, quod ſenes presbyteri non uocantur niſi propter ſapientiam tantum, non autem propter ætatem. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic eſt quartus articulus, ubi oſtendit, ꝙ licèt presbyter dicatur propter ſenectutem, magis tamen cõgruè dicatur propter ſapientiam.

f ¶Maturitatem. ] ideſt, ſapientia, ſcientia, & moribus. 1. q. 1. uiliſſimus.

POrro ] CASVS. Anacletus probat in hoc c. ꝙ duplici de cauſa dicitur presbyter, ſcilicet propter ætatẽ, & hoc oſtendit exemplo Moyſis; qui cum nõ poſſet ſuſtinere laborem ad populũ gubernandũ, elegit ex præcepto Domini 70. presbyteros, ideſt ſeniores Iſrael, qui cũ eo populũ gubernarẽt. Similiter oſtendit, ꝙ presbyter vel ſenior dr̃ ꝑꝑ ſapientiã. & hoc probatur exemplo Abrahæ, vſq; ad tempus eius, licèt homines vixiſſent

contra. ff de ædil. edi. præcipiunt ædiles. ſi. habes extra de elect. cum nobis olim 3.

h ¶Alius.] Ante Abraham. Melchiſedech enim fuit ſacerdos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO. Quidam opponunt textui de iſto Melchiſedech ſed dic ſecundum Lau ꝙ non legimus eum appellatum presbyterum, licet ſacerdotem. De hoc etiam no. 63. diſt. porrò. Archid.

3 Vbi [...] ꝙ gs [...] litur ꝑ [...] fectũ [...] Archid.

HOſpitalitatis ] Hic ponitur 85. diſt. in qua de hoſpitalitate tractatur, quam ſi quis nõ habuerit, ordinari prohibetur.

ARchidiaconum ] CASVS. Vacante eccleſia Anconitana, tres fuerũt ibi electi, non temeritate concertantiũ, ſed bono zelo Primo, archidiaconus eiuſdẽ eccleſiæ, qui dicebatur Florentinus. Scđo, fuit electus Ruſticus diaconus eiuſdẽ eccleſiæ. Tertio, Florentius diaconus eccleſiæ Rauẽnatis: ſed archidiacono Florentino tria obijciebãtur. ſ. ꝙ erat ſenex, & nullo mõ ad regimen aſſurgere poſſet; & ꝙ ſic erat tenax, ꝙ in domo ſua nunquã amicus ad charitatẽ intraſſet, & ꝗa iurauerat ſe nunꝗ fore epm. Ruſtico ve-

ro, li-

†*al.Florentinum, al.Florentinum archidiaconum.*

num † Florentinũ [a] eccleſiæ Anconitanæ, qui ad epiſcopatum fuerat electus, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere; ſed ita ætatis ſenio [b] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non poſſit aſſurgere: adijcientes etiam ita illum tenacem [c] exiſtere, vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Ruſticus autem diaconus eiuſdem eccleſiæ, qui ſimiliter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; ſed, quantum aſſeritur, pſalmos ignorat. Florentium verò diaconum eccleſiæ Rauennatis, qui ab omnibus [d] electus dicitur, ſolicitum eſſe nouimus; ſed qualis ſit interius, omnino non ſcimus. Ideoque fraternitas tua vna cum fratre, & coepiſcopo noſtro Armenio ſupraſcriptæ eccleſię Anconitanę viſitatore illuc feſtinet accedere, & diligenter de moribus † ſingulorum [e] requirere, ſi de nullo ſibi ſunt crimine conſcij, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum eſt, ſi hoc, quod de præfato archidiacono dictum eſt, quia nunquam amicus domum eius ingreſſus eſt, ſi ita ſe veritas habeat, & vtrum ex neceſſitate, an ex tenacia † talis ſit; aut ſi ita ſenex eſt, vt ad regendum non poſſit aſſurgere; vel ſi tactis ſacroſanctis [f] Euangelijs (ſicut nobis nunciatum eſt) iuſiurandum præbuerit, nunquam ſe ad epiſcopatum accedere. Sed & de Ruſtico diacono, quantos [g] pſalmos minus teneat, perſcrutandum eſt. Florentio autem diacono Rauennati, ſi nullum, ſicut diximus, crimen eſt, quod obſiſtat, apud epiſcopum [h] eius agi neceſſe eſt, vt ei dēat ceſſionem concedere: non tamen ex noſtro mandato, vel dicto; ne contra ſuam voluntatem [i] eum cedere † videat.

†*al.de vita, & moribus.*

†*al.tenacitate.*

†*al.concedere*] in recentiorib. editionibus

ro, licèt homo vigilās eſſet, obijciebant, quòd pſalmodiam ignoraret. Florentius verò Rauennatis eccleſiæ diaconus neſciebatur qualis eſſet, licèt ſolicitus diceretur. Scribit ergo Gregor. Ioanni epiſcopo, vna cum epiſcopo Armenio Anconitanæ eccleſiæ viſitatore, vt inquirant iſta, primo de archidiacono & poſtea de Ruſtico: qui ſi inuenti fuerint indigni, confirment tertium, ſi crimen ei non obſtat, & hoc de voluntate archiepiſcopi ſui.

a ¶Archidiaconum Florentinum] Alias Florentium archidiaconum proprium nomen, vel quia inde fuit.

b ¶Senio.] Ecce ꝙ ſenectus impedit promouendum, ſed non deijcit promotum, vt 7.q.1 petiſti. extra de renũcia. literas.

c ¶Ita tenacem.] Nota, ꝙ auaritia impedit promouendum, vt 41.d.§ 1.1. nam domus clerici erit omnib. communis 16.q.1. quoniam.

d ¶Qui ab omnibus.] Ideſt a minori parte capituli. Vel dic, quòd hic plures ſimul fuerunt electi, vt ſi quis reprobaretur, alter aſſumeretur, vt 16.d. ſtudij, & 59.d apoſtolica.

e ¶Singulorum.] Item hic patet, ꝙ primo examinantur electi de propria eccleſia, quàm de extranea: & ſatis patet hic, ꝙ licèt extraneus electus ſit a maiori parte, ꝙ tamen præfertur ille qui eſt de gremio eccleſiæ, vt dixi 61. d.c. nullus inuitis, & c. quid proderit Item hic prius examinatur archidiaconus tanquam maior, quam diaconus: quia maiores, & ſeniores ſemper præferuntur in electione minoribus, vt 74.d. epiſcoporum, & 75. diſtinct. cap. vlt.

f ¶Sacroſanctis.] videtur ergo, ꝙ propter tale iuramentum aliquis repellitur ab ep̄atu. quare .n. iuberetur de hoc inquiri, ſi propter hoc non repelleretur? H. diſtinguit ſi iurās hoc intellexit, ꝙ nollet recipere epiſcopatum quæcunque neceſſitas inſtaret, iuramentum tale nullum fuit: nec tenetur illud ſeruare, vt 7.q.1. ſcias. 8. q.1. in ſcripturis [2]. Sed ſi alio modo intellexit, venialiter peccauit, quia temere iurauit, vt 22. q.4.§. ſi licitum. Sē per autem intelligitur iuramentum eſſe temerarium, cum nō ſubeſt neceſſitas, [3], vt extra de iureiur. & ſi Chriſtus. Si autem ignoratur, an generaliter intellexerit, vel nō: tunc p̄ſumo, ꝙ tantum de licitis iurauerit, licet generaliter iurauerit, vt extra de iureiu. ad noſtram. Sed nunqd tale iuramentũ excludit electũ? Non vī, vt extra de renũ. cũ inter in fine, extra de iureiurā. ſicut noſtris. Nec temerarium iuramētũ repellit a beneficio, vt extra de teſti. ſpo. ſolicite. nec a teſtimonio, vt extra d̄ teſtim. intimauit. extra de teſtib. cog. peruenit. cũ pęnitentia vnius anni imponat pro temerario iuramento, vt 22. quæſt. 4. qui ſacramento. E cōtra videtur, quod nō poſſit eligi, vt hic patet: ſicut nec eligere pōt, qui illud iurauit, vt extra quod me. cau. ad aures. Itē, quia etſi eſſet illicitum, tamen propria auctoritate non poteſt venire contra illud, vt 22.q. 4. innocens. extra de electio. venerabilem. Item quia lex dicit, ꝙ gratia ei facienda eſt, qui hoc iurauit. ſ. ſe ordini non interfuturum, vt. ff ad municip. Imperatores non ergo eſt ius commune. Sol. credo quod poſſit eligi dummodo pęnituerit de tali delicto: quia temerariũ iuramētum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, ſed tantum ſolemne. Ioan. Ego credo Ioannem benedicere. B.

g ¶Quantos.] De iure debet totum pſalterium ſcire. 38 d. omnes, & 23.d. qui epiſcopus. extra de elect. cum nobis olim.

h ¶Apud epiſcopum.] Not. ꝙ aliqs ante poteſt eligi, quam poſtulari a ſuo epiſcopo 76.d dilectionis, & 63.d. literas, extra de renun. poſt translationem.

i ¶Voluntatem] Arg. ep̄m non debere cogi, vt cōcedat clericum ſuum ſine voluntate ſua. arg. d. 63. literas 76.d. dilectionis, nam nemo cogitur aliquem a ſua poteſtate liberare, C. de emanci. nec auus, nec cogitur quis inuitus mutare familiam, C. de adop. l. pen. §. 1. ſimiliter, nec abbas compellendus eſt monachum ſuum concedere 1 q. 1. quam pio. & 58.d.c. 1. & 2. ita nec epiſcopus in Auth. de ſanctis epiſcop. §. nullum autem epiſcopum. Item argum. quod mandatum Papæ ſic eſt interpretandum, vt nulli faciat præiudicium [4] vt 9.q.3. nunc vero, extra de offic. deleg. ſuper eo. 99. diſtinct. cccc. C. de emancip. nec auus,

2 Ad idem 16.q.1.§ nos autem ſecundum Laur.

3 Vel dī temerarium i. de re illecita factũ, vt no. 22.q.4. diffinitio. Arch.

Subditũ laxare non cogitur quis.

4 Scilicet multum, ſic no. Io. & B. extra de verbo ſigni. olim. in gl. vl. in fi. Arch.

enectus im-
edit promo
endum.
uaritia pro
mouendum
mpedit.
1 Adde ad
oc qđ le. &
ot. extra de
ſtib. cũ iam
dũ 16.q.7
hoc. in fi.
r. & arbi-
or.
Canonicus
.gremio p̄
tur, & ex-
neo.
aiores mi-
rib. in ele
one præſe
ntur.
ās ad epi
patũ non
edere, an
ab epiſco
u repell ē

Docto-

DOctorem.] Hęc di. diuiditur in 8. partes; in quarum prima probat tribus auctoritatibus, quod eps & quilibet prælatus debet ſubditos corrigere benigne: ſin autē, eorū peccata imputantur illis Secūda ibi. [Si aūt.] Tertia ibi, [In doctrina.] Quarta ibi. [Liberale.] Quinta ibi, [In ipſa. Sexta ibi, [Similiter.] Septima ibi, [Vel percuſſor.] Octaua ibi, [Prohibetur.] Io. de Fan.

CASVS. Repetit hic Gratianus illud cap. apoſtolicæ regulæ oportet epiſcopum eſſe Doctorem, vt inferiorum culpæ in eū non refundantur: quod fieret ſi neſciret docere, vel negligeret] Et habet hęc 86. d. 7. articulos, qui in ſuis locis diſtinguentur.

a Doctorem autē.] In hac di. 86. repetit illud capitulum apoſtolicæ regulæ: oportet epiſcopū eſſe doctorem. Hæc autem doctrina debet cōſiſtere in diſciplina correctionis, & i ſermone predicationis In diſciplina, vt corrigat ex charitate, & cū lenitate: nō ex odio: nec modū excedat in correctione. ſed ſi exceſſerit, veniā cogit a ſubditis poſtulare 1. In ſermone prędicationis. ſcilicet, vt prædicet ſciētiā ſacræ ſcripturæ, non humanę. infra ead. cum multa. Replicat etiā in hac diſtinctione capitulum, oportet epiſcopum eſſe hoſpitalē: ſed verbis aliis, ſcilicet, oportet epiſcopum eſſe liberalem. Lau.

Doctrina epi in quo conſiſtat.

1 vt inf. ea. c. quando.

d ¶Non homines.] 23. q. 4. duo iſta. inf. de pęn. d. 1. quamobrem ſupra d. 45. ſunt namque.

e ¶Non ſæuientis.] Quia hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, &c. infra. de pęn. d. 1. importuna, &c. quia diuinitatis 24. q. 3. cum ſancti.

Vitam hominum corrigi bonum eſt.

f ¶Sed

## DISTINCTIO LXXXVI.

*DOctorem autem [a] epiſcopum oportet eſſe, ne inferiorum culpa in eum refundantur, qui docendi officium accepit, quod exequi neſcit, vel negligit.*

*Vnde Leo epiſcopus ſcribit Aquileienſi epiſcopo, epiſt. 3. & 84 ſeu 86.*

¶Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorum Cap. I.

INferiorum culpæ [b] ordinum, ad nullos magis referendæ ſunt, quàm ad deſides, negligētesque [c] rectores: qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem [a] diſſimulant adhibere medicinam.

Anſ. l. 6. c. 155.

a ¶Auſteriorem:] *Sic legitur in epiſtola 84. Verum in epiſtola tertia eiuſdem Leonis legitur,* neceſſariam. *Reliqua vtrobique eadem ſunt.*

*Item Leo epiſcopus Ruſtico Narbonenſi epiſcopo, epiſt. 90 ſeu 92. in princ.*

¶Homines ſunt diligendi, peccata odio habenda. Cap. II.

ODio habeātur peccata, non homines [d]: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis ſeuerius caſtigari neceſſe eſt, non ſæuientis [e] plectatur animo, ſed medentis [f].

*Item Ioannes VIII.*

¶Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet. Cap. III.

FAcientis [g] culpam proculdubio habet, qui, quod poteſt corrigere, negligit emendare [h]. Scriptum quippe eſt: [Non ſolum, qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus: participes iudicātur. ¶Et libat Domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa. Et negligere, cū poſſis deturbare peruerſos; nihil aliud eſt, quàm fouere.

Greg. l. 7. reg. epiſt. 114. indict. 2. Pelagius. 2. ep. 3. Eleuterius ſu. d. 83. c. error. 2. q. 7. negligere & 23. q. 3. ca. qui poteſt. Iuo p. 6. c. 115.

ADDITIO. vt inf. ea. fratrem cum ca. ſeq. vſque ad §: ſimiliter, vbi repetit cap. non parcus, ſed alio modo. in ca. ſi. repetit cap. non cupidus. Archid.

INferiorum culpæ.] CASVS. Aquileien. patriarcha nō corrigebat vitia ſubditorum: vnde Leo ipſum reprehendit: & oſtendit, quod inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligunt, faciunt in populo peſtilentiam.

b ¶Inferiorum culpæ] Nota quòd per culpam ſubditorum probatur negligentia prælati, vt 18 d propter, & ca. peruenit.

c ¶Negligenteſque.] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis. de conſecr. d. 1. nemo. 2. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus, §. ſi fornicarius. 81. d. dictum Io.

ODio.] CASVS. Dicitur hic, quòd peccatores tumidi ſunt corrigendi, & infirmi, qui ex fragilitate peccant, tolerandi, & cum correctio fit, ex charitate fiat. nō ex odio,

f ¶Sed medentis.] Vt 23. q. 5. prodeſt, eſt etiam opinio ſimilis in auth. de manda prin. §. non permittas. 2. coll. 3. Laur.

FAcientis.] Aliàs incipit, culpam proculdubio facientis.

a Aliàs incipit qui delinquentes,

CASVS. Quidam prælati in propriis perſonis non delinquebant, ſed delinquentes corrigere negligebant: ſed dicit Ioan. Papa. Non ſufficit prælatos non peccare in propria perſona, ſi delinquentes non corrigant: ideo hortatur eos, vt ſint vigiles circa delinquentes corrigendos: ne prælatis culpæ delinquentium imputentur.

g ¶Facientis.] Hic Io. ligat arenas ſine cæmento, & idē decies dicit. B.

Arenæ ſine cæmento ligantur

h ¶Aemendare] Culpam habet facientis qui negligit. hoc exaudi poſt admonitionem, arg. 23. q. 1. ſi cuſtos nā alias eſſet eadem pœna negligentiæ, & cooperationis, quod falſum eſt. 1. q. 1. quidquid.

a ¶Et

ocentiæ sūt gra-

a ¶Et primus.] Nam tres ſunt innocentiæ gradus. 23. q.4. ita planè primus eſt, malum non facere; ſecundus eſt facientibus non conſentire: tertius peccantes ſi poteſt corrigere. 45. diſt. c. tria. & c. duæ.
b ¶Alieno.] inf. 6. q. 1. qui crimen. in fi. 37. diſt. legant vnde

corrigendo. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum debeant petere veniam à ſubiectis reſpondet, quod non, ne propter nimiam humilitatem prælati vilipendātur à ſubditis: ſed à domino petere debent, qui nouit, quod ex benignitate hoc fecerint.

Nec caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Et probat odiſſe ſe uitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit ſibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus [a] innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate conſenſum. Et nihil prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniēdus eſt alieno [b] peccato.

¶*Caput hoc ex varijs ſententijs hinc inde collectis confectum eſt: quarum prima vſque ad ver. emendare ſumpta eſt ex epiſtola B. Gregorij 114. lib. 7. indic. 2. Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à ſubditis, ſed à Domino veniam petat.*
*Vnde Auguſtinus de vita [a] clericorum.*

¶Veniam à ſubditis non petat, qui in corripiendo modum exceſſerit. Cap. IIII.

Sup. p. 6. c. 384.
† *In ipſis* ] orig.

QVando neceſſitas diſciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [c] compellit; ſi etiam ipſi † modum vos exceſſiſſe ſentitis: non a vobis exigitur, vt ab eis veniam poſtuletis; ne apud eos [d], quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frāgatur auctoritas [e]. Sed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iuſto forte corripitis, quando beneuolentia diligatis [f].

a ¶De vita.] *Inter opuſcula B. Auguſtini anno Domini 1481. Parmæ impreſſa, ſunt tres ſermones de cōmuni vita clericorum; ex quibus in vulgatis tomis operum B. Auguſtini, tomo decimo referuntur duo ſub nu. 52. & 53. ad fratres in heremo. Tertius autem cum epiſtola 109. omnino conuenit: ſed quæ in epiſtola diriguntur ad monachas, in ſermone diriguntur ad viros. Ex iſtis tribus ſermonibus de communi vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vt ſuis locis notabitur) et hoc quidem ex tertio.*

3 *In doctrina verò ſacræ ſcripturæ, auctoritatem debet epiſcopus præferre, non ſæcularium literarum peritiam oſtentare. Non enim epiſcopalis officij eſt grammaticā exponere, ne laudes [g] Iouis perſonent ore pontificis.*
*Vnde Gregorius ſcribit Deſiderio epiſcopo, lib. 9. epiſtola 47.*

c ¶Dura.] Nimiū & tunc peccat prælatus venialiter. 23 q. 4. ꝙ peccat. in fi. ſic & ꝙ pauperem exaſperat importunè petētem 25. di. §. criminis infra. 2. quæſt. 7. nos ſi contra. Sed illud ex humilitatis leuitate: hoc ex auctoritate ꝑlaturæ: vel ſubaudi, illud eſt cauſale, & volūtarium. hoc autē regulare, & neceſſarium. Vbi autem ꝑlatus ex odio modū exceſſit, debet veniā poſtulare: quia tenetur iniuriarum. ff. ad legem Aquil. quemadmodum. §. magiſtratus. Iō autem magis parcitur prælatis. ſupra in hoc caſu, quàm in aliis: quia vix poteſt quis in cura rei familiaris peccatum euitare. 25. d. qualis. Vel hoc exaudi vbi modum ignoranter exceſſit: quo caſu nō tenetur. ff. vi bo. rap. l. 2. §. ſi publicanus. officiatis enim facilius parcitur quàm aliis, vt ibi patet, vt extra de ſenten. excom. ſi vero.
d ¶Ne apud eos.] 2. q. 7. nos ſi incompetenter. contra.
e ¶Frāgatur auctoritas.] Augere enim ex ingenio debet dignitatem: quia ſæpe nimia familiaritas contemptū generat. ff. de officio pſi. obſeruandum. ff. de officio proconſ. nè quid quam. §. circa, quod verum eſt inter fatuos, ita exponebat Azo, vt ab eo audiui. Io. illa ergo auctoritas. Vade prius reconciliari fratri tuo anteq̄ offeras ad altare, de prælatis non intelligitur, niſi quando ex odio procedunt.

Prælatus modum excedens in correctione, audeat à ſubditis veniā petere.

Familiaritas nimia parit contēptum.

vnde expone, ideſt, alieno, de conſenſu alieni peccati. nā regulariter de alieno peccato nullus punitur, ſaltem in alio ſæculo. 1. q. 4. iam itaq;. & c. crimen. & 83. diſt. quid prodeſt. & ꝭ. ea. quid prodeſt. 7. q. 1. §. cū aūt Io.
SI AVTEM. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. & ſecundus articulus, vbi dicitur, quod ſi prælatus excedat corrigendo, non debet petere veniam a ſubditis, ſed à domino.
QVando] CASVS Quidam prælati dum ex charitate corrigerent ſubditos; exceſſerunt modum in

f ¶Diligatis.] Ideſt, diligere debeatis.
IN DOCTRINA. Hæc 3. pars diſt. & tertius articulus, vbi continetur, quod prælati debēt proferre auctoritates diuinæ ſcripturæ in ſua doctrina, & non grammaticam exponere: quia in ore pontificis non bene ſonant laudes Iouis.
g ¶Ne laudes] Iupiter ex alto periuria ridet amantum.

¶Sacram ſcripturam, non Grammaticam debet epiſcopus exponere. Cap. V.

Burc. l. 1. c. 97. Iuo p. 4. c. 161. & p. 5. c. 199.

CVm multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudijs nũciata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, vt negare [a] ea, quæ ſibi fraternitas veſtra concedenda popoſcit, minimè valeremus. Sed poſt hoc peruenit ad nos (quòd ſine verecundia memorare non poſſumus) fraternitatem tuam, Grammaticam [b] quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſte ſuſcepimus, ac ſumus vehementius aſpernati, vt ea, quæ prius dicta fuerunt in gemitum & triſtitiam verteremus [c]: quia in vno ſe ore cum Iouis laudibus [d] Chriſti laudes non capiunt [e]. Et quam graue, nefandumque ſit epiſcopis canere, [f] quod nec laico religioſo conueniat, ipſe conſidera.

4 *Liberalem [g] quoque neceſſitatem patientibus ſacerdotem eſſe oportet: aliàs autem vacuum portabit nomen epiſcopi.*

*Unde Gregorius ſcribit, lib. 5. epiſt. 29. ſeu. cap. 129. Secundino ſeruo Dei inter cætera.*

¶Sine liberalitate inane portatur nomen epiſcopi. Cap. VI.

FRatrem noſtrum Marinianum [h] epiſcopum verbis, quibus vales, excita: quia obdormiſſe eũ ſuſpicor, *et infra.* ¶Dic ergo ei, vt cum loco mutet [i] & mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus [k] ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare: ſed largam manum habeat; neceſſitatem patientibus [l] concurrat; alienam inopiam, ſuam credat: quia ſi hæc non habet, vacuum [m] epiſcopi nomen [n] tenet.

5 *In ipſa autem liberalitate modus adhibendus eſt rerum, & perſonarum: rerum, vt non omnia, vni, ſed ſingulis quædam præſtentur: vt pluribus prodeſſe poſſimus: iuxta illud Prophetæ: [Diſperſit, dedit pauperibus:] perſonarum, vt primum iuſtis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines ſunt, ſed quia peccatores.* Pſal. 111.

CVm multa. CASVS. Multa bona relata ſunt Greg. de epiſcopo Deſiderio: de quibus lætatus eſt Papa intantum etiam, quòd quicquid dignum peteretur ab eo, concederet. Poſtea fuit ei ſignificatum, quod Grammaticam ſuo populo exponeret, propter quod intantum Gregor. eſt contriſtatus, quòd totum gaudium, quod prius habuit, conuertebatur in luctum. Scribit ergo ei Greg. & docet ne de cętero tali a ſciat: quia laudes Iouis cum Chriſti laudib. non conueniũt.

a ¶Vt negare.] Arg. quòd ſi ſubditus honeſtus eſt, prælatus eius iuſtas preces eius debet exaudire. inf. 12. q. 2. religioſam & 35. q. 9. veniam.

Preces iuſtæ ſunt exaudiendæ.

b ¶Grammaticam.] Sed quõ iſte exponebat grammaticam populo, quia fortè dicebat: cum ego dico, homo, intelligatis tã de mare, quàm de fęmina; quia communis generis eſt. ff. de verbo ſign. hominis appellatione. Sed melius dic, quòd grãmaticã hic appellat ſcientiam auctorũ. Recitabat enim in eccleſia fabulas Iouis, & eas moraliter exponebat in prædicatione ſua 1.

Fabulas poetarum prædicando, moraliter exponere non multum laudatur.

1 Et hoc patet ibi, cum laudibus Iouis, &c. Lau.

c ¶Verteremus.] .i. deberemus vertere.

d ¶Laudibus.] ſup. diſtinct. 37. cap. 1. & 2. cap. legimus, & §. cur ergo.

e ¶Non capiũt.] Vnde Ouidius. [Non bene cõueniũt, nec in vna ſede morantur Maieſtas, & amor, &c.

Ouidius.

f ¶Cauere.] Laudes Iouis agmina Chriſti.

LIBERALEM. Hæc eſt quarta pars diſtin. & quartus articulus; vbi dicitur quòd epiſcopus debet eſſe liberalis circa egentes: alias vanum habet nomen epiſcopi.

g ¶Liberalem.] Hic § reſpicit illum § proxi. ſupra d. 85 hoſpitalitas.

ADDITIO. Et ſcias, quòd hoſpitalitas dicitur in recipiendo & procurando ſecum in domo: liberalis eſt aliàs largus, & munificus, licet non hoſpitetur alios, ſecundum Hug.

FRatrem noſtrum.] CASVS. Marinianus de monacho factus eſt epiſcopus: & nolebat aliud facere, niſi legere & orare, ſicut in monaſterio conſueuit facere: ſed de pauperibus, & hoſpitibus nullam curam habebat. Vnde Greg. ſcribit Secundino ſeruo Dei, vt moneat eum quatenus habeat largam manum, & pauperibus prouideat.

h ¶Marinianum.] Iſte de monacho factus fuit epiſcopus: & tota die volebat legere, vt in monaſterio faciebat.

i ¶Mutet.] Supra d. 61. valebat, infra d. 10 totidnis.

k ¶Vt remotus.] Infra d. 88 epiſcopus nullam, contra. Sed aliud eſt nulla neceſſitate faciente curã rei familiaris ſuſcipere, & lectionum atq; orationum ſtudio tepide inhærere; quod interdicitur: aliud in neceſſitate alijs ſubuenire: & propter proximos contemplationis ſtudium temperare: quod hic præcipitur.

l ¶Patientibus.] Magis tamen religioſis ſuccurrat. 16. q. 1. c. vlt.

m ¶Vacuum.] Quo ad etymologiam: quia nõ eſt ſuper intendens. 8. q. 1 qui epiſcopatum.

Epiſcop... ſuperin... dẽs dicit...

n ¶Nomen.] Immo nomine & re priuandus eſt, vt 88. d. quæ ipſis. 68. d. choriepiſcopi 2.

2 2. q. 7. ... quibus ep... C. de ſer... nullo Ar...

IN IPSA. Hæc eſt quinta pars diſt. in qua dicitur, quòd epiſcopus non debet dare hiſtrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus: niſi forſan in ſumma neceſſitate intuitu naturæ, & hoc probat 10. auctoritatibus, Ioã. de Fant.

CASVS. Hic eſt quintus articulus, vbi docetur quòd in liberalitate habendus eſt modus rerum, & perſonarum

Re-

Rerum, vt non omnia dentur vni, ſed ſingulis diuidātur, quod probatur auctoritate pſalmi. Perſonarum. vt primo iuſtis ſubueniamus, poſtea peccatoribus, quib. debemus ſubuenire in eo, quod ſunt homines, & nō in eo, quod ſunt peccatores. quod per ſequentia probat. ¶ Pro-

mulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. diſtinct. in ſancta. ſed ad laudē Dei bene, vel ob aliam iuſtam cauſam: puta recreationis: quia debilis eſt vel infirmus eſt, de conſec. diſt. 3. peruenit. verſi. fin.

ADDITIO. Dum tamen obſcœnos motus corporum ante ſe fieri nō patiatur. 34. diſt. presbyteri. de conſecr. diſtinct. 5. nō oportet. Archid.

c ¶ Peccator.] infra q. 4. duo.

*Vnde Auguſtinus tract. 100. ad c. 16. Ioannis.*

¶ Immane peccatum eſt res ſuas donare hiſtrionibus. C. VII.

Iuo p. 11. c. 54.

DOnare res ſuas hiſtrionibus[a] vitium eſt immane, nō virtus. Et ſcitis de talibus[b] quàm ſit frequens fama cum laude: quia ſicut ſcriptum eſt: [Laudat peccator[c] in deſiderijs animæ ſuæ; & qui iniqua gerit, benedicetur.]

Pſalm. 9.

*Idem in Pſ. 120. ad verſi. [Faciens miſericordias.]*

¶ Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

Iuo p. 13. c. 31. † amat] or. & ſic deinceps. † al. publicant

i QVi venatoribus[d] donāt: quare donāt? dicant mihi; quare donant venatori? Hoc in illo amāt †, in quo nequiſſimus eſt; hoc in illo paſcunt; hoc in illo veſtiunt ipſam nequitiam publicam † ſpectaculis omniū. Qui donant hiſtrionibus. qui donant aurigis, qui donant meretricibus[e], quare donant? nunquid non & ipſi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, ſed nequitiam operis humani.

*Idem ibidem paulo inferius*

¶ De eodem. C. IX.

Iuo ibidem.

ij QVi venatoribus donant: nō homini donant, ſed arti nequiſſimæ. Nam ſi homo tantū eſſet, & venator non eſſet, non donares: honoras in eo vitiū, non naturam.

*Idem in Pſ. 147.*

¶ De eodem. C. X.

Iuo. p. 15. c. 32.

VIdent homines venatorem, & delectantur: væ miſeris, ſi nō ſe correxerint. Qui enim vident venatorē & delectantur, videbunt Saluatorem, & contriſtabuntur.

Inter opera adſcripta Hieronymo, tomo 7.

*Item Hieronymus in Pſ. 90. ad verſ. [Sperabo in Domino.]*

Venatio eſt multiplex.

QVi venatorib.] Not. ꝙ venatio quędam oppreſſiua eſt, & hæc illicita eſt, vt ſupra diſtin. 6. §. vlt. quædam arenaria, quędam ſaltuoſa. Arenaria eſt, cum quis pugnat in arena cum beſtia dētata, & ad hoc locat operas ſuas, hāc qui exercet, peccat mortaliter & qui eā aſpicit: & qui eam exercet, infamis eſt: niſi gratia virium ſuarum experiendarum. ff. de poſtulat. l. 1. ff. item ſenatus. De hac loquitur hoc cap. & duo ſeq. & 3 q. 7. §. tria. Saltuoſa eſt, quę fit in ſiluis & ſaltibus, & hæc licita eſt: tamen eſt, illicita ex tempore, vt in Quadrageſima, & diebus ieiuniorum. inf. ea. l. an putatis. niſi in neceſſitate. argum. inf. 23 q. 8. ſi nulla. Item ex pſona: quia clerico nō eſt licita, etiam ſi pauper ſit ſecundum quoſdam, vt 34. diſt. quorundam, qui poteſt aliàs victū quęrere. 91. diſtinctio. clericus. nam faciat ciſtas & calathos & retia. de conſecr. diſtinct. 5. nunquam. Laico licita ob eſt neceſſitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatem: & hoc de ea, quæ cum clamore fit. Ponere autem laqueum, vel rete ſine ſtrepitu & clamore & canibus licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiendis piſcibus. de conſec. diſt. 5. nunquam. De ſaltuoſa loquitur. infra ead. Eſau. & duo ſeq. cap.

¶ Prohibemur. [Aliter debemus.

DOnare.] CASVS. In iſtis quatuor ca. ſ. donare, qui venatoribus. vident. reprehēdit Auguſtinus illos qui donant hiſtrionibus, venatoribus, & meretricibus ea tantum cauſa, vt malam exerceant artem. non attēdentes in eis naturam Dei, ſed nequiſſimam artem: ſed ſi donarent eis, quia homines ſunt, non eſſet peccatum.

a ¶ Hiſtrionibus] Iſti hiſtriones prohibentur à promotione. 33. diſt. maritum, & a corpore Chriſti. de cōſec. diſt. 2. pro dilectione. & infames ſunt 4. q. 1. c. 1. & ff. de ijs. qui no. infa. l. 1. §. ait prætor.

b ¶ Talibus.] Dare cauſa vanæ gloriæ ꝓ exercitio ſui vitij, immane peccatum eſt, ſed in neceſſitate i. non, Idem de venatoribus & meretricibus in talibus enim non vitium eſt fouendum, ſed natura ſuſtentanda eſt. Sed quid de cithariſtis & alijs, qui varijs vtuntur inſtrumentis, nunquid eſt licitum audire ea vel tangere, vel talibus perſonis aliquid dare? Et quidem ſi ad voluptatem vel luxuriam, non; quia Deum manibus ſtimulat, qui populum vocibus delectat ...

Meretricib. ſine peccato dari nequit.

¶ Meretricibus] Meretrix tamen non turpiter accipit, licet turpiter meretricium faciat. ff. de condi. ob turp. cau. l. 4. § ſed quod meretrici. Sed nonne cauſa affectionis meretricibus dare poſſumus ff. de do. affectionis? Dicunt quidam, ꝙ ſic, pactione non præcedente, ſed cauſa remunerandi bene poſſumus poſt factum, quod non credo, quia ſemper peccatum eſt dare. arg. 16. q. 1. legi. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. Rem autem quam dedi meretrici, repetere non poſſum. Sed per genus. non pignorantia ſed rei vendicatione poſſum, vt C. de condic. ob tur. cau. l. 2. non in text. ſed in glo. Hugu. quia conuenitur tunc tanquam quilibet alius poſſeſſor 2 ff. ad exib. de eo. § hæres.

2 Arg. cōtra C. de dona. l. 1. vbi ď hoc.

E Sau.] CASVS. Hæc tria cap. intelliguntur de ijs, qui venantur cauſa delectationis. Dicitur ergo hic, ꝙ Eſau non venaretur niſi peccator fuiſſet. Nam piſcatorem ſanctum inuenimus, ſed venatorem non.

a ¶ Venator erat.] Dum venator permanet, ne obijciatur de Euſtachio. 50. diſt. ferrum.

b ¶ Piſcatores.] Sed quare prohibet venari, & non piſcari? q̃a forte piſcatio fit ſine clamore, venatio nõ: vel q̃a maior eſt delectatio in venatione: dum n. q̃s eſt in venatione, nihil poteſt de diuinis cogitare.

Venatio prohibetur, ſed nõ piſcatio,

Q Vid prodeſt.] CASVS. Dicit hic, quod non prodeſt abſtinentia ad vitam æternam, ſi q̃s luxuriari in venationibus velit. Idẽ dr̃, in ſequenti capitu. immo (quod plus eſt) nõ ſolum tenetur de ſuis peccatis, ſed etiã de peccatis ſeruorum ſuorum, quos ſecum ducit.

c ¶ Ieiunare.] Efficaciter ad ſalutem.

A N putatis.]

d ¶ Seruulos.] Non tamen ſerui debẽt ei obedire. 11. q. 3. non ſemper. excuſantur tamen quo ad quid, vt 22. quæſt. 5. qui compulſus C. de ſepul. vio. l. 2. C de ijs qui ſibi in teſt. aſſeri l. vlt. non in totum: quia in atrocibus non debent obedire. ff. de regu. iur. ad ea ff. de ac. & obl. ſeruus. & dominus tenetur pro omnibus peccatis eorum. extra de teſt. ſicut. & 22. quæſt. 5. qui compulſus.

tractantur in cap. præſenti vſq; ibi, pulchra etiam liberalitas. vbi tractatur præcipue de modo, vſq; ibi, ſuper Lucam. exinde oſtendit præceptum de miſericordia impendenda eſſe commune & generale omnibus.

i ¶ Domeſticos.] Niſi extraneus indigeret ad mortem, &

¶ De eodem. Cap. XI.

E Sau venator erat [a]; quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem; piſcatores [b] inuenimus ſanctos. Iuo p. 13. c. 33.

*Item Ambroſius in homilia 33. de quadrageſima.*

¶ De eodem. Cap. XII.

Q Vid prodeſt ieiunare [c] viſceribus, & luxuriare venatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? Iuo p. 13. c. 34.

*Idem ibidem paulo inferius.*

¶ De eodem. Cap. XIII.

A N putatis illũ ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum loca ſancta perquirit: ſed ſurgens congregat ſeruulos [d], diſponit retia, canes producit, ſaltus ſiluaſq; perluſtrat? ſeruulos, inquam, ſecum pertrahit, fortaſſe magis ad eccleſiam feſtinantes, voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena neſciens reum ſe futurum tam de ſuo delicto, quam de perditione ſeruorum. Iuo ibidem.

*Item Ambroſius lib. 1. de officijs, c. 30.*

¶ Quæ ſint in liberalitate ſeruanda. Cap. XIIII. Anſ. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20.

N On æ ſatis eſt bene velle [e], ſed etiã benefacere. Nec ſatis eſt iterũ benefacere: niſi id ex bono [f] fonte, hoc eſt ex bona [g] volũtate proficiſcatur. *& infra.* ¶ Perfecta liberalitas [h] fide, cauſa loco, tempore commendatur, vt primum operis circa domeſticos [i] fidei. Grandis culpa, ſi ſciente fidelis egeat †; ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti; qui præſertim egere erubeſcat: ſi in cauſam ceciderit aut captiuitatem ſuorum [k], aut calumniæ, & non adiuues: ſi ſit in carcere, & pœnis, & ſupplicijs propter debitum [l] aliquod iuſtus excrucie- Gal. 6.

ADDITIO. Argu. ad hoc. C. de accuſa. l. non ideo. Archid.

N On ſatis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ non ſufficit opera charitatis velle, niſi opus addat exterius, ſi fieri põt, & econuerſo. in ſecunda parte oſtendit, ꝙ in operibus charitatis nouem ſunt cõſideranda. ſ. fides, cauſa, locus, tempus, modus, ꝓximitas, ætas, debilitas, & nobilitas. In tertia dicitur, ꝙ mĩa communis, & generalis eſt omnibus, & ab ea nullus excluditur. Secunda pars incipit ibi. [Item perfecta] Tertia, ibi, ] Nam & ſi.] Sequens c. patet.

e ¶ Velle.] Cum facultas adeſt, & neceſſitas inſtat. aliàs ſufficit bona voluntas cum charitate 45. diſtin. dux. ſi. extra de eo, qui mit in poſſ. conſtitutus.

Voluntas bona ſufficit.

f ¶ Ex bono.] Alias non eſt bonum arg. ff. mand. l. 1. §. 3. & l. ſi procuratorem. 32 q. 5. ſicut.

g ¶ Ex bona.] Informata. ſ. charitate. Laur. 1.

h ¶ Liberalitas.] No. in liberalitate eſſe attẽdendam fidem, cauſam, locum, tempus, modum, neceſſitudinem, ætatẽ, debilitatem, conditionẽ, quę diligenter & ordine

† Vt 12. q. 5. ſic n. ſcdm Hug.

& domeſtici non: tunc. n. prius extraneo ſubuenirem. Sed quid ſi pater meus eſt infidelis, & æqualiter indiget cum fideli, cui teneor magis? Pet. Manducator vocauit hanc quæſtionem tenebroſam aquam in nubibus aeris. poſſet tamen dici, ꝙ magis fideli: quia hic dicit, fideli & infra, ea. cauſam præſtat natura, non gratia. Hug. præferi patrem infidelem, vt dixi. 30. di. c. 1. 2. arg. 23. q. 8. §. ecce. in fi.

k ¶ Suorum.] Quia quis magis timet in filijs, quàm in ſe ff quod met. cau. iſti. quidem §. vlti.

l ¶ Propter debitum.] Hic loquitur ſecundum ea. tpa, quando ſi debitor non erat ſoluendo dabatur creditoribus ad puniendum ipſum, hodie autem ſi aliquis conuenitur maleficio, & non eſt ſoluendo puniri; poteſt. 14. quæſt. b res. ff. de pœn. l. 1. §. 2. 4. & hoc caſu non eſt ei ſubueniendum, nec redimenda eſt pęna eius: quia eius pœna pretio remitti prohibetur. 1. q. 1. iubemus. ſi autem conuenitur ex contractu, non eſt cruciandus, ſed ſufficit, ꝙ cedat bonis. C. qui bo. ced. poſ. l. 1. & inanis eſt actio &c. ff. de do. mal. l. nã is. tenetur tñ ſi poſt perue-

niat

† Tex. eſt ... milis in l ... ob turp ... ff. de co ... ob tur. ... ſam, & in ... 3. §. exp ... rib. comi ... no. ff. de a ... qui. poſ. Patri inf ... li an pot ... ſubuenien ... dũ ſit ... traneo ... li. 2. Et. 52. di ... geſcamus. vbi vide. Qui nõ ... in ære. ... puniẽdus ... corpore. 4 Et 5. q ... quia ... iu om. ... l. ſi quis ...

tur[a] (nam etſi omnibus debetur miſericordia, tamen iuſto amplius:) ſi tempore afflictionis ſuæ nihil a te impetret: ſi tempore periculi, quo rapitur ad mortem[b] plus, apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri; non eſt leue peccatum β.

α ¶Non ſatis.] *Hinc vſque ad c. ſi quid verò in aliquos vetuſtis Gratiani exemplaribus, & apud Anſelmum eſt vnicum caput.*

β ¶Non eſt leue peccatum.] *Verba hæc non ſunt ibi apud Ambroſium, ſed tamen apud Anſelmum, & in Polycarpo.*

Poly. ibidem. Anſ. ibidem. † al. Dom.] orig. 3. Reg. 19.

*Idem ibidem paulo inferius.*

¶De eodem. Cap. XV.

DOminus † non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, niſi forte, vt Heliſæus, qui boues ſuos occidit & pauit pauperes ex eo, quod habuit: vt nulla cura teneretur domeſtica; ſed relictis omnibus in diſciplinam ſe propheticam daret.

Anſ. ibidem. Poly. ibidem.

*Idem ibidem continenter.*

¶De eodem. Cap. XVI.

EST probanda illa etiam liberalitas, vt proximos ſeminis tui nō deſpicias, ſi egere cognoſcas. Melius[c] eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptū depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis: non tamen, vt illi ditiores eo fieri velint[d], quod tu poſſes conferre inopibus: cauſam enim γ natura[e] præſtat, non gratia[f]. Neque enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias; ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miſerationis peccata redimas tua. Putant[g] ſe parum poſcere? pretium † tuum quærunt; vitæ tuæ fructum adimere contendunt: & accuſant †, quòd eos diuites nō feceris: cum te illi velint æternæ vitæ fraudare?

† al. præmium. † accuſat.] orig. & ſic deinceps.

γ ¶Cauſam enim.] *Apud B. Ambroſium legitur,* cauſa enim præſtat non gratia *itemque apud Anſelmum, & in Polycarpo. Sed vetuſti codices Gratiani, & gloſſa cum impreſſis concordāt. Alia autem nonnulla ex ipſo Ambroſio ſunt emendata.*

Poly. ibidem. Anſ. ibidem.

*Item ibidem paulo inferius.*

¶De eodem. Cap. XVII.

COnſideranda eſt[h] etiam in largiendo ætas, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos[i] prodit natales, vt ſenibus plus largiaris, qui ſibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptius: tum ſi quis ex diuitiis cecidit in egeſtatem[k]: & maximè[l], ſi non vitio ſuo, ſed aut latrocinijs, aut proſcriptione †, aut calumniis, quæ habebat, amiſit.

† al. præſcriptione.

*Idem libro ſecundo officiorum, c. 21.*

¶De eodem. Cap. XVIII.

Anſ. ibidem. Poly. ibidem.

PVlchra[m] α etiā liberalitas eſt in ipſo quoque pauperis dato,[n] menſuram tenere, vt abundes pluribus, nō conciliādi fauoris gratia vltra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & ſincero promitur, hoc eſt decorū: non ſuperfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere neceſſarias[o]. Et maximè ſacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore †[p] congruo, vt

† decore.] orig.

niat ad pinguiorem fortunam. ff. de oeſſ. bo. is qui 1.

a ¶Excrucietur:] De facto, nō de iure. extra de pign. c. 2. C. de act. & obli. ob æs in Auth. vt nu. l iud. §. quia vero. col. 9 Lau.

b ¶Ad mortē] Qualiter hoc intelligi debeat, inuenies 23. q. 5. reos.

c EST probanda. ¶Melius] Ar. C. de ſeruitutibus l. reos.

c ¶Vigiliæ.] idest, mortuorũ exequiæ: vel generali ex eccleſiaſtica officia 1 6 1. diſtin. quoniam feſtus & propter cauſam hæc cautio fuit exacta ab ẽpo illo: q͠a clerici ſui negligentes erant circa diuina officia: aliàs de iure cõi huiuſmodi cautio non eſt in ordinatione ẽpi exigẽda. Sed videtur, ꝙ Eleutherius hoc modo ꝓ ſuis clericis obligari nõ potuit, promittendo eorum factũ 2. inſti de inutil. ſtip. §. ſi q̃s aliũ: Sed dic, ꝙ bene potuit, cũ ad eius officiũ ſpectaret eos ad hoc cogere: & ita ſua interfuit 3. pręterea ꝑ illa uerba vr̃ promiſiſſe ſe curaturum, vt illi interſint: ſicut cũ q̃s promittit aliũ iudicio ſiſti: argu. ff de verb. obliga. quoties q̃s aliũ & eſt ſi. ſup. 63 diſ tibi domino. Itẽ eſt arg. hic, ꝙ ẽps põt inducere conſuetudinem nouam in ſua eccleſia, quò ad officia celebrãda. 12. di nouit. & de conſ. diſt. 3 c 1.

*inæqualitate* [a] *ſui corporis nulli impune conceditur.*

† al. Gelaſius.

*Vnde Pelagius † Papa.*

¶Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, vel veſpertinis ſe ſubtrahunt. Cap. I.

Anſ. lib. 7. c. 165.

Eleutherius frater, & coepiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire; & id, quod nobis iubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit [b], vt quotidianis diebus vigiliæ [c] in eius celebrarentur eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſit: ſed magis vnumquemque ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſeruitio) vacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi eſſe oſtenderit contumaces, debita obiurgatione compeſce, & modis omnibus, vigilijs vacare compelle.

*[Item ex concilio Nannetenſi.]*

De eodem. PALEA. Cap. II.

extra de celeb. miſ. c. 1. ex Agathenſi. Bur. l. 2. c. 104. Iuo p. 6. c. 181. ex Nannetenſi.

Presbyter mane, matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ canendo primam, tertiam, ſextam, nonamque perſoluat: ita tamen ut poſtea horis competentibus, & ſignis deſignantibus iuxta poſſibilitatem aut à ſe, aut à ſcholaribus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmis viſitatis, ſi voluerit, ad opus rurale exeat ieiun[9]; vt iterum neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum, ſiue diuerſorum commeantium, infirmorum quoque, atq; defunctorum ſuccurrere poſſit vſq; ad ſtatutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate †, *Item ex dictis S. Benedicti.* ¶Propheta dicente: [Septies in die laudẽ dixi tibi:] qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic implebitur, ſi matutinæ, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperę, cõpletorijq; tempore noſtrę ſeruitutis officia perſoluamus quia de his dixit propheta: [Septies in die laudem dixi: tibi.] Nam de nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait: [Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Pſal. 118. † al. opportunitatis. In reg. S. Benedicti cap. 16. Burc. li. 2. c. 105. Iuo p 6. c. 182. Pſal. 118.

*Item in concilio quarto Carthaginenſi, c. 52. & 49.*

¶Sine officij detrimento, artificiolo ſibi clericus neceſſaria quærat. Cap. III.

Clericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura [d], abſq; officij [e] ſui duntaxat detrimento, paret †. *Item.* ¶Clericus qui abſq; corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs [f] deeſt, ſtipendio priuatus a excõicetur.

Burc. li. 2. c. 103. Iuo p. 6. c. 180. † al. præparet. c. 49.

Clericus] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ clericus q̃rere dẽt ſibi victu de artificiolo, vel agricultura: dũmodo officiũ ſuũ non negligat: & ſi clericus (niſi ꝓꝑ infirmitatẽ ſuã) officium ſuum dimiſerit, excõicari debet. Idẽ dicit in ſeq ca. Addit tñ, ꝙ ſi clericus uadat vagãdo ꝑ nũdinas, deponi debet: & ꝙ ſi ꝓꝑ emptiones ab officio declinet, remouebitur ab officio. Aliud ca. quod poſtea ſequit, planum eſt.

d ¶Agricultura.] argu. C de epi & cler. l. nam mercari non poteſt. 88. diſt. fornicari. H.

ADDITIO Subaudi, vt ibi dicit, ſed ipſa mercatio debet eſſe honeſtatis cõſcia, ut ibi etiam dicitur, quod erit ſecundùm Azo. ſi faceret libros & poſtea uẽderet. ad hoc 14. q 4. c. 1. & 10. q. 3. cauendum in fi. quod dic, ut not. 14 q. 3. in ſumma. in fi. & q 4. c. 3. & 88. diſt. cap 1 & 2. Archid

e ¶Officij.] Ergo clericus nõ põt operas ſuas per totã diẽ locare, cũ nõ dẽt officio deeſſe, vt 54. diſt. ſi ſeruus.

Clericus locare per totam diẽ operas ſuas non poteſt.

f ¶Vigilijs.] Non tamen videnť puniendi ſi deſinit diuinis

uinis officijs, cum non poſſint percipere neceſſaria ab eccleſia, cum de altario debeant viuere: ſecus tamen eſt, quia fecerunt ſibi præiudicium, quando permiſerunt ſe promoueri ad tam tenuem eccleſiam, ſicut in matrimonio carnali. arg. 32. q. 5. horrendus. Vnde ſicut vir tenetur miniſtrare neceſſaria vxori, quæ tñ eſt talis, ꝙ ei debitum reddere non valet, vt 32. q. 7. q̄d propoſuiſti. & c. 2. qui. ita iſte tenet officiare eccleſiā: licet pauper ſit, & dicere cū Apoſtolo: Scio & abūdare, & eſurire, & 45. d. ꝓdicit, & miniſtrent ei manus. 21. q. 1. clericus. in fine. imò vr̄, q̄d debeat auferri ei eccleſia, eo ꝙ ad tenue beneficiū ſe promouendū cōſenſit, vt dr̄ extra de præb. cap. ult. Sed quid ſi à principio fuit diues eccleſia cū ad eā promotus eſt, ſed poſt uergit ad exiguitatē? Dices clericū ad hoc teneri? ſic. epiſcopus tamen in hoc caſu, & præmiſſo debet eā vnire eccleſijs alijs. 10. q. 3. unio. de conſec. diſt. 1. omnes.

¶ Stipendio priuatus.] Sed cui applicabitur hoc? Poteſt dici, quod canonicis inſimul cū epō. Hoc verum eſt in eo, ꝙ de cōmuni percipiebatur: aliás videtur, ꝙ tantum canonicis arg. C. de hære. decurio. & naui. l. 1. 2. & 3. niſi cū iniuſte priuatus eſt. tunc enim omnia ipſe recuperat q̄ amiſit. ff. de re milit. l. pen. C. eo. l. 1. lib. 2. Laurentius. Sed certè ego credo, ꝙ ſuum beneficium debet aſſignari alicui q celebret pro eod. nec ipſe eſt excōmunicatus, ut ex. de appel peruenit B.

CASVS. Proxima diſtinctione ſupra dictum eſt, ꝙ clerici debent vigilijs inſiſtere, & conuenire ad officia celebranda. Nunc vero in hac 92. diſt. oſtendit Gratianus qualiter debeant celebrare, cātando ſcilicet magis corde, quam ore. Et continet quinque articulos.

d ¶ Cum

a ¶ Priuatus.] *In poſtrema Colonienſi conciliorum editione legitur*, priuetur. *Sed in vetuſtioribus Colonienſibus, duabus Pariſienſibus, exemplaribus duobus huius concilij manuſcriptis Vaticanis, & vno Sorienſi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.*

De eodem. Cap. IIII.

CLericus, quātumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo[a] victū quærat. *Item.* ¶ Omnes clerici, qui ad operandū validi ſunt, & artificiola, & literas diſcāt. Qui uerò nō pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio ſuo degradentur. Interemptores a [b] autem ab officio declinantes [c], vel negligentius agentes, ab officio ſuo remoueantur:

Burc. l. 2. c. 102. Iuo p. 6. cap. 179. & 180. Cap. 53.
Burć. li. 2. c. 210. Cap. 41.
Iuo p. 6. c. 285. Cap. 50.
Burc. li. 2. c. 51.

¶ *Caput hoc confectum eſt ex multis capitibus Carthaginienſis quarti non ſuo ordine diſpoſitis.*

a ¶ Interemptores. ] *In exemplaribus concilij etiam manuſcriptis legitur*, clericum inter tentationes ab officio ſuo declinantem; vel negligentius agentem, ab officio ſuo remouendum. *Contra enim canone 42. iubent*, clericum inter tentationes officio ſuo incubantem, gradibus ſublimandum. *Sed ob gloſſam non eſt mutatū. De tentationibus uerò, ob quas) præter tyrannorum perſecutionem) aliqui clerici officium ſuum deſerebant, agit B. Ambroſius, epiſt. 17.*

*Item ex concilio Aurelianenſi, 1. c. 30.*

¶ De eodem. Cap. V.

CLerici verò, qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecūdum arbitrium epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinam.

## DISTINCTIO XCII.

C*Vm autem* [d] *ad eccleſiam venerint, corde magis, quàm voce Deo cantandum meminerint.*

*Vnde Hieronymus lib. 3. commen. ad c. 5. epiſtola ad Epheſios.*

¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. Cap. I.

Anſel. li. 7. c. 70.
*Epheſ. 5.*

CAntan-

a CLericus.] ¶ Artificiolo.] Ex quali artificio clericus poteſt ſuſtentare ſe, notaui 14. q. 3. in ſumma.

b ¶ Inter emptores.] Ideſt, illud ſecundum quod ſolet eſſe inter emptores? & ſic idem reperit. & tunc ſunt duę partes, ſecundum quod eſt hic interremptores, eſt una pars, & uocat interemptores proxenetas, de quibus habes ff de proxeneticis. l. 2.

c ¶ Declinantes.] Scilicet clerici. Io.

CVm autem.] Hæc diſt. diuiditur in quatuor partes. in quarum prima dr̄, ꝙ corde Deo eſt cantandum: non tantum uoce: & hoc probat duabus auctoritatibus. Secunda ibi, [A quibus.] Tertia ibi, [Quod autē.] Ioan. de fan.

d ¶ Cum autem.] Oſtendit magiſter in præcedenti diſt. ꝙ clerici debent celebrare diuina officia in eccleſia. In hac 92 diſt. oſtendit magiſter qualiter, quia. ſ. non debent uocis modulationi inſiſtere. 1. adijcitur ēt, ꝙ in eccleſia Romana diaconi cantare non debent, ſed uerbo prædicationis uacare. 2. Poſtea mouet incidentem q. verum epi, qui non recipiuntur in ſua eccleſia, poſſint in alia parochia epiſcopale officium exercere 3.

1 Vt inf. ea. c. 1.
2 Vt inf. ea. c. 2.
3 Vt inf. ea. §. de epis. cū cap. ſeq.

CAntantes ]CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Apoſtoli; vſque ibi [Audiant.] In ſecunda parte ponuntur uerba Hieronymi, quibus reprehendit eos, qui in eccleſia voce tantum cantant, & non corde, & vngunt fauces & guttur, ut dulcius reſonent in conſpectu populi.

a ¶ Can-

a Cantantes.] Hæc ſunt verba Apoſtoli.
b ¶ Audiant.] Verba Hieronymi exponentis.
c ¶ Non voce.] Tantum. nam & voce decantandum eſt, vt de conſ. diſt. 5. nō mediocriter, & ibi pſallite, Deo in iubilatione, tamē magis cordis deuotione, quàm vocis

Cordis deuotione magis quàm vocis iubilatione cantandum.

tando tragœdias, & dicuntur a tragos, quod eſt hircus: & oda, quod eſt laus, quia hirco remunerabantur, propter fœtidam naturam hirci.

Tragœdi vnde dicuntur.

AB OFFICIO. CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd corde cantandum eſt. Nunc vero oſtendit, quòd diaconi ab officio cātādi, sūt exempti, ne dum ſtudēt cātilenis, ab altaris officio remoueantur. Et hic eſt ſecundus articulus.

tes[a], & pſallentes in cordibus veſtris Domino.] Audiant hæc adoleſcentuli: audiant[b] ij, quibus pſallendi in eccleſia officium eſt: Deo non voce[c], ſed corde cātandum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ † [d] ſunt, vt in eccleſia theatrales[e] moduli audiantur, & cantica; ſed in timore, in opere, in ſcientia ſcripturarum.

† al. colliniendum, vt.

*Ab officio autem cantandi, & pſallendi diaconi inueniuntur exempti[f], ne dum vocis modulationi ſtudent, altaris miniſteria negligant.*

*Vnde Gregorius lib. 4. epiſt. 44. ſeu c. 88. & lib. 12. poſt finem epiſtolarum in concilio ab ipſo habito.*

¶ Cantandi officium diaconi ſibi non vſurpent. Cap. II.

Anſ. l. 7. c. 69.
Poly. l. 4. tit. 31.
Iuo p. 2. c. 79.

IN ſancta Romana eccleſia dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, vt quidam ad ſacri altaris miniſteriū[a] cantores eligantur, & in diaconatus ordine cōſtituti, modulationi vocis inſeruiant, quos ad prædicationis[g] officium, & eleemoſynarum ſtudium vacare cōgruebat. Vnde fit plerumque, vt ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cātor miniſter Deum moribus ſtimulet[h], cum populū vocibus delectat. Qua de re præſenti decreto cōſtituo, vt in hac ſede[i] ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolūque[k] Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum ſolēnia exoluant; pſalmos verò, ac reliquas lectiones cenſeo per ſubdiaconos, vel ſi neceſſitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema ſit.

a ¶ Miniſterium.] *In impreſſis ſequebatur.* conſtitui, *quæ vox expuncta eſt, quoniam neque in vetuſtis Gratiani exemplarib. eſt, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in gloſſa ad verſ.* miniſterium, *quæ etiam gloſſa nō eſt inter vetuſtiores.*

2 *A quibus ordinandos oporteat eſſe immunes breuiter monſtratum eſt, De quorū verò manibus ordines ſuſcipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipſum conſtituti ab epiſcopis ſuis debent ordinari.*

f ¶ Exēptis.] Hoc intellige quādo induti ſunt in eccleſia ad cantandum Euangelium, & ſic intellige ſequens cap.

IN ſācta] CASVS. In ciuitate Romana cantores aſſumebantur ad miniſtrādum altari: & diaconi dū deberēt inſiſtere officio prædicādi vel eleemoſynarum largitioni, cantib. operā dabant; & ſæpe ad iactantiam cātabant, vt a populo laudarentur, ex quo Deus ſtimulabat, ꝙ Gregorius valde reprehendit: vnde ſtatuit, vt diaconi tantum Euangelium dicāt: alia vero officia .ſ. cantandi pſalmos & lectiones per ſubdiaconos expleanť, & per minores ordines in neceſſitate. Et dicunt quidā, ꝙ hoc c. loquitur de diaconis Romanæ curiæ poteſt tñ intelligi de aliis diaconis, qui dum miniſtrant altari, cantibus non debēt intēdere, cū duo officia ſimul exercere non poſſint.

g ¶ Prædicationis.] infra 16. quæſtio. 1. adijcimus, contra, ſed illud ex cauſa dictū eſt propter quoſdam improbos, monachos hoc ſibi vſurpantes 16. q. 1. peruenit alias etiā diaconi poſſunt prędicare Vel hoc intellige ex delegatione, aliàs ſolius ſacerdotis officium eſt prædicare. Vel prædicationem appellat lectionem Euangelicam.

Sacerdotis ſolius eſt prędicare.

cis iubilatione, vt 38. d. ſedulo. Vnde verſus.
[Non vox, ſed votum: non chordula muſica, ſed cor:
Non clamans, ſed amans cantat in aure Dei.

d ¶ Liniendæ.] Vt populum delectent: nam nec ipſa veritas pronuncianda ſic eſt, vt quis hominibus placeat 22. q. 2. primum. linire autem vt melius cantent, & pronuncient, vel vti electuario, peccatum non eſt, ſi ad laudem Dei, & non gratia laudis conſequendæ deliniantur. arg. 32. q. 4 obijciuntur, procurare. n. debet, vt clara voce non rauca pronunciet, vt 21. diſtinctio. capit. 1. vt populus planè intelligens dicat, Amen. vt 38. diſtinct. ſedulo.

Vocem aptare ad clarius cantandum, non eſt peccatum.

e ¶ Theatrales.] Tragœdi ſic faciebāt in theatro decan-

h ¶ Stimulet.] ideſt, exaſperet contra ſe.

i ¶ In hac ſede.] Apoſtolica. Ex hoc dicunt quidā hanc prohibitionem in eccleſia Romana tantum locum habere: alij tantum de Cardinalibus intelligunt. H. vero gñaliter intelligit eſſe prohibitum, cum. ſ. ad legendum Euangelium induti ſunt, quod patet ex illo verbo, quod infra dicit inter Miſſarum, & cauſa huius conſtitutionis fuit honeſtas.

K ¶ Solumque.] Arg. ꝙ diaconus nō niſi cauſa neceſſitatis debet legere epiſtolam 25. d. c. 1. &c.

A QVIBVS. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur

tur, ꝙ nullus debet cantare in pulpito, niſi ſit ordinatus & hoc probat per c. ſeq. Io. de Fant.
CASVS. Dictum eſt ſu. a quibus clerici debeant eſſe immunes. Nunc verò oſtendit, ꝙ presbyteri, & cæteri inferiores a ſuis epiſcopis debent ordinari, quod probatur ſeq capit. cuius caſus planus eſt: & eſt tertius articulus.

d ¶Pro cõtẽtione populi.] Arg. cõtra 16. q. vlt. ſi plures.
e [Aut pro aliqua.] ſ. de iure: quia dicunt ſe non elegiſſe eum, vel dicunt, ꝙ renunciauit epiſcopatui.
f ¶Contingere,] i. non epiſcopalia, niſi inuitatus ſit ar. extra de eo qui renun. epiſ. c. 1. inf. 7. q. 1. c. epiſcopi.
g ¶In-

*Vnde in concilio Martini Papæ legitur.*

In capitulis Martini Bracarenſi, c. 45.

¶Qui non ſunt ordinati ab epiſcopo, in pulpito non pſallant, neque legant. Cap. III.

Laici an poſſint in eccleſia cantare.

a NOn liceat.] ¶pſallere.] ar. pro laicis, qui nõ cãtãt in pulpito, ſed alibi in eccleſia.
b ¶Qui ab ep̃o.] Vel abbate. 69. diſtin. ca. 1. vel etiã a ſacerdote, vt 23. diſtin. pſalmiſta. Sed aliter accipitur ibi pſalmiſta.
DE EPISCOPIS. CASVS. Oſtẽſum eſt ſupra, a quibus, & in quib. locis epiſcopi ſunt ordinandi. Nũc verò incidenter quęrit de epiſcopis ordinatis, qui a parochianis ſuis non recipiũtur, vel aliqua d̄ cauſa illuc ire nolũt, an in alterius ep̃i parochia poſſint ep̃ale officium exercere. Et rñdet, ꝙ nõ, niſi inuitarentur: ſed officiũ ſacerdotale pñt exercere. Et eſt iſte quartus articulus.
NVNC AVTEM. Hęc eſt tertia pars d. in qua dicit, ꝙ ſi ep̃s ad parochiã ad quã ordinatus eſt, nõ p̃t venire ex cauſa, põt exercere officiũ ſuũ in eccleſia p̃sbyterali, vbi prius fuerat, ita ꝙ nõ ſit epiſcopo iniurioſus, in cuius parochia fuerit. & hoc probat per quinque auctoritates ſanctorum patrum. Ioann. de Fan.
SIquis ordinatus.] CASVS. Aliqs ordinatus in ep̃m non poterat ire ad eccleſiam, ad quã electus erat, nõ ſua culpa interueniente, ſed pp̱ populi cõtentionẽ, vel aliam iuſtam cauſam Quæſitũ eſt, an in parochia alterius poſſit officia celebrare: Et reſpondet, ꝙ ſic tanquam ſacerdos, ita tñ, vt de rebus eccleſiæ, vbi diuina celebrat, nihil ſua auctoritate vſurpet, ſed expectet quid ſynodus de eo ſtatuat. Idem eſt caſus ſequentis c. & quod dicitur ibi, honoris, i. honorabilis officii. i. presbyterii.

NOn liceat in pulpito pſallere [a] aut legere; niſi qui ab epiſcopo [b] lectores ſunt ordinati.

*De epiſcopis autem, a quibus vel in quib. locis ordinari debeant, ſupra definitum eſt. 3. ¶Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, a parochijs ſuis non recipiuntur, vel pro aliqua cauſa eas adire noluerint, an in alterius parochia epiſcopale poſſint officium celebrare.*

*De his in concilio Martini Papæ ſic ſtatutum eſt.*

Capit. Martini Bracarẽſis c. 10.

¶Sacerdotis tantum officium gerat epiſcopus, quem ſua parochia non recepit. Cap. IV.

Vnde Pelag. 1. in epi. ad Benignum, Poly. l. 2. tit. 13. Burc. l. 1. c. 41. Iuo p. 5. c. 151. † *al. conuenit.*

SI quis [c] ordinatus epiſcopus α, pro contentione β populi [d], aut pro aliqua [e] ratione, non pro ſua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem ſacerdotij tãtummodo contingere [f]; ita vt de reb. eccleſiæ, in quam venit †, nihil ſibi præſumat. ſuſtineat autem, quod de eo ſanctum concilium iudicare [g] voluerit.

α ¶Epiſcopus.] *In vulgatis ſequebatur*, ad parochiam cuius eſt electus: *quæ inducta ſunt auctoritate manuſcriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.*
β ¶Contentione.] *In duobus vetuſtis exemplaribus Gratiani, & vno conciliorum Regis catholici legitur*, contemptione.

*Item ex concilio Antiocheno, c. 18.*

In epiſt Pela. 1. Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 45. Iuo p. 5. c. 152. † *al. cui.*

¶De epiſcopo ordinato, quem ſua parochia non recipit. Cap. V.

SI quis epiſcopus ordinatus ad parochiam, cuius, [h] † eſt electus, minimè acceſſerit, non ſuo vitio, ſed ꝙ eum aut populus vetet α †, aut propter aliam [i] cauſam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris [k] ſit, & miniſterij participis: dummodo rebus eccleſiæ, vbi miniſtrare cognoſcitur, in nullo moleſtus exiſtat. Quem etiam obſeruare β conuenit; quidquid ſynodus perfecta γ prouinciæ [l] iudicando decreuerit.

† *al. vitet.*

Epiſcope debet ſynodus prouidere q ad eccleſiã non audet accedere.

c ¶Si quis.] Hæc tria capitula loquuntur de eadem materia, ſcilicet cum quis eſt ordinatus epiſcopus ad aliquã eccleſiam, ſed non audet ire illuc propter ſcandalum, vel propter hoſtilitatem, vel quia ibi non recipitur aliqua de cauſa; ſine culpa tamen ſua iſte non debet aliquid præſumere de rebus eccleſiæ ad quam diuertit, & expectabit quouſque prouideat ei ſynodus alibi. 7. q. 1. paſtoralis.

g ¶Iudicare.] Nam aliam eccleſiam, ſi vacat, debent ei conferre. 7. q. 1. paſtoralis 1. ſed & populus eſt excommunicandus, qui eum non recipit, cum iſtam cauſam non prætendat; niſi ſcandalũ timeatur, ſicut, & ipſe excõicatur cum ad eccleſiam illam ire non vult, inf. eo. c. 3. 10.
h SI quis] ¶Cuius eſt.] i. ad quam.
i ¶Aliam.] Quam forte allegat.
k ¶Et honoris.] Videtur contra ſu prox. c. ſed dic, honoris i. honorabilis miniſterii: quia in veſtibus epiſcopalibus exercebit ſacerdotale officium, non epiſcopale niſi inuitatus ſit, vt dixi ſu prox. & maior reuerentia exhibebitur ei, quàm alii presbytero ſimplici.
ADDITIO. Et hoc in memoriam dignitatis, vt ff. de decur. l. vlt.
l ¶Prouinciæ.] Quæ ſcilicet habet decem, vel vndecim epiſco-

1 Et inf. e[o] c. pe ſed hoc c. paſtoralis. hoc non pro bat; quia lo quitur in p[...] pali conc[...] ſione. Arch diac.
Excommunicandus e[ſt] populus [qui] non recip[it] epiſcopa[m].

epiſcopos & metro politanum. 6 q. 3. ſcitote. Lau.

SI qui.] CASVS. Quæſitum eſt, quid debeat fieri de illis epis, qui cum in ſuis epātibus, nō recipiantur, per ſeditiones plebes alienas uolūt vſurpare? Et r̄ndet ꝙ ſi volunt pacifice miniſtrare in ordine p̄sbyterij, in quo prius erant, antequam eſſent, ep̄i, non ſunt repellendi. Si autem facere uoluerint ſeditiones, repelli debent. ſic intelligit caſum H. licet Beneuen. in medio c. vt aliter intelligat dicens: Si uelint pacificè ꝑmanere, vt p̄byteri in eccleſijs, ut prius fuerāt, nō abijciantur, &c.

a ¶Si qui epi ordinati ſunt.] idest, ſi qui clerici ordinati ſunt epiſcopi.

b ¶Vbi prius.] ideſt, in quo loco: vel in quo ordine. Sed nunquid prior eccleſia tenetur eos recipere? vř ꝙ non 72. di. placuit. arg. cōtra. 21. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. Ad hoc dic, ꝙ ſi habuit corporalem poſſeſſionem per ſe, vel alium eius eccleſiæ, ad quam modo non recipitur, non tenetur prior eccleſia eum recipere, licèt nondum eius beneficium ſit collatū. Si non habuit poſſeſſionē r. tenet: licèt iā alijs conceſſa fuerint eius bn̄ficia, vt extra de ele. cū in cunctis. 7. q. 1. eos C. de repud. hære l. ult. Per aliū dixi quia idē eſt ac ſi per ſe extat de præben. accedens. arg. 3. q. 1. c. 1. in § 1. lo hæc glo. non adaptat ad textū. B.

c ¶Non abijciant.] Arg. ꝙ nō debet electus in alia ꝓuincia priuari bn̄ficio priori antequam transferatur ad aliam.

d ¶Dignitate.] Sed nunquid eſt clericus hui' ep̄i? Diſtingue: quia ſi non vult renunciare ep̄atui ad quem electus eſt, nō erit clericus eius: remanebit tn̄ ei prius beneficiū, quod conſeruauit ei. Si uero renunciauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur, ext. de renū. ad ſupplicationē. niſi in criminali cauſa. tn̄ non poteſt eū deponere in memoriam priſtinæ dignitatis. ff de decu. l. vlt. Quod ergo dicit, auferatur honor, dic ꝙ per Papam: arg C. vbi ſena vel clariſ. l. vlt. circa mediū Ratione aūt delicti poterit eū excōicare ſi exceſſerit in ſua diœceſi, licèt nō abrenūciet ep̄atui: qa & poſſet quēlibet archiepiſcopum non ſuū. argum. 6. quæſt. 3. placuit. ff. de offi. præſi. præſes. Hoc tamē tene, ꝙ ſine licētia Papæ non abrenunciabit. extra de tranſlat. epiſcopo. inter corporalia. Lau.

1 Scilicet pacificam, vel per rū ſterit quo minus eā habuerit extra lib. 6. de præben. licet epiſcopus. Archid.

α ¶Vetet.] διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo ꝙ populus recuſet.

β ¶Obſeruare.] ἐκδέχεσθαι, ideſt expectare & ſuſcipere.

γ ¶Perfecta.] *Antea legebatur,* perfectæ. *Reſtituta eſt uera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem ſit ſynodus quæ hic perfecta, & paulò poſt ſequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. ſi quis epiſcopus, tertio.*

*Item ex concilio Ancyrano, c. 18.*

¶A ſua parochia non recepti, alijs moleſtiam non inferant. Cap. VI.

Poly. ibidem. Burc li. 1. c 36. Iuo p. 5 c. 147. † ἀφορίζεσθαι. ſegregari.

SI qui epiſcopi ordinati ſunt [a], nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præſulibus earum inferre, ſeditiones aduerſus eos excitando; hos abijci † placuit. Quòd ſi uoluerint in presbyterij ordine, vbi prius [b] fuerant, vt presbyteri reſidere; non abijciantur [c] à propria dignitate [d]. Si autem ſeditiones commouent ibidem cōſtitutis epiſcopis, presbyterij quoq; honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

† ἐκκηρύκτους, i. abdicatos.

*Item ex concilio Antiocheno, c. 17.*

¶Communione priuetur epiſcopus, qui ſibi commiſſam eccleſiam adire neglexerit. Cap. VII.

Poly. lib. 2. tit. 12. Burc. li. 1. c. 37. Iuo p. 5. c. 148.

iij SI quis epiſcopus per manus impoſitionem [e] epiſcopatum acceperit, & ſibi α commiſſum miniſterium ſubire neglexerit, nec acquieuerit [f] ire ad eccleſiam ſibi commiſſam; hunc oportet communione priuari, donec ſuſceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiuſdem prouinciæ ſynodus ſacerdotum.

α ¶Et ſibi.] *Ita etiam Burchardus, & Iuo. Sed in verſione Dionyſij quam in cæteris partibus referunt, legitur:* & præeſſe populo conſtitutus miniſterium ſubire, &c *quod ad uerbum de Græco expreſſum eſt.*

SI quis epiſcop'.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi quis epiſcopus negligit ire ad eccleſiam ſuam, debet communione priuari, donec coactus vadat: vel donec ſynodus aliquid decreuerit de ipſo.

e ¶Impoſitionem.] ideſt, ordinem epiſcopalem.

f ¶Nec acquieuerit.] Intra tres menſes, infra 100 diſt. quoniam ſponſa tamen intra duos menſes, &c. extra de conuer. coniug. ex. publico. Io.

*Item ex eodem, c. 16.*

¶Sine concilio integri ordinis vacantem epiſcopus vacans eccleſiam non adeat. Cap. VIII.

Apud Martinum. Bracar. c. 9. Burc. li. 1. c. 38. Iuo p. 5. c. 150.

iiij SI quis epiſcopus vacans [g] in eccleſiam non habentem epiſcopum ſurripiens populos ſine concilio

SI quis ep̄s.] CASVS. Quæſitum eſt, quid debeat fieri de ep̄o, qui cum non habeat eccleſiam propriam ſurripit ſine conſilio metropolitani vacantem ep̄atum? Et reſpōdet, quod debet abijci: etiam ſi populus, quem ſeduxit, velit ipſum habere.

g ¶Epiſcopus uacans] ideſt, vacans epiſcopatu, vel epiſcopatum non habens: ſicut dicitur mulier uacans, quæ virum non habet. ff ad leg. Iuliam de vi publica. qui cœtu. § qui vacantem. Ioan.

Muliar uacans eſt quæ virum non habet.

Prælatus an ſit recipiendus qui ad eccleſiā dimiſſam redit,

a ¶Irruerit.]

Intruſus, an recipit quæ eccleſiæ contulit.

a ¶ Irruerit. ] Sed quid ſi iſte intruſus aliqua contulerit ipſi eccleſiæ? tenetur ei eccleſia reſtituere: ſicut de ſimoniaco. extra de ſimo. veniens. & quia nihil perit eccleſiæ 54 diſt. generalis Sed ſi bene promotus eſſet, eccleſia non tenetur ei reſtituere: & ideò bonus deterioris eſt conditionis ꝙ malus Io. Sed contra ext. de ſimo. de hoc. Sol. in ſimoniaco dicunt quidã, ꝙ nihil debet ei reſtitui: & qđ dicit iſta decre. veniens. diſpenſatio fuit. Alij dicũt, quòd propter delictũ abbatis & monachorũ hoc contingit T. dicit, ꝙ clerico in ſęculo remanenti nil reſtituit. ſecus ſi ad religionem tranſit, ut 27. q. 1. ſi quis rapuerit. De clerico autem ſęculari, qui remouet̃ ab eccleſia, quid iuris ſit ſi aliqua cõtulit 1. not. extra de cleri. coniug quod à te B.

ADDITIO. Sed aliter ibi exponitur ſecundùm Lau. vt ibi dicam. Archid.

f ¶ Conuenerit. ] Nam ex pręcepto tenentur clerici ad horas extra de celeb. miſſ. dolentes. in fi. ibi videas. Arc.

g ¶ Caſtigatus. ] Nota, quòd pro prima offenſa non eſt quis puniendus, ut 74. diſt honoratus. & extra de offic. custo cap. 1.

Offenſa prima dẽt eſſe impunita.

integri ordinis irruerit[a], etiam ſi populus, quem ſeduxit, deſideret [b] illum; alienum eum ab eccleſia eſſe oportet. Integrum autem & perfectum [c] concilium dicimus illud, cui metropolitanus α epiſcopus interfuit.

*α Hac verſio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Ivo ſequuntur, eadem ferè eſt atque illa Martini Bracarenſis. Dionyſiana verò longè magis accedit ad verba Græca.*

α ¶ Metropolitanus. ] *Addendum eſt*, Metropolitanus etiã. *Sic enim Græcè :* ὅτης μητροπόλεως.

4 *Quòd autem ſupra clerici, ſe vigilijs ſubtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum eſt, qui ab epiſcopo frequenter admoniti negligentiam ſuam corrigere contemnunt.*

ſup. diſt. 91. c. clericus victum.

*Vnde in concilio Martini Papæ legitur.*

¶ Excommunicetur clericus, qui ab epiſcopo commonitus, matutinis, vel veſpertinis horis adeſſe neglexerit. Cap. IX.

In ca. Martini Bracar. c. 64 ex Tolet. 1. cap. 5.

v SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus [d], ſi intra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo eccleſia eſt, & ad quotidianũ pſallendi officium † matutinis [e], vel veſpertinis horis ad eccleſiam non conuenerit [f], deponatur à clero: ſi tamen caſtigatus veniam ab epiſcopo, per ſatisfactionem noluerit promereri.

† *al. ſacrificium.*

1 In ipſo initio.

b ¶ Deſideret ] Arg. ꝙ quę malo ſunt inchoata principio, nõ cõualeſcunt, quamuis ad eũ caſum deueniant, à quo rectè poſſent incipi, vt 7. q. 1 epiſcopum. ext. de elec. auditis 2. Ar. cõtra ext. de iure patro. cura paſtoralis: extra de cõuer coniug. placet. Ioã. Dic, quod ipſo iure nullum eſt, non conualeſcit. aliàs ſecus 3. ext. de elec. auditis. & c. quod ſicut. B. Item arg. quod non ualet electio cõcors, niſi canonica ſit 18. q. 2. ſi quis abbas. 63. d. c. 1.

2 Dic, ut dixi 61 diſt. Salonitanæ. Archid.

3 Concord. tex. in auth. vt. iu. ſine quo. ſuffra. § cogitatio. coll. 2.

## DISTINCTIO XCIII.

O*Bedientiam* [h] *autem inferiores ordines* † *ſuperioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus ſuis inimicus ipſe extiterit: nec in eccleſia eſſe poterit, qui eius cathedram deſerit.*

† *al. ex ordine.*

d ¶ Et perfectum. ] Et nota ꝙ concilium dicitur perfectum, licet non adſit primas, vt 18. diſt. c. 1.

QVOD AVTEM Hæc eſt quarta pars diſt in qua dicitur, quòd omnis ſacerdos cõpellatur intereſſe officijs Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in capitulo, clericus uictum. diſt. 91 dictũ eſt, ꝙ clerici debent excõicari, qui vigilijs ſe ſubtrahunt, & artificijs ſe applicant. Nunc autem dicit illud eſſe intelligendum de illis, qui frequenter ab epis commoniti nolunt obedire: quod probat ſeq. cap. Et eſt iſte quintus articulus huius diſtinctionis.

SI quis presbyter. ] CASVS. Dicitur in hoc cap ꝙ ſi quis clericus noluerit diuinis officijs admonitus intereſſe, deponi debet.

d ¶ Deputatus. ] Per hanc literam dicunt quidam, illum teneri ad hoc tantum, qui alicui eccleſiæ intitulatus eſt: aliàs non, etiam ſi ordinatus ſit ad titulum ſuæ poſſeſſionis. extra de præb. epis. Tu dic eũ & quemlibet clericum teneri ad hoc: licet nõ teneatur ſpecialiter ad hãc uel illam eccleſiam ſic ſubaudi extra de reg. ſuper eo.

Offic'a matutina & veſpertina.

e ¶ Matutinis. ] Matutina dicuntur officia, quæ celebrãtur à mane vſque ad nonã, veſpertina à nona vſq; ad noctem. 11. quæſt. 3. ſi quis epiſcopus in concilio,

4 Excluſiuè tenetur: ſm Hug.

OBedientiam. ] In hac diſtinctione incipit vij. pars tractatus diſtinctionum. Et hæc diſtinctio diuiditur in ſeptem partes; in quarum prima tractat de obedientia, quam debent omnes catholici eccleſiæ Romanæ capiti ſuo. & hoc probat quatuor auctoritatibus. Secunda ibi, [Reliqui.] Tertia ibi, [Vt igitur ex præmiſſis.] Quarta ibi, [Compagis.] Quinta ibi, [Diaconi.] Sexta ibi, [Hoc capitulo.] Septima ibi, [Hoc autem.] Io. de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt in quibus locis prælati debeant ordinari: ſed quia prælatura contemptibilis eſt ſine obedientia minorum: ideò in hac 93. diſt. oſtendit, quòd minores gradatim debent maioribus reuerentiam exhibere: & primo docet, quòd Papæ omnes ſubiecti ſunt generaliter, intantùm ut nulli liceat ei communicare, cui ipſe Papa pro ſuis malis actibus non communicat.

h ¶ Obedientiam. ] Hic intitulatur 93. diſtinctio. in qua oſtendit magiſter hactenus & qualiter & à quibus & in quibus locis clerici & prælati debeãt ordinari: ſed quia dignitas prælatorum ſine obedientia contẽptibilis eſt: ideò

ideo oſtendit hic de obedientia, quam debeant inferiores ſuperioribus. Et primo de obedientia, quæ debet̃ Papæ. Secundo de obedientia, quam debent minores maioribus ratione ordinis: poſtea de obedientia quam ſubditi clerici debent ep̃is ſuis, oſtendit etiam differentiã inter presby-

pro ſuis actibus non cõicare: ſed recederent ab eo ſine aliqua cõione, quamuis eis a Clemente non dicatur: ad hoc, vt ille peccator erubeſcat, & citius ad obediẽtiã reuertatur, & petat recõciliari. Si q̃s vero contra fecerit, hoſtis eſt eccleſiæ, & nequior hoſtis, q̃ illi qui ſunt foris

*Vnde Beatus Apoſtolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis* [a] *populum alloquens inter cætera ait.*

Clemens epi. 1. A[illegible]cletus epi. 3. A[illegible] epi. 1. Fab[illegible]anus ep. 1. Conc. Vaſen 1. c. 6. 2. q. 3. c. 5. Iuo p. 14. c. 22. Anſel. 1. 1. c. 6. Poly. l. 1. tit. 16

¶Cui pro actibus ſuis Apoſtolicus inimicatur, communicare non debemus. Cap. I.

SI inimicus eſt [b] iſte Clemens alicui pro actib. ſuis, vos nolite [c] expectare [d], vt ipſe vobis dicat [e], cũ illo nolite [f] amici eſſe: ſed prudenter obſeruare debetis, & voluntatis eius abſque commonitione obſecũdare, & auertere vos ab eo, cui ipſum ſentitis aduerſum: ſed nec loqui his quib. ipſe non loquitur [g]: vt vnuſquiſque, qui in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum amicitias ferre †, feſtinet citius recõciliari ei, qui omnib. præeſt, & per hoc redeat ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præſidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipſe amicus nõ eſt, & locutus fuerit his, quibus ipſe nõ loquitur, vnus eſt, & ipſe ex illis, qui exterminare [h] Dei eccleſiam volunt, & cũ corpore vobiſcum eſſe uideatur, mente & animo contra uos eſt. Et multo nequior hoſtis [i] hic quam illi qui foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic enim per amicitiarum ſpeciem, quæ ſunt inimica, gerit, & eccleſiam diſpergit, ac obſtat. ideoq; [α] chariſſimi his Apoſtolicis inſtitutis uos monentes inſtruimus, ut effecta certior charitas ueſtra ſolicitius deinceps agere ſtudeat, & cautius; ne peruerſi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

† *al habere.] al gratiam reparare.*

α ¶Ideoque.] *Hinc vſque ad finem ſunt in Fabiani tantummodo epiſtola. Quamobrem ex ipſo potiſſimum videtur Gratianus cætera etiam ſumpſiſſe.*

*Item Gregorius lib. 5. epiſtola 26. ſeu c. 126.*

¶A nullo debet ſuſcipi, quem Romana depellit eccleſia. Cap. II.

Anſ. l. 12. c. 11.

MIratus ualde ſum, quia in tãto Salonitanæ eccleſię

b ¶Si inimicus eſt.] inimicus dicitur hic quo ad opinionem excõicati: ſicut iudex dicit crudelis latroni. 23. q. 5. nõ eſt crudelis. aliàs Papa neminẽ debet habere odio imo pacẽ cũ omnibus habebit. 11. q. 3. inter verba. Vel inimicus eſt actibus vt 86 d. odio.

Papa nemin͂e odio habeat.

c ¶Nolite.] Sic 7. q. 1. ſcire. 11. q. 3 quib. epiſc. Arg. contra 6. q. 2. ſi tãtum, ſed ibi ſolutum eſt.

d ¶Expectare.] Ergo denunciatio non eſt expectanda. extra de ſen. excomu. cum non ab homine, tamen ſola fama ſemper non ſufficit ad hoc, vt quis vitandus ſit, vt extra de exceſ. prælat. inter. licet ſit ar. contra. extra de elec. venerabilem. Sed q̃d ſi Papa communicauit excõmunicato? Nõ incidit ideo in canonem quia Papa nõ ligatur a canone, vt extra de ele. innotuit. ff de recep. l. pen. Nec eo ipſo eũ abſoluit: ar. extra de ſent. excõ. cũ deſideres. Si tamen ei cõmunicaret intẽdendo eum abſoluere facto, etiam ſi nõ verbo, habendus eſt pro abſoluto: cũ princeps ſola volũtate libertatem concedat ff. de manumiſ. l. apud, & facit ad hoc extra de ſenten. excomm. ſi aliquando, extra de priuileg. cum olim, C. de fideicommiſſ. liberta. l. ſi voluntate.

Fama ſola non ſufficit, vt excõicatus vitari debeat.

Papa cõ[illegible] excommunicato, nõ incidit in excõi[illegible] eum abſoluit.

presbyteros, & diaconos: qñque loquens contra iſtos: qñque contra illos ad vltimum oſtendit presbyteros maiores eſſe diaconis. Nota autem q̃ obedientia conſiſtit in tribus, in reuerentia exhibenda, in mandato ſuſcipiendo, in iudicio ſubeundo. Reuerentiam debet minor vt aſſurgat maiori, & cedat ei primum locũ in ſedẽdo, & eundo: niſi minori maior adminiſtratio commiſſa ſit, vnde archipresbyter, vel presbyter archidiacono debet reuerentiam, licèt ordine maior ſit ratione maioris adminiſtrationis. 25 d. c. 1. hac conſideratione qñque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mandato autem, & iudicio nemo tenetur obedire, niſi ei qui habet adminiſtrationem, vel iuriſdictionem ſuper eum: & niſi ab eo abſoluatur per appellationem, vel recuſationem, vel ſi ei controuerſiam 1. moueat: vel ſi prælatus deponatur. 8. q 4. in ſumma, & c nonne. Lau.

a ¶Clementis.] In presbyterum. nam Petro viuente nõ fuit Clemens Papa. 8. q 1. ſi Petrus.

ADDITIO. Ad hoc 14 q 6. c. alius, & cap ſequen. Archidiac.

SI inimicus eſt.] CASVS. Petrus apoſtolus cum inſtituit ſibi Clementẽ ſucceſſorem, docuit populos, & oẽs ſubiectos, vt nulli cõicarent cui viderent Clementẽ

e ¶Dicat.] Non enim debet certiorari qui non ignorauit, ff. de actio. empt. l. 1.

f ¶Nolite.] Nam eo ipſo quis ſuſpectus eſt, q̃ inimicorũ eſt amicus. arg. 3. q. 5. c. 3. & ob hoc filius matrem exhæredat, C. de inoffic. teſt. l. liben. Et eſt ſimile ext. de accuſa. cum oporteat.

Inimicorum amicus eſt ſuſpectus.

g ¶Non loquitur.] Hoc verum eſt in hoc caſu, qui. ſ. excommunicati ſunt: ſecus ſi propter priuatum odium alicui non loqueretur.

h ¶Qui exterminare.] inf. 24 q. 1. quoniam vetus.

i ¶Hoſtis.] Vnde Boetius. Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum: quam familiaris inimicus. Arg. C. de dolo l. lata. vnde Non eſt deterior hoſtis, quàm fictus amicus. Non odium grauius, quàm ſimulatus amor, vnde illud etiam Mus in pera, &c. Augu. 23. q. 1. §. item præcepit. ſi mi. eſt. 12. q. 1 certe lo.

Familiares inimici sũt peſtiferi

MIratus valde ſum.] CASVS. Gregorius excommunicauit Maximũ archiep̃m Salonitan. q̃ fuerat ſimoniace ordinatus, a cuius cõmunione nullus ſe remouit,

uit, niſi epiſcopus Paulinus, & Honoratus eius eccleſiæ archidiaconus. Vnde Gregorius omnes alios reprehendit, quia quem Apoſtolica ſedes repellit, omnes debent habere repulſum, donec ab illatis criminibus mundetur. Sequens capitulum patet.

g ¶Præſententur.] Per ſe, vel per alios. extra de iureiur. ego N.

h ¶De longinquo.] Argum. ratione loci permittit. quod alias non permittitur, argum. 24. q. 1. pudenda ſu. dulin. 63. cum longe. ſu. diſt. 29. c. 1. & 2. ſu. di. 4. exit. ſu. diſt. 63. c. 1. &

a ¶Clero.] Et ita, qui libet eps ſuffraganeus eſt de clero metropolitani. arg ext. de poſtul pla. bona. arg. 26. diſt. ſi q d vero. Fortè ille fuerat canonicus, & adhoc retinebat ibi p̄bēdā.

b ¶Vix.] Quod ergo vix fit, tamē fit. ff. de iud. vix. 19 d. in memoriā. arg cōtra ff. ad Velleia. tutor, qa ibi dicit vix fieri vt quis pro ſe apud eũdem intercedat, & ita vix, ideſt, nunq̄, ſic 2. q. 6. §. biduum, ver. ſi aduerſus.

Quod vix fit, ueri dr̄.

c ¶Ordinibus.] Arg. pro eis, qui multitudinē nō ſequunt, vt 7. q. 1. denique, & ꝙ multitudo non excuſat a delicto, vel pœna ar. 2 q. 1. multi. ſu. d. 23. in nomine. arg. cōtra ſupra d. 19. in canonicis.

Multitudo non excuſat a delicto.

d ¶Filii.] Qui ergo priuati ſunt a ſacramētis, filij ſūt eccleſiæ, quia ſunt epiſcopi ... i, cũ certum eſt, ꝙ qui non eſt cũ epiſcopo. extra eccleſiā eſt. ar. 7. q. 1. ſcite. Vel dic, ꝙ iam erant abſoluti, vel qa cauſa humilitatis hoc di ... c. 7. non ſi incompetenter.

Extra eccleſiā eſt q cũ epo non eſt.

clero [a], vel populo, vix [b] duo ex ſacris ordinibus [c] inuenti ſunt, frater ſcilicet, & coepiſcopu noſter Paulinus, & dilectiſſimus filius meus Honoratus archidiaconus eiuſdem eccleſiæ, qui communicare Maximo ſacerdotum rapienti, minimè conſentirent, & ſe Chriſtianos eſſe cognoſcerent. Debuiſtis enim filii [d] chariſſimi penſare ordines veſtros, & quē ſedes Apoſtolica repellebat, repulſum cognoſcere; vt prius, ſi poſſet, ab illatis criminibus mundaretur; & tunc ei veſtra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius exiſteret.

*Item Cyprianus de vnitate eccleſiæ.*

¶Non eſt in eccleſia, qui cathedram Petri non ſequitur. Cap. III.

Qvi cathedram Petri ſuper quam † fundata eſt eccleſia, deſerit; in eccleſia ſe eſſe, non confidat. — Iuo e. 5 c. 161. † *al. quem.*

¶*Apud Cyprianum Romæ impreſſum hæc leguntur.* Hanc eccleſiæ vnitatem qui non tenet, tenere ſe fidem credit? Qui eccleſiæ renititur, & reſiſtit, in eccleſia ſe eſſe confidit? *Verũ in Vaticana bibliotheca præter octo integra Cypriani exemplaria eſt etiam aliud, in quo tantum opuſcula quædam continentur, & inter ea hic tractatus: Atque in eo codice, itemque in altero integro Monaſterij S. Saluatoris Bononiæ ſunt verba hæc, quæ a Gratiano, & Iuone afferuntur. Ac ſanè paulo ante Cyprianus hanc ipſam Petri cathedram eſſe oſtenderat vnde, vnitas eccleſiæ penderet.*

*Epiſcopi verò, qui Apoſtolicæ ordinationi ſubiacent, etiam hanc reuer ... debent, vt ſeſe ſingulis annis Apoſtolorum liminibus repræſentent.*

*Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.*

¶Singulis annis Apoſtolorum limina viſitent epiſcopi qui ordinationibus Apoſtolis ſubiacent. Cap. IV.

Qvi cathedrā epiſcopi] CASVS Dictum eſt ſu. ꝙ omnes debent obedire Papæ. nunc autē dicit, quod epiſcopi q ſubſunt Papæ immediate, hanc ei reuerētiam debent, vt ſingulis annis curiam viſitent, & hoc probatur ſeq. c.

Ivxta [e] ſanctorum Patrum, & canonum inſtituta omnes epiſcopi, qui huius Apoſtolicæ ſedis ordinationi ſubiacēt, qui propinqui [f] ſunt, annue, circa † Idus Maij ſanctorũ principum Apoſtolorum Petri, & Pauli liminibus præſententur [g] omni occaſione ſepoſita: Qui verò de longinquo [h], iuxta [i] chyrographum [k] ſuum impleat. Qui autem huius conſtitutiones contemptor extiterit, præterquam ſi ægritudine fuerit detentus; ſciat ſe canonicis [l] ſubiacere ſententijs.

Leo epiſ. 4. c. 7. Poly. l. 4. tit. 25. Anſ. l. 6. c. 164. † *al. Idibus Maij.*

¶*Hic eſt canon quartus ſynodi Romæ habitæ ſub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla ſunt in hoc capite emendata.*

Ivxta.] CASVS. dicit hic, ꝙ epiſcopi qui ſubſūt Ro. eccl. nullo mediāte, ſi vicini ſunt, quolibet anno, ſedē Apoſtol. viſitēt p ſe, vel p aliũ. Si verò ſunt remoti, faciant ſicut in chyrographo ſuo cōtinet. Et q cũq, hoc cōtēpſerit, niſi ſit valetudine impeditus, canonicis regulis ſubiacebit.

e ¶Iuxta.] Hoc c. loquitur de eis, qui ſubſunt Domino Papæ nullo medio.

f ¶Propinqui ſunt.] Qui ſ. in eadem prouincia ſunt illos vocat lex p̄ntes, C. de præſcr. decem ann. l. vlt.

ADDITIO. Ad hoc extra de maio. & obe. humilis, vbi de hoc.

c. 1. & 2. Et dic de longinquo, vt ſunt vltra Italiam conſtituti, vt extra de elec. nihileſt quod eccleſiæ. Vel remotos vocat vltra duas dietas, vt extra de reſcri p. non nulli.

Remoti q dicuntur.

i ¶Iuxta] Argu. ꝙ expediri per alios ſufficit quod iuſtè impeditum per ſe facere non poteſt. 18. d. epiſcopus.

Impeditus p aliũ ex dire pōt officium.

K ¶Chyrographum] Extra de elec. ſignificaſti. in parte deciſa. ſupra 65. d. ſi quis 5. q 3. ſi ægrotans.

l ¶Canonicis.] Supra d. 18. ſi quis epiſcoporum.

RELI-

RELIQVI. Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin in qua dr, ꝙ omnes minores, in ordine, vel dignitate debent ſuis maioribus reuerentiam præſtare, & hoc probat per 7. auct.

CASVS. Dictū eſt ſupra qualiter omnes debent obedire Papæ.

2 *Reliqui verò in eccleſia minores ſemper debent maioribus ſubeſſe, ſicut in ſynodo Romana S. Silueſtri, c. 7. legitur.*

Burc. l. 2. c. 224. Iuo p. 6. c. 299. Anſ. l. 7. c. 66.

¶Minores maioribus obedientiam exhibeant.

Cap. V.

† Nota ex hoc text ꝙ hæc dictio, a excludit, ſimilem tex. habes in l. ratione. § fi. ff. de adio. empt.

A Subdiacono † vſque ad lectores [a] omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romę, in eccleſia repræſentantes ei honorem [b]. Porro Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono acolythus, acolytho exorciſta, exorciſtæ lector, lectori oſtiarius, oſtiario abbas [c], abbati monachus in omni loco repræſentent obſequium ſiue in publico, ſiue in gremio [d] eccleſiæ.

¶*Caput hoc, & apud Gratianum, & in ipſius ſynodi editionibus videtur valde mendoſum Burchardus & Iuo ſic habent.* A ſubdiacono vſq; ad lectorem, omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romæ; in eccleſia honorem repræſentantes tantum. Pontifici verò presbyter, diaconus, ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, abbas, monachus in omni loco repræſentent obſequium, ſiue in publico, ſiue in gremio eccleſiæ. *Verbum ob magnam codicum varietatem, & propter gloſſas, ac doctorum dicta nihil fere in textu mutatum eſt.*

Et l. 2. cōnſ. c. 48.

a ¶Abbas.] *De abbate, & monacho in ſynodi editionibus nulla mentio eſt.*

*Item ex epiſt. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.*

¶Quod ſit officium diaconorum. Cap. VI.

DIaconi eccleſiæ tamquam oculi [e] ſint epiſcopi, oberrantes [f], & circumluſtrantes cum verecundia actus totius eccleſiæ, & perſcrutantes diligentius, ſi quem videant vicinum fieri præcipitio [g], & proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad epiſcopum. *& infra* β. ¶Sed & de peregrinis ſimiliter epiſcopo ſuggerant refouendis; & cætera his ſimilia, quæ ad cultum eccleſiæ, & diſciplinam eius pertinent, diaconis curæ ſint.

β ¶Et infra.] *Sic legitur in pleriſque manuſcriptis. In vulgatis legebatur.* & ita. *alia verò nonnulla verba reſtituta ſunt ex originali.*

*Item ex eodem, eadem epiſtola.*

Anſ. l. 7. c. 67.

¶De eodem. Cap. VII.

SAcerdotes verò beatus Petrus ſal terræ [h], & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum; de quibus Dominus ait: [Beati eſtis, cum maledixerint [i] vobis homines, & rel. & iterum. [Vos eſtis ſal terræ.]

Matth. 5.

b ¶Honorem.] Ratione ordinis. hæc eſt n. iuſtitia. vt minor ſeruiat maiori. 13. q. vlt. eſt ordo. niſi minor in adminiſtratione maioris ſit 95. di. c. 1. vel niſi obtineat locū ſuperioris. inf. eo c. vlt.

c ¶Abbas] Loquitur ſecundum ea tēpora cū monachi non erant clerici, vt inf. 16. q. 1. generaliter. Vel forte q̄libet cleric' dignior eſt, quolibet monacho. arg. 16. q. 1. alia eſt cauſa &c. legi. hodie maior honor debetur abbatibus, quā aliis clericis. ar. ex. d̄ ætat. & quali c. 1. 69. d. c. 1.

Monachi olim non erāt clerici. Clericus ſæcularis eſt dignior monacho.

d ¶Siue in gremio.] Arg. cōtra 95. di. epiſcopus 2. nam ibi dicit, ꝙ in domo collega, debet eſſe prælatus in eccleſia.

DIaconi] CASVS. Dicit hic, ꝙ diaconi velut oculi epiſcopi debēt omnia conſiderare, & ſi viderint aliqua corrigenda, ſignificēt epiſcopo, & per hoc oſtēditur, quod debēt epiſcopo obedire.

e ¶Oculi.] Et no ꝙ loco diaconorū ſucceſſerunt archidiaconi, qui dicunt oculi epiſcopi, q perluſtrant. alia cauſa habet inf ead. diaconi.

Archidiaconi ſunt oculi epiſcopi.

f ¶Oberrātes] Sunt & alii oculi circūluſtrātes ſynodales teſtes 35. q. 6. epiſcop' in ſynodo. Vel ibi loquitur de exceſſibus laicorum, hic clericorum. Hug.

g ¶Præcipitio.] Ergo non tm tenet q̄s denūciare iā cōmiſſum crimē, ſed etiā cōmittēdum, qd̄ verū eſt. 22. q. 5. hoc vi ar. extra de cog. ſpi. tua de conſe. diſt 2. cum omne crimen.

SAcerdotes vero.] CASVS. Probat Clemēs in hoc capitulo, ꝙ reuerētia eſt ſacerdotib. exhibenda, & hoc ꝓbat auctoritate Petri dicētis. Vos eſtis ſal terræ, & auctoritate Domini dicentis, Beati eſtis, &c.

h ¶Sal terræ.] In omnibus enim operibus noſtris ſal offerre debemus de conſecr. diſt. 4. ſal & per ſal ſapientia intelligitur 43 diſt. rector.

i ¶Maledixerint.] Non, ꝙ ex maledictione benedictionem quis conſequatur, ſed ex patientia quam ſuſtinet. 11. q. 3. qui iuſtus Lau.

Papæ. Nunc autem dicit Gratianus, quòd in eccleſia ab oſtiario vſque ad epiſcopum gradatim minor debet obedire ſuperiori. quod probat per ſequens capitulum.

A Subdiacono] CASVS. Dr hic, ꝙ a ſubdiacono vſq; ad lectores dēnt oēs obedire Cardinali diacono, deinde Pontifici presbyter, presbytero diaconus, &c.

a ¶Ad lectores.] Hic nomine lectorum omnes inferiores ordines comprehendit.

NVlla CASVS.] Quæſitum fuit, quid debeat fieri de illis clericis, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina gubernantur? Et reſpondet, ꝙ debent a ſuo officio remoueri. tales enim acephali dicuntur: qui verò ſuis maioribus recte obediunt, donum conſequuntur a Deo. Sequē. capitulum patet.

a ¶Nulla.] infra. 18. q. 2. abbatibus.

b ¶Acephalos] Priuilegiati tamen, qui Papæ ſubſunt, non ſunt acephali: quia Papa epiſcopus eorū eſt. at extra de priuileg. recipimus. tales ſicut excõicatos debet quilibet excludere ꝺ eccleſia ſua. ext. de paroch. & alie. pa 10. c 2. Et eſt hic arg. pro prælatis. ꝙ etiā eremitę ſubſunt epiſcopo; in cuius territorio ſunt, vt 16. q. 1. qui vere. Io.

1 Adde ꝗ acephali dicuntur illi q ſunt ſine capite, ut hic cócor. gl. in Auth. de appe. generalē coll 4. Eremitæ ſub ſunt epiſcopo.

c ¶Ille proculdubio ſcādalizatur] Id eſt ſcādalizat Deum 8 q 1. qui vos Io.

ADDITIO. Ad idē 3 q 1. nulli. ſu. 21. diſ. in nouo. Archid.

DIaconi.] CASVS. præcipit Euariſtus, vt i qualibet ciuitate ſint ſeptē diaconi. q cuſtodiant epiſcopum à malis hominibus, ne prædicatio eius impediatur, & ne ipſe deſpiciatur. Sequēs capitulū patet.

d ¶Diaconi.] Hoc capitulū loquit de epiſcopali eccleſia, vbi debent eſſe ſeptē diaconi, vt de cõſecratio. d 2. epiſcopus Deo. Et vbi facultates ſuppetunt, 7. q. 1. illud.

Diaconi ſeptē debent eſſe in eccleſia epiſcopali.

e ¶Ne aut ipſe epiſcop⁹.] Quoquo modo infeſtetur, aut lędat ab illis inſidiatorib. id eſt hæreticis: vel ita, ne quoquo modo offendat ab illis, aut lędatur a ſuis clericis p oppſſionē. Et ideo dēt craſtare, & ab eo auertere huiuſmodi oppſſiones.

f ¶Aut verba.] Hæc eſt ſecunda cauſa huius conſtitutionis.

g ¶Detrahendo.] Timore hæreticorum 2. ſcilicet ſubticēdo.

2 Quia fortè timore hæreticorum nō audet ſolus prędicare. & hæc expoſitio congruit illi literæ, q habent polluantur, aut. deſpiciani.

h ¶Redoleat.] i. extra in publicū ex frequenti ardore.

i ¶Cum voluntate.] infra de conſec. diſt. 2. reuera. Io.

k ¶Actuum] 6 vbi agitur de ſeptem diaconis ordinatis ab apoſtolis. Io.

DIaconi.] CASVS. Supra in cap. à ſubdiacono. dictum eſt, ꝙ ſicut presbyteri obedire dēnt epiſcopis, ſic diaconi presbyteris.

VT IGITVR EX PRÆMISSIS. Hæc eſt tertia pars huius diſtinctionis, in qua dicitur, ꝙ diaconi dēnt ſubdere ſe presbyteris, & non præferre. & hoc probat per nouem auctoritates Io. de Fan.

*Item ex concilio Pariſienſi.*

¶Hi non ſunt habendi clerici, qui epiſcopali prouidentia non gubernantur. Cap. VIII.

Concordat conc. Mogunt. ſub Carolo, c. 22. Burc. l. 2. c 226. Iuo p. 6. c. 301.

NVlla [a] ratione clerici, aut ſacerdotes habendi ſunt, qui ſub nullius epiſcopi diſciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos [b], id eſt ſine capite priſca eccleſię conſuetudo nominauit.

*Item ex epiſt. 3. Clementis.*

¶De eodem. Cap. IX.

QVi ſuis epiſcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi exiſtunt. Porro ipſi a Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui per iuſtitiæ, & præceptorum eius ſemitas incedentes, doctoribus ſuis, qui recte epiſcopi intelliguntur, libenter obediunt.

*Item Anacletus epiſt. 1.*

¶Illi in Deum ſcandalizantur, qui ſuo non obediunt epiſcopo. Cap. X.

Iuo p 6. c. 245.

ILle proculdubio ſcandalizatur [c] in Deum, qui recte non docet, & qui eius ſcandalizat epiſcopum, vel ſacerdotem.

*Item Euariſtus ad epiſcopos Africanos, epiſt. 1.*

¶Septem debent eſſe diaconi in vnaquaque ciuitate. Cap. XI.

Poly. l. 2. tit. 38. Anſ. l. 7. c. 69.

DIaconi [d] (qui quaſi oculi videntur eſſe epiſcopi) in vnaquaque ciuitate iuxta Apoſtolorum conſtituta, ſeptem debent eſſe, qui cuſtodiant epiſcopum prædicantem; ne aut ipſe epiſcopus † [e] ab inſidiatorib. quoquo modo infeſtetur, aut lædatur a ſuis: aut verba [f] diuina, detrahendo [g] aut inſidiando polluantur, vel deſpiciantur; ſed veritas ſpirituali redoleat [h] feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate [i] concordet.

† abeſt ab ori.

*Item ex concilio Neocęſarienſi, c. 19.*

¶De eodem. Cap. XII.

Ex priſca verſione. Ordo Rom. c. 9. Conc. Aquiſg. c. 64. Act. 6. Burc. l. 2. c. 219. Iuo p. 6. cap. 294. & 31...

DIaconi ſeptem eſſe debent ſecundum regulam, quāuis magna α fit ciuitas. Reguiæ autem auctoritas iſta eſt, quod & liber actuum [k] Apoſtolorum idem inſinuat.

α ¶Quamuis magna.] *Antea legebatur,* quamuis non magna. *Emendatum eſt ex canone Græco, (qui etiam recitatur in ſexta ſynodo, c. 16. & ex vulgatis etiam verſionibus. In canonib. prima. Nicænæ ſynodi, qui ex Arabico in Latinum conuerſi nuper editi ſunt, canone 62. multa habentur ad hāc rem pertinentia: quem fortaſſe canonem ſignificauit Andreas* Colloſſenſis *ſeptima actio. ſynodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmiſſis* [l] *apparet, diaconi debent obe-*

ris. Sed quia diaconi non ſolum volebāt adæquari presbyteris, ſed etiam præferri: ideo, vt eorum ſuperbia opprimatur, ſtatutum fuit, vt ſacerdotibus dignam reuerētiam exhibeant, & ſibi nihil vſurpent.

l ¶Ex præmiſſis.] Ab iſto loco incipit magiſter altercationem

tionem ſuam inter presbyteros & diaconos. Et primo allegat pro presbyteris, quòd diaconi debent eis ſubeſſe, vſque ad illud cap. diaconi. poſt in illo cap. diaconi. allegat pro diaconis. vltimo In cap. legimus. dabit ſententiam contra diaconos. H.

d ¶ Neceſſitas.] Not. ꝙ vbi neceſſitas exigit & presbyter eſt abſens, poteſt diaconus etiā iure ſuo baptizare, & corpus Chriſti erogare infirmis, ſi conſecratu eſt: ſed in eccleſia in pſentia presbyteri nō poteſt, etiam ſi neceſſitas exigit. niſi iuſſus a presbytero: puta cum multi ſunt qui indigent baptiſmo & presbyter non poteſt omnibus ſufficere, ſimiliter ſi multi ſunt, qui volūt accipere corpus Chriſti, nec presbyter ſufficit omnibus.

.Diaconus pōt baptizare, & corpus Chriſti ægris erogare.

Diaco-*dientiam presbyteris, ſicut presbyteri epiſcopis. Sed diaconi ſuperbientes ſacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum inſolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum ſupercilium reprimentes atque vt ſacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.*

*Unde Gelaſius* a *Papa in epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam c. 9. & 10. ait.*

a ¶ Gelaſius. *Sic eſt in plerisque manuſcriptis, & apud Burg. & Iuonem. Nam in impreſſis erat, Pelagius.*

¶ Nihil eorum quæ ſunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. Cap. XIII.

Poly. l. 1. tit 10. Anſ. l. 7 c. 63. Burc. l. 4. c. 57. Iuo p. 1. c. 252. & pal. 6. c. 99.

DIaconus propriam conſtituimus ſeruare mēſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatū [a] quidpiam tentare permittimus. Nihil eorum ſuo miniſterio penitus applicare, quæ primis [b] ordinibus proprie decreuit antiquitas. Abſque epiſcopo [c], vel presbytero baptizare non audeant niſi prædictis fortaſſis ordinibus † longius cōſtitutis, neceſſitas [d] extrema compellat. Quod & laicis Chriſtianis [e] facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ Sacri corporis prærogationem † ſub conſpectu pontificis, ſeu presbyteri (niſi his abſentibus) ius non habeant exercendi.

† officijs. ſoti.

C. 10 in medio. † *al. erogationem.*

In Aquiſgr. c. 41.

*Item in concilio Nicæno, c. 14. ſeu 18.*

¶ Inferiores presbyteris ſe diaconi cognoſcant. C. XIV.

Iuo p. 2. c. 26. Burc. l. 5. c. 36.

PEruenit ad ſanctorum concilium, ꝙ in locis quibuſdā & ciuitatibus, presbyteris ſacramenta [f] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque conſuetudo tradidit, vt hi qui offerendi ſacrificij non habent poteſtatem, his qui offerunt, corpus Chriſti porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiā ante epiſcopos [g] ſacramēta ſumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in ſua diaconi menſura permaneant; ſcientes, quòd epiſcoporum quidē miniſtri ſunt, inferiores autem presbyteris habētur. Per ordinem ergo poſt presbyteros gratiam ſacræ communionis accipiant, aut epiſcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio [h] presbyterorum diaconis li-

e ¶ Chriſtianis.] Et etiam hæreticis, 1, vt inf. 1. q. 1. quod quidam, &c.

1 Quod eſt ergo iſtorū priuilegium? Dicit. vt no. 50. diſt. quā ſub gradu.

PEruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant Primo, quia poſt conſecrationem porrigebant hoſtiam ſacerdotibus. Secundo quia ſumebant ſacramenta in Miſſa prius quam epiſcopi. Tertio quia ſedebant in medio presbyterorum. Statutum ergo fuit in Nicæno concilio, vt de cætero talia non faciant: ſed in ſua mēſura permaneant: & ſi quis obedire noluerit, ceſſet ab officio. Capitula, quæ ſequūtur, plana ſunt vſque ad c. nonnulli.

f ¶ Sacramenta.] Id eſt Euchariſtiam cōfectam: & ſanguinē autē bene porrigunt infra ead. diaconi ſunt. & ver. ſacerdoti bus, & hæc eſt ratio quare ſacerdos corpus Chriſti per ſe ſumat, calicem autem de altari presbyteris ſumere nō licet, ſed diaconus eis porriget, quia ſūptio corporis futuram reſurrectionem corporū ſignificat, quā Deus ſua virtute faciet ſine omni miniſterio. Sed ſumptio ſanguinis ſignificat redemptionem peccatorum, quæ fit interceſſionibus aliorum 13 q. 3. animæ, ſupra diſt 50 presbyteros qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant: quare de iure licitum eſſe videtur. Ioan. Sed illud intelligitur quando in principio ſecretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert ſacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario miniſtrando: hic autem prohibetur ne poſt ſacramenta confecta corpus Chriſti porrigant ſacerdoti, vt ſumant. B.

Corporis Chriſti ſumptio, quid ſignat.

Sanguinis ſūptio, quid repręſentat.

DIaconos. CASVS] Diaconi vſurpant officia epōrum & presbyterorum. baptizabant enim eis præſentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis diſtribuebant. quare Pelagius ſtatuit ne de cætero talia faciant ſine præcepto eorum, niſi in neceſſitate presbyteris abſentibus.

a ¶ Deputatum.] Scilicet diaconis, ſic 18. q. 2. hoc tm̄.

b ¶ Primis.] Id eſt maioribus epiſcopali ſcilicet, & presbyterali: & ita epiſcopatus eſt ordo, vt 23. diſt. cum in præterito 21. diſt. clericos ad idem 21. diſt. c. 1.

c ¶ Abſque epiſcopo] Id eſt abſente epiſcopo, vel presbytero, quibus ſolum baptizandi miniſterium permiſſum eſt, vt de conſe. diſt. 4 conſtat & dic ꝙ abſque epiſcopo, id eſt præter auctoritatem eius.

g ¶ etiam ante epiſcopos.] Id eſt, antequam epiſcopi ſumant.

h ¶ In medio.] Secundum conſuetudinem diuerſorum locorum hæc variantur. 2. in quibuſdam enim locis hæc obſeruantur: in quibuſdam non.

2 Arg ad hoc ff. de offi. procon. l. obſeruare. § antequam. & l. idemqz ff. manda.

ceat: quia ſi hoc fiat præter regulam, & ordiné probatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

¶ *Prior pars huius capitis vſque ad ver.* ampu:entur. *eſt ex priſca verſione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars eſt ex verſione Dionyſii in canone 18. quam quidem totam afferunt, & codex canonum, & Burchardus, & Iuo.*

γ ¶ Sacraméta ſumũt.] *Græce eſt,* τὴς ἐυχαριςίας ἅπτοιντας, *quod Dionyſius vertit,* oblata contingant *quæ quam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco diſcrepãtes habent, ille quidẽ,* ſacra oblata contingant: *hic vero,* ſacram oblationé contingãt,

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 20.* — ꝙ in Agat. c. 65. & Aquiſg. c. 77.

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipſe ab inferioribus honoretur. Cap. XV.

δ NOn oportet diaconum coram presbytero ſedere: ſed iuſſione[a] presbyteri ſedeat: ſimiliter autem diaconus honorem habeat à ſequentibus, ideſt, à ſubdiaconis, & omnibus clericis. — Anſ. l. 7. c. 66. Burc. l. 2. c. 228. Iuo p. 6. c. 298.

*Item ex eodem, c. 23.* — Aquiſgran. c. 7.

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. Cap. XVI.

ij NOn oportet diaconos α panem [b]dare, nec calicem benedicere.

α ¶ Diaconos.] *In vetuſtioribus priſcæ verſionis editionibus eſt,* diaconem. *Græce eſt,* ὑπηρέτας, *quod Dionyſius vertit,* ſubdiaconos: *& ſic habetur in conſilio Aquiſgranenſi.*

*Item ex concilio Carthaginienſi quarto* β *c. 37.*

Sicut epiſcopis, ita & presbyteris diaconi miniſtrent. Cap. XVII.

DIaconi ita ſe [c] presbyteri, ſicut epiſcopi miniſtros eſſe cognoſcant. — Poly. l. 2. tit. 39. Anſ. l. 7. c. 62.

β ¶ Quarto.] *Caput hoc cum duobus ſequentibus habetur in concilio quarto Carthaginienſi, & in codicibus Gratiani etiam manuſcriptis, itemque apud Anſelmum titulo huius capitis erat additum:* Carthaginienſi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minime conuenire oſtendunt acta ſextæ ſynodi Charthaginienſis: ad quam Zozimus Fauſtinum potẽtiæ eccleſiæ epiſcopum, Philippum, & Aſellum legatos miſit. Nam quarta habita eſt Honorio iiij. & Eutychiano Coſſ. ſexta vero Honorio xij. & Theodoſio viij. Coſſ. ideſt anno vigeſimo poſt: Quo anno (prout ex Africano concilio can. 76. & ſequentibus apparet) contra Pelagij, & Cæleſtij hæreſim quædam ſunt definita; cum Cæleſtius ad Zozimum Papam appellaſſet: quod ex nonnullis manuſcriptis Zozimi, & epiſcoporum Africæ ad ipſum epiſtolis, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur, demonſtratur. Quare, cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos, & menſes aliquot vixerit neceſſarium eſt multo ante ipſius Pontificatum quartam ſynodum Carthaginienſem habitam fuiſſe.*

*Item ex eodem, c. 38.*

¶ De eodem. Cap. XVIII.

PRæſente presbytero diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, iuſſus eroget[d]. — Poly. ibidem. Anſ. l. 7. c. 66. Burc. l. 5. c. 13. Iuo. p. 2. c. 23.

*Item ex eodem, c. 39. & 40. & 41.*

¶ De eodem. Cap. XIX.

DIaconus ſedeat quolibet loco [e], iubente presbytero. Item Diaconus in conuento [f] presbyterorum interrogatus loquatur [g]. — Anſ. ibidem.

a NOn oportet.] ¶ Sed iuſſione.] Hoc obſeruatur ſecundum conſuetudinem quarundam eccleſiarum cum reditũ à lectione Euangelij. Lau.

b NOn oportet.] ¶ Panem] id eſt corpus Domini. Dare, ideſt, porrigere, ſcilicet alijs poſt confectionem ſine licentia ſacerdotis. Vel dic, dare, ideſt conficere: quod ad ſolum presbyterum pertinet. 1. quæſt. 1. dictum. extra de ſumma trini. firmiter.

c DIaconi ita ſe.] In Miſſa: nam alibi magis ſunt miniſtri epiſcopi.

d PRæſente.] ¶ Eroget.] Iuſſus vel non iuſſus, longe tñ poſitis epiſcopo vel presbytero ſupra ea. diaconus.

e DIaconus.] ¶ Loco.] ideſt, in aliquo de omni i, tñ honeſto. ff. de arbitr. ſi cum dies. §. ſi arbiter. & ff. de mune. & hono. vt gradatim. § 1.

ꝛ Sic 1. q. 7. ſi quis omné. 25. q. 1. mulier.

f ¶ Diaconus in conuentu.] Vbi conueniunt ad ſynodum.

g ¶ Loquatur.] ideſt piæ.

prædicet, nam officium prędicandi presbyterorum eſt. 16.q.1.adiicimus.Hug.
a ¶Alba.] ideſt, dalmatica.arg.11.q.3. epiſcopus preſbyter.
b ¶Vel lectionis.] Euangelii.
Non-

cis competunt:& hoc probat per duo capitula. Ioan.de Fant.
CASVS. Supra in cap. diaconi prohibitum eſt, ne diaconi vſurpent officia epõrum, vel presbyterorum. Nũc verò dicit; q non debent vti compagis, ideſt, calceamẽtis epiſcoporũ, quib. nulli diaconorũ vti licèt abſq; apoſtolica licentia: ſicut nec mappulis vti debẽt abſque eiuſdem auctoritate, quas cõceſſit Cõſtantinus Cardinalibus, vt inf. 96. d. in illa palea, Conſtantinus.

Alba [a] verò tempore oblationis tantum, vel lectionis [b] vtatur †. († al. induatur.)

*Item ex concilio Toletano 4.c.38.*

¶Diaconi presbyteris ſe ſuperiores non cognoſcant. Cap. XX.

(Burc.2.c.222. Iuo p.6.c.297.)

NOnnulli diaconi in tãtam erumpunt ſuperbiam, vt ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo [c] choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecundo choro conſtitutis. Ergo, vt ſublimiores [d] ſe † presbyteros agnoſcant, tam hi, quàm illi in vtroque [a] conſiſtant. († pal. ſibi.)

a ¶In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur, in vtroque ordine & in tomis conciliorum impreſſis, in vtroq; choro: tamen in vetuſto codice conciliorum Regis Catholici, & pleriſq; vetuſtis Gratiani, etiam impreſſis neutra vox habetur.*

4 *Compagis* [e] *verò calciari abſque Apoſtolici licentia diaconis non permittitur, ſicut nec mappulis* [f] *vti abſque eiuſdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.*

*Vnde Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, lib. 6. epiſt. 28. indict. prima.* (Eo. diac. l. 4. 8.)

¶Abſque Apoſtolica licentia Diaconi compagis vti non præſumant. Cap. XXI.

PEruenit ad nos, diaconos eccleſiæ Catinenſis calciatos compagis procedere præſumpſiſſe: quod, quia nulli hactenus per totã Siciliam licuit, niſi ſolis tantummodo diaconis eccleſiæ Meſſanenſis, quibus olim à prædeceſſoribus noſtris non dubitatur eſſe conceſſum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis auſus nõ eſt leuiter attendendus, cũ omni hoc fraternitas veſtra ſubtilitate perquirat: & ſi ita [ß], ſicut ad nos peruenit, inuenerit verũ eſſe; vtrum vel a ſe, vel alicuius [g] hoc auctoritate [h] præſumpſerint, nobis ſubtiliter innoteſcat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, diſponamus. Nam ſi negligenter ea, quæ male vſurpantur, omittimus, exceſſus viã [i] alijs aperimus. (Anſ.l.7.c.74.)

ß ¶Et ſi ita.] *Hic & paulo inferius addita ſunt aliquot verba ex originali.*

*Item Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 2. epiſt. 64. ſeu cap. 93.* (Ioa. dia. l. 4. c. 2.)

e ¶Cõpagis] ideſt, ſandalibus, & dicuntur cõpagi ſandalia, vel caligæ epiſcopales: & eſt maſculini generis. Ioan. (Compagi.)
ADDITIO. Scilicet compagus compagi. Hug.
f ¶Nec mappulis.] Ideſt, ornamentis equorũ, quæ Conſtãtinus cõceſſit Cardĩnalib. inf. 96 d. Conſtantinus. nam mappa ornamentum eſt equi. ſimiliter in Authen. de conſuli. §. quãtacũq; [2] & ſunt q̃dã alba lintcamina quibus cooperiũtur equi Cardinaliũ cũ proceſſionem faciunt. Alii dicunt, q mappulæ ſunt mitræ epiſcopales. (Mappulæ qd ſignent.) ([2] Idem arg. C. nulli licere in frenis. & c. l. vnica lib. 11.)

PEruenit] CASVS. Apoſtolicus conceſſerat ſolis diaconis eccleſiæ Meſſanen. vti cõpagis, quos tñ poſtea diaconus Catinenſis eccleſiæ portare pręſumpſit. Præcepit ergo Gregorius Ioanni epiſcopo Syracuſano, vt ſubtiliter inueſtiget, an per ſe, an alterius auctoritate hoc fecerit: q a ſi male vſurpat & nõ puniatur, via delinquentibus aliis aperitur.

NOnnulli.] CASVS. Quidam diaconi in choro volebant eſſe in loco digniori, volentes ſacerdotibus præferri, ſed conciliũ Toletanũ ſtatuit, vt tam diaconi quã presbyteri perſeuerẽt in locis ſibi deputatis: ita ut diaconi cognoſcant presbyteros eſſe maiores ſe.
c ¶Atque in primo] ideſt, in primo ordine, vt fit Pariſius. (Ideſt maiores, quam [illegible] in vtroque choro niſi, ita q presbyteri [illegible] imo, diaconi in ſecũ. Pet.)
d ¶Vt ſublimiores 1.] Sic cõſtrue. ergo tam illi, quàm illi cõſiſtant in vtroque or. ita ſcilicet, vt diaconi agnoſcãt presbyteros ſublimiores, ſe, ſcilicet diaconis, & ſtabunt ſm tempus ſuæ ordinationis. 17. diſt. cap. eps
COMPAGIS. Hæc eſt quarta pars huius d. in qua dicitur, q compagi, ideſt, ſandalia & mappulæ, ideſt, linteamina, quæ portant Cardinales, ſolis Romanis cleri-

g ¶Alicuius.] Argu. ex hoc & ſeq. c. habet, quod illud videtur prohibitum, quod non oſtenditur eſſe conceſſum argu. diſt. 100 contra morem arg. 25. q. 2. amputato. arg. 10. quæſt. 1. hanc argu. 2. q. 1. conſuluiſti 2. Et eſt hoc verum in ijs, quæ ſunt de iure ſpeciali. aliàs, quod non eſt prohibitum intelligitur eſſe conceſſum 27. q. 2. lex diuina. & 30. quęſt. 3. illud. & de deſpon. impu. c. 1. in fi. (Prohibitum. vñ, quod cõceſſum non oſtenditur.) ([2] Et extra ne ſe. vacan. illa. vbi d̃ hoc & extra. de tranſ. inter [3] De hoc not. 86. diſt. an putatis.)
h ¶Auctoritate.] Nam ſi maiori auctoritate hoc feciſſet hoc eſſet, vtcumque excuſabile, arg diſt. 63. Salonitanæ. & diſt. 93 diaconi.
i ¶Viam.] C. de indi. vidu. l. 2. in fi. C. vnde vi. meminerint. inf 21. q. 2. c. 2. inf 23. q. 4 eſt iniuſta. 1. q. 7. exigunt contra inf. 35. q 9. loci noſtri,

I [l]lud.] CASVS. Ioannes archiepiſcopus Rauēnas ſupplicauit Pap. vt liceret ſuis clericis vti mappulis: ſed Papa ei reſcribit dicens, ꝙ Cardinales ei fortiter obuiauerunt, aſſerentes hoc nulli eccleſiæ fuiſſe conceſſum, niſi Romanæ, & ſi eſſet ab aliquibus vſurpatum, nō fieret per hoc præiudicium eccleſię Romanæ.

tiæ ei namque cor omne patet: & omnis loquitur voluntas, vt 24. q. 3. Deus 1.

g ¶Colloquentes.] Quo ad contemplationem: vel hoc dum ſunt in oratione de conſecr. d. 1. quando.

h ¶Patri.] Hoc poteſt intelligi hiſtorice quando Moyſes

1 Cōcor. in l. 2. ff. don. inter ... tum. & vx...

## ¶Mappulis clerici ſine Apoſtolici licentia vti non debent. Cap. XXII.

Anſ. l. 7. c. 168.

I Llud autem, quod pro vtendis a clero veſtro mappulis ſcripſiſtis, à noſtris eſt clericis fortiter obuiatū, dicentibus nulli hoc vnquam alii cuilibet eccleſiæ conceſſum fuiſſe; nec Rauēnates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cū ſua cōſcientia præſumpſiſſe, nec ſi tētatum eſſet, ex furtiua vſurpatione ſibi præiudicium generari. Sed etiam, ſi in qualibet eccleſia hoc præſumptum [a] fuerit, aſſerunt emendandum, quod non conceſſione Romani Pontificis, ſed ſola ſubreptione præſumitur †.

† al. præſumit.

*Item Hieronymus de ſeptem ordinibus eccleſiæ. c. 5.*

Inter opera B. Hiero. tom. 4. vel. 9.

## ¶Sicut in miniſterio, ita in diſpenſatione ſine diacono epiſcopus non viuat. Cap. XXIII.

Polv. l. 2. tit. 39.
Anſ. l. 7. c. 72.

Apoc. 1.

§ D Iaconi ſunt, quos in Apocalypſi legimus, ſeptem Angeli [b] eccleſiarum: hi ſunt ſeptem candelabra [c] aurea: hi voces [d] tonitruorum. *& infra.* ¶Virtutum operatione præclari, humilitate prędιti, quieti, humiles, euāgelizantes pacem, annunciātes bona, diſſenſiones, & rixas, & ſcandala reſecantes, [docentes † [e], ſoli Deo [f] colloquentes [g], in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri [h], & matri [i], non noui † [k] vos, & filios [l] ſuos non agnoſcentes [m]. *& paulo poſt.* ¶Sine hoc ſacerdos nomen † non habet, ortum non habet [n], officium non habet. Hic miniſter [o] Dei dicitur, quia ſcriptum eſt: [Quis maior eſt, qui miniſtrat, an cui miniſtratur?] Et ſicut in ſacerdotio miniſtratio † [p], ita in miniſtro eſt ſacramenti [q] diſpenſatio. *& paulo poſt.* ¶Sacerdotibus etiam propter præſumptionem non licet de menſa Domini tollere calicem; niſi eis traditus fuerit a diacono. *& paucis interiectis.* ¶Ita enim Deus noſter omnipotens vniuerſa diſpoſuit, vt qui maiorem [r] ſe eſſe crediderit, minor ſit, & qui videretur minor, maior

† abeſt ab ord.
*Deuter. 33.*
† *al. nouimus.*

† *al. nomen habet.*

Marc. 10.

† *conſecratio*] vera lectio.

Antiquitas non dat priuilegium.

a ¶Præſumptum.] Arg. antiquitatē, vel longam conſuetudinem non dare priuilegium, vt diſt. 100. cōtra morē, & ar. cōtra. 63 d. quia. & 9. q. 3 conqueſtus. Et eſt ratio: quia hoc poſſideri non poterat de iure cōmuni arg extra de præſcrip. cauſam. Nam & ſunt alia iura, quæ non præſcribūtur, vt ſubiectio, vel procuratio ext. de pręſcr. cū ex officij. vel via publica ff. de via pub. viā arg. C. de aquæduc. diligenter. lib. 11. & eſt ſi. C. de fundis rei priua. & ſal. diuinæ domus. vſus aquæ. lib. 11.

Pręſcribi nō poſſunt aliqua.

ADDITIO. Dicas, ꝙ ſunt multa quæ non præſcribuntur: quod dic, vt leg. & not extra de præſcrip. cum liceat. in fi. & 16. q. clerici, in fine. Archidiac.

D Iaconi.] Hæc eſt quinta pars huius di. in qua laudat diaconos quatuor modis: ſcilicet a ſignificatione, qa ſignificant ſeptē cādelabra aurea. A virtute, quia debēt eſſe virtuoſi. Ab officio, quia ſine illis epiſcopi cantare nō dēnt. Ab inſtitutione, quia à Domino fuerunt inſtituti. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt diaconos ſubeſſe ſacerdotib. ſed ne ſacerdotes nimium inſuperbirent, commendat Hieronymus in hoc c. diaconos. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes. In prima parte commendat Hieron. diaconos quadruplici rōne. Rōne ſignificationis, quia ſignificantur per ſeptem cādelabra aurea, & ſeptem angelos eccleſiarum. Rōne vitæ & conuerſationis. Rōne miniſterii: quia ſine his ſacerdos miniſtrare nō poteſt, & maior eſt, qui miniſtrat, ꝗ̄ cui miniſtratur. Et rōne inſtitutionis: qa a Deo ſunt inſtituti. in ſcđa parte reprehēdit rapacitatē eporum, qui volūt oīa rapere, & oīa ſibi vendicant. In tertia parte oſtendit, ꝙ ſicut in hoc mundo raptor punitur a iudice, ita eps qui bona clericorum rapit a Dño punietur, niſi vniuerſa reddat. Scđa pars incipit ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Certè, vt ipſe.

b ¶Angeli.] ideſt prælati.

c ¶Candelabra.] Quæ erant in templo Domini.

d ¶Voces.] Auditæ a Ioanne in Apocalypſi.

Cor omne Deo patet.

e ¶Docentes.] Populum quo ad vitam actiuam.

f ¶Soli Deo.] Quod ſolus Deo nouit eorum conſcien-

ſes in vltionem idolatriæ 2. vituli conflati, præcepit leuitis, vt nemini parcerēt: nec etiam patri: ſimiliter diaconi non deberent eos cognoſcere, ideſt, amori Dei amorem eorum pręponere. Vel poteſt intelligi myſtice de diabolo, & de concupiſcentia carnis, & eius moribus, vt in gl. hic depictis.

2 Hęc hiſtoria not. 4... d. diſciplin... Diabolus p... ter dicitur.

i ¶Et matri.] ideſt, carnali concupiſcentię.

k ¶Non noui.] ideſt, nolo pręponere veſtrum amorem amori Dei.

l ¶Et filios.] ideſt, illicitos motus.

m ¶Non agnoſcentes.] ideſt, non nutrientes: ſed ad petram illidentes.

n ¶Habet.] Quia ſine diacono epiſcopus Miſſam celebrare non poterit, niſi neceſſitate inſtante. tūc enim etſi non poſſet habere diaconum, abſque eo Miſſam celebrare, poterit.

Eps ſine diacono nō celebret.

o ¶Miniſter.] Hic commendat eos a miniſterio.

p ¶Miniſtratio.] ideſt, conſecratio Euchariſtiæ.

q ¶Sacramenti.] Scilicet pręſentibus, ſacerdotibus coram eis. vt ſupra diſt. ead. diaconi.

r ¶Maiorem.] ideſt, meliorem, vel hoc cum bene adminiſtrat.

a ¶Orant.]

a ¶ Orant.] Ideſt, prædicant, vt diſ. 25. vnum & 11. q. 1. ſicut enim. Vnde exponendo ſubdit tunc demum, quod autem dicitur in altari anteponi, reſpicit, quod de calice præmiſerat, calicem non tollere, niſi eis traditus fuerit à diaconis. Vel dic, orant, ideſt, ad orandum inuitant eum in vete. teſta. fuit inſtitutum. 77. diſt. in veteri arg. extra de ſenten. ex com. mulieres.

f ¶ Perijt. lex de ſacerdote.] Verba Eſaiæ. ideſt, multi ſacerdotes non adimplent legem.

g ¶ Et viſio], ideſt, gratia prophetizandi propter auaritiam; quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio, &c. de pœni. diſt. 5. c. 1.

Virtutes oẽs ab vno vitio detrimentum patiuntur.

existeret. Denique quàm hoc verum ſit, ipſe perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componũt menſam Domini: Leuitæ cum ſacerdotibus, dum ſacramenta benedicunt†, aſſiſtunt: Leuitæ ante ſacerdotes orant[a], vt ſi diſtinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant ſibi epiſcopi, ſi ſuperbi ſunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt: maiores ſe eſſe in eo, quòd ſunt humiles, cognoſcant. Tunc demum†[b], vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipſe prædicat[c], ipſe hortatur, ipſe commonet adſtantibus ſacerdotibus[d] ne leuiter hanc vocẽ, quæ loquitur hæc; & pacẽ annunciat, aut negligenter aſpicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic[e] ordini, tantum per Dominum fuiſſe conceſſum, vt non ſolus ſacerdos in templo totum agere, & implere, videatur. *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in eccleſijs, ſicut in Romano Imperio, creuit auaritia; perijt lex de ſacerdote[f], & viſio[g] de propheta. Singuli quique per† potentiam[h] epiſcopalis nominis, quam ſibi ipſi illicite abſque eccleſia[i] vendicarunt*, totũ, quod leuitarum eſt; in vſus ſuos redigũt; nec hoc ſibi, quod ſcriptum † eſt, vendicant, ſed cunctis auferunt vniuerſa. Mendicat infœlix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet depoſcit alimoniam †. Et quidem[k] ex eo deſpicitur cunctis ſacerdotale officium, dum miſericordia deſolatus iuſte[l] putatur ad hanc ignominiam deueniſſe. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, ſolus miniſterio vtitur[m], ſolus vniuerſa ſibi vendicat, ſolus partes inuadit alienas[n], ſolus occidit[o] vniuerſos. *& paulo poſt.* ¶ Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt: hinc epiſcopi accuſantur[p] à clericis; hinc principiũ † lites; hinc detractionis† cauſa; hinc origo criminis. Et enim ſi vnuſquiſque ita in hoc mundo uiſibili aliquid poſſidere[q] iubetur, ut ſua tantum poſſeſſione contentus ſit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non uineam, non ſubuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, q̃ eccleſiæ Dei præeſt, debet ita in omnibus ſeruare iuſtitiam, ut ſibi[r] hoc tantum uendicet, quod ſui iuris eſſe cognoſcat; aliena non rapiat; aliena non contingat; æqualem[s] ſe cæteris faciat; & ſicut ſine his in miniſterio non uiuit, ita in diſpenſatione[t] non uiuat.

† *al. benedicuntur.*

† *deinde*] ori.

Ezech. 7.

* Quod eſt contra iuris præceptum, ve. ff. de iuſt. & iure. l. iuſtitia. §. iuris præceptum. & inſt. eod. tit.

† *propotentia*] orig.

† *al. adſcriptum.*

† *al. ſeruili*

† *al. eleemoſinam;*

† *diuitijs*] or.

† *al. donis*

† *al principium litis.*

† *deſolationum cauſa*] orig.

† *hunc mundum viſibiliter poſsis.*] orig.

† *al. ſubiectorum.*] *al. ſubminiſtorum.*

h ¶ Per potentiam.] Inuehitur in epiſcopos.

i ¶ Abſque eccleſia.] Scilicet in tali modo vt aliena vſurpent. aliter videntur contra. infra ead. c. prox 95 d. olim.

k ¶ Quidem.] Supra d. 86 non ſatis.

l ¶ Iuſte.] Ideſt, ſuis meritis.

m ¶ Vti.] Ideſt, non vult partiri onera ad miniſtrationis cum fratribus. extra de o f fi. Archid. c vlt. & de præſum mãdata. Vel dic, ideſt, de rebus eccleſiaſticis.

n ¶ Alienas.] Cum, quod ſuum non eſt, ſcire, debet ad alios pertinere. C.. vnde vi. cum quærebatur.

o ¶ Occidit] Hoc refertur ad laicos, quibus occaſionem mortis præſtant. 11. q̃. 3. præcipue. 86. diſt. paſce.

p ¶ Accuſantur ] Nã epiſcopi omnia etiã ea, quæ de nouo eueniunt, inſimul, cum alijs debent diuidere. arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea diſtribuere debet ſine conſenſu canonicorum, extra. de his quæ fiunt à prælã. ſine conſen. cap. nouit. licet ſit pręordinator in cunctis. 25. diſt. perlectis niſi hoc ſibi vendicaret epiſcopos ex conſuetudine, ext. de his q̃ fiũt à præla. ea noſcitur. Et eſt arg. quod ſemper præſumit q̃ accuſatio epiſcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. ſi quis epiſcopus Arg. contra. 6 q. ſi omnia.

Euenientiæ de nouo per quem ſunt diuidendæ.

Accuſatio ẽporum præſumitur ex odio fieri.

cum dicunt; flectamus genua.

b ¶ Tunc demum.] Scilicet circa finem Miſſæ. cum diaconus clamando dicit populo: Humiliate vos ad benedictionem.

c ¶ Prædicat ] Infra 11. q. 1. ſicut enim. ſcilicet legendo Euangelium.

d ¶ Sacerdotibus.] Quædam hic referuntur, quæ ex toto bene non intelliguntur. quia non in omnibus eccleſijs hæc officia habet diaconus.

e ¶ Huic.] Commendat hic eos ab inſtitutione. inf ead. dominus contra tu diſ. 58. §. 1. contra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter. quia eius auctoritate hoc

q ¶ Poſſidere. ] Hoc ad laicos refertur. vnde caute dixit in hoc mundo. & in clericis ſecus, vt infra. 12. q. 1. cap. duo ſunt.

r ¶ Sibi.] Arg. pro diſtributione portionum inter clericos.

ſ ¶ Æqualem. ] Si 95. diſt. epiſcopus 2. & iſte eſt vnus gradus humilitatis, vt ſupra diſt. 2 1. de Conſtantinopolitana.

t ¶ In diſpenſatione. ] Id eſt, diſtributione præbendarum.

¶Certe, vt ipſe noſti, qui uiſibiliter in hoc mundo iuſs inuadit alienum; accuſatur à paupere, damnatur a iudice: Ita & in eccleſia Dei, cum vnuſquiſque ſtipendia ſua perdit, clamat ad Deum; exauditur à Chriſto: nec differtur in hac parte vltionis [a] ſententia, ſi nō reddūtur vniuerſa. Moderatio enim Dei †, ac pietas ſolum noſtrum reditum quærit; ac nos cupit ſua longa † bonitate ſaluari. Sed ſi non conuertimur, ſi duri corde ſumus, ſi in peccatis vſque ad mortem illicite perduramus; aſſiduè [b] peccanti, ſicut ſcriptum eſt, Deus non miſeretur.

† *Dei preces, ac ſolum*] orig. † abeſt ab orig.

a ¶Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, ſed in multis Gratiani manuſcriptis, & apud Anſelmum eſt*, nomen habet, officium non habet.

6 *Hoc capitulo ſacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas ſiue officium commendatur. Sed quia, vt ſupradictum eſt, diaconi inſoleſcentes [c] etiam presbyteris ſe præferendos arbitrati ſunt; contra eorum ſupercilium ſcribit Hieronymus ad Euagrium epiſcopum, epiſt. 85. tomo. 2.*

¶Diaconi presbyteris debent ſubeſſe.

Cap. XXIIII.

Eſaia. 32. Pola. ibidem. Anſ. l. 7. c. 87.

Legimus in Eſaia [d] [Fatuus fatua [e] loquetur.] Audio quendam in tãtam erupiſſe vecordiam, vt diaconos presbyteris, ideſt epiſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpicue doceat eoſdem eſſe presbyteros, quos epiſcopos; quid † patitur menſuram [f], & viduarum miniſter, vt ſupra eos ſe tumidus efferat, ad quorũ preces Chriſti corpus, ſanguiſque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [g] teſtimonium: [Paulus, & Timotheus ſerui Chriſti Ieſu omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui sũt Philippis [h], cum epiſcopis [i], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apoſtolorum ad vnius eccleſiæ ſacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite vobis, & cũcto gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos [k], vt regeretis eccleſiam Domini, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.] Ac ne quis cõtentioſe [l] in vna eccleſia plures epiſcopos fuiſſe cõtendat, audi & aliud teſtimonium; in quo maniſeſtiſſime comprobatur, eundem eſſe epiſcopum atq; presbyterum: [Propter hoc reliqui [m] te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & conſtitueres presbyteros per ciuitates, ſicut & ego tibi mãdaui. Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ [n], aut nõ ſubditos. Oportet enim epiſcopũ ſine crimine eſſe, quaſi

† *al. quis patiatur.*

*Philip. 1.*

*Act. 20.*

*Ad Titum 1.*

Vitæ præſentis tp̃s breue dr̃ eſſe.

a ¶Vltionis.] Ex toto: quod non dr̃ differri, quia eorum tempus huius vitæ breuiſſimum reputatur. de pœniten diſt. 5. conſideret. Nam quod quandoque pœna differatur, eſt expreſſum infra. 23. q. 4. quod Chriſtus. 45. diſt. licet 1. & eſt ratio quare q̃tiq; differatur. vt de pœnit. diſt. 3. qui d ergo. de pœn. diſt. 1. prædixerat.

b ¶Aſſiduè.] Ideſt, iterato non miſeretũ de facili. nã vulnus iteratũ tardius ſanatur, vt inſ. de pœn. d. 3. inanis.

HOC CAPITVLO. Hæc eſt ſexta pars huius d. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Io. de Fant.

CASVS. Supra proximo. ca. diaconi ſunt cõmendati, ſed qa nimis cõtra presbyteros ſuperbiebant, iõ Hieronymus contra eorum ſupercilium ſcribit.

Laudis præconium ſuperbire facit

c ¶Inſoleſcentes] Quia ſæpe ex laudis præconio innaſcitur ſuperbiæ inflatio, vt 6. q. 1. ſunt plurimi. ſuperbiebãt forte ex eo, q̃ ſupra c. proxi. commendati ſunt.

Legimus.] CASVS. Euagrius epiſcopus quæſiuit a Hieronymo, vtrũ ſacerdotes eſſent diaconis præferendi: Et reſpondet, q̃ ſic, & probat tripliciter ſcilicet ratione nominis ſiue appellationis: quia olim idẽ dicebatur presbyter & epiſcopus. Et hoc probatur ſeptem auctoritatibus. Ratione officii, ſiue inſtitutionis. quia ad maius officium ſunt inſtituti presbyteri q̃ diaconi: qa ſacerdotes orant & prædicãt: ſed diaconi miniſtrant. Et reſpondet obiectioni, quam fecit ſibi ipſi de diaconis ratione eccleſiæ, & ratione promotionis: quia diaconus promouetur in ſacerdotem, & non econuerſo. & hæc promotio non fit, niſi de minori ad maius. Ratio officii incipit ibi, [Quid enim facit.] Ratio prohibitionis eſt ibi, [Qui prohibetur a minori]

d ¶In Eſaia.] 32. cap.

Fatuus eſt q̃ fatua loquitur.

e ¶Fatua loquetur] Nota. argu. q̃ qui fatua loquitur, fatuus eſt, vt 23. q. 8. conuenior. & ff. de cond. inſti. quidam, infra de pœn. diſt. 1. §. poteſt. & 1. q. 1. ita fit.

f ¶Menſarum.] Quam iniuria patitur.

g ¶Audi.] Ideo dicit teſtimonium, quia duo ſunt per quos probat.

h ¶Philippis] Nomen ciuitatis in Macedonia.

i ¶Cum epiſcopis.] Cum in vna ciuitate plures epĩ nõ debeant eſſe. arg. diſt. 80. in illis, & c. epi. & 13. q. 2. c. 1. & ideo hoc ipſo nomine presbyteri intelliguntur.

k ¶Epiſcopos.] Ideſt, presbyteros, cum in vna eccleſia epiſcopi plures eſſe non debent.

l ¶Contentioſe.] Quia ſingularum eccleſiarum ſinguli ſunt epiſcopi, vt 7. q. 1. in apibus.

m ¶Reliqui.] Verba Apoſtoli ad Titum cap. 1. poſt ſequitur ad Timotheum.

n ¶Luxuriæ.] Ideſt, de luxuria accuſabiles. ideo non ſubditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47. diſt. §. neceſſe cum ſcilicet ipſe eſt negligens.

a ¶Per

1.*Tim*.4. Dei diſpenſatorem.] Et ad Timotheum: [noli negligere gratiam: quæ in te eſt, quę tibi data eſt per prophetiã[a] per impoſitionem manum presbyterij[b].] Sed & Petrus

1.*Pet*.5. in prima epiſtola: [Presbyteros, inqt, in vobis precor cõpresbyter[c], & teſtis paſſionum Chriſti, & futurę glorię, quæ reuelanda eſt particeps, regite gregẽ Chriſti, & inſpicite non ex neceſſitate[d], ſed voluntariè iuxta Deum.] Quod quidẽ gręcè ſignificantius[e] dicitur ἐπισκοπεύντες, ideſt ſuperintendentes: vnde & nomen epiſcopi tractum eſt. Parua tibi videntur tantorum virorum teſtimonia? Clangat tuba Euangelica, filius[f] tonitrui, quẽ Ieſus amauit plurimum; quid de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta portauit.

*Mat*.3. [Presbyter[g] Electæ[h] dñæ, filijs eius, quos ego in veritate diligo.]

2.*Ioannis*. Et in alia epiſtola: [Presbyter Caio[i] chariſſimo; quem ego diligo in veritate.]

3.*Ioannis*. Quòd autem poſtea[k] electus eſt, qui cæteris præponeretur, in ſchiſmatis remedium factum eſt; ne vnuſquiſq; ad ſe trahens Chriſti eccleſiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangeliſta vſq; ad Heraclam, & Dionyſium, epiſcopus, & presbyteri ſemper vnũ ex ſe electũ, in excelſiori gradu collocatum, epiſcopum nominabãt: quomodo ſi exercitus Imperatorẽ[l] faciat, aut diaconi[m] eligãt[n] de ſe, quẽ induſtriũ nouerint, & archidiaconum uocent. Quid enim facit, excepta ordinatione[o], epiſcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera[p] Romanæ vrbis eccleſia; altera totius[q] orbis exiſtimãda eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Perſis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Chriſtum adorant, vnam obſer-

Petrus ſe vocat presbyterum.

a ¶Per prophetiam.] ideſt, per electionem.
b ¶Presbyterij.] Scilicet presbyteri mei, & ſic loquitur de ſeipſo: cum tamen ipſe Paulus eſſet epiſcopus, cum eum ordinaret.
c ¶Cõpresbyter.] Ecce Petrus ſe uocat presbyterum, cum tamen eſſet epiſcopus & ſummus, ſup. d.75. quòd dic Dominico. ver ſacerdotum.
d ¶Non ex neceſſitate.] ideſt, ex gratia turpis lucri; argum. infra diſtinctio 95. eſto. Et ita eſt argumen. quod presbyter non debet locare operas ſuas argum. 21. q.2. præcipimus.
e ¶Significantius.] Scilicet, quòd epiſcopus dr̃ presbyter. q d. ubi pro epiſcopo dicitur presbyter, ſignificantius diceretur ſic: ſcilicet epiſcopum: quia magis accedit ad ſignificationem uocabuli epiſcopus, quàm hoc nomen presbyter.

Ioannes dr̃ filius tonitrui.

f ¶Filius.] ideſt Ioannes: quia altius intonuit, & quia cum Iacobo aſſumptus in montem ſeorſum audierunt vocem nubis: Hic eſt filius meus dilectus.
g ¶Presbyter.] Ecce Ioannes uocat ſe presbyterum, cũ tamen eſſet epiſcopus.
h ¶Electæ] Proprium nomen.
i ¶Caio] Mitto ſalutem.

Prælatio inter miniſtros eccleſiæ ad quid facta ſuit.

K ¶Poſtea] Hic reſpondet tacitæ obiectioni quare hoc immutandũ eſt. & ad hoc reſpondet. Sed quæritur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur, ꝙ in officio; contra, de conſec diſt 5. manus. quia exercere epiſcopaſia nõ licuit, niſi his qui ſucceſſerunt in locũ Apoſtolorum. 68. diſt. quorum vices. 21. diſtin. in nouo. & ita hęc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, ꝙ in nomine, obſtat 80 diſt in illis, quia ibi dicitur, ꝙ quidam præpoſiti ſunt qui tantum epiſcoporum uocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ in prima primitiua eccleſia cõe erat officiũ epiſcoporum & ſacerdotum, & nomina erant communia 99. diſt. olim. & officium erat cõmune, ſed in ſecunda primitiua cœperunt diſtingui & nomina & officia H. dic. 1. ꝙ tantum in nomine fuit facta prælatio primo enim omnes dicebantur ſacerdotes: licet quidam alijs prælati eſſent quantum ad officium. Et quod dicitur 80 diſt. in illis, qui tãtum epiſcoporum uocabulo potiẽtur, expone, ideſt, nõ archiepiſcoporu, nec primatuũ: & ita excluditur ſuperius, non inferius. Tertij dñt, ꝙ prælatio hæc facta fuit & quo ad nomẽ, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quędã miniſteria, quę ſpectãt tãtũ ad officiũ epiſcopale: fuit hæc pręlatio facta a tempore Petri, & hoc innuit hæc litera ibi. Nam & Alexãdrię à Marco euangeliſta uſq; Heraclam & Dionyſium: quia Marcus fuit contemporaneus Petro & Clemẽti, arg. 25. q.1. cũ beatiſſimus. Heracla autem & Dyoniſius fuerunt cõtemporanei ipſi Hieronymo: & ita eſt illud cõtra ſed tum, 80. diſt. in illis. & illud de cõſec. diſtin. 5. manus. Ante prælationẽ ergo iſta nomina, pſ̃byter, epiſcop⁹ erãt prorſus ſynonyma, & etiã adminiſtratio communis erat: communi conſilio ſacerdotum regebantur eccleſiæ. 95. diſtinct olim in ſchiſmatis ergo remedium (vt hic dicitur) facta eſt prælatio, ut unus præeſſet & quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam ſacramenta, quæ modo appropriantur epiſcopis
l ¶Imperatorem.] Ex ſola enim electione principum dico eum uerum Imperatorem antequam à Papa confirmetur Argu hic. licèt non ita appelletur, vt dixi 63. diſt quanto. contrarium eſt uerum, extra de elec. venerabilem. 23. diſt. in nomine 2.
m ¶Diaconi.] Supple & quomodo diaconi eligunt, &c
n ¶Eligant.] Ecce quod epiſcopi non eſt archidiaconum eligere, &c. Arg contra, 74. diſt. epiſcoporum. Sed variæ ſunt conſuetudines 21 diſt. §. 1. extra de electio. eccleſia Vulterana.
o ¶Ordinatione] In ordinatione cætera intelliguntur quæ non fiunt, niſi ab epiſcopis. hæc continentur ſup. d.68. quamuis choriepiſcopis
p ¶Nec altera.] Reſponſio eſt ad tacitam quæſtionem nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnibus presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus, quibus uidentur parificari? Reſpon. quod conſuedo Romanæ eccleſiæ non eſt trahenda ad conſequentiam, vel reſponſio eſt hic in princip. cap. 1. ibi, audio quædam, &c dicebant enim quidam, quod ſicut Romę honorabiles erant diaconi. ita debebant eſſe ubique locorum.
q ¶Totius.] Immo fideles ſunt una eccleſia: & hoc eſt quod ſequitur. & Galliæ, &c.

1 Ipſe Hug. ſic dicit. ego credo, ꝙ ab initio dr̃ fuit inter epõs & ſimplices ſacerdotes ſicut mõ eſt & in adminiſtratione, & in plãtione. & in officijs, & in ſacramentis; ſed quo ad appellationẽ non erat differentia: q a cõiter & indifferẽter illi & illi dicebãtur epi & presbyteri. Arch. †

† *Et hæc Archid. de differentia epi & presbyteri ſententia tenẽda eſt, vide Conc. Trid. ſeſſ 23. c.4. & Can. 7. S.Tho. 2.2. q.184. 6.1.*

Marcus, Petrus, & Clemens, fuerunt cõtemporanei.

Electio ſola nõ facit uerum imperatorem.

2 Adde Alb. de Roſa. in l. bene à Zeno. argu. C. de quadrim. pręſcript. & Bar. i extrauag. ad reprimendũ. in ver. rege.

Diaconi Cardinales vrbis præponũtur oĩbus presbyteris.

a ¶Maior

Cõſuetudo gñalis eſt ſequenda.

a ¶Maior eſt.] Et ideò magis ſequenda eſt conſuetudo generalis, vt ſup.diſt.12.nouit.ſupra diſt.40.nos qui.&c. non loca 1. Et eſt.hic ar.ꝙ ſtatuta concilij præiudicant ſtatuto Papæ ſi contradicant, ut dixi.9.q.3.nemo.

Concord. tex in l obſeruare.ff.de offi .procon. in l. deque. mandati.

b ¶Eiuſdem meriti.] Quantum ad ſapientes & peritos & diſcretos.Ná idiotę & vulgares, epiſcopum paruæ ciuitatis contemnere ſolent arg.d.10. epiſcopi.

Eps paruæ ciuitatis cõtemnitur ab idiotis.

c ¶Et paupertatis.] Nam paupertas ciuitatis nõ minuit prærogatiuam regni, ut inf 96.diſ.ſicut. nec mulier propter paupertatem dicitur humilis, vel abiecta. C. de inceſt.nup. l. humilem. Ar.contra.in anth.de defen. ci.§.nos igitur coll.3. 2.

Paupertas nõ facit mulierem abiectam.

d ¶Diaconi ] Hoc nõ ſolum Romę, fit, ſed etiam aliarũ eccleſiarum conſuetudo obſeruat:ſed forte tpe Hieronymi nõ fiebat. hodie fit, ext.de ſcru.or.fa c.1.

Ad idem 16. q 1. ſunt nonnulli in fine.

e ¶Vrbis ]ſup.d.11. quis neſciat. contra. & c. nolite . contra. Sed ibi de ea conſuetudine agitur, quam eccleſia Romana ſeruat, & alijs mandat ſeruandam : hic uerò de ea, quam ſola ſeruat, nec vult ab alijs ſeruari . vnde ibi dicitꝰ, quam Romanam eccleſiam viderit ſequi & docere de conſecr.diſt. 1.baſilicas.

f ¶Côſuetudinem.] Q. d. non quod fiat, ſed qđ fieri debeat conſiderandũ eſt, vt ext.de elec. c. uenerabilem.12.q 2 gloria in fi.de offi pręſid. ſed licet.

g ¶Paucitatē.] Quia pauci erãt tales diaconi: & ideo ſuperbiebant . quidquid enim raro accidit, miraculũ eſt, in authent. de conſuet §. itaque. colla 3.

Miraculum eſt quod raro accidit.

h ¶Pretioſius ] ſicut & pretia rerũ in quibuſdam locis variantur ſecũdum plus & minus ff.de eo quod cer.lo l.ideo.

i ¶Mẽſis ]Viduarũ, & pauperum,ſed tantum inſtemus prædicationi.

k ¶Dignitatis ] inf 8.q 1.qui epiſcopatum contra,ſed ibi.iuxta etymologiam uis nominis deſignatur, hic qđ ex vſu loquendi ex nomine concipitur . Vel dicendum quod non eſt nomen honoris tantum, ſed etiam oneris.8.q.1.illud inferendum.

l ¶Continetur.] Nam in toto continetur, & pars,vt 4. quæſt.4.pœnale.& ff.de reg.iu.in toto. & eſt li. ff.quod met. cauſ.l. 1.

Pars cõtinetur in toto.

m ¶De minori.] Hoc bene dicitur. ff. de mu.& hon.vt gradatim.

ADDITIO. Extra de tranſla. cap.1 & cap.licet.

n ¶Sacerdotibus. ] infra de pœniten. diſtin.1.§.ex his itaque.

uant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior eſt [a] vrbe . Vbicunque fuerit epiſcopus, ſiue Romæ ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis; eiuſdem meriti [b], eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis [c] humilitas vel ſublimiorem, vel inferiorem epiſcopum non facit: cęterũ omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. ¶Sed dicis, quomodo Romę ad teſtimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi profers, vnius vrbis [e] conſuetudinem [f]? Quid paucitatẽ [g] de qua ortum eſt ſupercilium, in leges eccleſiæ vendicas? Omne, quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius [h] eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba cõtemptibiles facit. Cæterùm etiam in eccleſia Romæ presbyteri ſedent, & ſtant diaconi; licèt paulatim increbreſcentibus vitijs inter presbyteros abſente epiſcopo, ſedere diaconum viderim, & in domeſticis conuiuijs benedictiones presbyteris dare. Diſcant, qui hoc faciunt, non ſe rectè facere, & audiant Apoſtolos; [ Non eſt dignum, vt relinquentes uerbum Dei, miniſtremus menſis. [i] ] Sciant, quare diaconi conſtituti ſint. Legant acta Apoſtolorum: recordentur cõditionis ſuæ. Presbyter, & epiſcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis [k] eſt nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione epiſcopi, & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in epiſcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur, de minori [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem creſcit ex paruo: aut ſi ex diacono ordinatur presbyter, nouerit ſe [β] laicis maiorem, ſacerdotibus [n] eſſe minorem.

† al. benedictionẽ corã presbyteris.

Act. 6.

α ¶Per prophetiam. ] *Sic in vulgata editione, & græcè διὰ προφητείας. ſed hìc apud B. Hieronymum*, prophetiæ.

β ¶ Nouerit ſe.] *In originali eſt*, nouerit ſe lucris minorẽ, ſacerdotio eſſe maiorem. *Quo etiam pertinet, quòd idem Hieronymus ad caput ultimum Ezechielis ſcribit.* Leuitarum multitudinem intelligere ſe à ſacerdotali gradu eſſe diſiunctã, & ad decutiendam ſuperbiam miniſtrorum, qui ignorantes humilitatem ſtatus ſui vltra ſacerdotes, hoc eſt presbyteros intumeſcunt, & dignitatem non meritò, ſed diuitijs æſtimant. *Verùm ob gloſſam non eſt mutatum.*

*Item Cyprianus lib.3.epiſt.9.*

¶De eodem . Cap. XXV.

DOminus noſter ipſe Ieſus Chriſtus rex, & iudex, & Deus noſter vſque ad paſſionis diẽ ſeruauit hono-

Iuo p.5.c.355.

DOminus. ] CASVS. Cyprianus probat, ꝙ diaconi debent reuereri ſacerdotes tanquam maiores. Et hoc probat duobus exemplis Chriſti, qui ſacerdotibꝰ & ponti-

pontificibus Iudæorum, licèt mali eſſent, reuerentiam exhibuit. Et vna ratione: quia ſacerdotes a Domino, diaconi verò poſt Aſcenſionem ab Apoſtolis ſunt inſtituti. Primum exemplum eſt ibi, [Nam cum leproſum] Secundum eſt ibi, [Item ſubditus.] Tertium eſt, ibi. [Memi-

d ¶Conſtituerunt] Hoc in nouo teſtamento. nam in veteri vtrique a Domino ſunt electi. ſupra ead.c.diaconi.contra. Sed illud in veteri teſta hoc in nouo. vel per dominum fit quod ab Apoſtolis ſtatuitur, vt 28.q.1 ſic enim. tamen auctoritate eius. de conſecra. diſtinctio 4. quando.

rem pontificibus, & ſacerdotibus; quamuis illi, nec timorem Dei, nec agnitionem Chriſti ſeruaſſent. Nam cum leproſum emundaſſet, dixit illi: [Vade, & monſtra te ſacerdoti, & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoq; eſſe humiles docuit, ſacerdotem adhuc appellabat, quem ſciebat eſſe ſacrilegum [a]. Item ſub ictu paſſionis cum alapam accepiſſet, & ei diceretur. ]ſic reſpondes Pontifici?] nihil ille contumelioſe locutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tutatus eſt, dicens: [Si male locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?] quæ omnia ab eo ideo facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos [b] humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplū. Docuit enim ſacerdotes veros legitimè, & plenè honorari dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit †. Meminiſſe autem diaconi debent; quoniam Apoſtolos, id eſt epiſcopos, & præpoſitos † Dominus elegit [c]: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cælos Apoſtoli ſibi conſtituerunt [d] epiſcopatus ſui, & eccleſiæ miniſtros. Quòd ſi nos aliquid audere contra Deum poſſumus, qui epiſcopos facit; poſſunt, & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt [e].

*Luc. 5.*

*Io. 18.*

*† al. extitit.*

*† al. presbyteros.*

*¶ Hoc autem, quod de diaconorum minoritate dicitur, vbique ſeruandum eſt, niſi cum locum diaconus habuerit aut proprij patriarchæ, aut ſui metropolitani.*

*Unde in ſexta ſynodo, cap. 7. legitur.*

¶Diaconus ſacerdotibus non præferatur; niſi locum metropolitani ſui obtineat.
Cap. XXVI.

*Ino p. 6. c. 123.*

PRæcipimus, ne diaconus (quamuis etiam in dignitate hoc eſt, in officio quolibet eccleſiaſtico ſit) ante preſbyterum [f] ſedeat, niſi cum locū habuerit proprij patriarchæ, aut metropolitani ſui pro aliquo capitulo. Tunc [g] enim ſicut illius locum tenens honorabitur. Si quis verò præſumpſerit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulſus, vltimus [h] omnium fiat in ordine ſuo.

e ¶A quibus fiunt.] Arg. quod nemo debet ſe opponere illi, a quo recipit beneficiū, vt 22 q 5. d for ma. & ext. de poſtu. cap vlt ff de inoffic. teſtamen ſi pars. in fi §. hoc autem. 8.q. 2. illud 1.

Nemo ſe opponat illi a quo beneficiū recipit.

HOC AVTEM. Hæc ē ſeptima pars huius diſtin. in qua dicitur, quod quando diaconus vel ſubdiaconus tenet locū patriarchæ, ſuperior eſt Io. de Fant.

1 96. d. ſi imperator 1. q. 7. §. 1.

CASVS. Supra dictum eſt, quod officium diaconorum minus eſt, quam officium Sacerdotum, quod verum eſt generaliter, niſi cum diaconus eſt legatus patriarchæ, vel archiepiſco. vt ſeq. cap.

PRæcipimus.] CASVS. Statutum fuit in ſexta ſynodo, quod diaconus non ſedeat ante presbyterum, niſi ſit legatus patriarchæ, vel archiepiſcop. pro aliquo negocio decidendo. In quo caſu honorādus eſt: ſicut ille cuius vice fungitur, & ſi quis diaconus aliter facere præſumpſerit, repellitur ab officio ſuo.

f ¶Ante presbyterū ſedeat.] In concilio 17 diſt epiſcopos. in fine.

g ¶Tunc] Argumē. aliquem tādiu habere priuilegium, quādiu tenet eius locū 2 16. quæſt. 1. generaliter. C. de teſtamen. milita. l. vltima, & hæc dictio, tunc, extremitatem, id eſt, finem iuriſdictionis complectitur. argumen. de conditio. & demōſt. l. quarta. §. ſi ita. item argumen. quod quis conſequitur ex alterius perſona, quod non habet ex ſua. ff quæ rer. pigno. obligatio. poſſunt. l. Ariſto. Et dicit lex, quod ſi non poteſt prohibere me euntem per fundum, nec aliquem nomine meo, ff de verborum obligatione, ſi ſtipulatus. tamen ea tantum habet iſte, quæ iuriſdictionis ſunt, non quæ ordinis. argumen. ad primum. extra de offic. delega. ſanè 2.

a Concor. tex. in l. pe. in fin. C. de aquædu. l. 11. & Alex. de Imol. in rub. de offi: eius cui mā da. eſt iuriſ coll. 4.

[Meminiſſe autem.]

a ¶Sacrilegum.] Argu. quòd ſi dominus Papa aliquem ſuis priuilegijs primatem appellat, ex ipſa nominatione ius ei acquiritur. 23 quæſt. 4. dicat. in fine. 16. q. vlti. contra ſauctorum. argu. contra 3. quæſtio. 6. hæc quippe extra de præſump. illud C. de iuris & facti ignoran. non idcirco. Et eſt argumen. ex hoc, quòd tam bonus quàm malus ſacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. q. 1. ſacerdotibus.

Sacerdos tā bonus quam malus gaudet priuilegio clericali.

b ¶Vt nos.] Sed debent eſſe fortes, id eſt, debent præſtare exemplum facti boni ex animo: id eſt, ex dilectione, & non velint dominari.

c ¶Elegit.] Not. q̄ quanto a maiori quis ordinatur, tanto eſt maioris dignitatis, vt 1. q. 1. filium extra de maio. & obed. per tuas.

Ordinatus a maiori maioris eſt dignitatis.

h ¶Vltimus.] Nota, q̄ qui deliquit in aliquo ordine, in hoc punitur, q̄ poſt ponitur alijs ſui ordinis, vt 50. d. accedens. & 19. q 3. mandamus. 25. q. 2. ſic decet 24. d. § 2. & 1. q. 7. c. 7.

Subdiaco-

SVbdiacono. ] Hæc diſtinct diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ etiam ſummus Pontifex poteſt ſubdiacono committere vices ſuas, & hoc probat per capit. ſequen. ſecunda ibi, [ Legatum. ] Tertia ibi, [ Archidiaconus. ] Ioan. de Fant. ſequentes. Ioannes de Fant.

CASVS. Hic eſt ſecundus articulus, vbi dicitur, ꝙ qui impedit legatum Apoſtolicæ ſedis, excõicari debet.

h ¶Patrocinium.] Ergo Sicilia eſt de patrocinio B. Petri vt ar. 10. q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit.

Si quis ] † Sicilia eſt de patrocinio Petri.

# DISTINCTIO XCIV.

*SVbdiacono* [a] *etiam ſummus patriarcha vices ſuas committere valet.*

ſecr.diſt.4.quomodo. Vel intellige de præciſis, quia non dant in veritate niſi ſacramentum in neceſſitate, & eius etiam virtutem.
b ¶Quæ per orationes.] Quia facilius pcibus iuſtorũ, qui ſunt in eccleſia, obtinetur remiſſio 1. ut inf. 21.q.4.obtineri. Vel quia per vinculum charitatis eccleſię dimittuntur peccata inf de conſecr d.4. eccleſiæ charitas.
c ¶Foris.] Sic intelliges cap. de toleratis, dic foris, i. extra eccleſiam, quæ complectitur tantum grana: ſed ſi de præciſis dic, foris, ideſt, extra eccleſiã militantem quæ complectitur grana cum paleis, 7.q.1. §. cum verò.
d ¶Apertè.] Cum ſit Chriſtianus eccleſiam impugnãs manifeſtè ſiue perturbans eccleſiam occultè 32.q.4.recurrat.ver.ſi.
SI ERGO. CASVS. Infert. Gra. ex ſupradicto c.ſi iuſtus fuerit, quod ſimoniacorum ſacramẽta alijs utilia ſunt, & ſi iſtis non proſint, ſimilitudine aquæ currentis per canales, & lucis quæ immundis non coinquinantur. Sed obijcit de ſacramentis hæreticorum, quæ uera ſunt quantum ad formam, & quo ad effectum, ſed ſoluit dicens, quòd ſacramẽta neceſſitatis cũ effectu cõferunt, ſed ſacramenta dignitatis, quo ad formã tantum

Iuſtorũ preces facilius exaudiunt. De hoc de pœn. diſt. 1. multiplex.

dinati ſunt, quæ ad proprios epiſcopos pertinebant, & ordinatio eorũ cũ conſenſu, & iudicio præſidentium facta eſt, poteſt rata haberi, ita vt in ipſis eccleſijs [a] perſeuerent: Aliter autem vana eſt habenda ordinatio, quæ nec loco fundata eſt, nec auctoritate munita.

*¶Caput hoc emendatum eſt, ac locupletatum ex ipſa epiſtola, & refertur ſupra diſt. 62. c. 1. §. ſi qui.*

*Ecce aliquis à pſeudoepiſcopis ordinatus, ſi locũ ſuæ ordinationis mutauerit, vana eſt; & ſine adminiſtratione erit talis ordinatio.*

*Tempore, vt ait Innocentius epiſt. 22. c. 5. de ordinatis à Bonoſo.*

¶Quæ pro neceſſitate conceduntur, eadem ceſſante ceſſabunt. Cap. XLI.

QVod pro neceſſitate temporis [b] ſtatutum eſt, ceſſante neceſſitate debet vtique ceſſare: pariter quod [c] vrgebat †: quia alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam α ad præſens fieri tempus impellit.

Iuo in prologo fo. 3. Pan. c. 19. in prologo. inf. ead. q. 7. c. quod pro remedio.

† Concord. princ. C. de cad. tollen. & 9. q. 1. ordinationes.

α ¶Quam ad præſens.] *Hæc ſunt addita ex Innocentio, cuius verba in hoc capite in ſummam redacta, infra autem q. 7. cap. quod pro remedio plenius referuntur.*

*Ergo aliquis alio tempore ab eo, qui Bonoſo ſimilis ſit, ordinatus ceſſabit ab adminiſtratione, quæ pro neceſſitate illius temporis fuit permiſſa.*

*Item promotione, vt ait Leo epiſtola 3. ad Iulianũ † Aquileienſem.*

† *al. Ianuarium.*

¶Qui ab hæreticis redeunt, ſine ſpe promotionis in ſuis ordinibus recipi poſſunt. Cap. XLII.

SI quis [d] hereticæ communionis contagione ſe macularit β, hoc in magno habeat beneficio, ſi adempta ſibi omne ſpe promotionis [e], in quo inuenitur [f] ordine, permaneat.

inf. ea. c. omnis, & q. 7. cap. ſaluberrimum.

β ¶Macularit.] *Hic apud B. Leonem cum alia verba ſunt interiecta, tum cap. ſaluberrimum, infra q. 7. caput enim hoc eſt quaſi ſumma quadam, quemadmodum; & c. omnis, infra eadẽ, tametſi illud paulò plenius ſit.*

*Ecce [g] ſi clericus, vel ordinatione, vel quolibet ſacramento hæreticis cõmunicat, ceſſans à promotione vix in ſuo ordine perſeuerat. Nõ eſt enim de ſacramento hoc, ut de cæteris. Cætera enim vel ad culpas tollendas dantur, vt baptiſmus, & pœnitentia: uel pro culpis non in æternum, ſed ad horam negantur, vt Euchariſtia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefarijs peccatis conceditur; Hoc ſolum, non ſolum pro culpa, ſed etiam pro infamia [h] interdicitur †, & pro imminuta munditia [i] ſua, vel extrinſeca, vel intrinſecæ perfectionis prærogatiua: ut bigamis, uel uiduæ maritis, uel illiteratis, uel corporis qualibet parte uitiatis denegatur, quibus tamẽ baptiſmus, uel Euchariſtia non negatur. Poteſt etiam talis cætera ſacramenta adminiſtrare, qui iſtud ſolum [k] non ualet conferre.*

† *al. interdum etiam pro.*

nicè electis, toleratis tamen. ſic. 62. d. c. 1. arg. contra 12. q. 2. alienationes. Ibi ius commune: hic miſericordia.

a ¶Eccleſijs.] inf. ea. q. 5. c. 1. contra. Sol. ibi ꝑꝑ ſcandalũ in eccleſia, quam per manifeſtam adeptus eſt ſimoniam, nõ ꝑmittitur miniſtrare. hic ecõtra, ſ. propter ſcandalum, cum occultum ſit delictum in eccleſia, cui intitulatus eſt, & non in alia ſuſcipit, vel hoc, cum emit illũ ordinem, illud, cũ dignitatem, vel beneficiũ. inf. ea. erga.

b QVod ꝑ neceſſitate tẽporis, &c.] Ceſſante neceſſitate, & diſpenſatio ceſſare debet.

c ¶Quod.] idest, quã diſpẽſatio urget, vel qđ eſt accuſatiui caſus, idest, qđ neceſſitas urgebat, idest, inducebat Arg. contra inf. 19. q. 2. duæ, ibi ꝑꝑ criminoſos. B. Sol. ibi de cauſa impulſiua, hic de fi. ff. de poſtu. l. 1.

d SI quis.] Hoc capitulum non loquit de mero iure.

e ¶Promotionis.] ſ. 34. d. præcipimus. C. depoſi. ſi depoſiti. de hoc enim gratificare debet, vt ibi.

f ¶Inuenitur.] Niſi in caſib. notatis 9. q. 1. in ſumma 1.

ECCE. CASVS. Hic oſtendit Gratianus aliud eſſe in ſacramẽto ordinis, vel dignitatis, qđ nõ cõfertur cũ effectu ab hereticis, aliud in ſacramento neceſſitatis, qđ cũ effectu cõfert etiã ab hæretico, vt baptiſmus, pœnitentia, & Euchariſtia: quia ſacramẽtũ ordinis nõ ſolũ propter culpam interdicitur, ſed etiam propter irregularitatẽ, vnde ſacramenta neceſſitatis põt cõferre, qui iſtud ſolum conferre non poteſt.

z Illos caſus ponit etiam Hug.

g ¶Ecce] Oſtendit magiſter in hoc §. differẽtiam inter ſacramẽta dignitatis, & alia, & cauſam differentiæ.

h ¶Infamia.] Quæ etiam ſine culpa cõtrahitur. 6. quæſt. 1. §. verum.

i ¶Munditiæ.] Vt in illo qui contrahit cũ ancilla; 34. diſt. ſi quis viduam.

k ¶Illud ſolum.] Scilicet ordinem.

S I qui epi.] CASVS. Dr in hoc c. q ſi qs ordinauerit indignū, ēt ſi depoſitionē euadat, de cætero nō ordinabit, nec ēt interſit illi ordinationi, q cōtulit indigno.
a ¶Talem.] Extra de temp. ord. literas.
b ¶Qualem.] Extra de præben.
c ¶Aliquo

eſt contra. ext. de tēp. or. literas, quia ibi non indignum ſed indigne ordinauit aliàs ſuper eſt hæc veritas, quod qui promouet indignum depoſitionem meretur, vt 50. diſt. ex pœnitentibus, & arg. hic ibi. euaſerint, ita tamen ſi ſcienter hoc facit, cum & ille ſit in notorio crimine.

Ordinantiū indignos punitio.

*Vnde Leo ait ad epiſcopos Africæ, epiſt. 85. al. 87. c. 2.*

¶De epiſcopis, qui talem conſecrant, qualem conſecrare non licēt. Cap. XLIII.

25. q. 2. c. ſi qui epi. Anſ. l. 6. c. 74. Ivo p. 5. c. 107. †nec ei ſacramento ] orig.

SI qui epiſcopi talem [a] cōſecrauerint ſacerdotem, qualem [b] non liceat; etiam ſi aliquo modo [c] damnum proprij honoris euaſerint, ordinationis [d] tamen ius vlterius non habebunt [e]: nec illi [f] vnquam [g] ſacramento intererunt; quod neglecto diuino iudicio, immerito præſtiterunt.

*Ecce [h] cum honoris periculum euadant, vt cætera ſacramenta ſacerdotaliter adminiſtrare permittantur, ab hoc ſolo non modo pro hæreſi, vel pro qualibet maiori culpa, ſed etiam pro negligentia remouentur. In quibus ſollicite notandum eſt, quod ſacramentū ſacerdotalis promotionis præ cæteris omnibus magis accurate, & digne dandum, uel accipiēdum eſt; quia niſi ita collatum fuerit, eo deſinet eſſe ratum, quo non fuerit rite perfectum. Cætera enim ſacramenta unicuique propter ſe dātur, & unicuique talia fiunt, quali corde, uel conſcientia accipiuntur. Iſtud ſolum non propter ſe ſolum, ſed propter alios datur: & ideo neceſſe eſt, ut uero corde, mundaque conſcientia, quantum ad ſe, ſumatur; quantum ad alios uere, non ſolum ſine omni culpa ſed etiam ſine infamia propter ſcandalum fratrum: ad quorum utilitatem, non ſolum, ut præſint, ſed etiam, ut proſint, ſacerdotium datur.*

*Vnde Hieronymus ad cap. 3. Michea.*

¶Simoniaci rei ſunt infidelitatis eorum, qui a ſe ſcandalizantur. Cap. XLIV.

HI quoſcunque [i] de aſſeclis ſuis ordinant clericos, & vitam eorum in ſcandalum [k] populis exponentes, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur.

*Reuera enim, qui ad hoc eliguntur, ut cæteris præſint, ſicut præordinantur dignitate, ſic præeminere dēnt ſanctitate. Alioquin, cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia a cæteris aſſumuntur? Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanenſi epiſcopo poſt ſextam ſynodum Romanam.*

aliter non poſſet eū repellere, ab ordine ſuſcipiēdo. extra de temp. ord. ex tenore. Vel dic, q varia ſūt pœnæ, hodie mitius agitur, vt extra de p̄ben. grauē.
e ¶Non habebunt.] .ſ. cum aliquis punitur in eo in quo deliquit.
f ¶Illi.] Baz. dicit, q illum eundem ordinem non poteſt conferre, ſed minorem vel maiorem bene. arg. ext. de temp. or. literas, quia hæc pœna eſt, & ideo nō debet amplius extendi quàm inueniatur delictum. H. contradicit, quòd hæc actio, illi facit ſimplicem relationem.
g ¶Vnquam.] Argu. in eo puniēdum eſſe aliquem in quo deliquit. 12. q. 2. de viro. &c. qui & humanis inf. ea. q. 5. c. 1. ſup. d. 81. valet 17. q. 4. frater, & 7. q. 1. ſi quis ꝺ ordine. q 11. q. 2. ad monere. inf. 27. q. 2. qui dormierit.

Pœna infligetur ſm delictum.

In quo quis deliquit, in eo puniri debet.

ECCE. CASVS. In hoc §. oſtēdit G. quare ſacramentum ordinis magis diſcrete conferendum eſt, q̄ cætera ſacramenta ꝫ quia alia pro accipiente tantum; iſtud vero pro alis confertur, vnde debet conferri non ſolum ſine omni culpa, ſed etiā ſine omni infamia.
h ¶Ecce ] Adhuc pſeuerat aſſignando differentiam, & cauſam differentiæ.

HI, quoſcunque ] CASVS. Dicit in hoc ca. q epiſcopi, qui ſeruientes, vel ſeruos ſuos indignos ordinant, rei ſunt infidelitatis eorum, qui ſcandalizantur propter hoc. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad cap. dedit. Sed ſcias, q §. ille, Pater. reſpicit ſupradicta. c. ſcilicet ſi iuſtus fuerit, &c. ex catholica.

Prælati in multis excellunt.

c ¶Aliquo modo. ] Diſpenſatiue: ſ. cum punitur aliquis in eo, in quo deliquit. In increpatione, vt 45. d. cum beatus. Item in ſcientiæ recognitione. 16. q. 1. reuertimini in fi. Item in poteſtate ligandi, vel ſoluendi. 24. q. 3. de illicita. Item in priuilegijs, 11. q. 3. priuilegium. Item in ordinis collatione, vt in c. præſenti, ſi qui epiſcopi. Item in honoris ablatione, vt dixi 99. d. nullus. Item in armorum retentione, vt ſ. b. 7 c. 1. H.

Et ſic vř intelligere Gra. inf. 9. 4.

d ¶Ordinationis. ] ſup. diſt. 50. ex pœnitentib. cōtra. ſup. diſt. 36. qui eccleſiaſticis. contra ſup. 55 d. nullus. ſup. d. 51. c. 1. in §. 1 Solu. ibi de his, qui ex pertinacia contra canones ordinant tales. hic de illis qui ex ſola negligentia hoc faciunt, intelligitur 1. argu. 2. q. 1. in primis. nec

i ¶Quoſcunque.] ideſt, aliquos indignos, quod collige ex illo verbo, aſſeclis, ab aſſequor 2. aſſequeris, vnde & aſſecla ſeruus: aliter ſi eſſent digni, plus eis tenerentur. arg. 12. q. 2. hæc huius. 86 d. non ſatis.
K ¶In ſcandalum.] Qui ergo occaſionem damni dat, damnum, &c. extra de iniur. & dam. ſi egreſſus 3. infra ead. placuit 2. argumen. contra. 23. quæſt. 5. de occidendis, §. 1. Dic, prima intelligitur de cauſa proxima, & cum

a Aſſecla dr aſſecutor, ab aſſequendo, eo q ſequatr aliquem lucri cauſa ſm Papi.

3 Concor. tex in l. qs ad le. cum ibi not. C. ad legem Iuliā de vi publ.

cum culpa: contraria de cauſa remota, & ſine culpa; ff. de ſer. cor. l. Neratius.

a V Iliſſimis.] Supra d 25. §. nunc autem.

b ¶ Niſi præcellat.] Ideſt niſi habeat illam diſcretionem, quæ in prælato exigitur, etſi non eminentem, tamen ſufficientem, extra de elec. cũ nobis olim. ſufficit enim quod ſit bonus. 1. 65 diſtinct. ca. vlt. Quid ergo ſi oẽs ſint valde periti? non ideo erit iſte viliſſimus, quia non eſt, vt Salomon de hoc octaua q. prima, licet.

Scientia prælati ſit ſaltẽ ſufficiens.

1 Grauitas, & induſtria in prælato requiritur ſ. ea. c. fertur, ver. ſi.n.&c.

putaret aquam ſine Spiritu ſancto ſufficere ad ſalutem. De hoc etiam Ambroſius. Quidam negauerunt ſe ſciſſe Spiritum ſanctum, cum baptizatos ſe dicerent baptiſmo Ioannis: quod tamen in aduenientis Ieſu non in ſuo baptizauit nomine. Iſti ergo qui nec in Chriſti nomine

## ¶ Sicut honore, ita & ſcientia quiſque præcellere debet. Cap. XLV.

VIliſſimis † [a] comparandus eſt, niſi præcellat [b] ſcientia, & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.

† *Viliſſimis comparandus* ] orig. ſup. c. ex catholica, & c. iuſtus.

7 *Patet ergo* [c] *illud Auguſtini ( ſacramenta videlicet Chriſti per hæreticos miniſtrata ſuo non carere effectu) non de omnibus intelligi generaliter, ſed de ſacramento baptiſmi.*

PATET ERGO. Hæc eſt 7. pars huius quæſt. in qua dicitur quod ſacramentum collatũ in forma eccleſiæ a malo catholico tolerato, ratum eſt. Ioannes de Fant.

c ¶ Patet ergo ] Reſpicit illud c. ex catholica, & ca. ſi iuſtus.

*Vnde idem Auguſtinus ait tract. 5. in Ioannem.*

## ¶ Baptiſmus ſiue per bonum, ſiue per malum miniſtretur, reiterari non debet. Cap. XLVI.

DEdit [d] baptiſmum Iudas, & non baptizatum eſt poſt Iudã: dedit [e] Ioannes [f], & baptizatũ eſt [g] poſt Ioannem; quia qui datus eſt a Iuda, baptiſmus Chriſti erat [h], qui autem a Ioanne datus eſt, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, ſed baptiſmum Chriſti, etiam per Iudæ manus datum, baptiſmo Ioannis, etiam per manus Ioannis dato recte præponimus. *& paulo poſt.* ¶ Quos baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autem baptizauit Iudas, Chriſtus baptizauit, Sic ergo quos baptizauit ebrius [i], quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, ſi baptiſma Chriſti erat, Chriſtus baptizauit. *Item paucis interiectis.* ¶ Quod ſacramentum tam ſanctum eſt, vt nec homicida miniſtrante polluatur.

Aug. l. 3. c. 10.

DEdit.] CASVS. In cathæcumeno baptizando non attenditur meritum dantis, vt probatur exẽplo Iudæ: quia quos baptizauit, non ſũt poſtea baptizati: quia Chriſtus eos baptizauit, ſed bene baptizati a Ioanne ſunt poſtea baptizati: quia Ioannis erat baptiſmus. Sic ergo quos baptizat ebrius, adulter, & homicida, Chriſtus baptizat.

d ¶ Dedit.] Quia baptiſmus collatus a Ioãne erat quoddam ſacramentale, quo abluebatur corpus exterius tm̃. de conſ. d. 4. baptiſmus, & valebat ad aſſuefactionem.

e ¶ Dedit.] In nomine Chriſti, vel in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti, & ideo non fuit, &c. de conſecr. d. 4. aliud.

f ¶ Dedit Ioannes.] In nomine venturi, &c. & ideo fuit Ioannes.

g ¶ Et baptizatum eſt.] inf. de conſec. d. 4. non regenerabantur.

h ¶ Baptiſmus Chriſti erat.] In quarto libro ſententiarũ legitur. Hic conſiderandum eſt: ſi baptizati ſunt baptiſmo Chriſti a Ioanne baptizati, & qua forma verborum ſit vſus Ioannes. Ibi reſpondet, qui baptizati ſunt a Ioãne neſcientes ſpiritum ſanctum eſſe, ac ſpem ponentes in illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. baptiſmus autem Ioannis tantum dabatur in nomine venturi. vnde Hieron. ſuper Io. Qui dicit ſe in Chriſtum credere, & non credit in Spiritum ſanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati a Ioanne. In nomine venturi, ideſt, domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dixerunt, ſed neque ſi Spiritus ſanctus eſt audiuimus, iterum baptizati ſunt in nomine Chriſti explicite. Illi vero qui ſpem in baptiſmo Ioannis habebant, & patrem, & filium, & Spiritum ſanctum credebant: non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritum ſanctum receperunt. Alij vero qui nõ ita credebant, baptizati ſunt baptiſmo Chriſti, vt dictum eſt. Vnde Hieron. Qui Spiritum ſanctum neſciebant cum baptiſmum a Ioanne acceperunt, iterum baptizati ſunt, ne quis ex Iudæis, vel gentilibus nomine, nec cum fide Spiritus ſancti baptizati fuerant, non poterant accipere baptiſmi ſacramentum. Baptizati ſunt igitur in nomine Chriſti, nec iteratum eſt in eis ſacramentum, ſed innouatum. Sed quæritur, cum in baptiſmo Ioannis non conferetur remiſſio peccatorum, vt de conſec. diſt. 4. non regenerabantur. nec ad veritatẽ baptiſmi valeat fides alicuius, vel infidelitas officiat. de conſe. diſt. 4. quomodo, & ſeq. cap. cur reiteratur baptiſmus in quibuſdam a Ioanne baptizatis: maximè cum per circunciſionem originale fuiſſet deletum, vt extra de bap. maiores, §. caute. Nam ſi dicas baptiſmũ Chriſti neceſſarium eſſe etiam circumciſis, concluditur ergo, quod in omnibus baptizatis a Ioanne neceſſariũ eſt, ſiue bene crederẽt, ſiue male. Si aũt dicas non eſſe neceſſario: quare ergo baptizati ſunt baptiſmo Chriſti iã a Ioanne baptizati, cum ijdem eſſent circuncisi? poteſt dici forte, quod ante paſſionem Chriſti nulli erat baptiſmus neceſſarius 2, ſed tantum baptizati ſunt ab Apoſtolis ne putarent alioqui baptiſmum ſine Spiritu ſancto ſufficere ad ſalutem, quod credo. Vel forte a baptiſmo Chriſti, ideſt, poſtquam Chriſtus baptizatus fuit omnib. baptiſmus fuit neceſſarius, ſiue Ioannis *, ſiue Chriſti: ſed baptiſmus Chriſti tanquam a ſeipſo ratus, non indiget fidei adminiculo. ſecus in Ioannis baptiſmo. vnde baptizati ſunt, quibus recta fides non adfuit, quod locũ habuit in baptiſmo Ioannis. Vide quod no. de conſe. d. 4. ex quo.

Baptizati a Ioanne an debuerũt rebaptizari baptiſmo Chriſti.

Baptiſmus Ioannis non conferebat peccatorũ remiſſionem.

2 Scilicet quia ianua paradiſi nondũ erat aperta. extra de baptiſ. maiores. Arch.

* *Vide B. Tho. p. 3. q. 38. per totã & preſertim ar. 6.*

i ¶ Ebrius.] Ita tamen, quod ſentiat quid faciat, quia intentio baptizati, & baptizantis exigitur 3, vt infra de conſecr. diſtinct. 4. ſolet, quia nemo dicit quod non ſentit, ff. de ſup. le. l. Labeo, & ita nõ ẽ cõtra. j. ca. §. ecce.

3 Argu. contra de conſe. di. 4. baptiſmus in ti. ca. nõ illud. Ar.

Sicut

SIcut vrgeri.] CASVS. Donatiſta dicebat, ꝙ hæreticus ſi baptizat, peccata dimittit: quod Auguſt. negabat. Sed dicit Aug. ergo eadem ratione auarus, id eſt, ſimoniacus dimittit peccata, quod ipſi hæretici negabant: verumtū ſi attendas vim meritu, neuter dimittit. ſed ſi vim ſacramenti attendas, uterque dimittit. Nam quo ad merita utrumque membrum mortuum eſt; & ad hoc ut reuiuiſcant, oportet alterū ab hæreſi, alterum verò ab auaritia ſeparari. Seq §. placet.

a ¶Dimittit peccata.] Supra ea. remiſſionem.

b ¶Sic & ego.] Argu. ſufficere reſpondenti dare inſtantiam 1. alibi ſufficit aſſignare rationē. 28. q. 1. ſic enim. Et dicit Ariſtoteles octauo Topicorum: optima inſtantiarū eſt dicere, quare nō ſic. Sic ordinabis argumentum. hæretic⁹ iuſtè baptizat. ergo dimittit peccatū, quod ego nego. & inſto: auarus baptizat iuſtè; ergo dimittit peccatū, qđ nō cōcederent ipſi. ſed dic inſtantiā nō ualere; quia ſecūdū ſuam opinionē concludit. ſic 27. q. 1. nuptiarum.

c ¶Vnicę columbę.] Quæ complectitur tantum grana ſine palea. 32. q. 4. recurrat. ſ. contra remiſſionem. in gl. ſi.

a ¶Ebrius.] *Addita, ſublata, & emendata ſunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox iſta ob gloſſam. Legendum eſt enim, ebrioſus.*

*Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 4. c. 4.*

¶De eodem. Cap. XLVII.

Poly. li. 3. tit. 10. Anſ. li. 9. c. 35. Iuo p. 1. c. 165. & p. 2. c. 94.

SIcut vrgeri videor, cū mihi dicitur, ergo hęreticus dimittit [a] peccata? ſic & ego [b] vrgeo, cum dico, ergo qui cœleſtia mandata non ſeruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, verbis, nō factis ſæculo renuncians dimittit peccata? ſi per vim ſacramenti Dei, ſicut & ille, ita & ille: ſi per meritum ſuum; nec ille. Illud enim ſacramentum & in malis hominibus Chriſti eſſe cognoſcitur. In corpore autem vnicæ columbæ [c], incorruptæ, ſanctæ, pudicæ, nō habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur. [Vt ſi cuius β manus eſſet arida, verum quidem eſſet mēbrum: quāuis ſine ſanguine, & inefficax eſſet & mortuū: ſic & fides, cum ſit vera, tamē ſine operibus mortua eſt.] *Item paulò poſt.* ¶Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, tamen non fit templum Dei, ſi ab hæreſi non receſſerit; quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus.

*Epheſ. 5.* *Iacob. 2.* *Coloſſ. 3.*

β ¶Vt ſi cuius.] *Verba hæc uſque ad verſ. Item in vulgatis B. Auguſtini codicibus eo loco non leguntur, neque apud cæteros collectores.*

8 *Ex his itaque uerbis apparet baptiſma quod ab hæreticis tribuitur, uirtute ſua remiſſionem conferre peccatorum.*

EX HIS. Hæc eſt 8. pars q. in qua dicit, ꝙ baptiſmus in forma eccleſię datus à quocunque tenet: ſed pręciſus baptizatus non ſaluatur, ſicut membrum pręciſum à corpore non habet ſpiritum vitæ. Ioan de Fant.

*Sed idem Auguſtinus econtra teſtatur lib. 6. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1. dicens.*

¶Baptiſma Chriſti, etſi nulla peruerſitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu. Cap. XLVIII.

ETiam [d] corde tardiores, quantū exiſtimo, intelligunt baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis, ſiue dantis, ſiue accipientis poſſe violari. Sed quia [e] aliud γ eſt ſacramentum ab effectu ſacramenti; cum eos qui in ipſa vnitate eccleſiæ perdite viuunt, conſtet remiſſionē peccatorum nec dare, nec habere poſſe: quia non malignis, ſed bonis filijs dictum eſt: [Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei; ſi cui tenueritis, tenebuntur.] patet ergo hæreticos [f] tantum dare, vel accipere ſacramentum baptiſmi, & non dare remiſſionem peccatorum.

*Ioan. 20.*

γ ¶Sed quia aliud.] *Hinc vſque ad finem uerbis B. Auguſtini in ſummam redactis ſententia tamen manet incolumis. Integer locus habetur de conſecr. diſt. 4. Quomodo. §. non ob aliud.*

*Idem in ſermone x. de verbis Domini, de blaſphemia in Spiritum ſanctum.*

ETiam.] CASVS. Ab iſto loco probat cōtrarium; ſcilicet, ꝙ baptiſma hęreticorū non habet effectum. Eſt ergo caſus talis. Dicitur in hoc, ꝙ ēt tardi ad credendum intelligūt, ꝙ malus dat, & accipit uerū baptiſma, ſed non dat remiſſionem peccatorum, qui eſt effectus ſacramēti: quia tm̄ bonis dictū eſt, Cui dimiſeritis pctā. &c.

d ¶Etiam.] Ab iſto loco inducit magiſter capitula, quibus vult probare, ꝙ hęretici, etſi ſacramentū conferre poſſint, nō tamen effectum ſacramenti. quādoq; tamen inducit, ꝙ poſſint effectū conferre. & ſub iſta alternatione venit vſque in finē quæſtionis fracto frœno.

e ¶Sed quia.] Sicut aliud eſt elemētum aliud conſecratio, vt de conſecr. diſtin. 4. per aquam. & ideò notatus fuit Cyprianus; quia non fecit iſtam differentiam. intra ea. ſi qui inquit,

f ¶Hæreticos.] Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per

Inſtructio rūdentis.

1 Inſtantiā gl. ſing. ꝑm Iaſonem in l. ult. in fi. C. unde lib. Glo ſimilis in l. creditori. de oper. noui nunc. vbi Alex. & Iaſon.

Hęretici nō cōferunt effectum ſacramenti.

Sacramētū gratiæ dat Deus ꝑ malos.

per malos; ipſam uerò gratiam, non niſi per ſe ipſum, vt inf. de conſecr. d. 4 quomodo.

Corporalia.] CASVS. Dicitur in hoc, quod ſicut membrum amputatum ſenſu caret & inefficax reputat, ſic & corporalis baptiſmus hæreticorum eſt ablutio ſine effectu.

SED NOTANDVM. Hæc eſt 9. pars q. in qua dicitur, quòd quidam hæretici non baptizant in forma eccleſiæ, & talis baptiſmus iteratur. Alij hæretici dant in forma eccleſiæ, & talis non reiteratur. Io. de Fant. CASVS. Soluit nunc Gratianus dicens, quod ſup. dic. ca. & & ma-

¶De eodem. Cap. XLIX.

Corporalia [a] ſacramenta, quæ portant, & celebrant etiã ſegregati ab unitate corporis Chriſti, formam poſſunt exhibere pietatis [b]: Virtus verò pietatis inuiſibilis, & ſpiritalis: ita in eis non poteſt eſſe; quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot uetuſtis codicibus hoc & ſequens caput ſunt coniuncta ſuperiori.*

*Item Ambroſius in libro de initiandis rudibus.*

¶De eodem. Cap. L.

Non ſanat baptiſmus [c] perfidorum; non mundat, ſed polluit α; quia in diluuio [d] aquarum multarum ad Dominum non approximatur; quia, vt per Apoſtolum dicitur: [Quidquid non eſt ex fide [e], peccatum eſt.] & ipſis, qui faciunt, & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt; ſed & ad iudicium eſt. — Algerius, lib. 3. c. 8. & 13. — *Pſal.* 31. — *Rom.* 14.

α ¶Polluit.] *Hucuſque Ambroſius. Sed Algerus lib. 3. cap. 1. referens hunc locum, addit vſque ad ver.* approximatur, *ac deinde, c. 13. citans etiam eundem librum B. Ambroſij, adiungit reliqua huius capitis vſque ad finem.*

*Item Leo ad Nicetam Aquileienſem epiſcopum, epiſt. 77. al. 79. c. 7.*

¶Per manus impoſitionem confirmentur, qui ab hæreticis baptiſma accipiunt. Cap. LI.

Hi qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati [f] antea non fuiſſent, ſola inuocatione Spũs ſancti, per impoſitionem manuum cõfirmandi ſunt, quia formam tantũ baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſerunt. Et hanc regulam, ut ſcitis, ſeruandam omnibus eccleſijs prædicamus, ut lauacrũ ſemel initum nulla iteratione uioletur, dicente Apoſtolo: [Vnus [g] Dominus, vna [h] fides, vnum [i] baptiſma:] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt: ſed, vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, vt quod [k] ab hæreticis nemo accipit, a catholicis ſacerdotibus conſequatur. — Poly. li. 3. tit. 10. — Inf. ea. c. hanc regulam. — *Epheſ.* 4.

9 *Sed notandũ eſt, quòd hæretici, ut Arriani, & Sabelliani, quorum* [l] *alij inæqualitatẽ, alij indiſcretionẽ perſonarũ* [m] *cõfitebantur, baptiſma non in forma eccleſiæ* [n], *ſed ſuæ peruerſitatis miniſtrabant.* ¶*De his ſpecialiter* — ſup. c. non ſanat.

a ¶Corporalia.] quia miniſterio corporũ, & circa corpora conferuntur, vel quia quædã ſunt corporea, vt chriſma, vel formæ corporum ſunt, uel quia ſub corporalibus ſpeciebus conferuntur 1. Sed nunquid cum corpore peunt. arg. quod non ſ. eadem. quod quidam. 32. q. 7. tantum ualet.

1 Vel dic, quod hoc dicit ad dñiam ſpiritualium ſacramẽtorũ. Eſt enim baptiſmus ſpiritualis & inuiſibilis, ut interior, eſt & corporalis, & viſibilis ſicut exterior. Similiter ordo, & confirmatio, & extrema unctio, Corp' Dñi, & pñia ſm Hug. & Pau.

b ¶Pietatis.] i. ſanctæ religionis, & veritatis: ſed ideo dicit, quia tunc eſt ibi pietas, cum ueritas, &c.

Non ſanat.] CASVS. Dr in hoc c. quod baptiſma perfidorum non prodeſt. Et hoc probat Apoſtoli auctoritate dicentis, oẽ quod non eſt ex fide, peccatum eſt: imo potius nocet aſſumentibus illud baptiſma.

c ¶Baptiſmus.] Datus extra formã eccleſiæ, ut inf. eod. §. ſed notandum.

d ¶Qui in diluuio aquarũ] i. multiplicitate diuerſarũ ſententiarũ, vel ſectarũ 2. vel in diluuio tñ, quia ſolus baptiſm' non ſufficit, niſi & gratia detur.

Diluuium aquarum.

2 Vel dic in diluuio, in carnalib. cõcupiſcẽtijs, vel i. cum inundabunt aquæ, idest, pœnæ, & anguſtię in die iudicij ſecũdum Hug.

e ¶Ex fide] i. cum fide operante per dilectionem.

Hi q.] CASVS. Dr hic, quod hi q ab hæreticis baptizantur, per impoſitionem manus epi ſunt cõfirmandi, vt ſic gratiam Spiritus ſancti in eccleſia recipiant: baptiſma tñ reiterari non debet, dicente Apoſtolo, vnus Deus, &c.

f ¶Baptizati.] Nam tunc nihil acceperunt ab eis. 68. d. §. hi uerò.

g ¶Vnus.] idest, incommutabilis.

h ¶Vna.] idest, ab uno ueniens.

i ¶Vnum.] idest, vnam habens efficaciam in omnibus, ſiue paruulis, ſiue adultis: niſi malitia ſuſcipientis impediat, uel unum quia non iterandum.

k ¶Vt quod.] ſcilicet ſanctitatis uirtutem, gratiam, remiſſionem peccatorum: exaudi tamen, ut dicit Gratianus. inf ea. §. nemo. Nam aliter conſtitutus in neceſſitat: accipit, 32 diſt. § uerum.

maxime c. non ſanat. intelliguntur de his qui non baptizati ſunt in forma eccleſiæ, qui debent iterum baptizari Et hoc probat per ſeq c.

l ¶Quorum.] Vt Arriani, qui dicunt filium nõ coæternum patri. 24. q. 3. c. quidam. ver. Arriani.

m ¶Perſonarum.] Vt Sabelliani, qui dicunt eandem perſonam eſſe Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt 24. q. 3. quidam. ver. Sabelliani. — Error Sabellianorum.

n ¶Eccleſiæ.] Quæ neceſſaria eſt. 32. d. §. uerum. & inf. ead. c detrahe.

Si

SI quis confugerit.] CASVS Statutum fuit in Niceno concilio, vt baptizati a Paulianiſtis, præter formam eccleſiæ, ad nos redeuntes debeant iterum baptizari, eorum clerici, ſi aliàs fuerint inculpabiles, poſt baptiſma, apud nos ordinentur, ſi vero minus idonei inueniantur, repellantur.

a ¶ Paulianiſtis.] Qui dicebant Chriſtum nõ fuiſſe ſemper, ſed a Maria ſumpſiſſe initium, vt inf. 24. q. 3. quidã, § Pauliani:

b ¶ Cataphrygis.] Cataphrygæ dicunt ſpiritum ſanctum paruulum hominem, &c. vt in prædi. c. quidam, verbo, Cataphrygis, qui non baptizant in forma Eccleſiæ, & ſic ſoluuntur contraria, inf. de conſec. diſt. 4. qui bis, ſed hic non fuit facta iniuria ſacramento, cum nullum præceſſerit: ibi contra, vel hoc intelligendum eſt per illud. Nam ibi dicitur, niſi neceſſitas, &c. Item cõtra inf. ca. ſi quis p ignorantiã, ſed hoc de diſpẽſatione, illud de rigore. Vel hic loquitur de iure, quia, cũ hic nullũ fuerit prius baptiſma, nec ordo, vnde nõ fit hic iniuria alicui ſacramento: ideo tũ baptizãtur, & ordinantur, nec tangit illud c hoc, quia ibi alius caſus. ſ. quia ibi ſunt duæ quæſtiones ſecundum vnum ſum.

Baptiſmo an fiat iniuria per reiterationem.

*Ambroſius locutus eſt dicens.] Non ſanat baptiſmus perfidorum, &c.] Sed etiam, vt rebaptizentur, & reordinẽtur in concilio Niceno, c. 19. ſtatutum eſt.*

¶ Rebaptizentur, & reordinentur, qui de Paulianiſtis, & Cataphrygis ad Eccleſiam redeunt. Cap. LII.

SI quis confugerit ad eccleſiam catholicã de Paulianiſtis [a], & Cataphrygis α [b], ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere. Si qui verò clerici erãt apud eos, ſi quidẽ inculpati fuerint, & irreprehenſibiles, rebaptizandi ſunt, & rurſus [c] etiam ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ ordinẽtur. Si vero examinati minus fuerint apti deprehenſi, deponi [d] eos oportet. Similiter autem, & circa diaconos β; & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma ſeruabitur.

α ¶ Cataphrygis.] *Legitur hæc dictio in priſca verſione, quæ eſt in varijs exemplaribus collectionis Iſidori impreſſis, ac manuſcriptis: ſed non eſt in Canone Græco, neq; in verſione Dionyſii, aut alijs recentiorib. Quòd autem, & iſti baptizandi ſint traditũ eſt in concilio Laodiceno, c. 8. in ſynodo ſeptima ſeu ſecunda Nicena, c. 7. & infra de conſec. d. 4. c. hæ verò, quod eſt Gregorij.*

β ¶ Diaconus.] *Græcè eſt*, περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, *id eſt*, De diaconiſſis, & de his omnino, qui in canone connumerantur.

c ¶ Rurſus.] Arg. φ non baptizatus nullum recipit ordinẽ. ext. de presb. nõ bap. ca ſi quis presbyter. inf eo. ti c. ſi quis p ignorantiam, ſup ca. cum Paulus.

Ordinari nequit qui baptizatus nõ eſt.

d ¶ Deponi.] De facto ſ, vel deponi, id eſt non admitti.

r Scilicet de eo ordine quem apud hæreticos videbamur habere. Arch.

*Item Innocentius ad Epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5*

¶ De eodem. Cap. LIII.

PAulianiſtæ [e] in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti minimè baptizabant, & Nouatiani iiſdem tremendis, venerandiſque nominibus baptizant; nec apud iſtos de vnitate poteſtatis diuinæ, hoc eſt patris, filij, & ſpiritus ſancti quæſtio aliquando mota eſt.

e PAulianiſtæ.] Iſti nõ baptizabãt i forma eccleſiæ, ſed Nouatiani ſic, ſed rebaptizant iã baptizatos. Sed illi, qa ab eis in forma eccleſiæ ſunt baptizati, ſi eis cõicant in hæreſi: tunc effectũ ſacramẽti nõ recipiunt, quẽ nullus ſine fide conſequi poteſt.

*Alij [f] formam eccleſiæ in baptizando ſeruant. Sed dum ab eis baptizantur, qui in hereſi, vel ſchiſmate eis communicant, ſacramentum quidem baptiſmi ab eis accipiunt, virtutem verò non conſequuntur, quam ſine fide nullus conſequi poteſt. Vnde de Domino dicitur, quòd in patria [g] ſua non poterat [h] facere ſignum propter incredulitatem eorum.*

Luc. 4.

f ¶ Alij] Hic §. reſpicit, §. ſup. poſitũ, ſed notandum.

g ¶ In patria] Quia nemo ppheta eſt acceptus in patria ſua

h ¶ Non poterat.] i. nolebat, vel quia potentiæ ſuæ nõ cõgruebat, ar. 32. q. 5. ſi Paulus, quia ipſi erãt increduli. Sed nõne poterat facere ne eſſent increduli, & ita facere miracula: nã dicit regula iuris, φ qui põt facere, vt poſſit, dr poſſe, vt ff. de reg. iur. q poteſt, ſed lex illa itelligitur de eo, qui tenetur ex neceſſitate, & adſtrictus eſt ad aliquid faciendum.

*Vnde Auguſtinus tract. 80. ad c. 15. Ioannis, & ſermone de catechyſmo, c. 3 initio.*

¶ Dum verbum accedit ad elementum, fit ſacramentum. Cap. LIV.

DEtrahe [i] verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? acce-

Error Paulianiſtarum.

DEtrahe verbum.] CASVS. Oſtendit hic, φ ſi verbum Euangelicũ ſub forma debita apponatur ad aquã, ipſa fit ſacramentum: in qua tanta virtus eſt, vt corpus tangat, & cor abluat, non tamen quia verbum dicitur, ſed quia fides adhibetur. Seq. §. patet.

i ¶ Detrahe] Id eſt, ſi aliquis immergat aliquem, & non

De trahe verbũ ab aqua, &c quod ſignat ibi verbum.

dit verbum [a] ad elementum,& fit ſacramentum [b]. *& infra.* ¶Vnde iſta tanta virtus aquæ,vt corpus tãgat,& cor abluat;niſi faciente [c] verbo?nõ quia dicitur; ſed quia creditur [d]. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus [e] tranſiens, aliud [f] virtus manens.

*De his etiam,qui in hæreſi, vel ſchiſmate baptizantur,ſcribit Auguſtinus libro de fide ad Petrum diaconum,c.36.dicens.*

Aug.l.3.c.12.

¶Extra eccleſiam baptizati perniciem ſibi cumulant,ſi ad eccleſiam non redierint. Cap. LV.

FIrmiſſime tene, & nullatenus dubites, extra eccleſiã baptizatis,ſi ad eccleſiam nõ redierint,baptiſmo cumulari [g] perniciem. Tantum enim valet eccleſiaſticæ ſocietatis communio † ad ſalutem; vt baptiſmo non ſaluetur,cui non ibi datur,vbi oportet vt detur.

† *vnitas.* ] ori.

*Item tractatu 13.ad c.3.Ioannis.*

¶Infirma ſunt dona, quæ præter vnitatem eccleſiæ habentur. Cap. LVI.

TEneamus [h] fratres mei vnitatẽ.Præter vnitatẽ,& q facit miracula,nihil eſt [i]. In vnitate.n. erat populus Iſrael,& non faciebat miracula: præter vnitatẽ erant magi [k] Pharaonis, & faciebant ſimilia Moyſi. Populus Iſrael, vt dixi: non faciebat miracula. Qui erant ſalui apud Deum,qui faciebant,an qui non faciebant? Petrus

*Exod.7.*

non proferat verba, nõn baptizat: quia non ſolum elementum, nec ſola verba ad hoc ſufficiunt. Vel aliter; quidam baptizant tantum in nomine patris, & ſpiritus ſancti,& tunc expone, detrahe verbum,ideſt,filium:q d eſt aqua, niſi aqua?quaſi dicat,non eſt ibi baptiſmus.de conſec.diſt.4.in ſynodo.Vel aliter detrahe verbũ ab aqua.i.formam,& non erit ſacramẽtum baptiſmi. Et no.ꝙ Gãdulphus dixit,ꝙ ipſa aqua ſit ſacramentũ .ſ. ipſum elementũ arg.de conſe.d.2 ca. ſacrificium, vnde ſi aſinus bibat aquam illam,bibit ſacramẽtum, ſicut de mure diximus de conſec. diſtinctio. ſecunda, qui bene non cuſtodiunt. Alij dicunt, quòd impoſſibile ẽ, quod aſinus bibat ſacramentum nam dicũt,quòd aqua illa in eodem inſtanti incipit, & deſinit eſſe ſacramentum .ſ. in vltima prolatione ipſius formæ, Baptizo te in nomine patris &c. vt notaui de conſe d 4.c.1.ſed per alias orationes, quæ primo funduntur ſuper ipsã aquã, non fit aqua hoc ita verum eſt ſm eos,ꝙ ſi in eo inſtanti quo forma finiẽ, & aqua fit ſacramentũ,puer non eſſet in aqua, puta antequam dixiſſet, & ſpiritus ſancti, leuaſſet eum de aqua: non eſſet baptizatus. Nec eſt mirum ſi incipiat, & deſinat eſſe in eodem inſtanti, cum ſit idem ẽt in alijs caſibus,ſecundum legem,nam ſi quid mihi debetur ſub conditione,& illud accepero,tuli ante exiſtentiam conditionis:ſi poſt exiſtat conditio,eodem inſtanti incipit,& deſinit eſſe debitum,ff.de accept.l.antepenul,& i qđ in diem,vt dicit lex.Sed falſum eſt ꝙ lex dicit.quia intelligitur olim liberatus, vt ff.de ſolu.ſub cõditione,debitor. Melius poteſt poni exemplum in ſeruo dato vxori a viro, vt eum manumittat. nam in eodem inſtanti incipit,& deſinit habere dominium,ff. de don. inter vir. & vxor.quod autem.§.vlt arg.hic,in ſi.contra: quia alius eſt ſonus,&c.ſed quod dicit,ꝙ virtus permanet,non intellige in aqua,ſed in puero.Item arg.cõtra. ff.de vſufru.Tertio cum morietur. Item aliud exemplũ poteſt poni vbi quis ſimul incipit, & deſinit eſſe debitor.vt ff.ad Velleia debitrix.Quidam autem intelligunt aliter illam literam.

Aqua baptiſmi,an ſit ſacramentum.

Idẽ incipit, & deſinit in eodẽ inſtanti.

a ¶Verbum.]Nam verba neceſſaria ſunt.arg.in l.1.ff.de verb.oblig.

b ¶Et fit ſacramentum ].i.ſacramentum fit ibi ex forma verborum, & aqua:quod eſt baptiſmus.Sed quęritur ſi in litore maris baptizetur, quis, an tota aqua conſecretur,an non?Dicendum eſt,quòd illa tantum quæ puerum tangit,arg.ff de relig.l.2.§.Celſus.nam ibi dicitur, quòd ſola terra,quæ tangit corpus hominis,eſt religioſa.Vel poteſt dici,ꝙ etiam illa,quæ iſtam tangit,vt ff.de re.vend.quæ religioſis,ſed exaudi per canonem,11.q.3. quoniam multos,quia excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam:ſic nec religio.

Baptiſmus in maris littore factus nõ cõſecrat totũ mare.

c ¶Faciente.i.in forma Euangelij: in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti.

d ¶Creditur ] Sup.ca.ſicut.Vẽ ergo,quòd mutus poſſit baptizare; quia matrimonium poteſt contrahere: maxime ſi tres perſonas poteſt exprimere; quod concedo ſi eſt mutaſter, aliter ſi loqui non poteſt,nõ baptizabit 1 & quod dicitur,ſed quia creditur,hoc ad ſuſcipientem. refertur, quia non exigitur fides conferentis, ſed ſuſcipientis,de conſec.d.4.tunc valere,ab ipſo enim dante ſola intentio requiritur, vt dixi ſup.ca.ſicut.

e ¶Sonus.]eſt Sonus vocalis, & eſt ſonus mentalis.

f ¶Aliud.] i.efficacia a Deo ſibi collata,inf. de conſec. d.4.c.ſolet,& c.quamuis,&c.eccleſia paradiſo.

FIrmiſſime.] CASVS. Dicitur hic quod non prodeſt baptiſmus ſi extra vnitatem eccleſiæ conferatur,niſi baptizatus ad eccleſiam redierit.

g ¶Cumulari. ] Cumulum ſupplicij.32.q 7. vſq; adeo.

TEneamus.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ extra veritatem eccleſiæ non proſunt dona etiã miraculoſa, & hoc probatur exem plo populi Iſrael, & magorum Pharaonis, qui fecerunt miracula, & tamen damnati ſunt, ſed populus non fecit miracula,& tamen ſaluabatur, vt quidam Chriſtiani in nouo teſtamento ſaluantur,licet miracula non fecerint, ſed Simon magus qui damnatus fuit,miracula fecit.Sequens c.patet.

h ¶Teneamus.]Probat baptiſmum poſſe conferri a Malis,& ipſi poſſunt miracula facere inſ.ca.prophetauit.

i ¶Nihil eſt.]Quo ad vitam æternam.

K ¶Magi.]Ioannes,& Mambres iſti magi.ſ.Ioannes,& Mambres tria fecerunt miracula, virgas in ſerpentes conuerterunt, & aquam in ſanguinem, & fecerunt aquam ranis ebullire,ſed Gyniphes 2 non potuerunt educere,vt Moyſes, vnde dixerunt 3 Digitus Dei eſt hic,& ita fecerunt in quarto miraculo, ſcilicet in tertia plaga 4 quia primum non fuit plaga, & ideo quandoque dicuntur, defeciſſe in tertio miraculo, quia in tertia plaga

1 Adde eſſe in ... ſtro. facit in ſi. in l. ff. de leg.

Ioannes, Mãbres magi, tria fe... runt mira... la. ... 2 37.d c... mus, §.h... etiam.

3 Exod. 26. q ... mirum ... nec ...

plaga 26. q. 5. nec mirum.

a HAnc.] Hoc c. eſt pars illius c. ſup. ea. qui: & repetit hic finẽ illius cap. vt exponat in §. ſequenti. NEMO. Hæc eſt decima pars quæſtionis, in qua dr̃, ꝙ baptiſmus poteſt dari a quocunque: & hoc vſque ad §. hoc

eſt bona ſolutio & vera, quæ probatur per ſequens c. b ¶Nemo.] Arg. ad quæſt. de inuaſore, vtrum per eum poſſit præſentari clericus in eccleſia, & ſi per hæreticũ ſententia iuſta detur 1, de conſe. diſt. & dixit dominus. Ioan. quorum vtrumque falſum eſt, quia inuaſor non toleratur. & hæreticus eſt excõicatus.

1 Arg. inf. ea. q̃ quidam. in princ.

*Act. 8. & 9.* Apoſtolus reſuſcitauit mortuum, Simon magus fecit multa. Erant ibi multi Chriſtiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. *Luc. 10.* Sed vnde gaudebant? quia nomina eorum erant ſcripta in cœlo.

*Item Leo ad Nicetam epiſcopum, epiſt. 79. c. 7.*

¶Baptiſma ſemel traditum non eſt reiterandum.

Cap. LVII.

*ſup. ea. c. hi qui.* HAnc[a] regulam, vt ſciatis, ſeruandam omnib. eccleſijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: *Eph. 4.* [vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt: ſed vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, vt quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis ſacerdotibus conſequatur,

10 *Nemo[b], in hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutus intelligendus eſt. Cæterum ſi cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in forma[c] eccleſiæ aliquis baptiſma acceperit; tũc impletur illud Auguſtini:* *ſup. ea. c. ſi iuſtus.* *[Per lapideum canalem[d] aqua tranſit ad areolas, & iterum: [Spiritalis virtus ſacramenti. &c.] Idem ſermone 11. de verbis Domini, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.*

¶Etiam per malos boni colliguntur. Cap. LVIII.

*ſup. ea. c. ita fit. Iuo p. 2. c. 104.* SPiritus ſanctus in ſancta eccleſia, etiam iſto tempore, quo velut granum † cũ palea trituratur, ſic operatur, vt nullus veram confeſſionem aſpernatur, nullius ſimulatione fallatur[e], atque ita reprobos[f] fugiat, vt etiam per eorum miniſterium probos[g] colligat.

*† area] orig.*

*† al. quomodo]* *Ecce quando † ab hæreticis baptiſma cum ſua virtute accipitur: cuius tam neceſſaria adminiſtratio eſt, vt nec etiam a paganis[h] datũ poſſit reiterari. Vnde in eccleſiaſtica hiſtoria legitur,* *lib. 10. cap. 14.* *quod Alexander ep̃s Alexandriæ, cũ Petri martyris ſolẽnia celebraret, poſt expleta Miſſarum ſacramenta vidit ſuper oram maris puerorũ[i] ludũ imitantium, vt fieri ſolet, epiſcopum, & gerentiũ ea, quæ in eccleſia geri mos eſt. Mox eos ad ſe perduci iubet; & quid egiſſent percunctatur. Illi rei ordinem pandunt baptizatos a ſe eſſe quoſdam catechumenos confitentur per Athanaſiũ[k] puerũ, qui illis fuerat epiſcopus ſimulatus. Vbi ex reſponſis eorum vidit ſecundum religionis noſtræ ritũ cuncta conſtare, ſtatuit, illis, quib. integris interrogationibus[l], & reſponſionibus aqua fuerat infuſa, iterari*

c ¶Forma.] Scilicet in neceſſitate, vel ignoranter.

d ¶Per lapideum canalem.] ſupra c. ſi iuſtus.

SPiritus ſanctus.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ ſpiritus ſanctus, & ſi nullius fictione fallatur, ſic tamẽ fictis vtitur, vt per eorũ miniſterium bonos colligat.

e ¶Fallatur.] Nam mentiri Deo poſſumus, ſed ipſum fallere non poſſumus de conſe diſt. 2. panem. omnia enim certa ſũt ei. ff. de iudi. ſed & ſi reſtituat §. vlt. arg. contra. 81. diſt. oportet. 16. q. 1. reuertimini.

Mẽtiri Deo poſſem', ſed non ipſum fallere.

f ¶Reprobos.] Arg. non præiudicare alicui in ſua cauſa religionem alterius, nõ enim melius debet alicui credi, q̃ ſi ſigna & miracula facit, cũ & bonis & malis ſint communia, ſup. ea. c. multæ.

Miracula bonis & malis ſunt cõia.

g ¶Probos.] Quia illud ſacramentum puro corde ſumunt, inf eo. non nocet.

ECCE. Iſte §. & hiſtoria in eo poſita patent ex textu.

h ¶A paganis.] Si in forma eccleſiæ detur, de conſec. diſt. 4. a quodam.

i ¶Puerorum.] Doli capacium. aliter nihil agerent 2. nã tales furioſis cõparantur, ff. de acq. poſſeſ. l. 1. § primo, 15. quæſtio, 1. illud. Quis autem ſit doli capax, lex dicit, ſcilicet qui eſt proximus pubertati. ff. de reg. iur. pupillum. ignorans tamen acquirit. aliqd ff. quemadmod. ſer. amit. ſi pattem §.

2 Quod hõ ſup. ea. q̃. ſe dit. in fine.

hoc ergo. Io. de Fant.

CASVS. Supra in quibuſdam c. dictum eſt, ꝙ baptizati ab hæreticis conſequuntur effectum baptiſmatis, & remiſſionem, vt ſu. c. ſi iuſtus fuerit, & in capitulis ſequentib. poſtea dictum eſt in quiſdam c. contrarium, vt in cap. etiam. & ſequentibus. Nunc Gratianus ſoluit hanc contrarietatem, dicens, ꝙ illi, qui ignoranter, vel in neceſſitate, & in forma eccleſiæ recipiũt baptiſma ab hæreticis conſequuntur remiſſionem, alias non, & hæc

k ¶Per Athanaſium.] Proprium nomen.

l ¶Integris interrogationibus.] Per hoc, ꝙ dicit, integris, patet per non iocoſum factum fuiſſe: & ita non ſoluitur hic illa quæſtio arg de conſe. d. 4. ſolet quæri. licet quidam dicant eam hic ſolui. Sed dico etiã, ꝙ licet formam ludendo accipiat. dum tamen baptizare intẽdat, baptizat. Si autem omnia iocoſe fiant, non erat baptiſmus, ar. 22. q. 2. c. ꝙ ait. ff. de act. & oblig. obligationum

Baptizatus iocoſe nõ eſt baptizatus

ſubſtantia, §.vlt.extra de ſent.excom.ſi vero.
ADDITIO. De hoc etiam no.in præced.c. ſolet.in gl. vlt.ibi videas.Arch.
a ¶Baptiſmum.] Argu.non iterari ſacramentum, licet non ſit perfectum.
g ¶Paganus.] Sup.d.32.§.verum.inf.de conſecr.diſt.4. quos a paganis contra, ſed ibi præter formam eccleſiæ fuerunt baptizati: hic autem de eo baptiſmo agitur, quod in forma eccleſiæ traditur.
QVOD AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſup. quod ſacra-

*baptiſmum*[a] *non debere*[b], *ſed adimpleri*[c] *ea, quæ*[d] *ſacerdotibus mos eſt. Hinc etiam Iſidorus ait.*

¶De his, qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur. Cap. LIX.

Cap.lib.5.c.4. Burc.l.4.c.100. Algerus.l.3.c.6. Iuo p.1 c 294. Pann.l.1.c.95. Mag.l.4.d.5.in principio.

SI quis[e] per ignorantiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipſe vlterius non ordinetur[f]? Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed ſpiritum Dei subminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus[g] ſit qui baptizat.

¶*Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Iſidori: ex qua citandi formula ſolet indicari non eſſe proprie auctoris verba. Videtur autem in priore parte, vel proponi quæſtio, vel falſa alicuius opinio recitari, cui deinde in poſteriore parte opponatur vera.* Sed Romanus, &c. *quæ infra etiam de conſecr.d.4.cap.* Romanus, *citatur ex Iſidoro. Idque clarius lib.9.capitularium, c.4. exponitur his verbis:* Si quis baptizatus eſt a presbytero non baptizato, & ſancta Trinitas in ipſo baptiſmo inuocata fuit, baptizatus eſt, ſicut Sergius Papa dixit; Impoſitione vero manus indiget Gregorius epiſcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius ſic ſenſerunt.

PALEA. Cap. LX.

ext.c.1.de presbytero non bap.l.6.c.94 Burc.l.4.c.74. Iuo p.1.c.168. Pan.l.1.c.96.

SI presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum *α*.

¶*Hæc palea, & locis indicatis, & in collectione, quæ eſt in tomo 3. Conciliorum poſt decreta Alexandri tertij, & c.1.de presbytero non baptizato citatur ex concilio apud Compendium.*

*α* ¶Iterum. *Sequebatur,* & omnes quos prius baptizauit: *quæ ſunt expuncta, quia non habentur in d.c.1.de presbytero non bapt.neque in c.veniens, eod.tit.ubi refertur, licet habeantur in alijs locis indicatis.*

*Quòd autem cætera ſacramenta ab hæreticis miniſtrari non poſſint*[h]*; teſtatur Hieronymus in Aggæum prophetam, c.2.*

¶Non placent Deo, quæ ab hæreticis offeruntur. Cap. LXI.

SIc † populus *α*[i] iſte hæreticorum omnium eſt in conſpectu meo, dicit Dominus, oẽ quod fecerit, quod

† al.Si

Baptiſmi ſacramentum etiam imperfectum non iteratur.

1 Adde qualiter probabitur ſimulatio, & an per teſtes, not. Bald. in l.1. C.plus valere, quod agi. & in l.ſicut. §. ſuper uacuum. ff.qui mo. pi. vel hypo.ſol.

2 Arg ad hoc infra 27. q. 1. mulieres obtentu. vbi de hoc.

3 Et eſt dicendũ, q̃ ſic ext. de presbytero non bap. cap. ind. 2. Arch.

b ¶Non debere.] At. ſimulationem alicui præiudicare 1.ſu. di. 27. quod interrogaſti.inf.22.q.5.eccl. de conſecr. diſt.4 ſolet quæri 2. contra, inf.ca.22. q 2. quod ait.ff.de act.& obli. obligationum.

c ¶Sed adimpleri] Arg.23.di.quorundam.7.q 1. nihil.

d ¶Ea quæ] Scilicet, vt in vertice & pectore & in ſcapulis vngatur.extra de ſac.non ite.c.1.in fi. ſoan.

SI quis.] CASVS. Aliquis antequã baptizaretur, fuit ordinatus in presbyterũ, & ante baptiſma multos baptizauit. Modo quærĩ vtrum baptizati ab eo debeant iterũ baptizari, & an debeat ipſe a promotione repelli: Et rñdet Roman⁹ Pontifex, q̃ nõ dẽnt iterũ baptizari: ſed de ordinatione non rñdet. Et legitur lr̃a interrogatiue vſque ibi, Sed Romanus Pontifex.

e ¶Si quis.] Quidã ponunt ita caſum iſtũ. Duę qõnes ſũt hic Iſidoro. Prima vtrũ baptizati ab ordinato añ baptiſma ſint rebaptizandi. Scđa, vtrũ ipſe dẽat ordinari 3? Ad primam qõnẽ rñdet ab illo loco, ſed man⁹. Secũda qõni non rñdet: ſed poteſt decidi per c.ſup.ea. ſi quis cõfugerit. & ſecũdum hoc legitur totum ſub interrogatione vſq; ad illud, ſed Romanus. Sed ſupplebis ſecundum hoc in litera, vlterius non ordinetur, ſed, id eſt, quia, &c. Et ita reſpondet vni quæſtioni, non alii, arg. extra de præſumpt. nonne inſtit. de inut. ſtipul. §.quoties.C.de diuer.reſcript.l.1. & hoc verum eſt, cum ſint connexæ. Alii legunt cap plane, & dicunt, quòd baptizati ab ipſo debent rebaptizari. Sed male dicunt, vnde illud. Sed Romanus eſt correctiuum, & ipſe vlterius non ordinetur. & hoc corrigitur ſup.ead. ſi quis confugerit. Vel hic loquitur de rigore ſecundum Iſidorum, ſecundum caſum, quem ponit Iſid. ſecundum falſam quorundam opinionem, q̃ ſcilicet tales debent rebaptizari: vnde corrigit ſtatim ibi, ſed Romanus. quaſi dicat: ita alii dicunt, ſed Romanus, &c.

f ¶Non ordinetur.] De rigore, aliàs ſecus ext. de cler. per ſal. promouendo c. 1.

cramentum baptiſmi ſumptum ab hæretico in neceſſitate, vel ignoranter, valet: cætera verò ſacraméta ab eis miniſtrari non poſſunt: & ſi fient ab eis, inania ſunt, & intelliguntur ſequentia c.de ſacramentis hæreticorum, in quibus forma eccleſiæ prætermittitur, vel quando recipiuntur ab eis præter neceſſitatem, & ſcienter.

h ¶Non poſſint.] Cum effectu gratiæ not. facti gratiã nocere Item not. non quod quis faciat, ſed cuius auctoritate quid faciat, conſiderandum.

SIc populis.] CASVS. Dĩ in hoc, quòd oblationes hæreticorum, vel vota, ſiue pro pace, ſiue pro peccatis ſiant, item ſacrificia, ieiunia, eleemoſynæ, & caſtitas eorũ, omnia ſunt cõtaminata in cõſpectu Dei. Sequentia c. vſque ad c. ſi quis inuenit, plana ſunt: quia de eadẽ materia loquuntur, & idem repetunt, & per te videbis.

i ¶Sic populus.] Sic, conſecutiuũ eſt, & hæc ſequentia cap.

cap. loquatur quando forma prætermittitur, vel ſcienter præter neceſſitatem ſacramenta recipiuntur.
a ¶ Vel Vota.] Gñale eſt, & poſtea ſubdiuidit ꝑ partes.
b ¶ Vel pro ſalute.] Pro ſalute & ꝓ peccato dicit, quaſi ſint nomina ſacrificiorum 2. quorum vnum ad ſalutem conſeruandam, alterum ad peccata purganda offerebatur, quidam códices non habent ſecundum. H.
c ¶ Vel pacifica.] Sic autem dicebatur ſacrificium quod offerebatur pro pace adepta, vel adipiſcenda.
d ¶ Vel in holocauſtum.] Holon totum, cauma incendium. 50. diſt. ponderet, verſi. fina.
e ¶ In conſpectu meo.] Eccleſiaſtica enim dignitas non facit eum Chriſtianũ, vt inf. 2. q. 7. non omnes epiſcopi.
f ¶ Specie ſui.] Quantum ad ſuperficiem.

De his ſacrificijs plene legitur in Leuitico, & ibid.

mihi obtulerit, vel vota[a], ꝟ vel pro ſalute[b], vel pacifica[c] vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocauſtũ[d], ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue victus continentiã, & corporis caſtitatem, contaminata erunt in conſpectu meo[e]. Quamuis enim ſancta videantur ſpecie ſui[f], quæ offerũtur à talib. tamen, quia tractata ſunt ab eo, qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur.

a ¶ Sic populus] *In originali legitur*, ſic populus iſte, & ſic gens iſta. Iudæorum videlicet, atque gentilium, & hæreticorum omnium, &c.

ꝟ Vota. *Ibidem habetur*, vel vota pro ſalute *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

*Item in Amos prophetam, c. 5.*

¶ De eodem. Cap. LXII.

Alg. l. 3. c. 12. Deuſdedit p. 2. Anſ. l. 9. c. 41. † antea legebatur] *in nomine.*

ODit Deus ſacrificia hæreticorum, & à ſe proijcit; & quotieſcunq; ſub† nomine Domini fuerint cõgregati, deteſtantur fœtorem eorum, & claudit nares[g] ſuas.

*Idem in Oſea. c. 6.*

¶ De eodem: Cap. LXIII.

ILli offerunt panem ſacrilegum, & dant eleemoſynas, & ſectari videntur humilitatẽ. Quæ ego, ſi vere[h] fiant holocauſta interpretor. Cum autem ſcientiam Dei reliquerint, fruſtra truncato capite[i] fidei, cętera mẽbra habere ſe iactant.

*Idem in epiſtolam ad Gal. c. 1.*

¶ Sine fide & charitate nec Euangelium habetur, nec proſunt aliqua bona. Cap. LXIIII.

MArcion[k], & Baſilides[l], & cæteræ hæreticorum peſtes non habent Dei Euangelium; quia non habẽt ſpiritumſanctum, ſine quo humanum[m] fit Euangelium, quod docetur: nec putemus in verbis[n] ſcripturarũ eſſe Euangelium, ſed in ſenſu[o], nõ in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.

*Idem ad c. 5 eiuſdem epiſtolæ.*

¶ De eodem. Cap. LXV.

† *al. ferimus.*

VIde quãtum bonum ſit charitatis. Si ita martyrium fecerimus †, vt noſtras velimus ab hominibus reliquias honorari; ſi opinionem vulgi ſectantes, intrepidi, ſanguinem fuderimus, & ſubſtantiam noſtram vſque ad mendicitatem propriam dederimus; huic operi[p] non tã præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta ſunt, quàm corona[q] Victoriæ.

*Item ex concilio Laodicenſi, c. 32.*

¶ Hæreticorum benedictio, maledictio eſt. Cap. LXVI.

Deuſdedit p. 2. & 4. Burc. l. 3 c. 259. Iuo p. 3. c. 260.

NOn oportet hæreticorum benedictiones[r] accipere: quia magis ſunt maledictiones, quam benedictiones

g ODit.] ¶ Et claudit nares.] Humana loquitur ſimilitudine, vt 24. q. 1. odi.
h ILli.] Vere.] .i. ex charitate & de pœn. d. 4. c. penul. & vlt.
i ¶ Trũcato capite.] i. fide quæ eſt fundamẽtum omnium bonorum ſup. ead. cum Paulus.

Fides eſt fundamentũ omnium bonorum.

k MArcion.] Iſte Marcion dixit duo eſſe principia, vnũ ſuperiorum aliud inferiorum 24. q. 3. quidam. verſi. & Marcioniſtæ.
l ¶ Baſilides.] Iſte negauit Chriſtũ fuiſſe paſſum. vt 24. quæſt. 3. cap. quidam.

Error Baſilidis hæretici.

m ¶ Humanum].i. deceptiuum, nõ diuinum, non conferens gratiam.
n ¶ In verbis.] Arg. verba rebus, non res verbis deſeruire: præfertur enim intentio verbis ar. 13 q. 1. §. 2. ver. verba arg. 38. d. ſedulo. ar. 22. q. 5. humanæ. & q. 2. ne quis. ar. 23. q. 1. paratus. & q. 8. occidit arg. 29. diſt. regulæ.

Verba reb. deſeruiunt.

o ¶ Sed in ſenſu.] ar. 11. q. 3. anteceſſor. & c. quod prædeceſſor. ar. ff. de leg. & ſenatuſc. ſcire leges. ar. ext. de verb. ſig. propterea. & intelligentia. ar. 22. q. 2. is qui.
p VIde quantũ] ¶ Operi.] arg. quod dare eleemoſynam ad vanã gloriã ſit peccatum argu. 23. q. 1. militare. 24. q. 1. odi.
q ¶ Quam corona.] ſupra. diſt. 90. neque, in fi. & c. ſi quis aũt infrà de pœ. diſt. 3. §. pe. contra. ibi dicit Aug. quod ſiquis nõ habens charitatẽ patiẽ martyrium, & ſi non prodeſt ei ad vitam ęternã, prodeſt tamen ei ad minus ſupplicium ſubeundum. Sol. ibi agit de illis, qui bono zelo, etſi non ſecundum conſcientiam martyrium ſubeunt: hic de illis qui arroganter, vt hic innuitur. Ioan.

Martyrium non ſemper prodeſt ad ſalutẽ æternam.

r NOn oportet.] ¶ Benedictiones] Id eſt, ſacramenti, vel dogmata: vel hoc dicit ironice, benedictiones

ctiones, i. dignitates & prædicationes, quæ idiotis vidẽtur benedictiones, vel benedictionum abuſiones.

a ¶ Non liceat] ¶ Schiſmaticis.] inf. de conſec. diſt. 1. eps nullum. contra. Solũ iſtud antiquitus 1. illud de conſuetudine eccleſiæ roboratum.

ethnicis & publicanis, vt cum eis nõ ſumamus cibum, multo fortius ipſi hæretici præciſi. Quinto, quia non tantum ipſi puniuntur, ſed etiam eis fauentes, & cora ſacramentis vtentes. Sexto auctoritate Oſeæ prophetæ dicentis, ſacrificia eorum eſſe panem luctus.

1 Sub. & corrigit. 11. q. 3. excõicatos. &c. cũ excõmunicato. & p hoc ca. Ad iũ an 21. diſt. cleros. in fi. & 25. diſt. plectis. verſi. ad otiariũ. Arc.

b ¶ In eccleſia Dei.] ¶ Nec vera.] Quãtum ad habẽdũ rem ſacramẽti, & li citam executionem.

c ¶ In noſtrę proprietate.] Id eſt vera fide incarnationis, qua credimus Chriſtianos Deo reconciliari naſcendo, moriendo & reſurgendo, &c 23. d. qui eps. ADDITIO. Vel in ſua propria natura humana. q. d. nõ ſũt rata & vera quo ad effectu executionis, vel gratiæ & ſalutis, ſine fide mediatoris: id eſt, niſi credatur Chriſt' ver' Deus: & nos reconciliaſſe patri. ſine hac fide nil valet offerẽtibus quo ad vitã, & ſalutem, & ſimiliter ſumẽtib. Pe.

*Item ex conſilio Martini Papæ, c. 70.* — g ¶ Ex capitulis Martini Brac.

¶ Neque cum hæreticis, neque cum ſchiſmaticis licet orare. Cap. LXVII.

NOn liceat clericis, vel laicis ab hæreticis eulogias accipere; quia maledictiones ſunt magis, quàm benedictiones: neq; liceat aut cum hæreticis aut cũ ſchiſmaticis [a] orare.

*Item Leo ad Anatolium Conſtantinopolitanum epiſcopum, epiſt. 38. c. 2.*

¶ Extra eccleſiam non ſunt vera ſacrificia. Cap. LXVIII.

IN eccleſia Dei, quæ corpus Chriſti eſt, aliter nec rata ſunt ſacerdotia, nec vera [b] ſacrificia: niſi in noſtrę proprietate [c] naturæ verus non pontifex reconciliet, verus immaculati agni ſanguinis emundet.

Lanfran. in l. de Euchariſtia. Alg. l. 1. c. 10. Iuo p. 2. c. 9.

*Item Leoni Auguſto, epiſt. 73.*

¶ Impiorum manibus diuina ſacramenta ſe ſubducunt. Cap. LXIX.

MAnifeſtum eſt per crudeliſsimam [d], inſaniſſimamq; ſæuitiam † in Alexandrina ſede omne cęleſtium ſacramentorum lumẽ extinctum [e] intercepta [f] eſt ſacrificij oblatio: defecit chriſmatis ſanctificatio: & patricidalibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxerę myſteria.

Anſ. l. 9. c. 70. † al. veſanìam.

d ¶ Manifeſtum eſt per crudeliſſimã] Scilicet Arrianorum.

e ¶ Extinctum] Vt 24. q. 3. reſecandę.

f ¶ Intercepta.] i. preſus quo ad effectum & 2. cõſumpta. & ita dicit Ouidius in ſexto metamorpho. in fabula tanaiu: Colla ĩtercepta videntur.

2 Id eſt ſalutem, ſ. miniſtrorum, & ſuſcipiẽtium Arc. ibid.

*Item Beatus Martyr Cyprianus in epiſtola contra hæreticos.*

¶ Sacramenta extra eccleſiam miniſtrari poſſunt, ſalutẽ vero conferre non poſſunt. Cap. LXX.

SI quis iniq; t, de eccleſia, hæretica prę̨ſumptione exierit [g], à ſemetipſo [h] damnatus [i]. Cum huiuſmodi, ſecũdum Apoſtolum, nec cibum quidẽ ſumere debemus. Declaratur hoc in libro regnorum, vbi cũ homo Dei, ad Hieroboam [k] miſſus eſſet; qui ei peccata ſua expro-

l. 1. epiſto. 6. ad Magnum, vbi declarat locum Paul. ad Tit. 3. 4. ſen. diſt. 25. Tit. 3. 1. Cor. 5. Ibid. paulo inſi. 3. Reg. 15.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicit Cyprianus, q̃ ſi quis ſequit hęreſim iam damnatam ſeipſum damnare videtur, nec cum eo cibum vel potum ſumere debemus. ſicut teſtat Apoſtolus, & hoc etiam probatur per hiſtoriam de Abdo 3 propheta. In ſecunda dicitur q̃ ſacramenta non ſunt ab eis recipienda; quia falſa ſunt, cum nec cibus temporalis ſit cum eis ſumẽdus: & q̃ falſa ſunt, multipliciter probat. In tertia parte dicit, q̃ quicunq; eos defendunt, puniendi, & non ſolum duces, & auctores, ſed etiam participes. Et hoc probatur auctoritate Moyſi, & Oſeæ prophetę. Secunda pars incipit ibi [An debet.] Tertia ibi, [Quęre qui,] Io. etiam poſuit in ſuo apparatu caſum, & eum videbis.

3 al. Gaddo.

CASVS. Intendit Cyprianus probare, q̃ non debemus vti ſacramentis hæreticorum. Primo auctoritate Apoſtoli, qui cibum corporalem prohibet cum eis ſumi. Secundo auctoritate Domini, qui prohibuit Abdon prophetam cum eis cibum ſumere. Tertio, quia hæretici more ſimiæ imaginem tm̃ habent ſacramentorum, ſed nõ habent vera ſacramenta. Quarto, quia ſi mali, qui ſunt in eccleſia poſt vnam monitionem comparantur

g ¶ Exierit.] Ideſt, egerit propter quod meretur exire & damnari. arg. 24. q. 3. ſi quis non recto.

h ¶ A ſemetipſo.] Id eſt, ad ſuum effectum, ſiue factum cadendo in hæreſim iam damnatam, vt infra 4. q. 5. c. 1. infra 24. q. 1. c. 1. 2. & 3.

i ¶ Damnatus eſt.] Id eſt, ipſe iniecit ſe in excommunicationem 4. 7. q. 1 denique.

K ¶ Ad Hierobo͂.] Hiſtoria legitur 3. lib. Reg. q̃ cũ Abdo propheta mitteret ad Hierobo͂, vt eũ de idololatria redargueret, dictum eſt ei ne comederet, vel biberet in Samaria, cunque negotio finito reuerteret, decepit eum pppheta & in Bethel induxit eũ, vt ſecum comederet, cũ que comediſſet, locutus eſt ei ppheta in ſpiritu dicens qa contra verbũ Dei in loco prohibito comediſti & bibiſti, nõ ĩferet cadaver tuũ in ſepulchra patrũ tuorũ; cũ ergo ſedẽs ſup aſinũ rediret, inuenit eũ leo, & interfecit.

K ¶ Ad Hierobo͂. Vt 7. q. 1. denique, qui fecerat duo idola, & vnum poſuerat in Bethel, aliud in Dan.

4 Vel dic d[...] natus eſt, i[...] eſt. ipſe ſeci[...] vnde meri[...] to dãnatu[...] eſt. ſi. 1 [...] 3 placuit [...] uerſo, & [...] ipſe ligan[...] Ar.

a ¶ Non

a ¶Non poſſe.] Quia ſcilicet effectus, vel res ſacramenti non eſt apud illos, ſed nec veritas ſacramenti ſecundum Cyprianum, vt infra. de conſecratio. diſtinctione quarta. quomodo ſupra, diſtinctio. 32. §· verum. Sed contra eum eſt infra. ead. quæſt. cap. per Eſaiam ſupra. diſtin. 19. ſtin. 19. ſecundum. tis, arg. de conſecr. diſt. 2. ergo Berengarius, Magis tamē credo Aug. qui dicit non erraſſe.

c ¶Non ſtatim.] Argumen. quod non omni verbo doctrinæ credendum eſt, infra. 24 quæſt. 1. aduocauit. ſup. diſtin. 18. ſecundum argum. contra. ſupra. 50. diſtinctio: ſi quis præpoſtera. inf. 23. q. 4. ille & q. 5 miles, & q. 1. quid culpatur, 8. q. 1. ſciendum. argu. 11. q. 3. ſi quis eps, &c nō ſemper. &c. ſi dominus, argumen. H. Hic eſt arg. contra, ſigilla, quæ non ſtatim debent recipi, arg. ext. de prob. ca. tertia nā literæ approbandæ ſunt ff. de procura. ſi procuratorem ff. ꝙ cuiuſque vni. item eorum, § ꝙ ſi actor. non tamen ſigillum reprobatur ſi nomē auctoris non habet extra, de eo, q mit. in poſ. cum ſicut. in parte deciſa

Sacramētí effectus nō eſt apud infideles, & hæreticos.

Non omni verbo credendum eſt.

Sigilla non ſtatim ſunt recipienda.

† *illo orig.*

I. 1. epiſ. 12. & in cōc. ipſius. c. 1. ſub perſona Cæcilii.

† *ſchiſmaticæ*] orig.

† *Nouatianus*] orig.

Alg. l. 3. c. 7. Idem ad Iubaianū.

braret, atq; vltionē futuram prædiceret, panem quoque apud illum † edere, & aquā bibere vetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet; diuina ſententia inde rediens, morſu leonis in itinere interijt. ¶Et audet quiſquam dicere aquam baptiſmi ſalutarem, & gratiam cœleſtem communem cum hæreticis † eſſe poſſe, cum quib. nec terreſtris cibus, nec ſæcularis potus debet eſſe cōis? Conſtat autem oleum, vnde baptizati vnguntur, ſanctificari & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe [a], vbi ſpes nulla eſt; & fides falſa, vbi omnia per mendacium [b] geruntur. Nam hæreticus † ſimiarū more, quæ cum homines nō ſint, humana tamen imitantur, vult eccleſiæ catholicæ auctoritatem ſibi, & veritatem vendicare, quādo ipſe in eccleſia nō ſit.

Ex concilio eodem loco.

Benedicit a Deo maledictus: vitam pollicetur mortuus; Deum inuocat blaſphemus; ſacerdotium adminiſtrat profanus; ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia & illud malum: vt antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere, quando nec ſanctificari oblatio illic poſſit vbi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquam Dominus per eius orationes, & preces proſit, qui Dominum ipſe violauit.

Ex epiſ 7 l. 1. ad Epictetum.

Ex eadem Epiſtola ad Magnum.

Si enim qui eccleſiam cōtemnunt, & ethnici, & publicani habentur; multo magis vtique rebelles, & hoſtes, falſa altaria, & illicita ſacerdotia, & ſacrificia ſacrilega, & nomina adulterata fingentes, inter ethnicos & publicanos neceſſe eſt computentur: quos omnes conſtat a charitate, atque ab vnitate eccleſiæ receſſiſſe. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici carnalia ſunt, & inania, & falſa; ita vt nihil eorum, quæ illi geſſerint, a nobis probari debeat.

Ibidem paulo ſuperius.
Ex concilio c. 4.
Ex eadem epi. 12.

Non ſtatim [c] ſuſcipienda ſunt, & aſſumenda, quæ iactantur in Chriſti nomine, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatib. de Deo poſſunt; qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur?

Ad Iubaianum.
Ex eadem ad Magnum.

†*Nouatiano ſiue cæteris eiuſmodi ſchiſmaticis*] orig. 24. q. 1. di dicimus. §. inuenimus.

¶Quare, qui hæreticis †, & ſchiſmaticis patrocinantur, cenſura æ diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non ſolum duces, & auctores, ſed etiam participes deſtinari, niſi a ſe communione malorum ſeparauerint [d], præcipiente per Moyſem Domino ac dicente: [Separamini a tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab † omnibus, quæ ſint eis, ne ſimul pereatis in peccato eorum.] Et quod comminatus per Moyſem [e] Dominus fuerat, impleuit, vt quiſque ſe a Chore, & Dathan, & Abyron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolueret: ſicut

*Num. 16.*

† *al. de*

d ¶ Separauerint.] Hic eſt arg ꝙ maritus ſciēs ſe vxori in propinquo gradu cōſanguineum: licet in probando cōſanguinitatē defecerit, dēt abſtinere ab eius toro ēt iubente epō ne abſtineat. arg. di. 50. ſi quis præpoſtera. Quid ergo ſi epiſcopus cum excommunicat? patienter ferat, ne curet, cū non ligetur apud Deum, vt 11 q. 3. qūo, & ca. quid obeſt. inf. ead. vt euidenter. H.

Maritus quãque abſtinere poteſt ab vxore etiam contra præceptum epiſcopi.

e ¶Per Moyſen ]Hiſtoria legitur in lib. Num. & Chore, Dathan, & Abyron, & alii cel. viri de tribu Leui cū eis volentes habere honohem ſacerdotii, ſurrexerūt cōtra Moyſen, & Aaron, & murmurauerunt contra eos ſpernentes eorum ſacrificia, & conficientes propria. Miſit autē Moyſes, & vocauit eos q dixerunt, non veniemus, ad quos Moyſes: Vos inquit & oīs congregatio veſtra ſtate conſtituiſti coram Dño & Aaron Similiter locutus eſt Dominus ad Moyſen & Aaron: Separamini ab inuicem de medio congregationis huius peruerſæ, & cum omnis vrba receſſiſſet a tentorijs corū per circuitū. & Dathan, & Abyront eſſent: in introitu papilionū ſuorum cum filijs, & vxoribus: aperta eſt terra ſub pedib. eorum, & deuorauit eos cum vniuerſa familia & ſubſtātia corū: ſed ꝙ ignis egreſſus eſt a Domino, qui interfecit ccl. viros tenētes thuribula ſua & offerentes incenſum: præcepitque Dominus per

b ¶Per mendacium.] Hic errauit Cyprian prout dicit Auguſtin. & eum corripit 32. diſtinct. §. verum infra. de conſecr. diſtinctio. 4. quomodo. Quidam tamen volunt eum hic excuſare: quia intellexit hoc de hæreticis, qui formam eccleſiæ non tenent. vel hoc verbum vbi omnia per mendacium, &c. eum excuſat. agumen. de conſecrat. diſtinctio 4. ſolet quæri. Vel hoc dixit contra hæreticos quos ſemper inſequebatur: ſicut & Pelagius. 24. quæſtio. 1. ſchiſma. & fuit ibi exceſſus verita-

Moiſen Eleazaro filio Aaron, vt thuribula eorum acciperet. & produceret ea in laminas, & affigeret altari, vt eſſet in ſignum filiis Iſrael, ne quis auderet accedere, & ponere incenſum Domini, niſi de ſemine Aaron. Sequens cap patet.

K ¶Arbitramur.] Subaudi dici. Non enim videntur, clerici, &c. quia eorum laicos &c. quaſi dicat, cũ hoc aliud ſit de laicis: merito ſic debet eſſe de clericis nõ n. clerici ſimili forma recipientur: & ideo patet, ꝙ ſunt digni ecclesiaſticis honoribus, & continuatur hoc c. cum ſine illius ſup. ea. ſuperueniente. Vel dic quia eorum. i. quamuis: quaſi dicat, quamuis laicos eorum ita ſuſcipimus, non tamen clerici ita ſuſcipiendi ſunt in honore.

a ¶Sic etiam per Oſe.] Oſeæ 9.

b ¶Peccato.] Ideſt, conſenſu peccati eorum. 8 q. 1. §. cũ autẽ. & 23. q. 4. ita plane. &c. ſi quis a catholica.

c ¶Extra catholicã Eccleſiam.] i. extra formam 1, eccleſiæ.

1 Formam. Idẽ B. Th. in 4 ſen. di. 13.

d ¶Veri.] Ratione effectus.

Superueniente.] CASVS. Pater Ermigildi miſit ad filium Arrianũ epiſcopum hæreticum, vt de ſua manu cõmunionem acciperet, quam quia filius accipere noluit, pater eum occidit.

e ¶Noctis.] Quatuor ſunt partes noctis conticiniũ, intẽpeſtũ, gallicinium, ante lucanum 2.

Noctis quatuor ſunt partes.

2 Iſido. in 5. lib. ety. dicit ꝙ ſeptẽ ſunt partes ſ. veſperũ crepuſculum, cõticiniũ, intempeſtu, gallicíniũ: matutinum, & diluculum: vt ad longũ eſt videre in Arc. in hoc loco.

f ¶Perciperet.] Quare in neceſſitate poſſunt ab hæretico baptiſmum accipere, & non Euchariſtiã, dixi rationem. 24. q. 1. ſi quem.

Arrianos.] CASVS. Hoc c. continuũ eſt illi, c. ſu. e. ventum. Dr. n. hic, ꝙ licet laici, qui ab hæreticis reuertuntur, per impoſitionẽ manus recipiãtur, & reconciliẽtur quaſi publice pœnitẽtes. tamen clerici q ab eis reuertuntur, non recipiuntur cũ clericatus, vel ſacerdotii dignitate: hoc ideo, q tantum baptiſma ratum eſt apud ipſos: nec recõciliari poſſunt niſi tantũ ſub imagine publicę pęnitentiæ. ſeq. §. ſ. itẽ legitur, cum ſeq. patet.

g ¶Arrianos.] Sacerdotes indignos 3 Chriſti honoribus.

3 Vult hæc gl. inferre, ꝙ ſacerdotes magis cæteris peccent: arg. l. pſbyteris C. de epi. & cler. & l. moris. §. iſtę feræ. ff. de pœn.

h ¶Sub imagine pœnitẽtiæ.] Imaginem pœnitentię appellat publicam recõciliationem, quæ fit per manus impoſitionem.

i ¶Baptiſmate.] Quod fecerunt, vel acceperunt, ſu. ea. q. ſi quis contra.

etiam per Oſeã [a] prophetã Spiritus ſanctus conteſtatur, & dicit: [Sacrificia eorum tanquam panis luctus omnes: qui manducant ea, contaminabuntur:] docens ſcilicet, & oſtendens omnes omnino cum auctoribus ſupplicio cõiungi, qui fuerint eorum peccato [b] contaminati. *Oſea 9.*

¶*Caput hoc collectum eſt ex varijs locis epiſtolarum B. Cypriani, & concilij ab ipſo habiti, interdum immutatis, & in ſummã redactis quæ in margine ſunt indicata.*

*a* ¶Cenſura.] *In epiſtola ipſa ſic habetur.* Fruſtra contendũt baptizari, & ſanctificari illic aliquam ſalutari baptiſmo poſſe, vbi conſtet baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atque vt magis intelligi poſſet, contra eiuſmodi audaciam, quæ ſit cenſura diuina, inuenimus in tali facinore, non ſolum duces, & auctores, ſed & participes pœnis deſtinari, &c.

*Item Auguſtinus lib. ſententiarum [per Proſperum Aquitanicum epiſcopum Rhegien. collectorum, c. 15.]*

¶Vera ſacrificia non niſi in fide Eccleſiæ celebrantur. Cap. LXXI.

Extra catholicam Eccleſiam [c] non eſt locus veri [d] ſacrificij.

*Item Greg. in 3. lib. dialog. c. 31. ait de Ermigildo rege Leuigili † filio.* *† al. Liuigildi.*

¶De manu hæreticorum communio non eſt recipienda. Cap. LXXII.

Superueniente paſchalis feſtiuitatis die, intempeſtæ noctis [e] ſilentio ad eum perfidus pater Arrianum epiſcopum miſit, vt ex eius manu, ſacrilegæ cõſecrationis cõionem perciperet [f], atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano epiſcopo venienti exprobrauit, vt debuit, eiuſque a ſe perfidiam dignis increpationibus repulit. 24. q. 1. c. fin. ſuperueniente. Deuſdedit p. 2.

*Item Innocentius ad Alexandrum epiſcopum, epiſt. 18. cap. 3.*

¶Sacerdotes hæreticorum, Chriſti honoribus non habentur digni. Cap. LXXIII.

Arrianos [g] pręterea, cæteraſq; huiuſmodi peſtes *a*, quia eorum laicos cõuerſos ad Dominũ, ſub imagine pęnitentiæ [h], ac ſancti ſpiritus ſanctificatione per manus impoſitionem ſuſcipimus, non videtur clericos eorum cum ſacerdotij, aut miniſterij cuiuſpiã ſuſcipi debere dignitate. Quoniã quib. ſolum baptiſmũ ratũ eſſe permittimus (quod vtique in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti perficitur) nec ſpiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate [i], illiſque myſterijs arbitramur [k]. Anſ. l. 9. c. 18. Pann. l. 3. c. 129.

a ¶Quo-

a ¶ Quoniam.] Hæc ratio non videtur ſufficiens: ſed facias vim in hoc, quod dicit, auctores eorum. nam tunc ſunt auctores eorum, cum illi & iſti ſunt extra eccleſiam. Vel dic & ſufficiens eſt quo ad hoc quod non poſſunt conferre de merito vitæ. 40. diſt. multi.

g ¶ Ex eo.] Non eſt ratio hæc: quia ſunt quædã ſacramenta, quæ iterantur: quædam non, vt vnctio infirmorum, & dedicatio eccleſiarũ, de conſec. d 1. ſolennitates.

h ¶ Impoſitio] Reconciliatoria: & intelligas de priuata: quia ſolennis non reiteratur.

b ¶ Perſ. ſup. ea. c. qui perfectionem.

Quoniam[a] cum à catholica fide eorum auctores deſciſcerent, perfectionem[b] ſpiritus, quam acceperant, amiſerũt; nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potius, quàm per fidem dixerim, perdiderunt. Propter† quod fieri non poteſt, vt eorum[c] profanos ſacerdotes, dignos Chriſti honoribus arbitremur; quorum laicos imperfectos[d], vt dixi, ad ſancti ſpiritus percipiẽdam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. *Item* ¶ Si, vt legitur. [Qui tetigerit[e] β immundum, immundus erit;] quomodo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? *& infra.* ¶ Qui particeps effectus eſt dãnati †[f], quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum.

al. Quomodo fieri poteſt.

Innocentius epiſcopus Macedoniæ, ep. 22. ca. 3. inf. ea. c. ventum eſt.

Num. 19. & Leuit. 22.

† al. damnato.

α ¶ Peſtes.] *Antea ſequebatur,* deteſtamur: *quod eſt ſublatum, quia neque in vetuſtis codicibus, neque in ipſa epiſtola, neque apud Anſelmum, aut in Pannormit. habetur.*

β ¶ Qui tetigerit.] *In epiſtola eſt,* quod tetigerit immundus: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum, atque huius etiam lectionis ſententia habetur iiſdem indicatis ſcripturæ locis.*

*Ex eo[g] autem, quòd manus impoſitio[h] iterari præcipitur[i], ſacramentum non eſſe oſtenditur.*

*Vnde Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 16.*

¶ Manus impoſitio non eſt ſacramenti iteratio. Cap. LXXIV.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſel. l. 9. c. 24.

MAnus[k] impoſitio[l] non, ſicut[m] baptiſmus, repeti[n] non poteſt. Quid enim eſt aliud niſi oratio ſuper hominem?

*Cum ergo Innocentius ſolum baptiſma hæreticis ratum eſſe permittat, cum Gregorius ſacrilegam vocet conſecrationem Arrianorum, cum Cyprianus quæcumque ab hæreticis fiunt, carnalia, & inania. & falſa iudicet, cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contaminata in conſpectu Dei aſſerat, cum Leo extra eccleſiam, nec rata ſacerdotia; nec vera ſacrificia eſſe teſtetur; patet, quòd ſacramenta eccleſiaſtica præter baptiſma, vt ſupra dictum eſt, ab hæreticis miniſtrari non poſſunt.*

Tomo ſecundo.

*Itẽ obijcitur illud[o] Hieronymi aduerſus Luciferianos.*

¶ Qui in baptiſmo ſanctus eſt, ad altare peccator non erit. Cap. LXXV.

SIcut Chriſtus eſt, qui ba-

f ¶ Præcipitur.] Quotieſcunq; reuertũtur ab hæreſi. ſup. ea. hi qui baptiſmũ, & c. 2.

MAnus ĩpoſitio.] CASVS. Dicitur hic (Licet obſcure) ꝙ manus impoſitio reconciliatoria quãq; reiteratur, etſi baptiſma reiterari non poſſit. & eſt ſimilitudo per contrarium.

K ¶ Manus.] Senſus eſt manus impoſitio poteſt repeti, vt inf. de conſ. d. 4. quomodo baptiſmus nõ. 68. d. ſi. ſicut.

l ¶ Impoſitio.] Conſecratoria ſ. ſeu cõfirmatoria non. Itẽ nec ordinatoria: ſed curatoria bene iterat, de qua dicitur: ſuper ægros manus imponent, &c. vt 96. d. §. ſed illud. Reconciliatoria ſimiliter, vt hic. imponitur eñ recõciliatoria manus hæreticis reuerſis. vt ſu. c. Arrianos. de conſ. diſt. 4. quomodo. & excommunicatis, vt 9 q 3. cum aliquis. & pœnitentibus, vt 50. diſtin. in capite. & in hæreticis vel excommunicatis non eũ ſacramentum: & ideo repetitur in pœnitentibus ſi eſt publica* eſt ſacramentum: & ideo non iteratur: & conuenit tãtum epiſcopis vt 17. quæſt. 6. cap. 1 & 50. diſtin. in capite. Si eſt priuata, non eſt ſacramentũ, & iteratur: & conuenit etiam presbyteris, vt 26. q. 6. c. presbyteri. §. ecce.

m ¶ Non ſicut.] Ideſt, licet.

n ¶ Repeti.] Inf. ea. q. quod quidam. contra. Sol. ſed. ibi manus impoſitionem conſecrationem nominat: hic vero manus extenſionem ſuper pœnitentem cum oratione inuocato ſancto ſpiritu peraclito. Vel ibi prohibet reiterationem manus impoſitionis fieri in publico: hic autem permittit fieri in occulto.

2 Et c. Arrianos. de conſ. d. 4. antiqua. &c. Arrianos. qui. ſecundum Hug.

Impoſitio manus eſt multiplex.

3 Vnde Apoſtolus. 1. ad Timo. 5. nemini cito manũ imponas, ideſt nullum cito conſecrabis, Ioã. de Fãt. de hoc habetur 23. diſt. epiſcopus. Archi.

**Non quia publica ſit ſacramentũ priuata nõ ſit, ideo illa non iteratur hæc iteratur: ſed ob eas cãs quæ afferuntur cap. quamuis de pœnitentia, diſtin. 3. Vide ẽt Turrecre. ibi.*

b ¶ Perfectionem.] i. ſanctitatem. & officij executionẽ. ADDITIO. Hic vide quod leg. & no. ea. q. qui. perfectionem.

c ¶ Vt eorum.] Ideſt, quia eorum, vt ſit relatiuum cum cauſa: & ita per hoc præcedens lectio approbata non videtur, ideſt, ideo non videtur, quia, &c.

d ¶ Imperfectos.] Quia non receperunt gratiam per illud baptiſma.

e ¶ Qui tetigerit.] tactu mentis. extra de ſen. exc. nup.

f ¶ Damnati.] ideſt, damnationis, vel auctoris iam damnati, & c. 1.

1 Ad hoc videas quod le. & not. ſu. ea. ventum. Arch.

CVM ERGO Concludit Gra. ex quatuor ſupradictis ſcilicet Arrianos. ſi quis inquit. ſic populus, &c. in eccleſia, ꝙ nullum ſacramentum præter baptiſma poteſt ab hæretico miniſtrari: ſed contra hoc obijcitur.

SIcut Chriſtus.] CASVS. Luciferans dicebat malum ſacerdotem verum baptiſma conferre: ſed Euchari-

ſliam nullo modo conferre, quod Hieronymus reprobat. dicit enim aut vtrumque approbet, aut vtrumque reprobet. Nam qui profanus eſt ad vnum, non eſt ſanctus ad alterum: & econuerſo.

a ¶ Baptizat.] Interius. de conſec. diſt. 4. nemo. vel cum effectu.

huc in ſuo officio toleratis. Dr in hoc c. ꝙ in traditione veritatis ſacramenti non diſtinguuntur merita conferentis, vel conſecrantis, ſed potius virtus creatoris. Nã ſicut Chriſtus eſt qui baptizat: ita ipſe eſt qui per ſpiritumſanctum hanc ſuam carnem efficit. Seq. c. patet.

g ¶ In-

ptizat[a]; ita Chriſtus eſt, qui ſanctificat. Vnde oro te[b], vt aut ſacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptiſma probas; aut reprobes eius baptiſma, quem non putas eſſe ſacerdotem[c]. Neque enim poteſt fieri[d], vt qui in baptiſmo ſanctus eſt, ſit ad altare peccator. — Algerus l. 3. c. 10.

¶ *Initium huius capitis vſque ad verſ.* oro te *non eſt eo loco apud B. Hieronymum. Eſt tamen apud Algerum, lib. 3. c. 10. apud quem etiam nonnulla verba ex ijs, quæ ſequuntur, eodem modo habentur, atque apud Gratianum, licet apud Beatum Hieronymum aliter legantur.*

*Sed hoc de peccatore* a *tantum catholico, non de hæretico intelligendum eſt. Quidquid enim cum fide catholica pro officio ſuo facit, licet indignus, tamen diuina gratia cooperante*[e] *ratum eſſe creditur. Alioquin ſi de hæreticis dictum intelligeretur, ipſe ſibi contrarius eſſet, cum dicat ad c. 5. Amos: [Sacrificia eorum odit Dominus] & alibi in perſona Domini.*

a ¶ Peccatore.] *B Hieronymus eo loco argumentatur, vt ſolent Dialectici dicere ad hominem: neque id agit, vt conſtituat, ac ſanciat aliquid: ſed tantum vt aduerſarium modeſtum reddat. Nam poſtquam illum eo adduxit, vt ſe non amplius aduerſarium, ſed diſcipulum profiteatur, tunc veriſſimam ei rationem exponit, cur eccleſia epiſcopos recipiat, qui in Ariminenſi concilio imprudentes hæreticis conſenſerant.*

¶ Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit. Cap. LXXVI.

MAledicam[f] benedictionibus veſtris] hoc eſt, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum. — Sent. 4. diſt. 19. *Malach. 2.*

¶ *Hæc ſunt in gloſa interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.*

11 *Hoc ergo intelligendum eſt de hæretico: illud autem aduerſus Luciferianos de eccleſiaſtico peccatore. De quo Auguſtinus* β *ait in libro de corpore Domini.*

β ¶ Auguſtinus.] *Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. c. 8. citatur ex Auguſtino in libro de corpore Domini: ſed Poſſidius in indiculo operum B. Auguſtini nullam huius libri mentionem facit: & ad verbum (excepto vltimo verſiculo (hæc leguntur in libro Paſchaſij abbatis de corpore, & ſanguine Domini, cap. 12. ex quo et libro ſunt c. iteratur cũ ſequẽtibus infra de cõſecr. diſt. 2.*

¶ Boni & mali ſacerdotes æquè corpus Chriſti conficiunt. Cap. LXXVII.

INtra[g] catholicam eccleſiam in myſterio † corporis & ſanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrãtis, ſed in verbo perficitũ creatoris, & virtute ſpiritus ſãcti. *& infra.* ¶ Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaquã ad Chriſtũ pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat; ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctũ hanc ſuã efficit — De conſ. diſt. 2. vtrũ. Mag. 4. ſent. diſt. 13. Algerus l. 1. cap. 21. & l. 3. c. 8. — † *al. miniſterio.*

Homicida & adulter, an conficere poſſint.

b ¶ Vnde oro te.] Putabat iſte eũ, qui homicida, vel adulter fuerat, mũdari in baptiſmo: nõ ita tamẽ vt dignus eſſet ſacerdotio. Gratianus tamẽ hoc intelligit de occulto peccatore. Nã dicebãt quidã de tali, & male, ꝙ licet poſſet baptiſma dare non tamen cõficere. & hic tales reprehẽduntur, & ſecundum hoc eſt arg. cõtra 50. diſt. qui ſub gradu. Sed ibi de depoſito, cum quo diſpẽſatur vt baptizet: hic de tolerato.

c ¶ Eſſe ſacerdotẽ.] Ideſt, ſacramẽta poſſe conficere.

d ¶ Poteſt fieri.] Ar. ꝙ vno de duobus, quæ ſunt eiuſdem iuris cõceſſio, alterum conceditur, ex quo enim aliquid alicui conceditur. eius cohærens cõceditur 1. vt inf. 3. q. 6. hæc q̃ppe. & 10. q. 1. ſi monachus. & q. 2. c. 1 ſupra 8. diſt. quo iure. H.

Conceſſio aliquo eius conhærens conceditur. † Concor. tex. in l. 2. ff. de iuriſd. om iudi. & l. a l rẽ mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu.

SED HOC CASVS. Dicit Grat. ſupradictum capitulum de malo catholico itelligi: & non de hæretico, alioquin idẽ Hieronymus eſſet ſibi contrarius, vt probatur ſequenti ca. & §. ſequenti: quæ per ſe patent.

e ¶ Cooperãte.] Iſtud cooperante falsũ eſt quantum ad dantem vel facientẽ, nõ quãtum ad recipientem. intra ea. Dominus.

f MAledicam.] Aliam expoſitionem huius verbi habes infra ea. multi ſæcularium.

HOC ERGO Hæc eſt 11. pars huius q̃ſtionis, in qua probat quòd malitia ſacerdotis non nocet aliis in ſacramentis, quãuis ſibi noceat; & hoc vſque ad §. ex his. Ioan. de Fan.

INtra Catholicam.] CASVS. Hæc omnia c. vſque ad c. ſacerdotes loquũt de malis pſbyteris catholicis ad

g ¶ Intra.] Ab iſto loco vſque ad c. ſacerdotes. loquunt omnia cap. de malis ſacerdotibus toleratis ab eccleſia.

a ¶ Recrean-

a ¶Recreantur.] Quò ad ſuſtentationem corporis, & poſt animæ, vt de conſec.diſt.2.non iſte panis 1.

b Omnia ſacramenta ] ¶Et uerbum ] ideſt, prædicatio: quæ ſi fiat ab indigno, alijs prodeſt: ſed ſibi nocet.arg.diſt.83.§.quamquam.arg.15.q.vlt.c.vlt.

c ¶Di-

1 Scilicet [r]eatur in [ſ]uſtentatio[n]em.de con[ſ]ecr. diſt. 2. [n]on iſte, Ar[g]ud.

carnem,& transfundit in ſanguinem. Credendum[a] eſt enim, quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio, eius utiq; verbo recreantur[a] ad melius.

a ¶Credendum.] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paſchaſij uerba, cap.15. hæc ſunt:* Cuius ergo potentia creata ſunt prius, eius vtique verbo in melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei, aut recreator, niſi unus Deus catholicè prædicatur. Propterea veniendum eſt ad verba Chriſti, & credendum, quòd in eiuſdem verbis iſta conficiantur.

*Item Auguſt lib.2.contra epiſt.Parmeniani,c.10.*

¶De eodem. Cap. LXXVIII.

Inf.ea c. per Eſa.§. hoc plenè. Alg.li.3.c.11.

Omnia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus: ſicut & verbum[b] Dei †. Vnde dictum eſt[c]. [Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite.]

*Matth.23.*

† *Dei teſtatur*] orig.

*Item in Pſalmum 103.verſ.[Qui tegis.]*

¶De ijs, qui ſanctis male utuntur. Cap. LXXIX.

Prophetauit[d] & Saul malus rex,& tunc prophetauit, cum Dauid ſanctum perſequeretur. *& infra.* ¶Non ergo ſe iactent, qui forte ſine charitate habuerint hoc munus Dei ſanctum: ſed videant qualem rationem habituri ſunt cum Deo, qui ſanctis non ſanctè vtuntur. Ex his erunt, qui dicturi ſunt: [In nomine tuo prophetauimus.] Non illis dicetur, mentimini: ſed dicetur, [Non noui[e] vos,&c.]

*Matth.7.*

¶ *In tractatu 7. in epiſtolam Ioannis ſunt aliqua, quæ ad ſententiam huius capitis referri poſſunt, a quæ inde antea citabantur. Sed ipſa prorſus verba ſunt loco indicato.*

*Spiritum ergo prophetiæ dicendi ſunt habuiſſe, non eritum.*

*Item Hieronymus in c.2.Aggai.*

¶Quiſque non tam ſanctificatur ex hoſtijs, quàm pro peccato polluitur. Cap. LXXX.

O Propheta[f], qui altari tantū extructo; & domo mea diruta[g] hoſtias mihi offers in altari, victimis eius ſanctificari te putas; ſcito, quoniam ſanctum quidem eſt, quod offertur in altari: ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs, quàm ex mortuis operibus pollueris.

¶ *Apud B.Hironymum ſic legitur:* ò popule, qui altari tātum extructo, & diruta domo mea hoſtias mihi offers in altari, & uictimis eius, & carnib.te ſanctificari putas; ſcito nō tam ſanctificari te ex hoſtijs, quæ tēplo diruto tibi prodeſſe non

tha ad Samuelem: quod cum annunciatum eſſet Sauli, miſit lictores, vt caperent eum: qui cum vidiſſent cętū prophetarum, & Samuelem ſtantem ſuper eos: factus eſt in eis ſpiritus Domini: & prophetare cœperunt etiam ipſi quod cum nunciatum eſſet Sauli, miſit alios nuncios: prophetauerūt autem & illi, rurſus miſit & tertios, & ipſi prophetauerūt: & iratus Saul abijt, & factus eſt ſpiritus Domini ſup ipſum: & prophetauit cum cæteris corā Samuele. & cecinit[1] nudus tota die ac nocte, vnde exiuit ꝓuerbiū, Saul inter ꝓphetas.

d ¶ Prophetauit.] Hic probat, ꝙ malus ſacerdos poteſt cōficere: quia Saul malus erat, & prophetauit: imo mali habēt omnia dona ſpiritus ſancti prętér charitatem ſupra c. multæ. Hiſtoria autem erit hic pro caſu.

Sacerdos malus conficit.

e ¶ Non noui.] id eſt, non approbaui, ita dicūt aliqui ſcholares, qui noti ſunt aliquibus in ſcholis, cū uident eos in terra ſua, dicunt, nō noui uos, uel quando ſunt diuites, dicunt pauperib.2. non noui uos, vel (quod peius eſt) nolunt loqui cum eis.

Honores mutant mores.

2 Adde glò. in l.2. [illegible] mores. ff de teſti.

O Propheta.] CASVS. In hoc cap. mali ſacerdotes reprehenduntur, qui etſi uerum corpus Chriſti cōficiant in altari, ex hoc nō ſanctificantur, ſed potius ex ſuis malis operibus polluuntur.

f ¶ Propheta.] Ad literam intelligitur de Babylonica captiuitate. Nam Cyro dante licentiā reuertēdi de Babylonica captiuitate, populus Iſrael ędificauit altare, & deiecerunt fundamentum templi: ſed per literas Cambyſæ ducis militiæ ipſius Cyri prohibitus eſt in ædificatione procedere vſq; ad ſecundum annū Darij: in quo iuſſus eſt ędificare templum cœptum ab Aggæo propheta ad hoc exhortante populum. Loquitur ergo Hier. de tempore in quo immolabant in altari: ſed domum Dei, ſcilicet templum reędificare negligebant cum domos proprias reædificarent: quod in ipſo Aggæo plenius patet.

De Babylonica captiuitate.

g ¶ Domo mea diruta.] ideſt, ædificatione uirtutum, diruitur

c ¶Dictum eſt.] Tales inſtruunt Deum qualiter eos punire debeat.40.diſt multi.

Prophetauit.] CASVS. Probatur in hoc cap. ꝙ malus ſacerdos miniſtrare poteſt. quia Saul malus erat,& prophetauit. Legitur enim in 1.lib.Regū, ꝙ cum Saul perſequeretur Dauid ipſe fugiens uenit in Rama-

poterunt, quam contaminari omnia opera tua, & cuncta, quæ agis, ex eo ꝙ negligis, & tuam magis domum, quàm meam extruere conatus es. Sanctum quidem eſt, quod offertur in altari; ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs, quàm ex eo, ꝙ in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris. *In duobus etiam Gratiani uetuſtis codicibus legitur,* ô popule. *Verùm idem Hieronymus continuò iſta eadem per anagogem aptat eccleſiaſtico viro.*

*Item Auguſtinus in lib. de uerbis Domini, ſer. 11.*

¶Contra Spiritum ſanctum, verbum dicitur, cum ex diſperſione nunquam reditur. Cap. LXXXI.

Ivo p. 2. c. 140.

ITa ſit † verbum [a] contra Spiritum ſanctum, cum ex diſperſione ad congregationē [b] nunquā [c] venitur, quę ad remittenda peccata accepit Spiritum ſanctum. Ad quam congregationem etiam ſi per malum clericum, ſed tamen catholicum miniſtrum, reprobū, & fictum aliquis acceſſerit corde non ficto; in ipſo Spiritus ſanctus β operatur remiſſionem peccatorum; qui in ſancta eccleſia ita operatur, ut reprobos fugiat, & tamen [d] per eorum miniſterium probos colligat.

† *dicitur*] orig.

ſup. ea Spiritus ſanctus.

β ¶Spiritus ſanctus.] *Hoc loco conciſè refertur ſententia B. Auguſtini, plenius autem ſupra ead. c. Spiritus ſanctus.*

*Idem in ſermone de remiſſione peccatorum.*

In lib. 50. homil. hom. 23.

¶Non meritis hominum, ſed virtutę Spiritus ſancti peccata remittuntur. Cap. LXXXII.

VT euidenter hoc oſtenderet Dominus, à Spiritu ſancto, quem donauit fidelibus ſuis, dimitti peccata, non meritis hominum; quodam loco [e] ſic ait reſurgens à mortuis: [Accipite Spiritum ſanctum;] & continuò [f] ſubiecit, [Si cui dimiſeritis [g] peccata, dimittuntur ei,] hoc eſt, ſpiritus [h] dimittit, non vos. Proinde γ ſicut is, quem ſacerdos tolerat in eccleſia, eſt tamen extra eccleſiam, & extra corpus, cuius caput eſt Chriſtus, ſi ei oſtiarius [i] non aperuerit δ. ita non ideò extra eccleſiam eſt, & non eſt de corpore, ſi quis paſtoris præiudicio [k] compellitur foris eſſe.

Ioan. 20.

γ ¶Proinde.] *Verba ipſa huius partis non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum. Simillima habentur apud Origenem Hom. 14. ad cap. 24. Leuitici; & referuntur infra 24. q. 3. cum aliquis. & c ſi quis non recto.*

δ ¶Aperuerit.] *In nonnullis vetuſtis codicibus legitur;* aperuit, *in alijs,* aperiat *ab vno autem abeſt negatio.*

*Item Ambroſius de ijs, qui initiantur myſterijs.*

¶Dominus non merita perſonarum, ſed ſacerdotum officia conſiderat. Cap. LXXXIII.

CVm ſcri-

A lger. li. 3. c. 10.

---

Anima ſine uirtutibus corruit.

diruitur enim remotis uirtutibus anima. 15. quæſtio. 1. merito.

ITa ſit verbum.] CASVS. Dicitur, quòd tunc peccat hęreticus in Spiritum ſanctum, cum de ſchiſmate ad vnitatem, & congregationem eccleſiæ redire contemnit: in qua eccleſia ſpiritus ſanctus per catholicum & fictū & reprobum operatur remiſſionem peccatorum: & mali per talem colliguntur.

a ¶Ita ſit uerbum.] .i. blaſphemia. infra de pœn. d. 1. §. pôt. & diſt. 4. §. ſiue H.

b ¶Cógregationē] ideſt, vnitatem eccleſiæ.

Impœnitentia finalis eſt peccatū in Spiritum ſanctum.

c ¶Nunquam.] Et ita peccatum in Spiritū ſanctū eſt finalis impęnitentia: de qua dicit Au. de pę. d. 7. c. 1. & fi. & notaui 25. d. qualis.

d ¶Et tñ] Hoc dicit: quia ab iſto poſſum accipere etiam ſine neceſſitate.

VT euidenter.] CASVS. Oſtenditur per hoc cap. ꝙ non homo, ſed Spiritus ſanctus peccata remittit. & hoc probat auctoritate Domini dicentis; Si cui dimiſeritis peccata, &c. & ideo euenit ꝙ ille, quem ſacerdos tolerat, ſit extra eccleſiam, ſi ei Chriſtus non aperit: & iniuſtè excommunicatus ſit intus.

e ¶Quodam loco.] Ita & aduocatus poteſt allegare, ut dicit quædam lex 45. diſt. cum beatus.

ADDITIO. Ad idē ſ ea multæ. 45. d. §. hinc etiam. & 32. q. 7. quædam. Arch.

f ¶Et cōtinuò.] Arg. verborum ordinem ſpectandum eſſe, vt 20. diſt. §. 1. arg. ex ſerie uerborū aliqd perpendi. inf. 24. q. 1. alienus.

g ¶Dimiſeritis.] Bene dixit, dimiſeritis: non cui putaueritis dimitti 1.

1 Vt de pœ. diſt. 1. quem pœnitet. ar. 50. diſtin. ſi quis pręppoſtera. Arch.

h ¶Hoc eſt ſpiritus.] inf. 1. q. 3. illud. & c. nemo cōtemnat. infra ea q. dictum eſt. inf. de conſec. diſt. 4. nemo H.

Pręiudiciū, eſt prauum iudicium.

i ¶Oſtiarius.] ideſt, Chriſtus. idem eſt oſtium, ut infra ea q. ordinationes.

K ¶Præiudicio.] ideſt, prauo iudicio. inf. 24. d. 3. ſi quis.

& 11. q. 3. ſi epiſcopus fortè, ſupra ea. q. remiſſionem. infra 11. q. 3. quid obeſt. H.

CVm ſcriptura.] CASVS. Quis dubitat Spiritum ſanctum adeſſe ſacramentis ſacerdorium: cum in ueteri teſtamento ad preces tam bonorum, quàm malorum legatur ignis deſcendiſſe de cœlo; quorū vtrumq; probatur per hiſtoriam Hieroboam, qui fuit malus ſm quoſ-

quoſdam. aliàs Hierobaal, & Heliæ prophetæ, qui bonus fuit.

a ¶Cum ſcriptura. ] Hic intendit Ambroſius probare, ꝙ ſpiritus ſanctus tempore hoc operatur inuiſibiliter in ſacramentis eccleſiæ, quod ex eo probat, quia olim viſibi-

c ¶Hieroboam.] Qui fuit malus, ſecundum falſum intellectū Gratiani alias Hierobaal, quaſi ſacra Baal deſtruens. Hieron enim ſacrum dr. ſic enim dictus eſt Gedeon 1. ſed hoc non faceret ad propoſitū Gra. Io.

Multi. ] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte Gregor. redarguit quoſdam, quia peccata propria negligētes, vitam ſacerdotū reprehendunt, & eorū ſacramenta contemnunt. In 2. parte oſtēdit vnde dicatur myſteriū, & vnde ſacrificium, & vnde ſacramentum, & vnde Euchariſtia. In 3. parte dicit, ꝙad preces myſticas malorum ſacerdotum vera Chriſti ſacramenta celebrantur. In 4. parte exponit verbū Oleæ prophetæ ſ. Maledicam (inquit benedictionibus veſtris. Secunda pars incipit ibi, [Myſteriū.] Tertia ibi, [Siue ergo.] Quarta ibi, [Maledicam inquit, &c.]

d ¶Multi. ]Hoc ca. intelligitur ꝺ malis tolerandis, quia generaliter loquitur ꝺ omnibus ſacramentis. In prima parte reprehendūtur, quidam laici, qui vitam ſacerdotum reprehēdendo, diuina ſacramenta ab eis collata contemnebant, gerētes trabem in oculis ſuis, & feſtucam volentes remouere de oculis aliorum. In ſecunda parte dicitur, quod quantumcunque ſit ſacerdos malus: ſacramēta tamē eius vera ſunt: nec magis ſanctificantur a bono. In 3. oſtendit quid ſit myſterium, & quid ſit ſacrificiū Vltimo ponuntur verba Oleæ prophetæ.

e ¶Læderet.] Argu. alterius crimen non nocere innocenti 2.

ſpiritus ſan[ctus] [o]lius olim vi[ſi]biliter nūc [in]uiſibiliter [o]peratur.

†Hierobaal ]orig. Ambro. ſed ſcriptura, Hierobaal.

†ſacrificium conſecrauit. ] orig.

[Iu]d. 6

[3]. Reg. 18.

ptura [a] tibi teſtetur [b], quòd ad Hieroboā † preces, ignis deſcendit de cęlo, & rurſus precante Helia ignis eſt miſſus, qui ſacrificia † conſumeret; datur intelligi *a*, ꝙ Deus non merita perſonarum conſiderat, ſed officia ſacerdotū. *& paulo poſt.* ¶Ignis illis viſibilis mittebatur, vt crederēt nobis inuiſibilis operatur, qui credimus, *& paucis interiectis*. ¶Crede ergo adeſſe Dominum Ieſum inuocatum precibus ſacerdotum, qui ait: [Vbi fuerint duo, vel tres, ibi, & ego ſum.]

Matth. 18.

*a* ¶Datur intelligi.] *In originali non ſunt hæc verba. Sed cum antecedentia pendeant ex ſuperioribus, hic noua incipit periodus* Non merita perſonarum cōſideras, ſed officia ſacerdotum. *nonnulla autem aliæ varietates, & quidem non minimi ponderis in margine ſunt indicatæ.*

Hieroboam vñ dicatur. 1 Ab ea nocte qua dñs dixit ei, deſtrue aram Baal. qđ & fecit exinde Gedeon dictus eſt Hierobaal Hieron. n. ſacrū. inde Hierobaal, i. ſacra Baal deſtruens, vel Hieron fortis quaſi fortis contra Baal. Archi.

## *Item Gregorius.*

¶Non merita ſacerdotum, ſed virtus diuina ſacramenta ſanctificat. Cap. LXXXIV.

4 ſent. d. 13.

Matth. 7

MVlti [d] ſæcularium hominum, cum plus ſacerdotum vitam, q̄ ſuam diſcutiunt, in magnum contemptionis diuinorum ſacramētorum crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis: quam dum incautè feſtinant euellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem conſiderantes, quòd non eos ſacerdotum vita læderet [e], ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accommodarent. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm propriā vitam, vel vitæ negligentias dijudicant, ſpernunt [f] ſancta monita, & ſpiritualia dona. Vnde fit, vt non ſolum ab eis dicta reſpuant, ſed (quod eſt deterius) diuina etiam myſteria contemnant, vt nec corporis communionem, aut ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confectam aſſumant; putantes hanc minus [g] eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita eorū oculis videtur ignobilis. ¶Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina, & occulta myſteria plus ab alijs sāctificata poſſe fieri credant, cū vnus idemq; ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbem terrarū incōprehenſibiliter [h] ea myſteria, & occultè atq; inuiſibiliter, & operādo ſan-

ſibiliter operabatur in legalibus ſacramentis.

a ¶Cum ſcriptura.] Quam non habemus: ſed eſt in ſcriptura lxx. interpretum.

b ¶Teſtetur, &c.] Quaſi diceret, cū nullus dubitare hic debet, mendacium appoſuit Grat. ſicut datur intelligi vſque ibi, ignis, nec reddit rōnem Ambroſius quare olim viſibiliter, nunc verò inuiſibiliter operetur ſpiritus ſanctus: nec fit ibi malorum mentio ſacerdotum, vt in c. interpoſuit: ſed duntaxat bonorum, puta Heliæ Hieroboam, & aliorum ſanctorum, quos ibi Ambroſius nominat, vnde ad præſentem materiam nihil operatus. Io. & ita falſa eſt litera cum Hieroboam, &c.

ead. q. 4. c. 1. ſup. eo. q fertur contra. H.

f ¶Spernunt ] Ex his conuincitur, ꝙ miſſa malorum ſacerdotū audiri poſſit, & ſi prohibitum ſit in caſu, vt inf. 15. q. vlt. inf. 2. q. 3. c. vlt. ſup. 19. d. c. a contra ſu. d. 32. nullus. d. 81. ſi quis presbyteri. Sed illud de publico, vel de damnato, ſed hic de tolerato. H.

g ¶Minus. ]. i. non.

h ¶Incomprehenſibiliter. ] Non enim a nobis comprehendi poteſt qualiter tranſubſtantiatio ſub ſpecie panis & vini corpus Chriſti, & ſanguis fiat.

ADDITIO. Vt de conſe. d. 2. panis, & intellige, quod dicit Gratia.

2 Hoc eſt generaliter verum niſi noceat occaſionaliter, ſm Hugo. vel in corpus, & ſic loquitur cōtrarium hic ſignatum. Altaris myſterium eſt incomprehēſibile.

a ¶Ita-

ctificet, & benedicendo † benedicat. ¶Myſterium α itaque [a] fratres, ob hoc dicitur, quod ſecretam, & reconditam habeat diſpenſationem [b]: ſacrificium autem, quaſi ſacrum factum, quia prece [c] myſtica conſecratur pro nobis in memoriam Dominicæ paſſionis. *& infra.* ¶Sacramentum verò eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita fit, vt aliquid ſignificare intelligatur, quod ſanctè accipiendum eſt. Sunt autem Sacramenta, baptiſma, chriſma, corpus, & ſanguis Chriſti: quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum virtus diuina ſecretius ſalutem eorundem † ſacramentorum operatur. Vnde & a ſecretis virtutibus, vel ſacris, ſecramenta dicuntur. Quæ ideo fructuosè penes eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus eorundem ſacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis, & calicis ſacramētum Græcè Euchariſtia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore [d] & ſanguine Chriſti? ¶Vnde ſiue per bonos, ſiue per malos miniſtros intra Dei eccleſiam diſpenſetur, ſacramentum tamen eſt: quia Spiritus ſanctus myſticè illud viuificat, qui quondam Apoſtolico in tempore viſibilibus † apparet operibus. Nec in bonorum meritis diſpenſatorum amplificatur, nec malorum attenuatur [e]: quia neque qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus. Hoc de corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, hoc etiam de baptiſmate, & ſchiſmate ſentiendum eſt, & tenēdum: quia virtus diuina ſecretius operatur in eis, & diuina ſolummodo hæc eſt virtus, ſiue poteſtas, nō humanæ efficaciæ: Polluimus β itaque panem, ideſt corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus. *& infra.* ¶Maledicam γ, inquit, benedictionibus veſtris, hoc eſt, ijs quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis, ſeu quidquid a vobis benedicitur, maledicam: vel quoniam δ non benedicunt ſanctis ex verò corde: vel quia [f] qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturq; peccatoribus, dummodo diuites ſint.

† *al. ſanctificando.*
Iſidorus l. 6. Ety. c. 19.
† *al. eandem.*
† *al. uiſibiliter.*
1. *Cor.* 3.
Hactenus Iſid.
Hier. in c. Malachię
Idem in c. 2.

Corpus Chr̄i non conſecratur nec panis.

Corpus Chr̄i excedit alia ſacramenta quo ad reuerentiam.

a ¶Itaq;.] Et quia occulte, & inuiſibiliter.
b ¶Diſpenſationē.] Ideſt virtutē, & gratiam a Deo diſpenſatam, & collatam.
c ¶Quia prece.] Sacrificia veteris teſtamenti non faciebāt quod figurabant. ar. de conſec. d. 2. ſacrificiū, & quod dicit, prece myſtica conſecretur, hoc referas ad ſpeciem facti ſecundum H quia nec corpus Chriſti conſecratur, quia, & prius corpus ſacratiſſimum erat: nec panis, quia ibi deſinit eſſe ſtatim.
d ¶Quid melius corpore.] Certe anima Chriſti, vnde hoc dictum intelligas duntaxat amplificationis gratia. ſimile inf. 32. quęſt. 6. nihil, & q. 7. quid in omnib. Vel dic hoc maius inter ſacramenta eccleſiaſtica quo ad ſanctitatem, & reuerentiam, vt inf. de cōſec. diſt. 2. nihil. & cap. qui manducat, & 25 diſtin. ecce. Vel plures eiuſdem generis ſcilicet inter corporalia. Vel intellige de corpore, quod eſt Chriſtus argu. infra. ead. quæſ interrogo. contra. Sed ibi expone verbum, ideſt, filium, & ſic non eſt contra. de pœn. d. 1. verbum.
e ¶Attenuatꝰ.] Sed contra ſu. 81. d. ſi qui ſunt presbyteri.
f ¶Vel qa.] Iſta duo vel, reſpiciunt tantū proximū membrū, cuius duæ inueniuntur expoſitiones per ſequentia.

Signi-

¶*Caput hoc collectum eſt partim ex ſententijs B. Gregorij, partim ex verbis ipſis B. Iſidori atque* Hieronymi.

α ¶Myſterium itaque.] *Hac uſque ad uerſ.* hoc de corpore, *ſunt apud* Iſ*idorum, non tamen eodem prorſus ordine.*

β ¶Polluimus.] *Sumptum eſt ex B.* Hieronymo *in commentarijs ad c. primum Malachiæ in illis uerbis,* & dicitis in quo polluimus, &c.

γ ¶Maledicam.] *Apud eundem ad c. ſic habetur.* & maledicam, inquit, benedictionibus veſtris, hoc eſt, quæ nūc meis benedictionibus poſſidetis: ſiue quidquid a vobis benedicitur, a me maledictum erit; & maledicam illis, ſubaudi, benedictionibus veſtris: quoniam noluiſtis intelligere, quæ dicuntur hoc eſt enim quod dicitur. [non poſuiſtis ſuper cor.]

δ ¶Quoniam.] *Sumptum ex eodem loco paulo inferius, ubi hæc leguntur:* vel certe, quia ad ſacerdotes proprie mandatum eſt, vertuntur benedictiones eorum in maledictionem, quando non benedicunt ſanctis ex vero cordis affectu, ſicut Iſaac Iacob. & Iacob patriarchis, & Moyſes duodecim tribubus: ſed per dulces ſermones, & benedictiones decipiunt corda innocentium: & qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites ſint, atq; eorum vitijs blandiuntur.

Significaſtis.] CASVS Hic probatur malos ſacerdotes tolerandos duplici exemplo Chriſti: tum quia Phariſæos & Scribas docuit eſſe audiendos: ſed non in malis operibus imitandos, tum quia miſit Iudam traditorem ſuum ad euangelizandum cum alijs diſcipulis, & eum [illegible]

ferri, nec conuinci: & hoc per quandam ſuam quæſtionem nitebatur probare. Diuiditur ergo capitulū illud in 5. partes. In prima parte Augu. reprehendit eum de ſua ſtulta quæſtione. In ſecunda parte oſtendit apud malos ſacerdotes uera eſſe ſacramenta, & ſi nō ſint ueri ſacerdotes, cum quæratur, utrum ſit verū ſacramentum, & nō verum ſit verus ſacerdos: & hoc ꝓbat exemplo Caiphę, q malus erat, & tamē prophetauit, exēplo Pauli, qui verū teſtimoniū peſſimi approbat exemplo Dauid, qui Saulis ſacrā vnctionem honorauit. In tertio oſtē dit quod meritum conferentis nō attenditur in veritate ſacramenti. In quarta parte oſtendit, ꝙ Optati hæretici ſacrificium illis tantum nocuit, quibus vita ſua non diſplicebat. In quinta parte refert gratias Deo de victoria, quā habuit cōtra Petilianum. Secunda pars incipit ibi, Qui autē ſolo. Tertia ibi. Itē nos dicimus. Quarta ibi. Per hanc ſententiam. Quinta ibi. Item gratias ago.

*Item Fabianus Papa epiſcopis Orientalibus, epiſt. 2.*

¶ Non ſacerdotum vitam, ſed quæ docent, & miniſtrant, conſiderare debemus. Cap. LXXXV.

Aug. in hom. 50. de pœn. c. 13.

SIgnificaſtis inſuper pleroſq; attendere, multis in ipſis honoribus eccleſiaſticis nō congruenter [a] viuere ſermonibus, & ſacramentis, quæ per eos populis miniſtrantur. O miſeros homines, qui hos intuendo, Chriſtum obliuiſcuntur: qui & multo ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi videantur illi, qui ea, quę dicunt, non faciunt: & traditorem ſuum tolerans vſque in finem, etiam ad euangelizandum cum cæteris miſit. Nam Apoſtoli talem conſuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt [b].

Matth. 23.

*Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epiſt. quæ incipit, [Propoſueramus.]*

¶ De eodem. Cap. LXXXVI.

Anſel. li. 2. c. 75. Iuo p. 5. c. 18.

NOn quales ſacerdotes Domini ſint, ſed quid de Domino loquamur, eſt vobis magnopere prouidendū: nec in vicarijs B. Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum, qui ſint: ſed quid pro correctione eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Nec enim illos [c] inferiores dicetis Scribis, & Phariſæis ſedentibus ſuper cathedram Moyſi, de quibus Dominus præcepit dicens: [ Quæcunque dixerint vobis, obſeruate & facite; ſecundum opera verò eorum nolite facere. ] Ergo Imperator conſidera, ſi illos dixit audiendos, qui ſuper cathedram Moyſi ſedebant; quanto potius his, qui ſuper cathedram Petri reſident, eſſe exiſtimeris obaudiendum?

Matth. 23.

*Item Auguſtinus contra literas Petiliani, li. 2. c. 22.*

¶ Sacerdotum immunditia, ſacramenta non polluit. Cap. LXXXVII.

Aug. li. 3. c. 11. Iuo p. 2. c. 98. & 99. Eodem lib. c. 30.

DOminus declarauit [d] in vno cœtu [e] hoīum eadem ſacramenta ſumentium, aliquorum immunditiam mundis obeſſe non poſſe. *& infra.* ¶ Petilianus dixit [f], Aut ſi quiſquā carmina ſacerdotis memoriter teneat, nūquid inde ſacerdos eſt, ꝙ ore ſacrilego carmen publicat

d ¶ Dominus declarauit.] Nota ꝙ Auguſt. in hoc c. improbat duas opiniones Petiliani: qui Petilianus dicebat, immunditiam malorū mundis obeſſe: Dicebat etiam, quòd mali ſacerdotes non cōferebant, vel conficiebant uera ſacramenta. Dicit ergo in prima parte, ꝙ immunditia malorū bonis, & mundis nō obeſt. In ſecunda ponit quandam obiectionem Petiliani, quæ non tangit propoſitum, & eam ſoluit. In tertia oſtendit, quòd ſacramenta ſi in forma eccleſiæ conferantur à quocunque, vera ſunt: & hoc oſtendit triplici exemplo Caiphæ. Apoſtoli, & Dauid. In quarta oſtendit, ꝙ quales ſunt qui ſacramenta accipiunt, talia ſunt eis ipſa ſacramenta. In quinta infert duplicem concluſionem contra duplicem opinionem Petiliani, gratias agēs Deo, quod acquieuit Petilianus ſuis rationibus. Ioan.

Errores Petiliani.

eum uſque in finem tolerauit: nec Apoſtoli etiam ſacramenta talium deſpiciebant.

a ¶ Non congruenter.] Ideo vitabant eorū ſacramenta.

b ¶ Docuerunt.] Ergo nec nos præſumere, uel inuenire debemus, vt ſupra diſt. 37. qui de menſa, infra 2. q. conſuluiſti. inf. 31. q. 1. ꝙ ſi ſupra diſt. 55. ſi euangelica, ſup. diſt. 45 cap. epiſcopum 9. q. 1. c. 1.

NOn quales ] CASVS. Quidam contemnebant ſacrā malorum ſacerdotū, ſed probat Nicolaus hoc non eſſe faciendum: quia ſi mali ſacerdotes ſedentes ſuper cathedram Moyſi ſunt audiendi, [1] multo potius regentes cathedram Petri ſunt audiendi.

1 Hinc eliciunt quidā Petrum eſſe maiorē Moyſè. Ar. cōtra 32. q. 4. quis ignoret.

c ¶ Nec enim illos.] No. modum arguendi, de malis ad bonos. de conſecr. diſt. 1. c. 1. in f. 21. q. 1. ſacerdotibus, ſupra diſt. 21 ſubmittitur 1.

DOminus declarauit.] CASVS. Petilianus dicebat per prauum ſacerdotem uera ſacramenta non con-

d ¶ Dominus declarauit.] In parabolis de zizania ſeparanda à tritico 11. q. 3. nolite. & de hœdis, vt 23. q. 7. c. 1. Vel declarauit ſuſtinendo Iudam 2. q. 1 unus ex uobis.

Zizania an a tritico ſeparanda ſit.

e ¶ Cœtu,] Ideſt, collectione Apoſtolorum, vel Eccleſiæ, vbi ſunt boni & mali 32. q. 4. recurrat.

ADDITIO. De conſecr. diſt 4. eſt unitas eccleſiæ. Arch.

f ¶ Petilianus dixit.] Obijciendo, dicebat enim malum ſacerdotem non poſſe conficere: quia non eſt verus ſacerdos, ſicut nec laicus poteſt.

a Baptiſma.] Quaſi hoc quærimus, & nõ illud. & ideò non ualet obiectio, &c.
b ¶Sacramento.] Ordine & officio, ſine iuſtitia. argu. contra 40. diſtinct. ſicut viri. Sed ibi agitur de eſſentia ſacerdotis: hic de qualitate.

ſchiſma. ubi dicit, Pelagius; ſi ueritate duce regimus; non eſt Chriſti corpus quod hæreticus conficit. Item quia hoc ſacramentum eſt ſacramentum unitatis. vt de conſecratio. diſtinctio. ſecunda, quia paſſus. Item quia extra unitatem eccleſiæ confici non poteſt, vt

ſacerdotis? Auguſtinus reſpõdit. Ita iſtud dicis quaſi modo quæramus, quis ſit verus ſacerdos, & non quid ſit verum baptiſma [a]. Vt enim ſit quiſq; verus ſacerdos, oportet, vt non ſolo ſacramẽto [b], ſed iuſtitia quoq; induatur, ſicut ſcriptum eſt: [Sacerdotes tui induantur iuſtitia.] *Pſal. 131.* Qui autem ſolo ſacramento ſacerdos eſt, ſicut fuit pontifex Caiphas perſecutor vnius & veriſſimi ſacerdotis; quamuis ipſe non ſit verax; quod dat; tamen uerum eſt, ſi non det ſuum [c], ſed Dei. *Item* [d] *paulò inferius.* ¶ Dixit quidam ex ipſis proprius eorũ propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri †. teſtimonium hoc verum eſt.] *Ad Titum, c. 1.* Si ergo [e] Apoſtolus neſcio cuius alienigenę teſtimonium, quia verum comperit, etiam ipſe atteſtatus eſt; cur nos apud quemlibet inuenerimus, quod Chriſti eſt, & uerum eſt, etiam ſi ille, apud quẽ inuenitur, peruerſus, & fallax eſt; nõ diſcernimus uitium, quod homo habet [f], & veritatem, quam non ſuam, ſed Dei habet? & dicimus, ſacramentum hoc uerum eſt, ſicut ille ait, teſtimonium hoc veru[m] [g] eſt? Nunquid ideò dicimus, etiã ipſe homo uerax eſt, quia dicimus ſacramentum hoc uerũ eſt? *& paulò poſt.* ¶Vos aũt neceſſe eſt, vt ſemper erretis, quamdiu propter hominũ vitia, Dei ſacramenta violatis [h], aut nos pp Dei ſacramenta, quæ in nobis † violare nolumus, etiam ueſtri ſchiſmatis ſacrilegiũ [i] aſſumere putatis. *Item.* ¶Baptiſmi ergo puritas à puritate, vel immunditia cõſcientiæ, ſiue dantis, ſiue accipientis oĩno diſtincta eſt. *Item.* ¶Memento ergo ſacramentis Dei nihil obeſſe mores malorũ hominũ, quo illa, vel oĩno nõ ſint, vel minus ſancta ſint. *Item.* ¶Quæro, ſi nõ habebat Saul [k] ſacramenti ſanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? ſi autem habebat innocentiam, quare innocẽtem perſequebatur? Nam eũ propter ſacroſanctam vnionem & honorauit viuum, & vindicauit occiſum. Et quia vel panniculum [l] ex eius veſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam; & tamen habebat ſanctitatẽ, non uitæ ſuæ (nam hoc ſine innocentia nemo põt) ſed ſacramenti Dei, quod & in malis hominibus ſanctum eſt; *Item.* ¶Nos dicimus tale cuiq; ſacrificium fieri, qualis accedit, ut offerat, & qualis accedit, vt ſumat: & eos de ſacrificijs taliũ manducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi ſunt. Itaque ſi offerat Deo malus, & accipiat inde bonus; tale cuiq; eſſe, qualis quiſq; fuerit, quia & illud ſcriptũ eſt: [Omnia munda mundis [m].] *Tit. 1.* Per hanc ſententiam veridicam, & catholicã etiam vos, Optati [n] ſacrificio [o] nõ eſtis polluti [p], ſi facta eius diſplicebãt

*Pſal. 131.* — *Ad Titum, c. 1.* — † *al. nobis.* — Eod. lib. c. 35. — Ibidem c. 47. — Ibidem c. 48. — 1. *Reg.* 10. & 24. — Ibidem c. 52. — *Tit. 1.*

† Poteſt inferri ex hoc text. & in gl. quod auctoritates Poetarũ & gẽtilium tam in iure quam in cauſis põt allegari cõcord. tex. in Linitum, cũ glo. ſi. ff. de rei diuiſio.

c ¶Si non det ſuũ.] .i. ſi nõ ſua, ſed Dei; in forma, ſ. eccleſię.
d ¶Item.] Verba ſũt Epimenidis illius Thebani ſacerdotis qui malus fuit. & Apoſtolus ſumit eadem uerba in teſtimonium in epiſtola ad Titum 1.

Epimenides Thebanus, ſacerdos malus fuit.

1 Cap. 1. de hoc etiam not. 37. diſt. turbat. ibi uideas. Arc.

e ¶Si ergo.] Et uerũ eſt ſupple: & ideò approbemus.
f ¶Habet.] Arg. pro teſtimonio alicuius, qui nõ eſt bonus, ut credatur teſtimonio in quo uerum dicit, & ſi in alijs mentiatur 3. d. 37. turbat. & cap. ſi quid, ſe contra 3. q. 6. pura.
g ¶Verum.] Quaſi dicat, non: & ita nõ quicunq; uerum dicit, verax eſt 22. q. 2. homines.
h ¶Violatis.] ideſt, violanda eſſe creditis.
i ¶Sacrilegiũ] Quaſi comprobare ſchiſma ueſtrum uideamur, ex eo quod ſacramenta ueſtra nõ reprobamus.
k ¶Si non habebat Saul] Quẽ dominus elegerat & fecerat Regẽ. i. fieri iuſſerat ut 1. 8. q. 1. audacter.
l ¶Panniculũ.] Quã præcidit clamydem ueſtimenti ſui, ut 2. q. 7. c. plerumq; obijcitur. §. de his, & §. item opponitur.
m ¶Omnia munda mũdis.] Iuxta illud Qui manib ſordes: operum prius ablue ſordes. Intus te mũda, quia mundis omnia munda.
n ¶Optati.] Propriũ nomẽ eſt, & erat malus catholicus, uel hæreticus, ſcilicet occultus.

Optatus malus fuit catholicus.

o ¶Sacrificio.] Hic patet quod præciſus conficit, ut inf. c. nõ nocet. & c. dictum & de conſecr. diſtin. 4. non in nobis præterea, quæ eſſet ratio quare damnatus à Deo poſſet conficere quamdiu toleratur ab eccleſia, ſed damnatus ab homine non? Dicas ergo quod hæreticus excommunicatus depoſitus poteſt hoc ſacramentum & reliqua ſacramenta miniſtrare, per capitula quæ dixi. Quidam tamen contrarium dicunt 2. per id quod eſt 24. quæſt. 1. vt ſup. ead. extra eccleſiam, infra ea. ſec.

Sacerdos præciſus cõficere põt.

2. Ad hoc de conſ. diſt. 2. quid ſi ſanguis. verſic. qualis ubi de hoc.

ADDITIO. Intellige omnia iſta vltimo allegata quò ad effectum ſacramenti, vel quando non ſeruant formã eccleſiæ ſecundum Ray. qui de hoc ſatis no. in ſumma de hæret. §. item nunquid, &c.
p ¶Polluti.] Arg. nõ imputari ſocio peccatum alterius ſi ei diſpliceat, dummodo eum admoneat, vt reſipiſcat, vt

*Ibidem c.54.*

vobis. Nam vtiq; panis illius, panis luctus erat, ſub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat: ſed panem luctus, omnibus vobis communem eſſe, omnium veſtrũ malũ ſchiſmatis facit. *Item.* ¶Gratias Deo, quia tandem confeſſus es poſſe valere inuocatum nomen Chriſti ad aliorum ſalutem, etiam ſi a peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige, cum Chriſti nomen inuocatur, non obeſſe aliorum ſaluti aliena peccata.

a ¶Ritæ ſuæ.] *Sequebatur,* ſed vnctionis: *quæ voces abſunt ab omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus, licet in codicibus etiã B. Auguſtini impreſſis legantur.*

*Idem in pſalmũ 10. in verſ. [Iuſtus autẽ quid fecit?]*

¶Etiam per malum miniſtrum dona Dei ad hos perueniunt, qui cum fide accipiunt. Cap. LXXXVIII.

*Iuo p.2.c.105. Ioan.13.6. & 12. Matth.10.*

CHriſtus quid fecit [a] vobis, qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, vt ei primam [b] Euchariſtiam confectam manibus ſuis, & ore [c] ſuo commẽdatam, ſicut cæteris [d] Apoſtolis, traderet? Quid vobis fecit Chriſtus, qui eundem traditorem ſuum, quem diabolum nominauit [e], qui ante traditionem Domini, nec loculis [f] Dominicis fidem potuit exhibere, cum cęteris diſcipulis ad prędicandum regnum cœlorum miſit; vt demonſtraret dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam ſi talis ſit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit?

*Item Gregorius.*

¶Sacramentis, epiſcopi malitia non nocet. Cap. LXXXIX.

NOn nocet malitia epiſcopi neque ad baptiſmum infantis, neq; ad eccleſiæ [g] conſecrationem [h]: quia baptiſma a Deo datur, non ab homine venit. ſic & Euchariſtia, & omnia, quæcunque in altari ponuntur, non ab homine, ſed a Deo ſanctificationem acipiunt.

*Sed obijcitur [i] illud Hieronymi in Sophoniam, c.3.*

¶Non verba, ſed merita ſacerdotum Euchariſtiam faciunt. Cap. XC.

*Iuo p.2.c.110.*

SAcerdotes, qui Euchariſtiæ ſeruiunt, & ſanguinẽ Domini populis eius diuidunt, impie agunt in legẽ Chriſti, putantes Euchariſtiam, imprecantis [k] facere verba, nõ vitam [l]; & neceſſariam eſſe tantum ſolemnem orationẽ, & non ſacerdotum merita, de quibus dicitur: [Et ſacerdos, in quo fuerit macula [m] non accedet offerre oblationes Domino.]

*Leuit.21.*

vt inf. ea. q.4. c.1. quod crimẽ, nullius crimẽ, & c. crimẽ. arg. 11. q.4. recedite. 8. q.1. quid aut. inf. 11. q.3. quod præceſſor. inf. 24. q.3. ſi habes 24. q.1. ſchiſma. contra inf. de conſ. d.2. ſancta contra inf. ea q.5. c.1. contra H.

CHriſtus quid fecit.] CASVS. probauit in hoc cap ꝙ mali ſacerdotes ſunt tolerandi, & ꝙ ſacramenta ſunt ab eis recipienda, & hoc probatur exemplo Domini, qui Iudam tolerauit, & eum cum alijs diſcipulis ad prædicandum miſit. Sequens cap patet.

a ¶Chriſtus q̃d fecit.] Qui ſigna patiẽtiæ oſtẽdit nobis.

b ¶Primam.] Ideſt, primo confectam Euchariſtiam dedit. nam vna ſola eſt, & ideo non eſt prima, vel vltima. Vel ſic, primam, ideſt, vnicam, & non plures,

c ¶Ore.] Cum dixit, hoc eſt corpus meum. inf. de conſ. d.2. accipite.

d ¶Cæteris.] inf. 23. q.4. tu bonus, & c. quàm magnum. inf. de conſe. d.2. cũ omne contra. Sol. ſed ibi de buccella panis, quam ſoli Iudæ tradidit poſtea: hic de corpore Chriſti, quod primo tradidit ſibi poſtea omnibus dedit.

e ¶Nominauit.] vbi, neſcio, ſed credo, ꝙ ibi, qui intingit mecum manum, &c. arg. inſt. de exhæred. lib. §. ſed fœminini.

f ¶Loculis] Arg. cõtra infideles ſeruientes, ꝙ ſint ſicut diaboli. de pœn. d.3. §. hoc idem 1.

g NOn nocet.] ¶Ad eccleſię] inf. de conſ d.2. eccleſijs, contra. ſed illud quando forma ſeruata non eſt.

h ¶Conſecrationẽ.] dum tñ ceſſet omnis pactio, vel aliqua turpis ꝓmiſſio; alioqn execrata potius q̃ cõſecrata dici debet, vt inf ead. q.4. eccleſia. ſed hoc in odiũ cõſecrantis, nam reuera conſecrata eſt 2.

SED OBIICITVR. CASVS.] Nunc obijcitur Grat. cõtra prædicta, & ita alternatim modo ex vna parte, modo ex alia allegãdo procedit in hac quæſtione, & ſolutiones inferendo.

i ¶Sed obijcit.] Reſpicit §. ſi ergo. ſ. ꝓpoſitũ. Nam inducit iſta ſex c. quædã directe: quædã a ſenſu contrario ad probandum, ꝙ malus ſacerdos non poſſit conficere ſacramenta, ſed ibi reſpondet in ſeq. §. cum vita.

SAcerdotes.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ non tñ verba: ſed etiã merita ſacerdotum cõcurrere debẽt, quia ſcriptũ eſt, Nec maculã habens ad ſacrificandũ accedat. Sequentia tria c. plana ſunt, in quib. dicitur, ꝙ mundi debent eſſe ſacerdotes, quia alij ſ intercedunt, quia facilius exaudiuntur.

k ¶Imprecantis.] Ideſt, inuocantis per preces. H.

l ¶Non vitam.] Quantum ad rem ſcri. ſ. vt digne conficiant, alias vita non exigitur, vt conficiant.

ADDITIO. Sub. ſed vt proficiant offerenti. inf. ead. cum vita. Archid.

m ¶Macula.] Mortalis peccati ſ, arg. de conſ. d.2. quotidie, vel venialis, & tunc eſt cõſilium. arg. d.6. teſtamẽtum,

1 Ad idẽ 11. q.1. §. adhoc vbi de hoc. ſ. ꝙ ſint ſicut diaboli. de pœnit. d 1 §. hoc idem. Arch.

2 Dũmodo forma eccleſiæ fuerit ſeruata. de cõſ. d 1 eccleſijs, quod etiam videt contra Io. de Fant.

3 Hic videtur q̃d no. 51. d. de his. in gl. vlt. extra de celeb. miſſa. de homine Arch.

rum, H. tamē hæc auctoritas intelligitur de macula corporali, vt 49 diſt. hinc etiam, & ita ſophiſtice inducitur ꝙ non accedat. dum enim æſtuauerit in pectore peccantis ignis alienus, qui exurit, & non ſanat: non pōt digne accedere ad altare. de pœn. diſt. 3. cap. inter hæc hircum.

Euchariſtia eſt obſeruanda, ne in terram decidat negligentia miniſtrantis; quia vterq; reus eſt. ſ. q negligenter verbū Dei audit, & qui corpus Chriſti in terram cadere permittit, & ita ſacerdos non debet indigne miniſtrare. g ¶ Verbum.] Ideſt, prædicatio, quæ plures conuertit, & plus

*Item Alexander, epiſt. 2.*

¶ Tanto facilius ſacerdotes exaudiuntur, quanto apud Deum ſunt digniores. Cap. XCI.

IPſi ſacerdotes pro populo interpellāt, & peccata populi comedunt [a]; quia ſuis precibus, & oblationibus ea delent, atq; conſumunt: qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.

Iuo p. 2. c. 69. & p. 6. c. 5.

*Item Gelaſius Elpidio epiſcopo.*

¶ Non adeſt ſacramentis ſpiritus ſanctus, quæ per criminoſos miniſtrantur. Cap. XCII.

SAcroſancta [b] religio, quæ catholicā continet diſciplinam, tantam ſibi reuerentiam vendicat, vt ad eam qlibet, niſi pura conſcientia, non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini myſterij conſecrationem [c] cæleſtis ſpiritus inuocatus † adueniet [d], ſi ſacerdos, & † qui, eum adeſſe deprecatur, criminoſis plenus actionibus reprobetur?

Iuo p. 2. c. 90. & p. 6. c. 110.

† al. aduocatus

† al. etiam.

*Item Gregorius in regeſto, lib. 1. epiſt. 24.*

Et Paſt. p. 2. c. 2.

¶ Manus immunda, tacta inquinat, non mundat. Cap. XCIII.

NEceſſe eſt, vt eſſe munda ſtudeat manus, quę diluere ſordes curat: ne tacta queq; deterius inquinet, ſi ſordida ipſa ſtercoris † lutum tenet: ſcriptum namq; eſt: [Mūdamini, qui fertis vaſa [e] Domini.] Domini etenim vaſa ferunt, qui proximorum animas ad interiora [f] † perducendas, in conuerſationis ſuæ exemplo ſuſcipiunt.

† al. in ſeq. Eſa. 52.

† al. in ſinu ſacroſancta ſacrificia.]

† al. in æterna ſacraria.

*Item Auguſtinus, lib. 50 homiliarum, homil. 26.*

¶ Æque ſeruandum eſt verbum Dei, & corpus Chriſti. Cap. XCIV.

INterrogo vos fratres, vel ſorores: dicite mihi, quid vobis plus eſſe videtur, verbū Dei, an corpus Chriſti? Si verum vultis reſpondere; hoc vtiq; dicere debetis, quòd nō ſit minus verbum Dei, quàm corpus Chriſti. Et ideo, quanta ſolicitudine obſeruamus, quando nobis corpus Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manibus in terram cadat tanta ſolicitudine obſeruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde noſtro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum [g] Dei negligenter audierit; quàm ille, qui corpus Chriſti in terram cadere [h] negligentia ſua permiſerit.

Iuo p. 2. c. 106.

*Item lib. 4. de Trinitate, c. 14.*

Prædicatio eſt efficacior corpore Chriſti.

Vnde notatur hic, ꝙ quilibet ſacerdos ꝓ macula mortalis peccati ſuſpēſus eſt quo ad ſe, quoad accipiētes verò non, niſi vt notatur 32. diſt. §. verum, &c. nullus.

Sacerdos quilibet ꝓ mortali peccato ſuſpēſus eſt quoad ſe.

a IPſi ſacerdotes.] ¶ Comedunt.] Id eſt, oblata pro peccatis 1. vel dicuntur comedere peccata populi, quia delent, & ſic comedunt peccata populi ordinationibus ſuis, vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prędicationis corrigunt homines, & ita quantum in ſe ē delent. 36. diſt. §. ecce ver. ex quibus. ſolus enim Deus delet peccatum, ideſt, peccati reatū 2 ſacerdos pęnam infligendā pro peccato orationibus minuit 3 ꝑꝑ qd̄ peccatū delere dicitur. 13. q. 2. animę. H. Vel illi dicūtur comedere peccata populi, q de ſuis poſſunt ſuſtētari, & tamen percipiunt de eccleſiaſticis 12. q. 2. illud. cum habenti dare, &c. 1. q. 2. paſtor.

Sacerdotes comedūt peccata populi. 1 Sic 1. q. 1. quia.

2 Vt ſu. e. q. vt euidēter.

3 Vt 13. q. 2. animæ.

b SAcroſancta.] Id eſt, religioſa ſacramentorum reuerentia, vel ideſt, Euchariſtia, vel quodlibet aliud ſacramentum. ſup. ea. ventum.

c ¶ Cōſecrationem.] q̄ diuinum miniſterium fecit, nō miniſtri adminiſtratio, vt inf. de conſ. diſtin. 4 non eſt aqua.

d ¶ Adueniet.] Adueniet quidē magis ad conſciētis detrimētum, q̄ ad ſalutē, vt de conſec. diſt. 2. c. & ſancta.

e NEceſſe ē.] ¶ Vaſa, j. 1. ſubditorū animas, q̄s Dñs in eis ſedet 4. vt 23 q. 4 Nabuchodonoſor. 32. q. 5. ſi Paulus. quorum ſanguis requiritur de manibus noſtris. 43. d. Epheſijs.

f ¶ Ad interiora.] Ideſt, ſpiritualia, & cęleſtia. Vel dic, ideſt, ad vitia, & tunc dic perducendas vapulaturas a primo mancipio gehennæ. 40. d. ſi Papa.

INterrogo.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ æquali diligentia audiēdum eſt verbū Chriſti, ne de corde labatur, ſicut

plus facit compungi hominē, ita vt omnia peccata per eam tollantur, ſed per corpus Chriſti tantum venialia tolluntur, vt de conſec. d. 2. iteratur, & cap. quotidie, & ſic non ob. ſupra eo. multi.

g ¶ Verbum.] Ideſt, quod verbo ſignificatur, vel per verbum concipitur.

h ¶ Cadere.] De conſe. d. 2 qui bene.

4 al. iacet.

Negue.]

N Equt.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ad hoc, vt rite & recte ſacrificium offeratur, debet ab honeſto miniſtrari, & a iuſto recipi: & hoc dicit litera. Pro quibus offertur, ſupple digne.
a ¶Neque.] Nota, ꝙ tria dicuntur hic: ſcilicet ꝙ ſacramenta

quia offertur etiam pro habentibus mortalia 1.
f ¶Mundandis.] Idest, venialis peccati maculam habentibus.
CVM VITA. CASVS. Iſte, §. reſpicit illud capit. ſacerdotes, vbi dicitur, ꝙ bona vita ſacerdotis neceſſaria eſt ad conficiendum corpus Chriſti. Modo ſoluit & dicit, ꝙ intelligendũ eſt hoc non de conſecratione, quia in veritate cõficit etiam malus ſacerdos, ſed de effectu conſecrationis, quia nihil prodeſt ſi ſumatur ab indigno, & ꝙ malus ſacerdos conferat gratiam digne ſumentibus, ſequenti c. probatur.

1 Scilicet, vt compungantur, & vt mitigetur pœna. 13. q. 2. tps. Ioan. de Fant.

¶De eodem. Cap. XCV.

Iuo p. 2. c. 105.

N Eque [a] poteſt id rite [b] offerri, niſi per ſacerdotẽ iuſtum & ſanctum, nec finiſi ab eis accipiatur qđ offertur, pro quib. offertur [c]; atque id ſine vitio [d] ſit, vt pro vitioſis [e] mundandis [f] poſſit offerri. Hoc certe omnes cupiunt, qui pro ſe offerri ſacrificium Deo volunt.

*Cum vita [g] ſacerdotum Euchariſtia neceſſaria eſſe dicitur, non conſecrationi, ſed effectui intelligendum eſt. Non enim effectum ſalutis confert ei, quem merita faciunt indignum: potius completur in eo illud Apoſtoli;* (1. Cor. 11.) *[Qui manducat corpus Domini, & eius ſanguinem bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.] Ergo cõtra eos, qui crebra oblatione ſacrificij ſe putant poſſe mundari non ceſſantes impie agere in legem Dei, intelligitur illud eſſe dictum Hieronymi.* (ſu. ea. ſacerdotes.) *Quod vero ſacerdos, etiam ſi malus ſit, tamen pro officio ſuæ dignitatis gratiam transfundat hominibus, teſtatur Auguſtinus in libro quæſtionum veteris teſt. c. 11.*

g ¶Cum vita.] Reſpicit hoc capitulũ ſacerdotes, & bene ſoluit. & ad confirmandã ſuam ſolutionẽ inducit c. ſequenti.

Iuo p. 2. c. 100.
Pann. l. 3. c. 72.
Num. 6.

¶Sacerdotes nomen Domini inuocant Dominus autem benedictionem præſtat. Cap. XCVI.

D Ictum eſt [h] à Deo in Numeris ad Moyſem, & Aaron ſacerdotes: [Vos ponite [i] nomen meum ſuper filios Iſrael: ego Dominus benedicam eos,] vt gratiam traditio per miniſterium ordinantis transfundat hominibus. nec voluntas ſacerdotis obeſſe, aut prodeſſe [k] poſſit, ſed meritum benedictionem poſcẽtis. ¶Quanta autem ſit dignitas ordinis ſacerdotalis, hic aduertamus. Dictũ eſt enim (Io. 11.) de nequiſſimo Caipha interfectore Saluatoris, inter cætera: Hoc autem a ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet princeps ſacerdotum anni illius, prophetauit.] Per quod oſtẽditur ſpiritum gratiarum non perſonam ſequi aut digni, aut indigni, ſed ordinationẽ traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti ſit, non tamen poſſit benedicere, niſi fuerit ordinatus, vt officium miniſterij exhibeat. Dei autem eſt, effectum tribuere benedictionis.

*Quod verò [l] per hereticos ſacramẽta dignitatis miniſtrata dicũtur carere effectu, imꝓbatur auctoritate Anaſtaſij Papæ, qui ordinationem Acacij, quãuis hæreticis,*

D Ictum eſt.] CASVS. Hic primo probatur ꝑ verba Domini & exemplo Caiphæ, quod apud malos ſacerdotes vera ſunt ſacramenta, & quod ex officio ſuo, gratiam hominibus trãsfundunt. Secundo, ꝙ tãta eſt vis ſacerdotij dignitatis, quòd ſine eo etiã apud bonos non eſt auctoritas benedicendi.
h ¶Dictũ eſt) Probat Aug. ꝙ benedicere non tantũ meritum, ſed etiam ordinẽ requirit. In 1. ergo parte ponit auctoritatẽ Dñi, vſq; ibi, (Quanta.) In ſecunda probat intentionẽ ſuã, & auctoritate, & exẽplo Caiphę.
i ¶Vos ponite.) i. inuocate 2.
k ¶Prodeſſe.) Hic colligitur, ꝙ licet voluntas ſacerdotis nõ ſit, vt proſit prodeſt tamen, infra de conſe. diſt 4. non illud te. Sed quid ſi cantet Miſſam, vt Deus perdat aliquos? conficiet re vera, ſed debet puniri, arg. 26. quæſt. 2. quicunque.

2 Et loquitur ſacerdotib. de his miniſterijs ſiue benedictionibus vbi ordo ſacerdotalis exigitur. Arch.

menta Domini non rite, vel recte conferuntur niſi a dignis conferantur, & a dignis ſumantur, & in forma eccleſiæ. Primũ notatur ibi: Niſi per ſacerdotẽ) Secundum ibi, (Nec niſi,) Tertium ibi, (Atque id, &c. Quidã diuidunt c. in duas partes. In prima fit mentio de ſacrificio, quod ab eo accipitur pro quo offertur, & hoc vſque ad illum locum. (Atque id.) In ſecunda fit mentio de ſacramento, quod non accipitur ab eo, pro quo offertur: & dic. ſine vitio, ideſt, ſine peccato.
b ¶Rite.) Quo ad offerentem & accipientem.
c ¶Pro quibus offertur.) Supple, nec poteſt rite offerri niſi ab eis.
d ¶Sine vitio) Ideſt, non ſit citra formam eccleſiæ, in ipſa forma eccleſiæ.
e ¶Vt pro vitioſis) Expone vt rectè poſſit offerri ꝑ vitioſis, ideſt, Venialia habẽtib. Sed intellige generaliter,

QVOD VERO. CASVS. Dictum eſt ſup. in §. ſi ergo ſacramenta, ꝙ ſacramenta dignitatis ab hæreticis collata non habent effectum, contra quod allegat Gra. auctoritatem Anaſtaſii, quam friuolam eſſe oſtendit auctoritate Gelaſij & Fœlicis, qui cum Hormiſda excommunicauerunt Acacium antequam excommunicaſſent Anaſtaſium. Sed H. exponit antequam Anaſtaſium i. antequam Anaſtaſius eſſet Papa: quia Acacius mortuus fuit ante Anaſtaſium, & Anaſtaſius ſucceſſit illi. Et ita cum ſucceſſerit Gelaſio, non fuit excommunicatus ab eo, nec a præcedentibus.
l ¶Quod vero.) Dictum eſt ſup. in §. ſi ergo, ꝙ ſacramenta

menta dignitatis ab hæreticis collata effectum non habent: contra quod allegat auctoritatem Anaſtaſij, quam oſtendit friuolam eſſe auctoritate Gelaſii & Fœlicis.

a ¶In tractatu.] Per hoc probatur, ꝙ Gratianus non diuiſit per diſtinctiones hoc opus, argum. 11. q. 3. §. euidenter.

triplicites, per baptiſmum datum a laico, quod non iteratur, licet illud iniuſte detur per ſignum publicæ monetæ impreſſum ab eo, qui debuit imprimere, & per characterem militiæ, qui non repetitur.

d ¶Dandi.] Scilicet ordinem.

e ¶Ami-

ITEM OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſup. in c. Arrianos, & ſup. in §. cum ergo Innocentius, ꝙ ſolum baptiſma ratum eſt apud hæreticos contra qđ obijcitur modo in hoc cap.

b ¶Itē obijcitur.] ei. ſ quod dictum eſt ſup ead §. cum ergo Innocentius, &c. Arrianos.

*ita ratam approbat, ut etiam eis, quos poſt damnationem ſuam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream perſonã nocuiſſe aſſerat. Sed hoc eum a illicite, & non canonice, imò contra decreta ſuorum prædeceſſorum feciſſe probant Fęlix, & Gelaſius, qui Acacium ante Anaſtaſiũ excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius, eundem Acacium damnauit. Vnde etiam ab eccleſia Romana repudiatur, & a Deo fuiſſe percuſſus legitur in geſtis Romanorum Pontificum hoc modo: [Anaſtaſius ſecundus natione Romanus, &c.] Require retro in tractatu [a] decretalium epiſtolarum.*

Sup. d. 19.

a ¶Sed hoc eum.] *Supra, d. 19. c.* Anaſtaſius, *oſtenſum eſt immerito reprehenſum eſſe Anaſtaſium, & veriſſima eſſe, quæ ipſe de Acacio ſcripſit, & decreuit.*

*Item obijcitur [b] illud Auguſtini lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, c. 13.*

Sent. 4 d. 25.
Alg. l. 3. c. 10.
Pann. l. 1. tit. 2. c. 80.

¶Qui recedit ab eccleſia, nec baptiſma, nec ius dandi amittat. Cap. XCVII.

Qvod quidã [c] dicunt, Baptiſma, quod a accepit, nõ amittit, qui recedit ab eccleſia; ſed ius tamẽ dãdi [d] quod accepit, amittit [e], multis modis apparet fruſtra, & inaniter dici. ¶Primo, quia nulla oſtenditur cauſa, cur ille, qui ipſum baptiſmum amittere [f] non poteſt, ius dãdi [g], amittere poſſit. Vtrumque enim ſacramentum eſt, & quadam cõſecratione vtrumque [h] homini [i] datur, illud, cum baptizatur; iſtud, cũ ordinatur; ideoq; in catholica eccleſia vtrumq; non licet iterari. ¶Nam ſi quando ex ipſa parte [k] venientes etiam præpoſiti pro bono pacis, correcto † ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt; etſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent, quæ gerebant, non ſunt rurſus ordinandi †, ſed ſicut baptiſmus in eis, ita ordinatio manſit integra; quia in præciſione fuerat vitium (quod vnitate † pacis eſt correctum) non in ſacramentis [l], quæ vbicunque ſunt [m], ipſa vera ſunt. Et cum expedire hoc videatur eccleſiæ, vt præpoſiti eorum veniẽtes ad catholicam ſocietatem, honores ſibi ſuos non adminiſtrẽt,

Iuo p. 2. c. 97.
Pann. l. 1. c. 77.

† *al. correpto.*

† *al. ordinati.*

† *al vnitatis pace.*

Qvod quidam.] CASVS. Quidam dixerunt, quod catholici ab eccleſia recedẽtes retinẽt poteſtatem conferendi baptiſma, ſed non poteſtatem conferẽdi ordinem, ſed eam amittunt. Contra quod probat Auguſtinus quatuor rationibus hoc eſſe falſum. Primo, qa qua ratione perditur vnum, & reliquum: cum vtrumque quadam conſecratione conferatur. Secũdo, quia conſuetudo eſt eccleſiæ, ꝙ tales nõ reordinãtur cum redeunt, ne fiat iniuria ſacramento. retinet ergo vtrumq; ſed ad perniciẽ. Tertio, qa ſi aurũ, vel argẽtum furtiue fuerit ſignatũ, ſi fur poſtea dephẽditur a principe, puniť, ſed ſignũ monetæ nõ reprobatur. Quarto, quia character militiæ non reiteratur circa redeuntem, cũ miles ad gratiam principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmiſſis, ꝙ non dẽnt iterari ſcr̃a ab eis collata, ne fiat iniuria ſacramento. Prima ratio eſt ibi, [Primo, quia.] Secunda ibi, [Nam ſi quando ex ipſa.] Tertia ibi, [Si enim aliqui.] Quarta ibi, [Si forte.] Quinta ibi, [De his qui]

c ¶Quod quidam] CASVS. Opinio eſt quorundam, ꝙ ſacerdos, vel epiſcopus recedẽs de eccleſia ad hæreticos, ſacramentũ baptiſmi non amittit: ſed ſacramentum ordinis amittit. Iſtud improbat Auguſtinus multipliciter. Primo ſic: quia cum vtrumque ſit ſacramentum, non poteſt aſſignari ratio, quare potius perdatur vnũ, quam aliud. Secundo ſic: quia conſuetudo eccleſię eſt, ꝙ cum tales redeunt, non ſolent reordinari, ſi eos eccleſia vult tolerare. Tertio dicit, ꝙ ſicut recedens ab eccleſia vtrũque retinet: ſic vř, ꝙ vtrumque poteſt conferre alijs extra eccleſiam, licet male conferat, & cum quis recipit ſacramentum extra eccleſiam, ſi reuertitur ad eccleſiã, non eſt ſacramentum iterandum in eo. Et hoc probat

e ¶Amittit.] Characterem enim non poteſt amittere, licet videatur aliter dici 11. q. 3. epiſcopus.

f ¶Amittere.] Nam vbi eadem ratio, & idem ius, ff. ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc ſit verum, notatur 28. q. 1. ſic enim. 32. q. 7. Apoſtolus. ſu. ea. q. § cum ergo.

g ¶Ius dandi.] Scilicet ordinem. de conſec. diſt. 4. oſtenditur. Vel poteſtatem conferendi baptiſma. inf. 32. q. 7. licere.

h ¶Vtrumque.] Scilicet baptiſmus & ordo.

i ¶Homini.] Hoc de baptiſmo ſacerdotis, in quo poteſtas baptizandi eſt ſcr̃m: in laico eſt quædam licentia, non ſacramentum a. argu. quòd ſcientia * hæretici valeat, & ligatio, & ſolutio, cũ ius ligandi, iudicandi, atq; ſoluendi a epo conſecrationis acceperit, ſu. d. 48. 3. c. 1.

K ¶Parte.] Collectio enim hæreticorum rectiſſime pars appellatur, a partiendo, ideſt, diuidendo.

l ¶Non in ſacramentis.] Fuit vitium ſcilicet.

m ¶Sunt.] Quia a quocunque dentur, iterari non debent,

z Adde ... Itellectu h... ius gl. ꝙ ... ſignabantur milites qua... dã nota ... figura in il... lius ab aliis diſcretionẽ ... ſtigmata. C. de fab. li... 11. not in l... pe ff. ex ... cau. maio.

a Scilicet ... ius dãdi, ... non hẽt ... ex ꝑmiſſio... ne ſed ſi cõfert eſt verũ ſcr̃m, quod dic, vt legit, & not. de cõſec. dil. 4. ſanctum. Arch.

* *Hæretici non poſſunt ligare, & ſoluere, et ſi fecerint, nihil actum eſt, quia iuriſdictionẽ non hẽnt* K *Th. 2. 2. q. 39. ar. 3. & 4. d. 19. q. 1. art. 2. q. 3. Al. 68*

bent, & ideo ipſa ſunt, ideſt, firma & vera ſunt, & bona.

a ¶ Manus.] Supra ea.q.c.manus impoſitio.contra. ſed hic de conſecratoriis.

b ¶ Dandi.] .i conſecrandi.vel dãdi ipſam ordinationẽ.

c ¶ Aliud.] Argu.contra illud generale quod eſt extra de translatio.inter corporalia.& 7.q.1.lactus. ff. ſi quis cau quoties.arg 63.diſt. Salonitanæ. 45 diſt. de Iudæis. 7.q.1.epiſcopus.

d ¶ Neceſſitate.] Hic apertè colligitur, ꝙ laici non habent ius baptizãdi: niſi largè dicat ius, vel poteſtas, ideſt ꝑmiſſio, vt inf. de cõſ. d.4 conſtat. & cap.à quodam. & 30. q.1. ad limina.

c¶ Aliud.]

non eis tamen ipſa ordinationis ſacramenta detrahũtur, ſed manent ſuper eos. Ideoque non eis populo manus [a] imponitur, ne non homini, ſed ipſi ſacramento fiat iniuria, *& infra.* ¶ Sicut autem habent in baptiſmo, quod per eos dari poſſit; ſic in ordinatione ius dandi [b]: vtrũque quidem ad perniciem ſuam, quam diu charitatem non habent vnitatis: ſed tamen aliud eſt, prorſus non habere; aliud pernicioſe habere; aliud [c] ſalubriter habere. Quicquid non habetur, dandum eſt, cum opus eſt dari: quod vero pernicioſe habetur, per correctionem depulſa pernicie, agendũ eſt, vt ſalubriter habeatur. Quãquam, & ſi laicus aliqua † pereunti dederit neceſſitate [d] compulſus, quod cum ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit; neſcio [e], an pie quiſquã dixerit eſſe repetendũ. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris vſurpatio eſt. Si aũt neceſſitas vrgeat, aut nullũ, aut veniale delictum eſt [f]. Sed, etſi nulla neceſſitate vſurpetur, & à quolibet cuilibet detur; quod datum fuerit, non poteſt dici tantũ: quamuis recte dici poſſit & illicitè datum. Illicitã ergo vſurpationem corrigit reminiſcentis, & pœnitentis affectus. Quòd ſi non correxerit, manebit ad pœnã vſurpatoris quod datum eſt, vel eius, qui illicitè dedit, vel eius, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur [g]. Neque ſi vllo modo per deuotum militẽ, quòd à priuatis vſurpatum eſt, ſignum regale violabitur. ¶ Si enim aliqui furtim, & extraordinariè non in monetis [h] publicis aurum, vel argentum percutiendo ſignauerint, cum fuerit deprehenſum, nonne illis punitis [i], aut indulgentia liberatis cognitum regale ſignum theſauris regalibus cogetur inferri? *& paulo poſt.* ¶ Si forte illum militiæ characterẽ in corpore ſuo non militans pauidus exhorruerit [k], & ad clementiam Imperatoris cõfugerit, ac prece fuſa, & impetrata iam venia militare cœperit; nũquid homine liberato, atq; correcto, character ille repetitur? ac nõ potius agnitus approbatur? An fortè minus hærent ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis hæc nota; cum videamus nec apoſtatas carere baptiſmate, quibus vtique per pœnitentiam redeũtibus non reſtituitur, & ideo admitti non poſſe iudicatur? *& paulo poſt.* ¶ De iis [l], qui ab eccleſiæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quæſtio eſt, quin & habeant, & dare poſſint, & quin pernicioſè habeant, pernicioſeque tradant extra uinculum pacis. *& infra.* Neutri ſacramento iniuria facienda eſt. *& infra.* ¶ Sicut non rectè habent, qui ab unitate diſcedunt, ſed tamen habent, & ideo redeunti non redditur; ſic etiam non rectè dat, qui ab unitate diſcedit; ſed tamen dat: & ideo, quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. *& infra.* ¶ Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat; ſic uenienti repetendum non eſt, quod etiam foris accepit. Vnde conſequenter intelligitur peruerſitatem hominum eſſe corri-

*† al. alicui pereunti.*

Baptizandi ius non habent.

e ¶ Neſcio.] Ideſt, nõ approbo, ſi quis dixerit repetendum.

f ¶ Veniale delictum eſt.] Hic philoſophicum temperamentũ eſt, nã i veritate nullum eſt. Et eſt ſimile. 22.q.2.in quibus.

Philoſophicum temperamentum.

g ¶ Habebitur] Arg. contra extra de iure patro. quod autem. in fine.

h ¶ In monetis.] Id eſt, ſignis, vel ſigillis, numiſmatibus vel inſtrumentis monetam cudendi.

i ¶ Punitis.] Iſti varijs pœnis puniũtur. C.de fal.mo.ꝑ totũ. parcitur tñ illi, q formauit, ſi ante q̃ ſignũ imprimat pœnitet. ff. ad leg Corn. de fa.qui falſam, &c.

K ¶ Exhorruerit.] Qui fortè fugit de bello publico: & ita infamis effectus eſt. 1.6.q.1.infames. & hoc intelligitur de militib. illis, qui iurauerunt ſe mortem non uitaturos, pro republica, & iſti habebant ſtigmata, vel alia ſigna de aliquo colore de quib. dictũ eſt. Milites noſtros arma ſcire volumus non leges. C. de iure de l ſãcimus. Vel ſẽſus eſt huius literæ, ꝙ ſi aliquis ꝑter auctoritatem principis adeptus ẽ militiæ cingulũ, & poſt recõciliatẽ ipſi principi, erit ne ĩ eo iterãdus character? quaſi dicat.n. ADDITIO. Et ſm iſtã lectură dic, exhorruerit, ſ. quia à principe non acceperat. & no. hic militibus characterem imprimi. Io. de Fant.

Infamis eſt de bello publico fugiẽs 1 Concor. tex. in l. non oẽs. §. item qui deſertorum. cũ ibi no. ꝑ doct. ff. de re mil.

l ¶ De iis.] Repetit, quædam dicta ſunt, dubitaĩ hic fore. §. ſed non eſt dubitandum: quia non eſt,

EX HIS. Hæc eſt duodecima pars huius quæſtionis, in qua intendit probare, ꝙ ſacramentũ eccleſiæ tale eſt illi qui accipit, qualis eſt ille qui accipit: vel qualis eſt q ſacrificat, nec malitia dantis impedit bonitatẽ: & hoc probat per multas ſimilitudines, quas ponit in hoc §. & per nouem auctoritates. & hoc ꝓbat vſque ad cap. ſtatuimus. 2. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gratianus ex ſupradicto capitulo, ꝙ vera ſacramenta ſunt apud hæreticos quantum in ſe, ſed ad damnationem ſunt dantiũ; accipientium, vel habentium, niſi redeãt ſicut verum aurum fuit Craſſo nociuũ.

a ¶ Ex his.] Infert ex præcedenti c. ꝙ ſacramẽta vera ſũt apud hæreticos indiſtincte vſque ad §. opponitur, & ibi obijcit Augu. prout ipſe intelligit Aug. dicere vſq; ad § ſed ne. ibi ponit vnam ſolutionem. vſque ad §. quamuis. vbi ponit aliam bonam & catholicam, ad quam probã tam inducit quatuor exẽpla, quæ notabo in litera.

gendam; ſanctitatem autem ſacramẽtorum in nullo peruerſo eſſe violandam. Conſtat enim eam in peruerſis, & ſceleratis hominibus, ſiue in eis, q intus ſunt, ſiue in eis, qui foris ſunt, impollutam, atque inuiolabilem permanere; & quia dicuntur ea mali polluere, qu atum in ipſis eſt, dicuntur; cum illa impolluta permaneãt: ſed in bonis ꝑmanent ad prẽmium; in malis permanent ad iudicium. *& infra.* ¶ Quomodo catholici non clarificant Deum, qui promiſſa eius nullis hominum ſceleribus, quo minus implerentur impediri poſſe confidunt? qui ſacramenta eius tam debita veneratione proſequebãtur, vt ea, ſi etiam ab indignis tractata fuerint, illis ſua perſuaſione damnatis, illa intemerata ſanctitate permanere demonſtrentur? Eod. 2. lib. c. 19.

α ¶ Quod accepit.] *Sic etiam Algeus, licet paulo aliter habeat originale.*

β ¶ Neque vllo modo.] *Hæc vſque ad verbum*, violabitur, *addita ſunt originali. ex quo etiam alijs locis caput hoc locupletatum eſt.*

γ ¶ Vel argentum.] *In codicibus B. Auguſtini impreſſis ſequitur,* ſed æs, *in duobus autem manuſcriptis Vaticanis,* vel æs.

12 *Ex his*[a] *verbis Auguſtini conſtat, in omnibus tã apoſtatis, quã hæreticis, vel damnatis permanere Chriſti ſacramenta vera, quantũ ad ſe, & ſancta: & niſi pœnitẽtia, vel indulgentia ſubuentum fuerit, ad damnationẽ vſurpatoris peruenient, vel habẽtis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodeſt, quòd vera & ſancta ſint, cũ vſurpatores ſuos æque perimãt*[b]*, ac ſi eſſent mala, et noxia? Craſſus*[c] *aurũ ſitiuit, & aurũ bibit æque perijt vero auro, ſicut vero veneno.* ¶ *Item aurũ*[d] *æque verum eſt in arca furis, ſicut in theſauris regis. Sed a fure, quia illicite habetur, illicite datur, vel accipitur, a rege aũt licite habetur, licite datur, & accipitur: ideo ipſe fur: et communicator furti ( niſi forte de conſcientia furti*[e] *ſe purgauerit) vt perhibet*[f] *Gelaſius ad Anaſtaſiũ Imperatorẽ. vterque iuſte, & digne damnabitur.* ¶ *Opponi-* Aug. l. 3 c. 12.

b ¶ Permanent.] Illa, id eſt, eorum abuſio. 1. ab iſto loco dicit Io. de Fant. ꝙ verba ſunt Augu. vſque ad §. opponitur, Hu. cõtra. immo Gratiani, vt in notula hic apparet. inf. ead.

1 Iſta fuit expoſitio H N L.

c ¶ Craſſus.] Iſte dictator fuit contemporaneus Iulio Cæſari, & Pompeio: & à Parthis auro feruenti interfectus eſt.

Marcus Craſſus, & Iulius Cæſar & Pompeius fuerunt cõtemporanei.

ITEM AVRVM. CASVS. Dicitur h. c. quòd æque verũ eſt aurum in arcã furis, & in arca Regis, ſed à fure illicite datur, & illicite retinetur: & ideo fur & communicator furti puniuntur: niſi innocentiam ſuam allegauerint. Et eſt §. Gratiani ab illo loco, ex his. vſque ad cap. per Eſaiam, ſicut dicit H.

Concord. tex. in l. vxori. cum ibi not. ff. de vſufru. leg. fur. & cõicator differũt.

d ¶ Aurum.] Cuius ope, vel conſilio furtum committitur, tenetur. ff. de com. fur. proinde. Eſt autem differentia inter furem, & communicatorem: quia communicator manifeſtus eſſe non poteſt. ff. de fur. is qui opem.

Furem teneri quis iudicare.

e ¶ Furti.] Videtur ergo & tenetur quis ſe purgare de conſcientia. arg. inſt. de obli. q̃ ex delic. §. ſed hæ actiones. C de fur. ciuile. arg. 2. q. 4. quia præſulatus. cum ſuis concor. Et ita eſt arg. ꝙ quis poteſt, & tenetur iudicare furem. arg. ext. de fur. qui cum fure cum concor. ibi poſitis. arg. contra. ff. de cond. ob tur. cauſ. idem & ſi ob ſtuprum §. vlt. & ff. de præſcri. ver. l. ſolet. Nam in vtraque dicitur, ꝙ licite poſſum accipere a pecuniam à Domino, vt ſeruum iudicem fugitiuum. Ioan. Sol. in caſu iſto videtur poſſe dici, ꝙ ſecundum canones non eſt lici-

Sub. & ſi ... accipiatur peccat accipiẽs ſm canones. & ſic etiã no. Vin. Lau. & Tan. & Ber. in dicto ca. qui cũ ſuis. Arch.

tum accipere: ſecus ſecundum leges B.

f ¶ Vt perhibet.] Hic apparet potius hæc eſſe verba Gratiani, quàm Auguſt.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Gratia. contra ſupradicta, ſcilicet ꝙ heretici non poſſunt conferre ordines, etſi baptizare poſſint. Nam ſacerdos etiam depoſitus etſi baptizare poſſit, conficere tñ non põt: nec eps depoſitus poteſt ordines conferre, etſi poſſit baptizare. Sed huic oppoſitioni opponit duplicem ſolutionẽ. Prima hæc eſt, q̃ incipit ibi, [Sed ne.] ꝙ qui extremam manus impoſitionem recipiũt in eccleſia, eius potentiã retinẽt, et recedentes ab eccleſia, ad ſimilitudinẽ characteris matrimonij, q poſt diuortiũ, vel votũ retinet. ſecus ſi extra eccleſiã. Ponit & aliã ſolutionẽ Grat. q̃ incipit ibi, [Quãuis.] vbi dicit, ꝙ ſacra hereticorũ vera ſũt dũmõ in forma eccleſiæ ſint celebrata, ſed non hñt effectũ in male miniſtrantibus, & male ſuſcipiẽtib. Qd ꝓbat quatuor rõnib. Primo ꝑ verã Euchariſtiã traditam ꝓditori. Scd̃o ꝑ verã pñtiã Chriſti ĩ patria ſua, q̃ ibi nõ habuit effectũ; qa ibi fidẽ nõ inuenit. Tertio, ꝑ duplicẽ trãsfigurõnẽ Xpi, quarũ una incredulis nõ ꝓfuit. Quarto, qa ita virginitatẽ habuerunt fatuæ virgines, vt prudentes. Demũ concludit, ꝙ vera ſunt hæreticorũ ſacra

in

in ſe: ſed obſunt male ſuſcipientibus, & male miniſtrantibus. Et ad hoc inducit ſequens capitulum.

a ¶Opponitur.] Hoc modo procedit in hoc §. primo ponit obiectionem ſuam contra Auguſt. quam tangit vſque ad §. [Sed ne.] Ibi ponit quandam ſolutionem ſuam,

b ¶Sententiæ.] Cap. præcedẽtis, vbi dicit, ꝙ vtrumque quadam conſecratione datur, & ita videtur parificare ordinem, & baptiſmum.

c ¶Pagano] Supra eadem quæſtio. ſi quis per ignorantiam. ſupra eodem, §. ecce quando. infra de conſecratio. diſtinct. 4. quos a paganis. inf. de conſec. diſtinctio. 4. a quodam.

*tur[a] autẽ huic ſententiæ[b] Auguſtini poteſtas dandi baptiſmũ, & ius conſecrandi Dominicũ corpus, & largiendi ſacros ordines, plurimũ inter ſe differũt. Suſpẽſo. n. uel depoſito ſacerdote, nulla ei relinquitur ptãs ſacrificandi. Sacramentum tamen baptiſmi, non ſolum a ſacerdote depoſito, uel laico catholico, uerum ẽt ab heretico; vel pagano[c] ſi miniſtratum fuerit, nulla reiteratione uiolabitur: nulla aũt rõ ſinit, ut inter ſacerdotes habeãtur, qui de manib. laici, uel pagani oleum ſacra (imò execrãdæ) unctionis aſſumunt. Non ergo conſequẽter[d] colligitur, ut ſi recedentib. a fide ius baptizandi relinquitur, poteſtas[e] ẽt diſtribuẽdi ſacros ordines relinquatur quamuis utrũque a conſecratione proueniat. Degradatus. n. ẽps poteſtatem[f] largiendi[g] ſacros ordines non hẽt, facultatẽ tamẽ baptizandi non amiſit[h]. ¶Sed ne[i] Auguſtinũ in hac ſnĩa penitus reprobemus; intelligamus; aliud eſſe poteſtatem diſtribuendi ordines ſacros, aliud eſſe executionem illius poteſtatis. Qui. n. intra unitatẽ[k] catholicæ eccleſiæ conſtituti ſacerdotalem, uel epiſcopalem unctionem accipiunt, officium, & executionem ſui officij ex conſecratione adipiſcuntur. Recedentes uerò ab integritate fidei, poteſtatẽ acceptam ſacramento tenus[l] retinent, effectu ſuæ poteſtatis penitus priuantur, ſicut coniugati ab inuicẽ diſcedentes, coniugiũ ſemel initum non eſſe diſſoluunt[m], ab opere tamen coniugali inueniuntur alieni. ¶De his ergo, qui accepta ſacerdotali poteſtate ab unitate catholicæ eccleſiæ recedunt, loquitur Auguſtinus, nõ de illis, qui in ſchiſmate, uel hereſi poſiti ſacerdotalẽ unctionẽ acceperũt. Alioquin eſſet contrarius Chalcedonenſi[n] concilio, in quo ordinati a ſimoniacis, in nullo proficere iudicantur, & Innocentio[o], qui ordinatos a cæteris hæreticis per prauam manus impoſitionem ſolam damnationẽ & capitis uulnus aſſecutos teſtantur. ¶Quamuis[p] poſſit generaliter dici ſacramenta, quæ apud hæreticos non aliter quam in eccleſia Dei celebrantur uera, & rata eſſe, quantum ad ſe, falſa uerò, & inania, quantum ad effectum, & miſsa quib. male tractãtur, & in illis, a quib. male ſuſcipiũtur. Nec mirum. Ipſa. n. ſalus noſtra buccellã Iudæ dedit: ſtatim cum buccella nõ bonus, ſed malignus ſpũs intrauit: quare: nõ quia bonus non daret bonũ, ſed quia malus male accepit bonum, ſicq; bonũ, effectum bonũ non habuit, quia, ubi illud faceret, non inuenit. ¶Item Dominus in patria ſua præſens, & uerus affuit: non per malum miniſtrum, ſed per ipſum nihil potuit, quia fidem non inue-*

sup. ſi quis eps ſup. ead. c. qui perfectionem.

*Ioan. 13.*

*Matth. 13.*

d ¶Conſequenter.] noli hic reprehẽdere magiſtrum nam opponendo dicit hoc; vt patet ex ſolutionibus ſequentib. maxime ex ſecunda.

e ¶Poteſtas.] Ideſt, executio poteſtatis. & ſic verum dicit. alias mentitur. nam poteſtas ſacrificãdi. .i. ordo ſacerdotalis in eo remanet.

f ¶Poteſtatem] Nõ bene argumentatur: quia ſi vocet poteſtatem ſacerdotium ordinem, vel ſacramẽtum, nec hic, nec ibi amiſit poteſtatem: ſed ſi executionem, & hic & ibi amittit.

g ¶Largiendi.] ſed cum hæreticus precilius poſſet conferre tam baptiſma, quã ordinem, quę ſpecialitas erit in baptiſmo? Dic quod in caſu neceſſitatis non peccat baptizãs. qđ nunquam eſt in collatione ordinum.

h ¶Non amiſit] in neceſſitate, & cũ ſolemnitatibus. 50. diſtinctio. qui ſub gradu.

i ¶Sed ne.] Hoc dicit Gratianus ac ſi Aug. intellexiſſet, ius dandi habent, ideſt, executionem, & ita ſoluit.

K ¶Vnitatem] Hic tangit Gratian. opin. Ioan. de Fant. dicentis, quod qui recipit vltimam manus impoſitionem in Eccleſia, &c. i. hæc opinio videtur expreſſe cõfirmari, ext. de ſchiſma, ca. 1. ſed expreſſe reprobatur. 9. quæſtio. prima. ordinationes.

1 Ideſt, ꝙ factus eſt eps in eccleſia & poſt modũ fit hęretic⁹, ordinẽ confert. Sed qui ext. eccleſiã, recipit ultimã manus impoſitionẽ .i. ext. eccleſiam factus eſt eps, ordines conferre non põt: & qui a tali ordinatus eſt, nihil recepit ſm Hug.

ſuam, quæ protenditur vſque ad § [Quamuis.] &c. ibi autem ponit aliam, quæ magis communis eſt, ad quam probandam inducit, quadruplex exemplum, primum ibi, [Ipſa enim.] ſecundum ibi, [Item Dominus in patria, &c.] Tertium ibi, [Quod vt plane.] Quantum de decem virginibus. quod incipit ibi, [Sic & omnes, &c.] Vltimo concludit ab illo loco: [Sciendum verò,] & ad probandam concluſionem ſuam inducit c. per Eſaiam.

l ¶Sacramento tenus.] Ideſt, quia ſi ordinant, conferunt ordines, licet non debeant, & hoc eſt, quod ſequitur, ſine effectu, &c.

m ¶Diſſoluunt.] 32. q. c. 2.

n ¶Chalcedonenſi.] Sup. ea. q. c. ſi quis epiſcopus.

o ¶Innocentio.] Sup. ea. veniunt.

p ¶Quamuis] Sol. vera eſt, quam & ſup. tetigit, & quæ recitatur inf. 11. q. 1. in prin. & ſup. §. ſi. ergo.

*nit, pro perfidia aliorum non caruit ſua veritate, ſed effectus boni virtute.* ¶ *Quod, vt plane in omnibus ſacramentis oſtenderet, bis*[a] *eſt transfiguratus, cum eſſet in carne. In vna transfiguratione, ſicut ſol*[b] *apparuit mirabilis*[c], *vt fides credentium augeretur ad contemplandã cœleſtem gloriam ſuper ſe eleuatã. In altera, vt peregrinus, & incognoſcibilis de ſedubitantibus ire longius ſe finxit, & ne agnoſceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? niſi, vt quia per fidem non erat in cordib. eorum, longius ſe ab eis recedere oſtenderet, & quia ipſum nõ credebant eſſe, quod erat, viderent & eum alium*[d], *quam erat? Ecce in vtraque viſione, ſua erat præſentia, & veritas: ſed in vna exercebatur fides, vt magis crederent, quam credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne et agnoſcerent, quod videbant. Sacramentum ergo corporis, & ſanguinis ſui alijs eſt ad ſalutem, alijs ad iudiciũ. Fides etiam quamuis, ſit vera, tamen ſine operib. mortua eſt. Sic & oẽs decem virgines æqualiter erant virgines: ſed ex his quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Aequa erat virginitatis veritas, ſed pro eiuſdem virginitatis intentione non omnib. æqua meriti identitas. Sic etiam eſt æs ſonans*[e], *aut cymbalum tinniens martyriũ, vel eleemoſyna, quam neſcit charitas*[f]. *Si verò cæcus cæco*[g] *lucernæ miniſtret veritatem, neuter tamẽ ideò magis ſuam illuminat cæcitatem: Sic & malus miniſtrat malo vera ſacramenta; ſed non ideo donũ ſpiritualia: quia malis eorum meritis ſpiritus ſanctus impeditur, ne in eis*[h], *quod ſuum eſt operetur. Vnde Innocentius*[i], *cum hæreticorum baptiſma concedat eſſe ratum: non tamen ex illo baptiſmate concedit habere ſpiritum ſanctum. Et Leo hos, qui formam baptiſmatis acceperunt, nõ ſinit rebaptizari; ſed iubet ſpiritum ſanctum, quem ab hæreticis nemo accipit, per eius inuocationem, & manus impoſitionem a catholicis ſacerdotib. conſequi. Sciendum verò eſt, quòd ſacramenta hæreticorum dicuntur irrita, vel etiam dãnanda, falſa, & inania, non quantũ ad ſe, cum ſint ſancta, & vera etiã ab hæreticis celebrata: ſed quia, cum illicite dantib. perfidis ſint ad iudicium, illicite ab eis accipientib. non conferunt ſpiritum ſanctum. Irrita, & non vera dicuntur; quia quod promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt: & ideo damnanda, vt ea dari, uel recipi ab hæreticis non approbetur, ſed interdicatur. Non. n. quantum ad ſe polluta ſunt, quamuis ab hæreticis polluta dicantur. Vnde Gregorius communionem Arrij vocat execrationem, & Innocentius vocat Bonoſi ordinationem, damnationem: non quòd ita in ſe ſint, ſed quia male dantib. uel accipientib. id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Oſea ſacrificia*[k] *eorum panem luctus uocat, non quantum*[l] *ad ſe, ſed quantum ad effectum; quod ipſemet oſtendit, ſubiungens: [Quicunque comederit ex eo, cõtaminabitur, quia ſibi ad iudicium ſumet.]*

*Hinc etiam Auguſtinus lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, cap. 5.*

Matth. 7.
Luc. 24.
Iac. 22.
Matth. 25.
1. Cor. 13.
ſup. ea. c. Arrianos.
ſu. ea. c. hi qui.
ſu. ea. c. ſuperuenien te. c. qui perfectionẽ c. ventum.
In c. 9. Oſeæ.

a ¶ Bis. ] Quantum ad primã, vel quantum ad ſecundam, prout videbatur duobus diſcipulis in caſtellum Emaus euntib. Sed quare dicit in carne, cum etiam modo ſit Dñs in carne? ſed dicunt quidã in carne. ſ. mortali, ſed male. nam in carne mortali ſemel tãtum transfiguratus eſt: poſt paſſionẽ vero ẽt ſemel & iõ poteſt dici cum eſſet in carne. i. inter carnales, vbi carnẽ aſſumpſit. Vel põt intelligi in carne ſ. mortali, & ſic ibi fieri punctus. bis trãsfiguratus eſt, cũ eſſet i carne in vna trãsfiguratione. &c. quaſi diceret in carne mortali . i. i vna trãsfiguratione. ſ. i mõte Thabor, in altera poſt reſurrectionẽ, in ſpecie ſ. peregrini apparens. ADDITIO. ſ. duob. Diſcipulis in Caſtellum Emaus euntibus. H.

Chriſtus bis in carne trãsfiguratꝰ eſt.

b ¶ Sol ] ſ. Chriſtus. & hoc eſt primum exemplum.

c ¶ Apparuit mirabilis. ] Corã Iacobo, Petro, & Ioanne in mõte Thabor.

d ¶ Alium. ] Ideſt, alterius modi.

e ¶ Sonans ] Quia ſe ipſum cõſtringit alij ſonum præſtans:

f ¶ Charitas. ] ſu. ea. q. vide.

Cæcus cæco ducatũ præſtare nõ dẽt.

g ¶ Cæco. ] Si Cæcus cæcũ conetur ducere ſecum: In foueã ductor primum cadet, inde ſecutor.

h ¶ Ne in eis. ] Exiſtẽdo i hæreſi, vel quo ad effectum: niſi in cauſa neceſſitatis, vel ignorãter. ſu. ea. q. ſuperueniente.

i ¶ Innocentius. ] ſu. ead. q. qui perfectionẽ. inf. ea. q. 7. c. 3. §. itẽ. Inno. &c. quod pro remedio.

k ¶ Sacrificia. ] Vt dicitur ſu. ea. q. §. ſed hoc ſu. ea. illi. & c. Dominum. verſ. nos dicimus. & cap. ſi quis inquit.

l ¶ Non quantum. ] d. 49. ſacerdotes. inf. ea. q. 3. ſaluator.

a ¶ Sed ne Auguſtinum. ] *Hic Gratianus ita videtur loqui de B. Auguſtino, quaſi ipſius hac in re ſit dubia, aut incerta ſniã*

PEr Eſaiam ]Hoc ca diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba prophetæ. In ſecunda dicit Aug. ꝙ vbicunque malus offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat, ſed non illis, qui dignè aſſumunt In tertia parte dicit, ꝙ Spiritus ſanctus diſciplinæ effugit fictum, nec operatur per eũ remiſſionem peccatorum. Secũda pars icipit ibi, [Quilibet.] Tertia ibi, [Spũs ſctũs.] CASVS. Primo ponuntur verba prophetæ. Secundo, dicit Aug. ꝙ vbicunq; malus Deo offert ſacrificium, ſibi perniciem irrogat. non dignè ſumenti. Tertio dicitur, ꝙ ſpiritus ſanctus diſciplinæ ſcilicet dator effugiet fictum. nam per eũ non operatur remiſſionem peccatorum, ſed per officium operatur, & de malis toleratis intelligitur quod hic dicitur.

*cum tamen nemo ipſo melius, ac fuſius in libro contra Donatiſtas rem hanc expoſuerit, omnino que cum Chalcedonenſi concilio, & Innocentio concordet.*

¶ Sacramenta quamuis obſint indignè tractantibus, proſunt tamen dignè ſumentibus. Cap. XCVIII.

Iuo p 2.c.97. *Eſa.66.*

PEr Eſaiam Dominus dicit: [ Facinoroſus, qui ſacrificat mihi vitulum [a], quaſi qui canem occidat: & qui coquit [α] [b] ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinum, & qui offert thus in memoriam, quaſi blaſphemus.] *& pauсis interiectis.* ¶ Quilibet vbilibet offert ſacrificium tali † corde, vel factis, hoc † vt [c] mereatur audire [d]; perniciem ſibi infert, non illis bonis [e], qui accipiunt ab eis ſacramenta eadem, qui ſecundum prophetam Ezechielem gemunt, & mœrent peccata, quæ fiunt in medio eorũ, quãuis non ſe inde corporaliter ſeparent. *& infra.* ¶ Sacrificium impiorum eis ipſis oberunt, qui offerunt impie. Nam vnum atque idem ſacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & ſemper ſanctum eſt, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit. [Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.] non ait, alijs [f]; ſed, ſibi. *& infra.* ¶ Hoc penè in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum admonemus, ſcilicet quia omnia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus. *& infra.* ¶ Spiritus ſanctus in eccleſiæ propoſito, vel miniſtro ſic ineſt, vt ſi fictus non eſt, operetur per eũ ſpiritus ſanctus, & ad eius mercedem [g] in ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem [h], vel ædificationem [i]: qui per eum ſiue conſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt, quoniam veriſſimè ſcriptum eſt: [ Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, ] deeſt quidem ſaluti eius, vt auferat ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: miniſterium tamen eius non deſerit [k], quo per eum ſalutem operatur aliorum.

†*tale*] orig. †*al. hac.* *Eze.9.*

eod. l. 2. contra epi. Parme.c.6.

*1.Cor.11.*

eod.lib.2.c.10.

Ibidem.c.11.

*Sap.1.*

α ¶ Et qui coquit.] *Apud B. Auguſtinum legitur,* & qui ſimilaginem, quaſi ſanguinem porcinum: & qui offert thus, quaſi benedicat idolo *& ſic etiam* Iuo: *niſi quod habet,* & qui ponit ſimilaginem. *ſicut etiã B. Auguſtinus contra literas* Petiliani *lib.2.cap.52. Lectioni Græca vulgata optimè reſpõdet verſio B. Hieronymi ſecundum* LXX. Iniquus autẽ, qui immolat vitulum, quaſi percutiens virum; ſacrificans de grege quaſi qui occidat canem: qui offert ſimilam, quaſi qui ſanguinem ſuillum: qui dat thus in memoriale, quaſi blaſphemus. *Vulgata autẽ Latina ex Hieronymo ſecũdum* Hebræum *exemplar ſic habet:* Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat hominẽ; qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat, qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolum †.

†*al. idolo.* ſup c. qui perfectionem.

*Conſtat* [l] *ergo, vt Innocentius ait, de cæteris hæreticis.*

a ¶ Vitulum.] Talis eſt, & ita agit, quaſi &c.

b ¶ Coquit.] Alias colit id eſt in cultu quaſi colendo in ſacrificio offert. Et eſt ſimilago flos farinæ, de quo fiebat panis propoſitionis.

Similago eſt flos farinæ.

c ¶ Hoc vt.] Quod dicit propheta.

d ¶ Audire.] Scilicet ſibi dictum eſſe.

e ¶ Non illis bonis.] Accipientibus ab eis ſacramenta.

f ¶ Non alijs.] Argumentum, ꝙ de vno, &c. vt d.45. diſciplina. ibi, meus non eſt. Arg. contra infra 33. q.4. fortè.

g ¶ Mercedẽ.] Id eſt, retributionem æternam.

h ¶ Regenerationẽ.] Vt infantum.

i ¶ Vel ędificationẽ.] Vt adultorum.

K ¶ Non deſerit.] Supra ea. c. remiſſionẽ.

CONTAT ERGO. CASVS. Superius in cap. 1. huius q̃ſtionis dicit Leo, ꝙ ſimoniaci non accipiunt niſi ſpiritum mẽdacij & damnationem. in ca. fertur. dicit Greg. ꝙ ſimoniaci vulneratã habent animam lethali vulnere. In cap. ventum, dicit Innoc. ꝙ ordinati ab hæreticis vulneratum habent caput, per quæ ca. infert Gratianus idem eſſe de hæreticis & ſimoniacis: ſed ſuæ concluſioni ſtatim obijcit ibi, ] Sed obijcit. ] Et ibi, [Immo. ] Concludit tamen quod ſacramenta non debent ſimoniacè concedi.

l ¶ Conſtat.] Superius introduxit magiſter multa capitula per

Hæretici & ſimoniaci æquiparantur.

1 Quia ſu. c. 1. huius quæſt. dixit Leo, quod ſimoniaci nõ niſi ſpiritũ mendacij accipiũt, & dãnationẽ ſu. c. fert. Dixit Greg. quod ſimoniaci vulneratam hñt. aĩam lethali vulnere. ſu. ead. ventũ dixit Iun. quod ordinati ab hæreticis vulneratũ hñt caput. vñ infert & magiſter idẽ eſſe de ſimoniacis & hæreticis, ſm H. ſed ſu. c. con. c. ii ĩõi, &c. vt ſequitur Io. & Bart. Brix.

ta per quæ oſtendit de hæreticis, & ſimoniacis idem eſſe: ex quibus infert concluſionem ſuam in iſto. §. 1 ſed ſuæ concluſioni obijcit ſtatim dupliciter, ibi, ſed obijcitur. & ibi, immo.

a ¶ Sed obijcitur.] Ad hoc quod dixit de ſimoniacis locum habere, quod de alijs hæreticis dicit.

b ¶ Hoc ſolum.] Quod non eſt in ordinatione hæreticorum.

c ¶ Reputetur.] Verum eſt, quantum ad characterem.

Baptizãdis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod nec pro baptiſmo, nec pro chriſmatione dẽt pretium exigi, ne propter paupertatem, vel indigẽtiam homines ſuam negligãt ſalutem, & qui hoc de cætero fecerit, deponetur.

d ¶ Conſignãdiſq;] Id eſt, chriſmandis & idem eſt in quolibet ſacramento. ext. de ſim. cum in eccleſiæ.

e ¶ Præfigant.] Sic infra 10 quæſt. vlt. nec numerus ſecundum quod ibi eſt in litera nummus, eſt ſimile. aliàs ſi eſt numerus, non eſt ſimile.

f ¶ Renaſcentes.] Id eſt, renaſci volentes voluntate ſua, vel parentum.

g ¶ Exigere.] Aliqd tamen ſponte oblatũ recipi poteſt, vt ſup. diſtinct. 18. de eulogijs.

h ¶ Moliantur.] Sed quid ſi ſacerdos nullo modo vult baptizare, niſi ei detur pecunia? Dicunt quidam quòd ſi baptizãdus eſt adultus, nihil ei debet dare quia ſola fides ei ſufficit. de conſec. diſtinct. 4 baptiſmi. vel ipſemet baptizet ſe. arg. ff. de adopt. ſi conſul. argu. contra, extra de baptiſmo & eius eſt, debitum. Ioan. Sed certè ſi in neceſſitate tali aliquis ſeipſum baptizet: non eſt tamen baptizatus 2. licet ad patriam, ſi decederet, conuolaret, vt dicit decret. illa, debitum B. Si eſt puer, baptizet eum offerens, vel pater: ſed ſi illi ita debiles ſunt, vel neſciunt formam baptiſmi, vel nullus eſt alius, qui baptizet in neceſſitate, non ideo danda eſt pecunia, & committenda ſimonia potius permittatur mori ſine baptiſmo. argum. hic, & infra ea. placuit. Ego tamen potius darem pecuniam, quàm eum ſic dimitterem mori, & bene licet non deberem facere. arg. hic, & infra ea. placuit.

Baptizare ſe ipſum nemo poteſt.

2 Adde ad hoc quod le. & no. de cõſe. diſt. 4. baptiſmi. in glo. poterit.

i ¶ Correxerint.] Relinquendo honorem, & perpetuò pœnitendo, vt intra ea. q. ſi quis neque. Ioan.

Nullus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod nullus clericus a percipiente gratiam communionis pretium exigere debet. quod ſi quis fecerit, deponetur.

k ¶ Diaconus.] inf. de conſ. diſt. 2. peruenit. contra ibi dicitur, quod presbyter dare tñ eucharistiam: ſed hoc in neceſſitate. 93. diſt. diaconis &c. præſente H.

l ¶ Exigat.] Cum effectu 3. vel etiam ipſe conatus puniendus eſt in deteſtationem criminis: ſupra ea. qui ſtudet. arg. 6. q. 1. §. verum, arg. 47. diſt. quoniam. H.

*ordinatos à ſimoniacis per prauam manus ſimoniacæ impoſitionem vulneratum habere caput. ¶ Sed obijcitur quòd in ordinatione ſimoniacorum hoc ſolum [b] reprehenſibile inueniatur, quòd gratia ſpiritus ſancti ſub pretio redigi putetur: aliorſum autem in omnibus integra forma ſacramentorum ſeruetur. Cum ergo illicita ſacramenti vſurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, vt gratia ſpiritus ſancti gratuita, & non venialis exiſtimetur, integer debet adeſſe vnctionis effectus: Immo etiam, ſi non ſequatur pœnitentia, licet ſimoniacè tamen reuera conſecratus reputetur [c]: ſicut illi, qui quondam non, niſi pretio dato, nec ad ſacri baptiſmi regenerationem, nec ad ſanctæ communionis participationem admittebantur; licet ſimoniacè, tamen non ideo minus baptizati, vel ſacræ communionis participes reputati ſunt: ſed hoc tantum † ſacris canonibus conſtitutum eſt, ne de cætero ſacramenta Chriſti ſimoniacè diſtribuantur.* † al. tamen.

*Vnde Gelaſius ad epiſcopos per Lucaniam, epiſt. 1. c. 7.*

¶ A baptizandis, vel conſignandis pretia non exigantur. Cap. XCIX.

Capit. 6. c. 110. Burc. l. 4. c. 71. Iuo p. 1. c. 72. & 265. Matth. 10.

BAptizandis, conſignandiſque [d] fidelibus ſacerdotes pretia nulla præfigant [e], nec illationibus quibuslibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes [f]: quoniã quod gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis prorſus exigere [g] moliantur [h], quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis ſuæ cauſas adire deſpiciant: certum habentes, quod qui prohibita deprehenſi fuerint admiſiſſe, vel commiſſa non potius ſua ſpontè correxerint [i], periculum ſubituri, proprij ſint honoris.

*Item ex ſynnodo, c. 21.*

¶ A percipiente gratiam † communionis pretium exigi non debet. Cap. C. † al. gratia.

NVllus epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus [k], qui ſacram diſpẽſat communionem, à percipiente gratiam [a] communionis aliquod pretium exigat [l]. Neque enim videtur gratia, neq; pro pretio gratiam ſpiritus ſancti damus; ſed dignis munere ſine defraudatione participare concedimus. Si quis vero eorum, qui connumerantur in clero, ab eo, qui ſacram communionem diſpenſat, aliquod pretium exegerit, deponatur, ſicut imitator ſimoniacæ fraudis. Iuo p. 2. c. 92.

a ¶ Gratiam.] *Sic etiã Iuo. In vno vetuſto Gratiani codice eſt,*

3 Deſiſtendo re... pit, ſic ff. ... ter. diu... aliàs co... pœn. di... cogitatio... nes. Arch.

Quidquid]

QVidquid.] CASVS. Dī hic, ꝙ pro ſacramentis, vel ordinibus conferendis aliquid accipi non debet, niſi quod ſponte fuerit oblatum. & clericus ſi contra fecerit, deponatur. & ſi ſciente epiſcopo, & negligente corrigere aliquid fuerit exactum: duobus menſibus communione priuetur. Si verò ipſo ignorante clerici aliquid acceperint: pro qualitate perſonarum & ordinum punientur pœnis hic poſitis, & nihilominus deponentur.

grat ia communis, *quod Græcæ lectioni magis conuenit:* παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰς πρᾶξιν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολοὺς, ἢ εἶδος τὸ οἱονοῦν, i. ab eo qui percipit communionem eiuſmodi participationis gratia, obolos, vel aliam quamuis ſpeciem exigat. *Sunt etiam alia nonnulla varietates non magni ponderis.*

*Item ex concilio Toletano, 11. c. 8.*

¶Munera inuiſibilis gratiæ quæſtibus non ſunt comparanda. Cap. I.

Iuo p. 1. c. 73. & par. 5. c. 126.
*Matth.* 10.

QVidquid inuiſibilis [a] gratiæ conſolatione β [b] tribuitur, nūquam quæſtibus γ [c], vel quibuslibet præmijs venundari penitus debet, dicente Domino: [Quod gratis accepiſtis, gratis date.] Et ideò quicunq; deinceps in eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis, conſignandiſque fidelibus, aut collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia (niſi δ voluntate oblata) pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit; equidem, ſi ſciente loci epiſcopo tale quidquam à ſubditis perpetratum fuerit, idem epiſcopus duobus mēſibus excommunicationi [d] ſubiaceat, pro eo, quòd, ε ſcita mala contexit, & correptionem neceſſariam non adhibuit. Sin autem ſuorum quiſpiam, eodem neſciente, pro ſupradictis quodcunque capitulis accipiēdum eſſe ſibi crediderit [e]; ſi presbyter [f] eſt, quatuor menſium excommunicatione [g] plectatur, ſi diaconus, trium; ſubdiaconus verò, vel clericus [h] his cupiditatibus ſeruiens, & competenti ζ pœna [i], & debita excommunicatione plectendus eſt.

β ¶Conſolatione.] *In cōcilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impreſſis, duobus ipſorum codicibus Vaticanis, uno regis Catholici, & apud Iuonē legitur,* collatione: *ſed ob gloſſam nō eſt emendatū.*
γ ¶Nunquam quæſtibus.] *In eodem codice Regio, legitur* nūmorum quæſtu, vel quibuslibet præmijs uenundari penitus non debet: *in alijs verò ſupra citatis*, nunquam quæſtu.
δ ¶Niſi.] *Ab eodem codice Regio abeſt dictio iſta,* niſi *ita, vt in his caſibus voluntarias etiam oblationes prohibeat; ſicut de baptiſmo in concilio Eliberitano eſt conſtitutum, infra ead. c. emendari & de ſacris ordinationibus in concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 1. In alijs tamen codicibus eſt ipſa dictio,* niſi.
ε ¶Quod ſcita.] *Antea legebatur,* in conſcientia mala. *Emendatum eſt ex codice Regio, & Iuone in concilijs verò impreſſis variè legitur.*

*Imò, quatenus ſacramentū tribuit gratiā, ut decernit Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. & ideò dare pecuniā p eo, ut eſt ſacramentum, illicitum eſt licitum autē, quatenus ē natura officium B. Th. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad 6.*

a ¶Inuiſibilis.] id eſt, ſacramentum in quo gratia inuiſibilis continetur per ſignificationem.
b ¶Conſolatione.] Notat coniugium non * eſſe de his ſacramentis: quæ conſolationē cœleſtis gratiæ tribuūt: & ideo in ipſo poſſe pretium interuenire. 32. q. 2. honorantur. Cætera ita ſacramenti tenent ſignificationem, ut eius pariter habeant virtutem, illud ſolam ſignificationem. Cætera verbo, ſed iſtud ex conſenſu pficitur. Cætera à iure canonum initium habuerunt, hoc a iure naturali initium habuit. extra de biga. debitum. Illis autē non eſt ratio ſufficiens, ꝙ pecunia interueniat, quia in eo non confertur gratia: quia nec in ſepultura, nec in funeratione gr̄a confert: eſt tñ ſimonia. 13. q. 2. quæſta, Imo dicit lex, matrimonia nō debent eſſe venalia. ff de do. inter virum & vx. l. 2. & dic ꝙ licet quæratur in matrimonio quantū detur pro dote, hoc non eſt ſimonia arg. de conſec. d. 1 nemo. nam epiſcopus non conſecrat eccleſiam, niſi dos fuerit ei aſſignata, ut ibi dicitur; & tamen illud nō eſt ſimoniacum. inf. ea. q. 2 placuit.

Gratia in ſepultura no confertur.

c ¶Quæſtibus.] A quæro quæris, non à queror quereris.
d ¶Excommunicationi.] id eſt, ſuſpenſioni. 32. diſt. eos. no. epiſcopū ſuſpendendū eſſe, quia nō corrigit ſubditum

Ep̄s nō corrigens ſubditum, eſt ſuſpendēdus.

e ¶Crediderit.] Ad hoc vt occultet illud crimen.
f ¶Si p̄sbyter.] Hanc leuem pœnā antiquitus ſuſtinuit: ex poſterioribus autē decretis ꝑ huiuſmodi ſui honoris periculo ſubſunt, & nota infamiæ percelluntur, vt ſup ea. qui baptizandis, & 1. q. 3. c. vlt.
g ¶Excōicatione.] Hic grauius punitur ſacerdos q̄ ep̄s argu. cont. 40. d. hō [1]. Sed hic presbyter [1] duobus delinquit, & quia contemnit, & quia ſimoniam committit. epiſcopus tātum in negligentia [2]. Et quod dicit, quatuor menſium excommunicatione plectatur, hæc pœna non excludit depoſitionem. Alij intelligunt hoc capitulum tātum de negligente [3], non de committente. ſed huic intellectui obuiat illud, accipiendum. & illud, cupiditatibus. Sed exaudi hoc per illud. extra de ſimo. nemo. cum ſcilicet quis celat crimen alterius pro pecunia. arg. ſup. e. c. ibi, contexit. B. Sed adhuc contradicit huic intellectui quod dicit de pœna. quia minor imponitur maioribus. Sed dic, quòd maior pœna eſt epiſcopo ceſſare per duos menſes, quàm preſbytero per quatuor. 40. diſt. homo Chriſtianus.
h ¶Clericus.] & ſecundum hoc clericus in minoribus ordinationibus poteſt eſſe prælatus.
i ¶Competenti pœna.] Depoſitioni. inf. ea. q. 1. cap. vlt. placuit.

Sacerdos grauius punitur q̄ epiſcopus.
1 Arg. extra de cle. vena. c. 1.
2 Sic no. ſ. 24. q. 1. qui contra. in gl. ult.
3 Et talis nō eſt ſimoniacus. quia nil vr̄ emere vel vēdere: ſed pro tāto dr̄ ſimoniacus: quia ſimoniā cōmittit, & contegit. extra de ſimo. nemo. Hug.

ζ ¶ Et competenti.] *In vulgatis legebatur*, pro arbitrio cõpetenti pœna, *ſublata ſunt voces*, pro arbitrio, *quia in vetuſtis exemplaribus, in concilijs impreſſis, & manuſcriptis, & apud Iuonem non habentur, neque auctor gloſſa eas agnoſcit.*

*Item ex concilio Bracarenſi ſecundo, c.4.*

¶ *Emendata eſt inſcriptio ex aliquot vetuſtis codicibus. Nam in vulgatis erat,* ex Carthaginiẽſi quarto, *in quo nõ habetur.*

¶ Nihil à ſacerdotibus exigatur pro balſamo, quod in Chriſmate ponitur. Cap. CII.

PLacuit, vt nullus epiſcoporũ pro modico balſami [a], quod benedictum pro baptiſmi ſacramẽto per eccleſias datur; quia ſinguli † tremiſſem [b] pro ipſo exigere ſolent; nihil vlterius exigatur: ne fortè, quod pro ſalute animarum per inuocationẽ ſancti ſpiritus conſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

† *al. à ſingulis tremiſſes exigi* ] *al. ſinguli tremiſſes exigi.*

*Act. 8.*

*Item ex eodem, c.7.*

¶ Non eſt aliquid exigendum ab ijs, qui infantes ſuos ad baptizandum adducunt. Cap. CIII.

PLacuit, vt vnuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntariè pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis. Si verò per neceſſitatem paupertatis aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptiſmo retrahunt: qui ſi fortè, dum differunt, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint, neceſſe eſt, ut ab illis eorum [c] perditio [d] requiratur [e], quorum ſpolia pertimeſcentes, à baptiſmi gratia ſe retraxerunt.

*Item ex concilio Eliberitano, c.48.*

¶ Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat. Cap. CIIII.

EMendari placuit, vt qui baptizantur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant [f]: ne ſacerdos [g], …

---

PLacuit, vt nullus.] CASVS. Statuitur hic, vt nullus eps pro chriſmate tremiſſem exigat, ſicut olim epi facere conſueuerunt, ne ipſi venundantes, ſicut Simon magus uoluit emere, damnabiliter venundentur.

a ¶ Balſami.] ideſt, chriſmatis. nam poſt conſecrationẽ chriſma eſt. Chriſma ergo vendi non poteſt, nec ẽt in neceſſitate, cũ ſit ſacramẽtum. 1. q. 1. multi. & 1. q. 3. ſi qs pbendas. & ſup. ea. quicquid.

b ¶ Tremiſſem.] Tertia pars ſolidi eſt tremiſſis. De hoc tremiſſe habes. C. de veſte milit. fortiſſimis. li. 12. & inde dicitur tremiſſus ſm Iſidorum, quaſi ter miſſ⁹ ſolidum conſtituat.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt ꝓ baptiſmi collectione nihil exigat: ſponte tamen oblatum poteſt recipi: & ſi timore extorſionis aliqꝰis ſe ſubtraxerit à baptiſmo, aĩa periclitantis à tali pſbytero requiretur.

c ¶ Eorum.] Argu ꝙ in eadẽ ſit perditione & qui damni cauſam, vel occaſionem dat, & qui damnum dediſſe videtur. inf. 23. queſt. 5. de occidẽdis. & c. cũ homo. cõtra. 26. q. 6. ſi preſbyter. J. 27. q. 2. ſi tu abſtines. ſup. d. 55. ſi qs abſciderit J. 17. queſt. 4. diffiniuit ℞: 50. diſt. ſtudeat. & c. ſæpè J. 16. q. 1. decimæ. 10. Sol hoc intelligendum eſt de cauſa proxima, maximè cum malo zelo cauſam, vel occaſionem præſtant H.

d ¶ Perditio.] Nihil enim intereſt, an occidat quis, an cauſã mortis præbeat. ff ad l. Corn. de ſic. nihil, vnde ſi pſtito impunitatis ſacramento ſeruos fugientes ad ſiam ſacerdos non reddiderit, & poſtea fugerint: fuga eorum à ſacerdote quærẽda eſt, ut inf. 17. q. 4. diffiniuit. qui enim occaſionem damni, &c. ff. ad l. Aquil. qui occidit §. vlt.

e [Requiratur.] Not quòd pro loco, & tempore illicita redduntur, quæ ſimpliciter licita ſunt, vt 27. q. 1. ſneque viduas.

EMendari.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ꝓ baptiſmo nihil recipiatur, nec pedes baptizandorum lauentur. Sequentia duo cap. plana ſunt, in quibus dicitur, ꝙ pro ſacramentis, vel ordinibus, ſepultura, chriſmate, communione, & luminaribus, nihil exigi debet.

f ¶ Non mittant.] Præſumitur enim ſimonia 1. ſimilis præſumptio eſt ex tempore, vel loco. inf. 31. q. 1. relatũ. ſup. d. 81. in omnibus. inf. 8. q. 3. c. 1. & ſup. d. 57. ſi quis in ægritudine. J. 18. q. vlt. Eleutherius. contra extra de ſimo. cum ſit Romana. inf ea. q. 2. placuit. Sol. exaudi hoc de nummis exactis. nam ſponte oblatos accipere poſſum. arg. inf. c. proxi. Alij dicunt hoc vitandum propter ſpeciem mali. argum. extra de tranſact. conſtitutus. ff ad leg. Iul. de ambitu. l. vna. ubi dicitur, quod accuſatus non debet intrare domum iudicis. Hic arguè opus per ſe laudabile ratione temporis reprobari, & ne maliguandi occaſionem inducat. licet enim nummos in concham mittere opus pietatis ſit, tempore tamen ſuſcipiẽdi baptiſmi ſimoniæ ſuſpicionem inducit. arg. eſt ff ad l. Iul. de ambitu l. una in fi. adeo, vt ſi etiam ſub aliquo prætextu tempore prohibito detur, præſumptio ſimoniæ non euaneſcat. arg 57. diſt. ſi quis in ægritudine. & 8. q. 3. c. primo.

g ¶ Ne ſacerdos.] Arg. non ſolum abſtinendum eſſe à malis. ſed etiam ab omni ſpecie mali. arg. ſupra 54. diſt. generalis.

Chriſma vẽdi non põt.

Tremiſſis eſt tertia ps ſolidi.

Damnũ dediſſe vĩ, qui occaſionem damni dat.

1 Vnde ſubdit, ne ſacerdos, &c.

Opus per ſe laudabile ratione temporis reprobatur.

a Et not. inf. 13 q. 2. diffinimus.

Abſtinendũ eſt ob omni ſpecie mali.

Latio Me-olanenſiũ

a ¶Lauandi ſunt.] Quia Mediolanenſes primo aqua conſecrata puerorum pedes lauant, & poſtea baptizant: & non peccant, quia auctoritate Ambr. hoc faciunt, qa qui eſt mundus totus, non indiget niſi vt pedes lauet. Tamen in illa auctoritate intelliguntur pedes, ideſt, affe-ctus, pro tempore etiam luminum pretium interdici in extrauag. Alex. 3. de his ſane Hug. ſatis dicitur ext. de ſim. non ſatis, & c. cum in eccleſiæ.

ADDITIO. Adde ad hoc quod legitur, & not. ſup. ead. emendari. Arch.

quod gratias accepit, pretio diſtrahere videatur. Neq; pedes eorum lauandi ſunt [a] a ſacerdotibus, vel clericis.

*Item ex concilio Triburienſi.*

¶Pro perceptione baptiſmi, vel ſchriſmatis aliquid exigi non debet. Cap. CV.

Pann. l. 4. c. 101.
Iuo p. 1. c. 295.

DIctum eſt ſoiere in quibuſdã locis pro perceptione chriſmatis nummos dari, ſimiliter pro baptiſmo, & communione. Hoc ſimoniacæ hæreſis ſemen deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizauit, & vt de cætero nec ꝓ ordinatione, nec pro chriſmate, vel baptiſmo, vel pro balſamo, nec pro ſepultura, vel communione quidquam exigatur, ſtatuit, ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

*Item ex concilio Cabilonenſi tempore Caroli Magni, cap. 17.*

¶Non pro dedicandis baſilicis, vel pro cæteris ſacramentis, eccleſiæ conferendis aliquid exigi debet. Cap. CVI.

Burc. l. 4. c. 93.
Iuo p. 1. c. 287.
Pann. l. 1. c. 98.

STatuimus, vt ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiẽdum eſt: ita etiam pro balſamo ſiue luminaribus [b] emendis, nihil presbyteri chriſma accepturi dent. Epiſcopi itaque de facultatibus eccleſiæ balſamum emant, & luminaria ſinguli in eccleſijs ſuis concionandi prouideant.

13 *Sicut [c] ergo hæc ſacramenta [d] licet ſimoniace miniſtrentur, tamen benedictionis effectum conferunt accipienti, & ſic ſacerdotalis vnctio, licet ſimoniace miniſtretur; ſuo tamen non debet carere effectu. Sed, ſicut ſupra dictũ eſt, illa ſacramenta ſunt neceſſitatis, hæc dignitatis, & ideo priuilegia illorum non poſſunt generare cõem legem iſtorum. Habent ergo ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacã manus prauam impoſitionem. Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorantia, nec attractionis violentia; qui ab illis ordinantur, quos indubitanter ſciunt eſſe ſimoniacos; ſiue ſimoniace, ſiue non ſimoniace ordinentur ab eis. Vt n. diſtinguit Nicolaus Papa alij ſimoniace ordinantur a ſimoniacis: alij ſimoniace a non ſimoniacis, alij non ſimoniace a ſimoniacis.*

ſu. c. remiſſionem §. ſed notandum.

*Hanc diſtinctionem inuenit Nicolaus Papa ſecundus ſcribens omnibus epiſcopis.*

¶De triplici genere ſimoniacorum. Cap. CVII.

4 ſent. d. 25.
Pann. l. 3. c. 127.

STatuimus [e] decretum de ſimoniacis tripartita hæreſi ideſt, de ſimoniacis ſimoniace ordinatoribus, vel ordinatis, & de ſimoniacis ſimoniace a non ſimoniacis, & de ſimoniacis non ſimoniace a ſimoniacis. ¶Simoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores ſecundum eccleſiaſti-

SICVT ERGO. Hæc ẽ 13 pars huius quæſt. in qua intẽdit probare magiſter, ꝙ ſi aliquis ignoranter ordinatus fuerit a ſimoniaco, vel etiam compulſus, ꝙ diſpẽſatur cum tali. Si autem ſciẽter fuerit ſimoniac[a], vel ordinatus a ſimoniaco, nõ diſpenſatur cũ illo: & hoc ꝓbat per ſex auctorit. Io. de Fant. CASVS Infert Grat. quod ſicut hæc ſacramẽta ſ. baptiſma, & chriſma habent effectũ, licet ſimoniace miniſtrentur, ſic & vnctio ſacerdotalis. Sed eſt aliud in illis quàm in iſtis, quia illa ſunt ſacramenta neceſſitatis: hęc verò dignitatis. Simoniaci enim habẽt caput vulneratum, quos ignorantia, vel alia cauſa nõ excuſat. Vnde Nicolaus diſtinguit. Alij ordinãtur ſimoniace a ſimoniacis. Alii ſimoniace a non ſimoniacis. Alij non ſimoniace a ſimoniacis, quæ diſtinctio probatur per ſequens capitulum.

c ¶Sicut.] Accipit hic finem altercatio Gratiani, quæ quãq; ſimoniacos cõparat hæreticis, quandoq; non, vt ſup. ea. §. qa ergo, & § ſeq.

d ¶Hæc ſcrã] i. baptiſma, & chriſma.

STatuimus] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes In 1. parte idem dicitur, quod dictũ ẽ in diſtinctione Nicolai, In 2. parte quæ incipit ibi, [Simoniaci.] dr, ꝙ ſimoniaci ſimoniace ordinati cum ſuis ordinatoribus debẽt deponi. Simoniaci vero ſimoniace a nõ ſimoniacis ordinati, ab officio maleaccepto remouebuntur, ſed ordinatores non deponentur: cum non ſimoniace a ſimoniacis ordinatis, poterit propter neceſſitatem diſpenſari, vt in ſuo officio permaneant.

e ¶Statuimus.] Idem dicunt hic, quod in § niſi. qa ſubiuua-

[pe]des in li-[b]is ſacris [ſign]ificant af-[fe]ctiones.

...ctus. ſ. vt habeant cor purum, iuxta illud. Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, &c.

STatuimus.] ¶Luminaribus.] Etiam in conficiendo chriſma neceſſarijs fraudem remouet. Non

iungit quid iuris ſit cum ſic, vel ordinantur.

a ¶Simoniacos autem non.] Illi ſola voce non reatu ſimoniaci dicuntur extra de ſi. de ſimoniace. ſ. propter ordinationem a ſimoniacis factam, ſicut vſurarius quandoque dicitur qui vſuras dat. ff. de vſur. debitor.

recipere ordines ſm plurimos doctores: exequi tamen non poſſum ordines ſine diſpenſatione Papæ tantum, ſecundum quoſdam, ſecundum alios cuiuſcunque ſuperioris. Iſta tamen diſpenſatio debet fieri in occultos ne infametur ille prælatus, cuius crimen occultum eſt. huic

b ¶Miſericorditer.] & ita dicitur hic, ꝙ non receperunt executionem.

c ¶Permanere.] In executione.

SED HOC. CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ hoc vltimum membrum intelligitur de illis, qui ordinantur non ſimoniace a ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos, quos non reatus proprius facit ſimoniacos, ſed ordinatio ſimoniaci.

d ¶Sed hoc.] Reſpicit vltimam partem capituli præcedẽtis, ſcilicet ſimoniacos non reatu, ſed propter ordinationem, inf. proximo.

SI qui a ſimoniacis] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliqs gratis ab epo, ſed aliàs ſimoniaco fuerit ordinatus: ſi probauerit illum tunc temporis ab eccleſia toleratum, & neſciuiſſe illum ſimoniacum fuiſſe, poterit cum illo miſericorditer diſpenſari ſi verò ſciuerit illum ſimoniacũ eſſe, deponi debet. Sequens c. patet, quod eſt notabile.

e ¶Si qui.] H. intelligit hoc c. de præciſis,

eos canones a proprio gradu decidant †. Simoniaci quoque ſimoniace a non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio malè accepto remoueantur. ¶Simoniacos autem nõ [a] ſimoniace a ſimoniacis ordinatos, miſericorditer [b] per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere [c].

† Adde ad hũc tex. not in l. ſi quem quam. C. de epiſc. & cler.

*Sed hoc [d] intelligendum eſt de ijs, qui ordinantur a ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos. Hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci.*

*De quibus Vrbanus Papa in concilio Placentino, c. 3. & 4. ait.*

¶De ijs, qui non ſimoniace a ſimoniacis ordinantur, Cap. CVIII.

Magiſter ibi.

SI qui [e] a ſimoniacis non ſimoniace ordinati ſunt, ſi quidem probare [f] potuerint ſe, cum ordinarentur, neſciuiſſe eos ſimoniacos eſſe, & ſi tunc α [g] pro catholicis habebantur in eccleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos laudabilis vita commendat. Qui verò ſcienter ſe a ſimoniacis conſecrari (imò execrari) permiſerint; eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

c. 4.

α ¶Et ſi tunc.] *Antea legebatur*, & quod tunc, *quaſi onus id probandi incumberet volenti ſe purgare. Emendatum verò eſt ex duobus manuſcriptis iſtius concilij exemplaribus.*

*Idem Nicolaus iunior. Hoc idem Alexander ſecundus.*

*¶Verba huius, & ſequentis capituli erga ſimoniacos ſunt in epiſtola Nicolai ſecund, in qua concilium a ſe habitum refert; atq; ea repetiuit Alexander ſecundus in epiſtola omnibus catholicis epiſcopis directa, quæ habetur Romæ manuſcripta tribus peruetuſtis codicibus.*

a n i o

qui tamen neſciebantur præciſi eſſe ab ordinatis. Nam opinio eius eſt, ꝙ ſi occultum eſt eum ordinatorem eſſe ſimoniacum, qui toleratur, ordinatus ſuſcipit executionem, vt 15. q. 7. c. vlt. niſi ſit notorium, vt 32. d. §. verum. Vel niſi teſtibus hoc probari poſſit, vt ſu. ca. quiſquis, & ideo, vt locum habeat ſecundum eum quod hic ſequitur, miſericorditer, &c. neceſſe habet legere de præciſis, Nos vero, q aliter ſentimus, arg. inf. ca. quibuſdã, & ſup. c. reperiuntur. legimus hoc capitulum de occultis. nam quantumcunque occulti ſint, & etiam ignorentur, iſte non conſequitur executionem, & hoc in ſimoniaco in ordine, & licet ſine culpa iſtius ordinati contingat, indiget tamen diſpenſatione, & hoc in deteſtationem criminis, & iõ dicit miſericorditer, & licet hoc in ignorante, ſecus tamen in eo qui coactus eſt, vt inf ea. conſtat. Nam ille de iure admittendus eſt ad executionem, & ea eſt ratio, quia magis conſtat nobis de voluntate coacti, quam ignorantis, nec intelligas illud capitulum de abſolute coacto, quia non recipiet characterem ext. de bapt. maiores, §. ſi autem.

f ¶Probare.] Per ſacramẽtum ext. de ſent. excom. ſi vero. Vel probatur eo ipſo, ꝙ non probatur contra. C qui mili nõ poſ. ſuper ſeruis, lib. 12. Sed pone prælatũ meũ eſſe ſimoniacum, & vult me ordinare, ſi probare poſsũ non debeo ab eo ordines recipere. ſi non poſſum debeo

Simoniacus prælatus ſi vult ſubditũ inuitum ordinare, qđ iuris.

huic tamen obuiat ext. c. per tuas. Io. hoc teneas pro certo, quod ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo, vt in præ. decre per tuas, & int, ea. de cætero, & ſi vellet me cogere, potius debeo pati excommunicationem, vt ext. de ſent. excom. inquiſitioni.

f ¶Probare.] Hinc arg. ꝙ qui ignorantiam allegat, eam probare debet 1. & cum probatio tripliciter fiat, tunc. ſ. directè cum probatio eo ex quo id quod intendit, neceſſario aut veriſimiliter ſequitur: ignorantiæ tamen veriſimilis probatio ſufficit, quod patet ex eo quod dicitur, tunc pro catholicis habebantur. ex his quoque verbis ſeq. ſi tamen eos laudabilior vita commendat, argui poteſt præcedentia merita ad delicti poſt commiſſi veniã impetrandam prodeſſe. arg. ff. de re. mili. non omnis. Io. arg. allegantem ignorãtiam debere eam probare, vt inf. 9. q. 1. ordinationes. inf. 34. q. vlt. in lectum. ext. de elect. innotuit ſup d. 82. propoſuiſti contra. inf. 3. q. 9. indicas. contra. B.

Ignorantiã allegans, eã probare tenetur.

1 Concord. text in l. verius, & ibi gl. & in l. cum de indebito. in gl. in ver, ignoranti. ff. de prob.

g ¶Et quod tunc.] 15. quæſt. vlt. c. vlt, arg. inf 9. quæſt 1. ca. 3. contra. Solu. ibi namque dicitur, quod ſi qui ab hæreticis nominatim excommunicatis fuerint ordinati, ignorantes illos eſſe damnatos: eorum ordinationes ratæ habebuntur: hic autem dicit tunc ratas eſſe ſi eorum ordinatores pro catholicis habebantur, vnde colligi-

ligitur, ꝙ ſi tunc non catholici, ſed dānati habebantur, talium ordinatio non toleratur. ſed ſciendum eſt, ꝙ nõ ſemper contrarius ſenſus auctoritatis pro lege, & certa ratione ſuſcipiendus eſt ſicut in nonnullis decretorum locis diligentia lectoris inuenitur. Vel dicatur ſtrictius ſe

Senſus contrarius non ſẽ pro lege ſuſcipiẽdus.

d ¶In dignitate] ideſt, in ordine extra de ſimo. tanta. & no. infra ea. q. 5. c. 1. cum enim ſanctius ſit character. infra ead ordinationes. non poteſt diſpenſari. M ſecus dixit extra de ſimo. ex inſinuatione.

1 Et no. extra de renu. poſt tranſlationem. ibi uideas.

Conſtat.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi qui per coactionẽ ab hæreticis fuerint ordinati: ſi eorũ cõmunioni non conſenſerint ſed ſtatim ceſſante uiolẽtia ad eccleſiam redierint, ſufficienter excuſantur: at qui poſt menſem redeunt, rei tũc ſunt acceptæ dignitatis.

¶De eo, qui ordinatur ab illo, quem ſcit ſimoniacum eſſe. Cap. CIX.

Iuo p. 5. c. 79. Pann. li. 3. c. 126.

De cætero ſtatuimus, vt ſi quis in poſterũ ab eo, quẽ ſimoniacũ eſſe non dubitat [a], ſe conſecrari permiſerit, & conſecrator, & conſecratus non diſparem dānationis ſententiam ſubeant [b]: ſed vterque depoſitus pœnitentiam agat, & priuatus propria dignitate perſiſtat.

*Item paulò ſuperius.*

¶Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericordia. Cap. CX.

Magiſter ibidem. Deuſdedit p. 4. Iuo p. 5. c. 79. Pann. li. 3. c. 125.

Erga ſimoniacos nullam [c] miſericordiam, in dignitate [d] ſeruanda, habendam eſſe decernimus, ſed iuxta canonum ſanctiones, & decreta ſanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe apoſtolica auctoritate ſancimus.

*Subaudiendum eſt, niſi violenter attracti fuerint. De his enim, & a quibuslibet hæreticis uiolenter ordinatis ait Innocentius ad epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. cap. 5.*

¶De ijs, qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur. Cap. CXI.

† Eodem.] ori. ideſt, Boneſo.

Conſtat multos vim paſſos, atque inuitos, attractos, repugnanteſq; ab hæreticis † ordinatos, ſed huiuſmodi aliquis, ſi poſt ordinationem talem nõ interfuit, cũ illi conficerent ſacramenta, ſi communioni eorũ particípatus non eſt, ſi ſtatim [e] diſcedentibus illis [α] peſſimo cõciliabulo eorum abrenunciauit, & ad Eccleſiam redijt [f]: iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis [g]. Cæterũ qui poſt menſem [h], aut amplius [i], redierunt, cum ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos: quamuis nihil ab eis acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis.

α ¶Illis.] *In editione trium tomorum legitur*, diſcedẽs de eius peſſimo. *Sed editio quatuor tomorum, et codex canonum habet, ut Grat. multa aũt i hoc capite collector arbitratu ſuo aptauit.*

*Tales [k] plerũq; intuitu pietatis reformat catholica ma-*

e ¶Si ſtatim.] Arg. ꝙ ſi qua alicui tradit inuita & pro viribus renuẽs: ſi ſtatim poſt traditionem fugerit, non tenet illud matrimoniũ: quod præſumitur ex verbo, ſi ſtatim, maxime ſi nunquam conſenſit. H. & ita per ſequentia deprehenduntur præcedentia 2. 22. q. 2. quod ait. de pœn. diſt. 3. Iudas.

Matrimoniũ nõ tenet ſi mulier inuita ſtatim fugerit.

2 Adde ad hoc quod legis. & no. ſ 44. diſt. multis.

f ¶Rediſt.] Eo animo vt iterum nõ redeãt ad eos: ſicut dicit lex, ꝙ is qui fugit ab hoſtib. eo animo vt iterum ad eos redeat, nõ habet poſtliminium. ff. de ca. & poſtli. re. l. nihil intereſt. C. eo. l. pe. nec enim ſatis eſt domũ quem redijſſe, ſi mẽte alienus eſt, vt ff. de offi. præſi. l. 1. diuus. & 3. q. 9. indicas.

g ¶Excuſatiõis.] Ar. ꝙ coactio excuſat in ordinib. ſic 50. diſt. presbyteros. 15. q. 6. c. 1. 20. q. 3. præſens. arg. cõtra 15. q 1. merito. & inf de conſe. diſt. 4. eos, quos.

Coactio in ordinib. excuſat.

h ¶Poſt menſem.] Ar. ꝙ ſi aliqua alicui inuita tradita fuerit, ꝙ aliquanto tempore cum eo in domo manſerit, & cum potuerit non effugerit: ſi poſtea uirum dimiſerit, poterit reuocari ab eo: quia ex tanto temporis conſenſu ratum fuit matrimonium. ar. 31. q. 2. de neptis. 63 diſt. quanto. 50. diſt presbyteros & diſtin. 45. de Iudæis & extra de ſpon. ad id quod.

i ¶Amplius.] Arg. ad probandum conſenſum interfuiſſe matrimonio, ſi non ſtatim diuertit dum poterit. 16. q. 1. reuertimini.

ſe habere in ſimoniacis propter odium ipſius horrendi criminis: & mitigantius in alijs peruerſis ordinationibus: quod illo c. demonſtratur 9. q. 1. ab excommunicatis. Vel quod hic dicitur catholicis, non ad ordinantes, ſed ad ordinatos refertur. B.

a De cætero.] Non dubitat.] Quia eſt notorium: vel per ſententiam. H ſed contradicit litera.

b ¶Sententiam ſubeant.] Tu intellige de eo quem probare potuit ſimoniacum, qui eſt ordinandus. melius intellige ſecundum quod dixi in glo. ſupra proxi. ca. in glo. per ſacramentum ver. hoc teneas A.

Erga ſimoniacos.] CASVS. Dicitur in hoc c. & ſimoniaci ad aliquam dignitatem promoti deponi debent: & nulla cum eis poterit fieri diſpenſatio. Patet ſequens §. ubi excipit uiolenter attractos: ſiue à ſimoniacis, ſiue ab hæreticis attracti fuerint.

c ¶Nullum.] infra eod. ſi quis neque. infra ead. q. 7. requiritis. infra ea. q. 5. c. 1. contra. Sol. hic ſimonia eſt in promoto, & promouente.

TALES. CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ tales. ſ. ab hæreticis violenter attracti: ſiue ſtatim redierunt, ſiue non, quandoque de miſericordia tolerantur: ſed cum ſimoniacis non diſpenſatur: nec authenticam, ideſt, fructuoſam poſſunt agere pœnitentiam, niſi renunciauerint rei quam ſunt ſimoniacè adepti, & tunc diſpenſatur cum eis, ut cum minoribus hæreticis diſpenſatur. Sequen. cap. patet, in quo oſtenditur qualiter cum hæretico diſpenſetur.

k Tales.] Scilicet qui cõſenſerint hæreticis, vel ſtatim receſ-

receſſerunt, vel non ſtatim. idem intelligo etiam poſt momentum, ſi iam conſenſiſſent. & idem poſt centum annos, ſi non conſenſiſſent. Nam ſemper accuſarentur. ff de re mil. non omnes. §. qui captus factum ergo tangit hoc dicendo, ideo tamen dicit, qui poſt menſem: q. & ſi intra mēſem redierint, ſemp fuiſſe inuiti pręſumuntur. niſi cōtrarium probaretur: ſed poſt mēſem præſumerentur conſenſiſſe, niſi contrarium probaretur. & eſt ſi. C. ad Velleian. l. ſi mulier perfectè. ff. de his quæ in frau. cred. ſi pignus. Item nunquid eſt ſimonia abrenunciare beneficio, vt alij detur. Non niſi deducatur in pactum: vt extra de præben. dilecto. ſpem tamen 2. inde habere non eſt ſimonia. extra de pact. cū pridem. Item qualiter regnum Dei pecunia poſſit emi: cum

Beneficij r[enunciatio] vt alij de[tur] non eſt ſ[imoniaca].

*nus impoſitio cū ſatisfactione, & medicina pœnitentiæ; ſed damnationem ſimoniacorum, & eorum, qui eis conſenſerunt, legimus; medicinam vero authenticam[a] ex hac hæreſi nominatim non legimus: niſi quòd, ſicut uſurpatum eſt[b] in Nouatianis[c], uel Donatiſtis, minoribus[d] utique hæreticis nō canonicè, ſed ex intuitu pietatis; ita etiā[e] ex his poſſe fieri colligimus, ideò etiā, quia aliorſum[f] per omnia orthodoxam habent fidē, niſi quòd Spiritum ſanctum credunt eſſe uenalem. Et, ut ait Beatus Auguſtinus, hæretici, cum redierint; qua parte ſe abſciderint ab eccleſia, curentur; qua uerò parte adhæſerint, cognoſcantur[g].*

a Spē no[n] Pann. Fely[n] in c. conſul[tationes]. d[e] ſimo. Ang[elus] & legiſte i[n] l. ſed & ſi l[e]ge, §. conſuluit, de pet[itione] hæred.

ſup ea c. quod quidam, verſ. ſed ſi cur.

*Hinc & Leo Iannario[a] Aquileienſi, epiſt. 3.*

a ¶ Ianuario.] *Sic etiam citatur infra ead. q. 7. c. ſaluberrimū & ſic habetur in manuſcriptis Leonis codicibus, quamuis in excuſis ſit,* Iuliano. *Cæterum verba ipſa epiſtolæ referuntur in dicto cap. ſaluberrimum. & ex parte. ſupra ead. c. ſi quis hæretica. Nam hic ſententia potius affertur.*

¶ Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perſeuerent. Cap. CXII.

OMnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicā deſerens unitatem, hæreticę, vel ſchiſmaticę coniunctionis contagione ſe maculauerit; ſi ad eccleſiam redierit cū legitima ſatisfactione, & erroris ſui damnatione; hoc in magno beneficio habeat[h], ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inuenitur[i] ordine permaneat.

ſup. ea. c. ſi quis hæretica. & inf. ea. q. 7. c. ſaluberrimum. Poly. li. 7. tit: 5. Pann. li. 3. c. 131.

*De his autē, qui ordinantur ſimoniacè a non ſimoniacis (utpote illi, qui data pecunia archidiacono, uel conſiliarijs epiſcopi, epiſcopo ignorante, hoc efficiunt, ut de manu eius ſacros ordines accipiāt) ita ſcribit Gregorius VII. lib. 6. Reg. in ſynodo Romæ habita, anno Domini 1078. die 19. Nouembris, c. 5.*

¶ Ordinationes, quæ ſimoniacè fiunt, falſæ iudicantur. Cap. CXIII.

ORdinationes, quæ interueniente pretio[k], vel precibus[l], vel obſequio alicui perſonæ ea inten-

Poly li. 2. tit. 38. Iuo p. 5. c. 82.

a ¶ Authenticam.] .i. fructuoſam: niſi executioni rei adeptæ renunciauerint, vt infra ea. q. ſi quis neque.

b ¶ Vſurpatum eſt.] idest, contra rigorē factum eſt: arg. C. de iur. do. ubi.

c ¶ Nouationis.] Infra ea. q. 7. Maximū. & c. Donatum.

d ¶ Minoribus.] Nō enim cū maioribus hęreticis diſpēſatur, vt infra q. 7 c. 1.

e ¶ Ita etiam.] Cū ſimoniacis eſt diſpenſandum, vt iam habebitur.

f ¶ Aliorſum.] Q. d. & hoc facit ad diſpēſationem.

g ¶ Cognoſcantur.] Argu. q̄ ſi inſtrm̄ ſit falsū & in aliqua parte verum; vbi verum eſt, debemus illud recipere. C. de tranſ. ſi ex falſis. argu contra 9. diſtin. ſi ad ſacras, & 42. diſt cap. quieſcamus.

Inſtrm̄ pro parte verum & pro parte falſum eſſe poteſt.

h OMnis] ¶ Habeat.] Si tñ iterata unctione nō fuerit maculatus, ut ī. q. 7. ſaluberrimum.

i ¶ Inuenitur.] Si tñ illos ordines ſimoniacè nō reciperet, & cū quib. diſpēſet, & cum quibus non, dicunt 1. iſti verſus.

Si bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur:
Vt ſubuertatur fidei ſtatus ordo petatur.
Vel ſi præſtetur quod utrumque Simon operetur.
Vt diſpenſet, ſpes irrita prorſus habetur. ī. ea. ſi quis.

1 Et not. 9. q. 1. in ſum. ibi uideas. nam ibi ponuntur concord. ad ea quæ ſequuntur. Archid. Verſus.

DE HIS. CASVS. Proſequitur de his Gratianus hic, qui ſimoniacè a non ſimoniacis ordinantur, & caſus planus eſt.

ORdinationes.] CASVS. Dicitur hic, q̄ falſa iudicatur ordinatio, quæ pretio, precib. uel obſequio confertur. Idem dicitur de ordinatione eius, qui canonicè non eligitur: quia taliter ordinatus non intrat per oſtiū, ſed fur eſt & latro. Patet ſeq §.

k ¶ Pretio.] Dato, vel retento, vel promiſſo. C de tranſ. tranſactio, nā remittere dare eſt. extra de teſti. ueniens 1. nihil ſit ſpiritualius. de pę. diſt. 1. medicina. & non ordo vel honor eccleſiaſticus. & eſt ratio: quia cum uendente regnum cœlorum non poteſt eſſe malitia: hic ſecus ſed falſum eſt regnum Dei emi, ſed ex miſericordia meritiſque præcedentibus acquirunt. 13. q. 2. animæ, de pœ. diſt. 1. medicina.

l ¶ Vel precibus.] Hoc de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis, vel à ſe porrectis: aliàs non, vt infra eadem latorem.

l ¶ Vel precibus] Hic habes q̄ preces inducunt ſimoniam, ut inf. c. ſunt nonnulli. 8. q. 1 Moyſes. & hoc uerū eſt ſi aliquis pro ſeipſo petat. talis autē ſe ingerit; quod non licet, ut 8. q. 1. in ſcripturis. & extra de iure patron. per noſtras. Alij dicunt, quod aliquis pro ſe, ſi eſt dignus,

Preces q̄q̄ ſimoniam inducunt.

dignus, poteſt petere nam Petrus dixit. Quid ergo fiet nobis, qui ſecuti ſumus te? & ita pro ſeipſo petijt. Sed ſi preces porriguntur ab alio, diſtinguitur, vt 3. q. 2. in ſumma & q. 1. c. Moyſes. Io.

a ¶ Intentione.] Ergo ſine ea intẽtione non eſt ſimonia aliàs ...

vult probare in quibus, & quibus modis committatur ſimonia directe, & dicit, ꝙ tribus. ſ. in munere a manu, munere a lingua, munere ab obſequio, & hoc vſque ad §. [Quolibet.] Io.

SVnt nonnulli.] CASVS. Oſtenditur hic, ꝙ non ſolum ſi pecunia accipiatur ꝓ ordinatione, committitur ſimonia: ſed ſi obſequiũ, vel fauor, ſiue humana gratia ꝓpter hoc accipiatur, & hoc ꝓbatur auctoritate Eſaiæ.

c ¶ Accipiunt.] Extra de ſim. & ſi quæſtiones.

d ¶ Deſcriberet.] Non eſt in Eſaia id qđ ſequitur, ſed in pſalmo: Iudica me Domine, ſibi, in quorum manibus.

e ¶ Ab obſequio.] Et ſic vr̃, ꝙ non poſſim ſeruire pro beneficio, vt hic, & ſu. px. ar. contra 12. q. 2. quicunque ſuffragio, & c. charitatẽ, & de cle. nõ reſi. de cætero. licite etiã poteſt quis ſperare, vel appetere dignitates, vt 74. diſ. conſuluit 61. d. quid proderit, & extra de pac. cũ pridem. Sol. H. dicit ſi directe habeat animũ ad hoc, cum ſeruit, eſt ſimoniacus, vt 1. q. 1. ſunt quidam. Sed tu dic ꝙ ſi dignus eſt, & dignum exhibet ſeruitiũ, nõ ẽ ſimoniacus vt hic, & ext. de cle. nõ reſi. de cætero. aliàs ſi indignus eſt, vel dignus, & idigne ſeruit, ſimoniacus ẽ, & hoc notauit cũ dixit. Seruitus indebite, &c. ſcilicet dignus ſeruire poſſit, non tñ

tione [a] impenſo, vel quæ non communi conſenſu cleri, & populi ſecundum canonicas ſanctiones fiunt, & ab ijs, ad quos conſecratio pertinet, non comprobantur, falſas † eſſe dijudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per oſtium, ideſt per Chriſtum intrant, ſed, vt ipſa veritas teſtatur, fures [b] ſunt, & latrones.

† *irritas* ] orig. & Polyc. Io. 10.

14 *Quia ergo ſimonia tripliciter in capitulo notatur, vidẽdum eſt quot modis pretium in hac hæreſi detur.*

*Hoc B. Gregorius in Euangeliorum tractatu hom. 4. in fine exponit dicens.*

¶ De multiplici genere ſimoniacorum. Cap. CXIV.

Anſ. l. 6. c. 83. Burc. l. 1. c. 113. Iuo p. 5. c. 36. Pann. l. 3. c. 121

CLericos autem.] CASVS. Dicitur hic q clerici, qui de bonis parentum ſuſtentari poſſunt, ſi aliquid accipiunt de bonis eccleſiæ, ſacrilegium committunt. Idem repetit in ſequenti capitulo. Addit tamen, q pauperes accipiunt non peccata, ſed alimenta; diuites vero contra. & hoc c. pars eſt illius cap. 16. q. 1. quoniam quidquid.

a ¶Accipiunt.] Et in malos vſus conuertunt, & ſic intellige ſequentia capitula, cum ſcilicet male diſpenſant infra 12. q. 1. illi qui.

b ¶Sacrilegium.] Ar. q ſtipendia eccleſiæ non ſunt danda iis quibus propria ſufficiunt, vt 12. q. 1. illi qui ar. extra de ſimonia. cum ſit Romana. nec ulla eccleſiaſtica. arg. contra 12. q. 2. charitatem. ff. de reg. iur. in naturā. Sol. quod hic dr, exhortatio eſt, nō præceptum. Vel de his loquitur, qui occaſione patrimonij ampliādi quod habēt, ſe diuinis ſubtrahūt obſequiis, quibus ſe abſentantibus dandum non eſt [1]. Vel dic de quarta pauperibus debita, q̄ dari prohibetur abūdantibus. Panis enim egentium, &c. vt J. 14. q. 5. c. 2. & in ſumma. Si abundātes de bonis eccleſiæ ſuſcipiūt ſiue abſentes ſiue præſentes ſunt, licet nō debet eis denegari portio, quia nemo cogit ſuis ſtipēdijs militare: mortaliter tamē peccant [2] præſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruāt inf. ea. §. uerum cū cap. ſeq. [3].

1 Arg. 15 q. 1. generaliter.

2 Iſta eſt ſententia Lau. quā ſequit Io. de Fant. ar. op. 42. diſtin. §. 1. 48. diſt. ſicut.

3 Dic ſi ſunt tales habentes patrimoniū amplū q bn diſpenſant dando pauperibus & alijs. quibus debent dare: tales pūt bn hīe ſtipādia eccleſiæ. argu. 12. qō. 1. illi qui.

¶Qui ſumptibus proprijs ſuſtentari poteſt, ab eccleſia ſtipendia non accipiat. Cap. VI.

16. q. 1. c. fin.

CLericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt; ſi quod pauperum eſt, accipiunt [a], ſacrilegium [b] profecto committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt.

In conc. Aquiſgr. c. 107.

*Item Proſper de contemplatiua uita, lib. 2. c. 9 & 10.*

¶Quibus ſua ſufficiunt, eccleſiæ alimentis non ſuſtententur. Cap. VII.

Proſper ibid. c. 10.

PAſtor eccleſiæ ijs, quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud ſit, habentibus dare quàm perdere. Nec illi, qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid uolunt, ſine grādi peccato ſuo, vnde pauper [c] victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per prophetam Spiritus ſanctus: [Peccata populi mei comedūt.] Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimēta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita poſſeſſores non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.

Oſee 4.

*Verum his auctoritatibus prohibentur ab eccleſia ſuſcipi [d] non illi, qui quondam fuerunt diuites, poſtea verò omnia reliquerunt, vt Petrus [e], & Matthæus, & Paulus: aut pauperibus diſtribuerunt, vt Zachæus: aut eccleſiæ rebus adiunxerunt, ſicut illi, qui prædia ſua uendentes ponebant pretia ante pedes Apoſtolorum, ut eſſent omnia communia, ſed illi, qui in domibus parentum reſidentes uel ſua relinquere nolentes, eccleſiaſticis facultatibus paſci deſiderant.*

Matth. 4. Luc. 19. Act. 4.

*De quibus in eodem lib. Proſperi, c. 10. ſubinfertur.*

Et in conc. Aquiſgr. ibidem.

¶Qui ſua relinquere non vult, non debet ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari. Cap. VIII.

SI quis propter hoc non vult ſua relinquere, vt habeat vnde viuat, vt quid [f] accipit vnde rationē reddat? vt quid peccatis alienis [g] ſua multiplicat? *Idem ibidem paulo ſuperius.* ¶Non eſt meum dicere, quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, qui eccleſiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant, ſuis expenſis inſuper grauant; propter hoc fortaſſis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenientes excipiant aut ne ſuum expenſis quotidianis imminuant.

PAſtor eccleſię.] c ¶Pauper.] Panis egētiū vita pauperis eſt, qui fraudat illū, homo ſanguinis eſt, vt inf 14. q. 5. c 2 & 3. q 1. nulli.

VERVM. CASVS. Cōcludit Gra. ex ſupradictis quod relinquentes propria pro Deo, ſunt recipiēdi, alij verò non: ſed H. intellexit de ſuſceptis iā in eccleſia; q non debent ali de bonis eccleſiæ, ſi aliunde habent. vnde dicit Gratianus non rectè procedere.

d ¶Suſcipi.] ideſt, ſuſcepti alimenti. non enim tantum de ſuſcipiendis loquitur.

e ¶Petrus.] Non videtur cōpetere exēplū de Petro, q fuit pauper piſcator, & ita reliquit paupertatē tm ꝓpter amorē Dei. & ſic faciunt multi tēplarij: & hoſpitalarij hodie & quaſi omnes religioſi. ſed Petrus ſeipsū abnegauit.

Petrus ꝑ Chriſtū abnegauit ſeipſum.

SI quis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima reprehēdit illos, qui propria retinentes ideo viuunt in collegijs vt ſuis ſumptibus parcant, & vt pauperes & aduenientes non recipiant. In ſcda parte reprehendit illos, qui ideo alijs ſe præferunt, quia in ſuo ingreſſu monaſterio plus cæteris cōtulerūt. Scda pars incipit ibi, [Quod ſi.] Seq §. patet.

f ¶Vt quid.] 12. q. 1. expedit. 23. q. 7. quod autem. 12. q. 1. illi autem. §.

g ¶Peccatis alienis] ideſt, de oblatis pro peccatis aliorum.

Eccleſiæ ſtipendia non ſunt diuitibus danda.

a ¶Velut

¶Quòd ſi aliquid de fructibus ſuis eccleſiæ, velut pro ipſa expenſa ſua [a] contulerint, non ſe prę̨ferāt inani iactantia [b] illis, quos nihil habentes paſcit, & veſtit eccleſia: qa perfectior [c] eſt ille, qui ſe mūdi rebus expoliat [d], ant† qui cum nihil habuerit, nec habere deſiderat; quàm ille, qui ex multis, quæ poſſidet, eccleſiæ aliquid præſtat, ac ſe de eo, quod præſtiterit, forſitan iactat.

† al. &

*Ecce qui prohibentur ab eccleſia ſuſcipi. Illi vero, qui omnia ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel eccleſiæ rebus adiungunt; & ab eccleſia laudabiliter ſuſcipiendi ſunt, & eius opibus ſuſtendandi.*

*Vnde in eodem libro, cap. 11 legitur.*

¶Qui ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel eccleſiæ rebus adiungunt, laudabiliter eccleſiaſtica diſpenſant. Cap. IX.

Et in Aquiſgr. c. 101.

SAcerdos cui diſpenſationi [e] cura cōmiſſa eſt, non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit [f] à populo diſpēſanda, & fideliter diſpenſat [g] accepta: quia omnia ſua aut parētibus reliquit, aut pauperibus [h] diſtribuit, aut eccleſię rebus adiūxit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore cōſtituit, ita ut unde pauperibus ſubminiſtrat; inde & ipſe tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cum perfectione [i] virtutis, vitę neceſſaria ſiue in domibus [k] ſuis, ſiue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, ſed cogit viuendi neceſſitas, *& infra* c. 14. ¶De talibus dicere vr̄ Apoſtolus: Qui in ſacrario [l] operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui in altario deſeruiunt cum altario participant.] Qui niſi hoc de contemptoribus facultatum ſuarum uellet intelligi, nunquā ſecutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangeliō viuere.] De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volunt: qui nec habēt, nec habere aliquid concupiſcunt, non ſuorum, ſed communium poſſeſſores. Quid eſt aliud de Euangelio viuere niſi laborantem inde, vbi laborat, neceſſaria vitæ percipere [m]? Apoſtolus tamen, qui ſic Euangelium prædicauit, vt nec de Euangelio viueret, ſed neceſſaria ſibi ſuis manibus [n] miniſtraret, de ſe confidenter eloquitur: [Ego autem nullo horum vſus ſum [o].] Et quare hoc dixerit, ſecutus aperuit dicens: Expedit mihi mori magis, quàm vt gloriam meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriam [p] ſuam, ſi ab eis, quibus prædicabat voluiſſet accipere vitę temporalis † expenſam. Nolebat quippe in præſenti laboris ſui fructum, ſed in futuro recipere.

In Aquiſgr. c. 112. 1. Cor. 9.

† al. corporalis.

Eccleſiæ dare aliqua ꝓ ſua ſuſtentatione nemini licet.

a ¶velut pro ipſa expenſa ſua.] Arg. aliquem poſſe dare eccleſiæ de proprijs pro ſua ſuſtentatione. Hug. hoc nō eſt uerum, niſi illud fiat ſine peccato, vt extra de ſimon. tua. nec excuſat paupſtas, vt ext. ea. qm̄ ſimoniaca.

b ¶Iactantia.] Nam nocet iactantia. 6. q. 1. imitare.

c ¶Perfectior.] ideſt, expeditior ad ſeruiēdum Deo eſt.

d ¶Expoliat.] Nam tunc dr̄ in eo manere Spiritus ſanctus, cū uoluntariam diligit paupertatem. de pę. diſt. 2. quærendū. diuites tamen cum bonis, &c. 30 diſt. hoc ſcripſimus.

SAcerdos.] CASVS. Dicit hic, ꝙ clerici qui bona ſua parentibus, vel pauperibus eccleſijs reliquerunt, vel qui à natiuitate ſua pauperes fuerunt, viuere debēt de bonis eccleſiæ & probat auctoritate Apoſtoli dicentis: Qui in ſacrario, &c. licet Apoſtolus noluerit de Euāgelio viuere: ſed ſuis manibus victū quærere, vt liberius arguere poſſet. Seq. ca. cum §. patet.

e ¶Diſpenſationis.] inf. 12. q. 1. c. expedit.

f ¶Accipit.] ideſt, accipere debet.

g ¶Diſpenſat.] i. diſpenſare debet tam ſibi, quam alijs, &c.

h ¶Pauperibus.] Quod ei licet. 12. q. 3. c. 1. 2. & 3.

i ¶Cū perfectione.] ideſt, expeditione ad ſeruiendum Deo.

k ¶In domibus.] inf. de cōſecr. d. 5 in omnibus cōtra inf. 12. q. 1. neceſſaria. cōtra. inf. 12. q. 2. nobis. Solu. hic loquitur de clericis indigētibus, quibus tenetur prouidere ſicut alijs pauperibus. iſti tales accipiunt ab eccleſia: non quia clerici, ſed quia pauperes ar. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim ꝑcipiant, qd̄ in communi. ſoliti erant habere, vt diſt. 32 ſi qui vero.

Clericis indigentibus eſt prouidēdum.

l ¶Sacrario.] inf. 13. q. 1. §. quia ergo. inf. 16. q. 1. c. pen., & vlt.

m ¶Percipere.] inf. 12 q. 2. charitatem.

n ¶Manibus.] inf. 10. q. 3. cauendū. inf. 21 q. 1. clericus.

o ¶Vſus ſum.] Ne ea occaſione pſeudoapoſtoli acciperent, & ſic in prædicatione perſiſterent. nam ex quo videbāt eū nō accipere, verecundabant & ipſi accipere. ADDITIO. De hoc legi. & not. 28. q. 1. iam nunc. in fi.

p ¶Gloriam.] Quam habeo apud Deum de hoc quod non accipio, vel ſi acciperem cum ſcandalo, uel ultra quàm deberem, vel ſi prædicarem eo obtentu, ut acciperem 1.

Cleri-

a C Lerici. ] ¶Deſeruiunt. ] Etiam infirmi ſeruiunt extra de cle. ægro. c. 1. ff. de ſta. lib. l. cum hæres. §. Stichum.
b ¶ Meritum. ] 12. q. 2. Vult errare. & c. de redditibus, ſed inf. 16. q. 7. c. 1. contra. ſed ibi ſoluitur. Vel meritũ, id eſt, vt ingreſſu monaſterij aliquid ſit dandum: quia qui monaſterium intrat, non religionem, ſed ſtipẽdia emit. Et reſpondet Grat. ꝙ ſimonia eſt; quia non ſolum emere ſpiritualia, ſed ſpiritualibus annexa ſimoniacum eſt, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

a ¶ Aut parentibus. ] *In aliquot manuſcriptis Gratiani legitur* aut pauperibus reliquit. *In vetuſto autem Proſperi codice, & in concilio Aquiſgranenſi, legitur,* quia omnia ſua aut reliquit, aut eccleſiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani, & Proſperi habent vulgatam lectionem, nihil eſt mutatum.*

*Item ex concilio Agathenſi, c. 36.*

¶Iuxta meritum laboris, eccleſiaſtica ſtipendia ſacerdotes diſtribuant. Cap. X.

C Lerici omnes, qui eccleſiæ fideliter, vigilanterq; deſeruiunt [a], ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitij ſui meritum [b] per † ordinationem canonum a ſacerdotibus conſequantur.

† al. vel.

*Multorum* [a] *auctoritatibus luce clarius conſtat, ꝙ ab ingreſſuris monaſterium nõ licet pecuniam exigere; ne, & ille, qui exigit, & ille qui ſoluit; ſimoniæ crimen incurrat.*

a ¶ Multorum. ] *In vulgatis codicibus huic* §. Multorum *præponebatur hic titulus.* Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ, *qui ſublatus eſt, quoniam abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus collatis, & in pleriſque hic* §. *eſt initium ſequentis tertiæ quæſtionis.*

## QVÆSTIO III.

S*Ed adhuc* [c] *obijcitur, quòd qui ingreſſuri monaſterium pecunias tribuunt, nõ propoſitum religionis, ſed participationem ſtipendiorum eccleſiæ emunt. Temporalia ergo, non ſpiritualia ementes, nequaquam ſimoniaci habendi ſunt.* ¶ *His itaq; reſpondetur. Non ſolum, qui ſpiritualia, ſed etiam qui temporalia annexa* [d] *pretio accipiunt, vel tribuunt †, ſimoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquens ex perſona Domini: (Quis eſt, inquit, in vobis, qui claudat oſtia* [e], *& incendat altare meum gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.) Oſtia claudere non eſt ſacri muneris officium, ſed tantum ſibi adiunctum.*

† hæ voces [*vel tribuunt*] abſunt a pleriſque manuſc.

*Mal. 1.*

*Item Gregorius vniuerſis epiſcopis Hiſpanis.*

c ¶ Sed adhuc. ] Hic depingit 3. quæſtio, an ſcilicet ingreſſũ, vel præbẽdas emere ſit ſimoniacum, primum membrum expeditũ eſt ſu. eo. ꝓx. quæſt. ſecundũ expeditur hic. No. ꝙ pbẽda [2] dicit quãdoq; ius quoddam ſpirituale ꝑcipiẽdi eccleſiã, vel ipſam præbendam hoc modo emere ſimoniacum eſt. Quandoq; dicuntur ipſi fructus præbendæ: quos emere nõ eſt ſimoniacũ, vt extra ne prælat. vices ſuas, c. vltim. niſi quis forte emeret fructus ab initio ſuæ ordinationis, vel inſtitutionis i ipſa eccleſia, vt habeat dum vixerit. argumen. infra ea. ſi quis obiecerit, & c. Saluator. tunc enim ita ſunt annexa, vt qui priuetur officio, priuet. & illis, vt 81. diſtinct. ſi quis ſacerdotum.

Præbenda dicitur dupliciter.

2 Præbenda per ſe profana eſt. Inno. Pan. Fel. cã, cũ Martin. Ferrarenſis, de conſt.

3 Ad illud ius non poſſunt duo recipi ſimul vno iure vacãte. extra de præb. dilect. Archi.

Beneficio priuatur qui priuatur officio.

d ¶ Annexa ] Arg. ꝙ idem iuris ſit in vno coherentium, & connexorũ, quod in altero, vnde q priuaẽ officio, & beneficio, vt ſup. d. 82 decernimus ſup. d. 81. ſi quis ſacerdotum, &c. eos ſup. diſt. 50. ſtudeat. contra ibi de gratia, hic de rigore.

e ¶ Qui claudat oſtia. ] id eſt qui gerat officium oſtiarij. Vnde videtur, ꝙ emere huiuſmodi officium oſtiarij, vel pulſandi campanas, ſit ſimoniacum: cum illud ſpectet ad officium primicerij. 25. diſt. perlectis, quod concedo: ſed emere quancunque adminiſtrationem rerum eccleſiæ, puta, ꝙ det panem in refectorio vel vinum, vel cuiuſcunque alterius rei, dicit H. ſimoniacum eſſe, argum. contra. ſup. ead. quæſt. 1. ſi quis epiſcopus. prope fin. & inf. ead. quæſt. Saluator, & dicit, ꝙ licite poteſt dari pecunia alicui, vt ſuſcipiat tale officium: ſed tamen ille non poſſet dare pecuniam, vt ei daretur [4], & ſic aliquid vendi poteſt licite, quod non poteſt emi. Alii dicunt, quod tunc eſt ſimonia emere aliquam adminiſtrationem eccleſiaſticam cum aliquod ſpirituale habeat annexum, vel talis eſt, ꝙ per clericum ſtatutũ cõſueuit exerceri, & rõne officij: quod magis credo.

Simoniacũ ẽ emere officiũ pulſandi cãpanas.

Emptio adminiſtrationis eccleſiaſticæ eſt ſimoniaca.

4 Rõ eſt quia nõ præſumitur, ꝙ ita fideliter adminiſtret in recompẽſatione eius, quod dedit arg. ff. de probat. cũ de indebito, Io. de Fan.

Sed cõtra. ...d. præter ...c in fi. & ...c cõtra ẽt ...bat ca. hic ...legatum. ...ntuluit, vt ...i not. Arc.

vt presbyter plus quam alij percipiat 1, vt diſ. 74. conſuluit, quod non eſt in alia ſocietate. ff. pro ſocio. verum. §. ſed cum tres.

S Ed adhuc obiicitur ] CASVS. Hic tractatur tertia quæſtio, in qua quæritur an ingreſſum eccleſiæ, vel præbendas emere ſit ſimoniacum. Sed de ingreſſu eccleſiæ eſt expeditum in prima quæſtio. Et certum eſt, ꝙ emere præbendam ſecundum, quod dicitur præbenda ius ſpirituale, ſimoniacum eſt; ſed præbenda, id eſt, fructus præbendæ emere non eſt ſimoniacum. Sed obiicit hic adhuc, ꝙ pro

AVdiuimus ] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſacrilegium, & ſimoniam committunt qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia per pecuniam acquirunt, & qui ea conceſſiunt pro pecunia, vnde præcipitur ne de cætero fiat: & quod factum eſt in præterito, irritetur.

Franciæ quaſdam eccleſias ab epīs haberent, & in illis presbyteros ſæculares. toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte, vel alia cauſa mutabantur, ideo præcepit Papa, vt quas ſpatio xxx. anno. ſub hac redemptione poſſederũt, amodo ea ceſſante, quiete poſſideant,

¶De ijs, qui ſacros ordines munerum acceptione diſpenſant. Cap. I.

AVdiuimus dilectiſſimi, quod nos audiſſe oportuit, ſed audiſſe profecto nõ libuit: quoſdã ſcilicet eſſe ſacrorum ordinum profeſſores, qui ſub munerũ datione, vel acceptione, Dei eccleſias, vel earũ ſibi beneficia vſurpant. Quod quidem ſcelus, vos non iam dudum acriter correxiſſe, vehementer admiramur. Iuſte enim vterq; corripiendus eſt, & a ſanctæ liminibus eccleſiæ ſubmouendus, & qui pro eccleſię ambitu munera largitur, & qui vt eccleſiam adeat, quidquam præſumit accipere. Iſte quippe donum Dei emere, hic autem præſumit vendere. A ſacrilegio [a] quoq; hoc facinus non diſpar dixerim: cum id, quod ſponte, & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur [b]. Quare fratres chariſſimi, quæ taliter tacta ſunt, curioſe refellite, infecta prohibete, veſtriſque iuſſionibus reſiſtentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

*Item Rothomagenſi epiſcopo, & Gallicis omnibus.*

¶De ijs, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia vendunt. Cap. II.

SI quis dator, vel acceptor, Dei eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando emerit, ſiue accipiendo vendiderit, a Simonis non excluditur perditione. Sed ſi perſeuerans fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui ſub religionis obtentu Deo famulari voluerit; ſi quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto fruſtratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuſte receperit, reſtituere [c]; & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

*Item Gregorius vij. Papa lib. 6. reg. in ſynodo c. 4.*

¶Ab officio ſuſpendatur epiſcopus beneficia, vel eccleſiaſtica officia vendens. Cap. III.

SI quis epiſcopus præbendas, archidiaconatus, præpoſituras, vel aliqua eccleſiaſtica officia vendiderit, vel aliter, quàm ſtatuta ſanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit; ab eccleſiæ officio ſuſpendatur [d]. Dignũ eſt enim vt ſicut gratis epiſcopatum accepit; ita membra [e] eiuſdẽ epiſcopatus gratis diſtribuat. Poly. l. 2. tit. 4.

*Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluernia.*

¶Nec altaria, nec præbendas epiſcopis vendere licet. Cap. IV.

QVæſitum eſt [f] de epiſcopis, qui altaria monaſterijs

a ¶Sacrilegio ]Et crimine læſæ maieſtatis 15. q. 3. ſane. 2. q. 1. in primis.

b ¶Cauſatur.] Ideſt, in cauſam ducatur, vel ꝑ cauſa, ſcilicet, pro acceptione, vel datione pecuniæ fit: vel cauſatur, ideſt, facit vnde, cauſari, id eſt, accuſari, debeat.

SI quis dator. ]CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſimoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate ſi pſeueret damnatur, & qđ iniuſte acceptũ eſt, reſtituatur.

Pecunia ſimoniaca cui eſt reſtituenda.

c ¶Reſtituere.] Sed cui dices reſtituendã talẽ pecuniam? Videtur, ꝙ ei ĩ cuius ignominiam data eſt. 17. q. 4. ſi quis in atrio. 15. q. vlt. cum multæ 27. q. 1. ſi quis rapuerit extra de ſimo. de hoc in Auth. đ ſanc. epiſ. §. ſed neq; coll. 9 & ext. de ſi. audiuimus. Ecõtra videtur ꝙ illi q dedit eam, vt extra. ca. veniens. Item videtur, ꝙ illa pecunia non debet remanere penes eccleſiam. cum Petrus dixerit: Pecunia tua, & c. 1. Itẽ quia fiſco competit perſecutio eorum, quæ ſcelere cõquiſita ſunt ff. de iur. fiſc. Lucius. ff. de donat. inter virũ, & vx. cũ hic ſtatus. §. ſi.

1 Supra ea. q. 1. Petrus, & c. qui ſtudet. & Act. 8

SI quis epiſcopus] CASVS dr̃ hic, ꝙ ſi quis eps̃ beneficiũ, vel dignitatẽ eccleſiaſticã ſimoniace contulerit. ab officio debet ſuſpendi: quia iuſtũ eſt, vt qui gratis acquiſiuit epiſcopatũ, minora ſtipẽdia gratis cõferat.

d ¶ Suſpendatur. ] Ideſt, deponatur. 83. d. c. 1. Vel dic, vt ſup. e. q. 1 quidquid.

e ¶Mẽbra.] inf 3. q. 9. puta. ar. ͡ 12 q. 2. cognouimus ĩ. d 63. in ſynodo arg. eſt hic, ꝙ idẽ iuris eſt in toto, qđ in parte, & in maiori, qđ in minori. 23. q 1. de forma, ext. de præben minorib. 95. d. eſto. ff pro derelicto. l. 3.

Ius idem eſt in toto. q̃, & in parte.

QVæſitum eſt ] CASVS. Cum quidam monachi deant. ſaluo annuo cenſu epiſcoporum, quem ex eiſdem eccleſijs habere conſueuerunt, Sequens c patet.

f ¶Quæſitum eſt.] Scđm H. caſus talis eſt. Quidã epi cõtulerant eccleſias quaſdam cũ omni iure ſuo quibuſdã locis

data [a] frequenter redimi compellebãt pecunia: quia quidam ſimoniacæ prauitatis vſus in Galliarum partibus iã diutius inoleuit, vt eccleſiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monaſterijs datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata auaritia vendantur: mortuis nimirum, ſeu mutatis clericis, quos perſonas † vocãt. Nos auctore Deo venalitatem omnẽ tam ex rebus, quàm ex miniſterijs eccleſiaſticis propellentes†, hoc vlterius fieri auctoritate Apoſtolica prohibemus; ſicut etiã præbendas omnes venundandas interdicimus. Porrò quæcunq; altaria vel decimas ab annis triginta [b], & ſupra [c], ſub huiuſcemodi redemptione [d] poſſediſſe monaſteria noſcuntur, quiete deinceps, & ſine moleſtia qualibet eis poſsidenda firmamus. ¶Saluo vtique epiſcoporum cenſu annuo, quem ex eiſdem altaribus habere ſoliti ſunt.

† *al. perſonatus.*

¶*In ſummis capitulorum concilij Claramontenſis habiti Aluernia (de quibus ſupra ad cap. 1 diſt. 60. dictum eſt,) c. 6. hæc leguntur, quæ ad caput hoc videntur ſpectare.* Vt altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum per perſonas data, mortuis perſonis, libera redeant in manus epiſcoporum, niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel priuilegia confirmata.

*Idem in concilio Placentino, c. 1. & 2.*

¶ *Antea legebatur,* Item Gregorius, *Sed in aliquot vetuſtis rectè eſt,* Idem, *nimirum Vrbanus ſecundus in cuius ſynodo hæc habentur.*

¶Quidquid data vel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. Cap. V.

Cap. 2.

EA, quæ à ſanctis patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt [f]; nos quoque & iudicio ſancti ſpiritus, & Apoſtolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, uel in eccleſiaſticis rebus vel data †, vel promiſſa [f] pecunia acquiſitũ eſt; nos irritum eſſe, & nullas unquam uires habere cenſemus.

† *al. data, vel accepta, uel promiſſa*

*Item Auguſtinus de diſciplina Chriſtiana, vel de dono diſciplinæ, cap. 1.*

locis religioſis mortuis perſonis illarum eccleſiarum collatarum epiſcopi uolebant in eccleſijs inſtituere clericos pro ſua uoluntate: niſi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, q; talis datio pecuniæ ſimoniaca eſt. 1. arg. ad hoc 17. q. 2. c. 1. Alij caſus inutiles conſueuerunt hic notari, quos omitto.

a ¶Data ]A prędeceſſoribus ſuis pro redemptione animarum ſuarum.

b ¶Triginta ] Propter quod credebant aliquod ius acquiſitum epiſcopo; quia per xxx. annos & ultra recepit huiuſmodi redemptionem à monaſterijs: ſed nõ eſt ita, quia furtiue recepit; & ideo non præſcripſit. Item licet monachi ſingulis annis emerent ius inſtituendi, nõ tamen epiſcopis ex hoc fuit ius quæſitum inſtituendi. Et licet hic fuerit ſimonia ex parte Epiſcoporum: non tamen ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit, redimebant: quod licitè facere poterant, ut dixi s. e1. q. 1. nullus. & ſic. ſimonia eſſe poteſt ex una parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi: ſicut etiam ſponſalia poſſunt eſſe ex una parte, & non ex altera. extra de deſpon. impu. de illis. & plura ſimilia notaui 32. quæſt. 5 propoſito. & licet epiſcopus peccet recipiendo pecuniam tamen monachi non peccabant dando, vt 23. q. 1. quid culpatur. Contrarium huic ſignatur inf. 16. q. 4. poſſeſſiones, ſed non eſt cõtra, quia monachi licite quæſiuerant iſta altaria, vnde non habuerũt ea iure præſcriptionis, ſed ex iuſta donatione.

c ¶Et ſupra. ]Hęc dictio ſupra, ad modicum tempus refertur 2. ff ex quib. cau. maio. ab hoſtib' §. ſed quod. argu. ff de verbor. ſignific. hæc adiectio.

d ¶Redemptione. ] Sed nunquid eſt licitum redimere ius ſuum? Hoc not. s q. 1. nullus eps grauamen. & 16. q. vl. decimas 2. Dici enim poteſt quod vbicunq; quis ſcit aduerſariũ ſuum nõ credere ſe ius habere, redimat vexationem ſuam. Sed quare non deponuntur iſti epiſcopi? Dic, quia non agebatur ad hoc & ſententia debet dictari ſecundum formam petitionis extra, de accu. & qualiter & qñ.

e ¶ Saluo utique. ] Non enim pleno iure omnino videt donaſſe eccleſias epiſcopus, nec põt donare ſine conſenſu capituli ext. de don. paſtoralis.

f EA, quæ. ] ¶Vel promiſſa ]Tertium caſum habes, ſcilicet, vel retenta, vt extra de tranſact. ſuper eo. Nam remittere, eſt dare. extra de teſtam. veniens. ff. de calum l. 2. Et in ſpiritualibus non poteſt interuenire 3. tranſactio: cum his tribus modis tantum fiat tranſactio C. de tranſact. l tranſactio ff eod. l. 1. Sed nec permutatio poteſt fieri ſuper beneficio habito, vel habendo: alias bene ad hoc extra de rerum permut. quæſitum nec etiam tranſactio, ut extra de tranſact. ſuper eo. argumen contra extra de offi. iudi. deleg. ſi quando. Sed ibi fuit facta tranſactio non ſuper beneficio, ſed ſuper proprietate: & ſic intellige extra de deci. ex multiplici. Io. Item ſuper ſpirituali tanquam proprietate poteſt permutatio extra de rer. permutat ad quæſtiones non tamen vt detur temporale pro ſpirituali. ext. de rerum permut. cap. ult. illud autem dubium non eſt, quin amicabilis compoſitio interuenire poſſit. extra de tranſact. c. 2. Item ex auctoritate iudicis poteſt interuenire pecunia. ext. de præben. niſi in fine. & extra de tranſact. ſtatuimus, ff de ijs, qui notan. infra. furti. Ioan.

Totum ]

1 Ex parte epiſcoporum recipientium, monaſteria tamen crimen ſimoniæ non incurrebãt: quia ſuis ſuũ redimebant ſm Hug.

† Adde idẽ eſſe ẽt pro honorib. cõſequendis, prohibitum enim eſt. no. Bal. in l. 1. & per totũ tit. ff. ad le. Iul. de amb.

2 Sub hoc eſt uerum aliàs: ſed hĩc non eſt ſicut patet in eo quod no. s. Io. de Fant.

Sñia dictari dẽt ſm petitionis formam.

Simoniam nũquid cõmittit dans pecuniã pro ſpiritualib. ſicut accipiens.

3 De hoc dixi ſup. ea. q. 2. quã pio, ibi uideas. Archid.

Tranſactio in ſpiritualibus interuenire non põt, ſed bñ amicabilis compoſitio.

TOtum. CASVS. Dicitur h.c. ꝙ nomine pecuniæ intellig tur quidquid ab hominib. poſſidetur: & ideo ſi aliquid tale pro ſpiritualibus datur ſimoniacum eſt.

a ¶ Totum.] Probatur per hoc c. ꝙ ſicut in pecunia ſimonia committitur, ita & in alia rc.

vt iud. ſine quoque ſuf. §. cogitatio. Nam ibi dr. ꝙ fiſcus abundare dicitur ſi utatur ſubiectis locupletibus, vt ſup. ea. q. 1. contra ſup. ea q. 1. eos. contra. Sed hoc cũ ex pacto præcedenti.

h ¶ Nec anima.] id eſt, ipſum collegium, vel ad literã.

i ¶ Vi-

Fiſci intereſt ſubiectos habere locupletes.

b ¶ Pecunia.] Strictius accipitur tantũ pro pecunia numerata, infra 14. q. 3. c. 1. 2. & 3.

c ¶ Pecunia.] Nomẽ enim pecuniæ etiam iura continet quandoq; ff. de verbo. ſignifi. pecuniæ. Item qñque etiã ſpeciem & rem quamlibet 1. vt hic. & ff. de leg. 3. quiſquis. item quandoque ea tantũ, quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura 2. Pretiũ autem non cõſiſtit niſi in numero tm̃, vt inſtit. de empt. & vendi. §. itẽ pretiũ.

1 Dicit lex ꝙ pecunia eſt, quidquid pro pecunia accipitur. ff. de calũ. l. 1. §. ult. ꝙ l. 2.

2 Adde not. per Bart. in d. l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. & l. 2. § item mutuum. ff. ſi cer. pet.

## ¶ Quidquid poſſidetur, nomine pecuniæ intelligitur. Cap. VI.

TOtum [a] quidquid omnes poſſident in terra, omnia, quorum domini ſunt, pecunia [b] uocatur; ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum eſt, pecunia dicitur. *& infra.* ¶ Ideo autem pecunia [c] vocata eſt, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.

*Item Paſchalis Papa.*

## ¶ Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur. Cap. VII.

SI quis obiecerit non cõſecrationes emi, ſed res [d] ipſas, quæ ex conſecratione proueniunt, penitus α deſipere probatur. Nam cũ corporalis eccleſia β, aut epiſcopus [e], aut abbas [f], aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo [g] proficiat †, ſicut nec anima [h] ſine corpore corporaliter viuit [i]; quiſquis horum alterum vendidit, ſine quo uel alterum prouenit, neutrum [k] inuenditũ derelinquit. Nullus igitur γ emat eccleſiam, vel præbendam, vel aliquid eccleſiaſticum: nec paſtellum, nec paſtum [l] antea, vel poſtea [m] pro huiuſmodi ſoluat [n].

Magiſter. l. 4. d. 25. Deuſdedit p. 2. Poly. li. 7. tit. 6. Anſel. li. 13. c. 38. Ivo p. 2. c. 24. Pann. li. 3. c. 123.

† Idẽ Hoſt. in ſumma de reb. eccl. non alienan. prin. Panor. in procem. Dec. fol. 4. col. 4. Matt. Affli. de iure ꝓtomiſeos. col. 72.

α ¶ Penitus.] *Deuſdedit, & Anſelmus legum,* videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus ſapere.

β ¶ Corporalis eccleſia.] *Deuſdedit ſic habet,* cum corporalis eccleſiæ epiſcopus, vel abbas ſine rebus, &c. *Reliqui collectores & vetuſti codices Gratiani cõcordant cũ vulgata lectione.*

γ ¶ Nullus igitur.] *Deuſdedit, Polycarpus & Ivo et codex manuſcriptus Decretorum Pontificũ (in quo integra ferè Paſchalis epiſtola, unde caput hoc acceptum eſt, refertur) non habent hæc verba: ſed poſt verbum,* derelinquit: *continenter ſubiungunt,* Quam tamen obiectionẽ ſacer Chalcedonenſis canon penitus exterminat, &c. *Auctor uerba huius capitis, ac totius illius epiſtolæ eſt Paſchalis primus. Nam in eo decretorum codice hæc epiſtola Paſchalis eſt poſt decreta Hadriani II. cum decreta Paſchalis ſecundi ſint poſt Vrbanum ſecundum eo planè ordine, quo ſibi ſucceſſerunt, quod etiam ex ſequenti capite indicatur.*

*Item Vrbanus II. epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei dilecto filio L. † præpoſito eccleſiæ ſancti Iuuentij apud Ticinũ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.*

S I qs obiecerit.] CASVS. Quidam ſimoniaci excuſabãt ſe dicentes ſe non emere præbendas, ſed fructus præbendarum, ſed dicit Paſchalis, ꝙ ſi quis pro temporali fructu pecuniam offerat ſine quo eccleſiaſticum beneficium eſſe non poteſt, neutrum inuenditum derelinquit, nec ſolũ pecuniam, ſed nec paſtũ, vel paſtellũ ante vel poſt licet offerre.

Res ſpirituales emi nõ poſſunt.

d ¶ Sed res.] Non de rebus corporalibus, ſed de iure ſpũalib' cui cohæret officiũ, intelligit. Vel intellige de iure percipiẽdi res, vel de rebus ipſi officio adherẽtibus, vel de rebus cõſecratis, vt in ſyndone. arg. 17 q. 4 ſi fortè. ar 1 q. 6. hæc qꝗpe. int. 16 q. 2. c. 1. §. vlt. Vel intelligas de rerũ adminiſtratione 3. Et ſit in hoc c. de duob. mentio: ſcilicet de cõſecratione & adminiſtratione ex ordine proueniente. & facit ad hoc 1. q. 6. §. 1. vel de iure 4. quo res ipſæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipſis ſecundum Hugo. & tunc qñ quis promouendus eſt ad eccleſiam uel ordinem fructus prouenientes iure eccleſiæ, uel ordinis non licitè emit perceptos uel percipiendos: tunc enim præſumitur emere eccleſiam vel ordinem. alio autem tempore emere non eſt peccatum, ut extra ne prælati uices ſuas. cap. 12. q. 2. alienationes.

3 Super hoc vide qđ dc. & no. 3. ea. §. his ita Archid.

4 Iſta expoſitio approbatur per Bart. & Vin ext. de teſt cõſtitutus. in gl. ſi in omni. iuxta ſi.

e ¶ Aut epiſcopus.] id eſt, dignitas epiſcopalis.

f ¶ Aut abbas.] id eſt dignitas abbatialis.

g Nullo.] Bene accedit ad id quod legitur in Authen.

i ¶ Viuit.] exercendo ſenſus corporeos: aliàs falſum eſt, cum, antequam ſit in corpore, uiuat. ſic exaudi 32. q. 2. Moyſes.

K ¶ Neutrum.] Argum. idem iuris eſſe in uno connexorum quod in reliquo. arg ſup diſt. 8. quo iure 3. q. 6. hæc quippe. & 16. q. 2. cap. 1. & ff de iureiur. cum qui. §. ſi libertus.

l ¶ Paſtum.] Arg contra in Auth. de ſanctiſs. epiſco. §. pro conſuetudinibus colla. 9.

m ¶ Vel poſtea.] Arg ff de pactis, iuriſgentium. §. dolo, ibi, ne quid fiat ei quod ante promiſit.

n ¶ Soluat.] Non etiam ſub obtentu conſuetudinis. inf. ea. q. c. vlt. contra. Dic ut ibi.

Salua-

SAluator.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Vrbanus auctoritate Chriſti, mundi finem imminere ex eo, quod pſeudoapoſtoli, & pſeudoprophetæ apparent multos ſeducentes, quibus a bonis fortiter eſt reſiſtendum, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. In ſecunda parte oſtendit, quòd rem eccleſiaſticam vendere ſimonia eſt, quod probat quinque rationibus. Primo per damnationem Simonis donum Dei emere volentis, vt poſtea venderet, per quod res eccleſiaſtica intelligitur. Secundo per ſynodum Chalcedonen. in qua procurator, vel defenſor eccleſiæ, vel quilibet regulæ ſubiectus fieri per pecuniam prohibetur. Tertio auctoritate Paſchalis, quam ſuper habuimus. Quarto auctoritate Aug. qui reprehendit præpoſiturarum venditiones. Quinto auctoritate Euangelii clamantis contra ſimoniacos. Vos feciſtis domum patris, &c. nec excuſat ſiue in eccleſia ſiue extra eccleſiam res eccleſiaſtica vendatur. Secunda pars incipit ibi, [Igitur quia.] Vel ſic.

## ¶De eodem. Cap. VIII.

Deuſdedit p. 2. Anſ. l. 5. c. 42. *Matth. 24.* — *1. Cor. 11.* — *Ezech. 13.* — *Act. 14.* — *Rom. 8.*

SAluator prædicit in Euangelio circa finē ſæculi pſeudochriſtos, & pſeudoprophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras; ſed tamen portas[a] inferi aduerſus eccleſiam non præualituras. Proinde (quia, vt ait Apoſtolus, oportet[b] hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant) oportet nos cum propheta ex aduerſo conſurgere, & murum opponere pro domo Iſrael, & cum eodem Apoſtolo per multas tribulationes intrare in regnum Dei: quoniam non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶Igitur, quia innotuiſti nobis, ꝙ tibi obijcitur, vtrum vendere eccleſiaſticam[c] rem ſimoniacum ſit, hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur ex hoc, quòd beatus Apoſtolus Petrus ait Simoni: [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] Donum[d] quippe Dei eſt ſpiritus ſanctus, & donum Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. Et ſi bene animaduerteris, Simon magus, qui ad fidem ficte acceſſit, non ſpiritum ſanctum propter ſpiritum ſanctū, quo ipſe erat indignus (quoniam, vt ſcriptum eſt, ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) ſed ideo, quantū in ipſo erat, emere voluit, vt ex venditione ſignorū, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apoſtolus emptionem Spiritus ſancti (quam bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitionem[e] quæſtus talis, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo perculit. Quiſquis[f] igitur res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt; qm̄ a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari dēt) propter ſua[g] lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donū Dei poſſideri pecunia exiſtimat. Ideo qui eaſdem res nō ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad ꝓpria[h] lucra munere linguę, vel indebiti obſequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcit, ſimoniacus eſt, cū principalis intentio Simonis fuerit ſola pecuniæ auaritia, i. idololatria, vt ait Apoſtolus Paulus: Alioquin, cur ſancta ſynodus Chalcedonenſis[i] DCXXX. epōrum, procuratorem, vel defenſorem eccleſiæ, vel quēquā regulę ſubiectū adeo per pecuniā ordinari prohibet, vt interuētores quoq; tāti ſceleris anathematizet, niſi ꝙ eoſdem ſimoniacos iudicet? Quòd ſi præfati milites†[k] eccleſię ob huiuſmodi ſcelus taliter percelluntur, nemo ſa-

*Act. 4.* — *Sap. 1.* — *Inf. c. res eccleſiæ.* — *Coloſſ. 3.* — *C. 2.* — † *al. militantes*

CASVS. In prima parte oſtenditur auctoritate Euangelij, hæreſes debere circa finem ſæculi imminere, vnde oportet nos ex aduerſo conſurgere cum propheta, & cū Apoſtolo pro domo Iſrael. In ſecunda oſtenditur quinque auctoritatibus, quod vendere eccleſiaſtica beneficia ſit ſimoniacū.

a ¶Sed tn̄ portas.] Ideſt, vitia, & etiam hæreſes, quib. intratur in infernū, quæ non præualent eccleſiæ, quia ſemper aliqui boni ſunt in eccleſia 1. 24. quæſt. 1. a recta &c. pudēda.

b ¶Oportet.] Ideſt, vtile eſt, vt nos exercent. inf. 24 quæſtio. vlt. c. vlt.

c ¶Eccleſiaſticam.] id eſt, eccleſiaſticum bn̄ficium, vel aliquā rem conſecratam in caſu non conceſſo, puta calicem 2 ſecūdum quoſdam. Nam & nomen ei generale eſt. ff. de ver. ſignific. rei appellatione. ſu. ea. quæſitum. Vel dic eccleſiaſticam rem, id eſt, adminiſtrationem, & ſic bene adaptatur litera Chalcedonenſis ſynodi.

d ¶Domum.] Ideſt, officium ꝑ quod datur ſpiritus ſanctus, ſcilicet poteſtas faciendi miracula.

e ¶Sed ambitionē.] Arg. effectū, vel conatū ſine effectu puniri. arg. 22. d. c. 1.

f ¶Quiſqs.] Hic collige, ꝙ corporales res eccleſiæ emere, vel vendere ſimonia eſt in tali caſu, cum quis intrat eccleſiā, vt ſu. ea in prin.

g ¶Propter ſua.] Hic vacat argumen. a contrario ſenſu, vt ſup. ea. q. 1. quos conſtitetit, & c. ſi quis epiſcopus inf. 89. q. 2. perlatum.

h ¶Sed ad propria.] Ideſt, precibus quas pro ſe quis offerre non poteſt, ſecundum H. vt no. ſup. ea q. 1 ſunt nō nulli, ſed quid teneas ibi dixi.

i ¶Chalcedonenſis.] Si illi qui emunt, vel vendunt res eccleſiaſticas non ſunt ſimoniaci, cur, &c.

K ¶Milites.] Clerici ſcilicet, qui tales milites ſunt, quo-

Eccleſia ſemper aliquos bonos hēt.

1 Pro qua rogauit dn̄s 2c d. § 2. de pę. d. 3 ſi n. ver. Petrus.

Res eſt nomen gn̄ale. 2 De hoc nota. 10. q. 2. hoc ius. ibi videas ad hoc inf. c. q. res. Archi.

Affectus ſine effectu punitur.

Simonia eſt emere, vel vendere res corporales eccleſiæ.

Clericorum arma quæ ſint.

ram arma lachſimæ ſunt.13.q.vlt.conuenior, vel oratio nes 23.q.8.c reprehenſibile, vel excommunicatio 15.q. 2.c.1 & caſtra eorum ſunt eccleſiæ.54.d.c nullus.

nia in empta adminiſtratione, ideſt, dignitate, ſi talis eſt quæ habeat aliquod ſpirituale annexum ſibi, aliàs non.
i ¶ In ſubiecto vero.] Nonne etiam œconomus, clericus debet eſſe? vtique prout concilium Hiſpalen. interpretatur.16.q.7. in noua. Dic ergo, quòd iſtud verò, potius

Oeconomus dēt eſſe clericus.

piens negabit non militantes [a] eccleſiæ multo damnabilius [b] ob hanc cauſam, ideſt emptionis, vel venditionis, debere percelli. Sed, & beatus prædeceſſor noſter Paſchalis ß de conſecratione affirmat, quòd quiſquis eorum alterum vendiderit, ſine quo alterum non prouenit, neutrũ inuenditum derelinquit: ac per hoc, eum, qui rem eccleſiæ vendit, vel emit, ſimoniacum eſſe intelligitur †. Nomine verò procuratoris [c] intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia, præpoſitum [d], œconomum [e], vicedominum: defenſoris nomine aduocatum [f], ſiue caſtaldum [g], & iudicem [h]: in ſubiecto verò [i] regulæ archipresbyterum, archidiaconum [k], canonicum, monachum, vel quemlibet eccleſiaſtico mancipatum officio. Quòd verò ſpiritum ſanctum, quantum in ſe eſt, vendat, vel emat, qui præpoſituram, vel aliquid huiuſmodi vendit, vel emit; audi Auguſtinum ſuper Ioannem. [ O quot γ præpoſituras fecerunt. Alterum præpoſitum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia illi, & illi quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam: vnuſquiſq; laudat [l] præpoſitum δ ſuum, q; vẽdit, &c.] Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſituræ diſtractione agens, nomine columbæ ſancti ſpiritus venditionem, vel emptionem accipit; ſicut, & omnes huius Euãgelici capituli tractatores. Penſandum verò eſt, qua pęna mulctentur, qui iam Deo, & eccleſiæ ſuæ oblata vendũt, vel emunt: ſi cũ flagellis a Dei tẽplo eiecti ſunt, q; q̃ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorũ venditorib. vel emptorib. dictũ eſt? [Vos feciſtis domũ patris mei, domũ negotiationis, & ſpeluncã latronũ;] qd dicetur de eccleſiæ iam oblatorum venditoribus, vel emtius

ß ſu. ead. c. ſi quis.

† al. intelligit.

γ Trac. 10. in c. 2. Ioannis.

Ioan. 2.

Matth. 21.

ſup. diſtin. 40. honio. inf. 11. quæſt. 3. præcipue inf. 25. quæſt. 1 nulli fas, infra ea q. peruenit contra Sol. poteſt dici, quòd dicitur laicus peccare magis, quia peccat in duobus, & quia rẽ eccleſiæ emit. & qa ſuo officio non debitam: argum. ff de re. iu. culpa clericus autem in vno, qa emit tantum.
a ¶ Non militantes.] Contra ſupra diſtinctio. 19. nulli fas. infra 8. quæſtio 1. illud, & 32. queſtio. 5. qui viderit.
b ¶ Damnabilius] id eſt. damnabiliter, arg 27. q. 2. cõiuges. Vel hic appellat non militantes eccleſiæ, non laicos, ſed clericos, qui eccleſiæ nõ ſeruiunt, illi. n. qui emunt, & nõ ſeruiũt magis peccãt; quoniam in plurib. quã qui emũt, & ſeruiũt, & ſecundũ hoc non ſunt contraria, quæ hic ſignantur.
c ¶ Procuratoris.] Generaliter ſumitur hic nomen 1 procuratoris. arg. ff. de procu. l. 1.
ADDITIO. Al. quando procurator actoris vocatur reſponſalis, vt extra de reſtit. ſpol. ex conquæſtione. in fin.
d ¶ Præpoſitum] Sed quam differentiã facit inter iſta noĩa, põt dici, φ nomen præpoſiti generale eſt, & continet alia ſub ſe. argumen. extra de verb. ſignifi. quamuis. Vel dic, φ præpoſitus, & œconomus nomina diuerſa ſunt, ſed idem ſignificant ſicut primas, & patriarcha. 99. diſt. c. 1. vel bene poſſunt eſſe in eadem eccleſia præpoſitus, & œconomus. De vicedomino planum eſt, quia ille eſt, & qui præeſt reb. epiſc. 89. d. c. volumus. vicedominus in rebus epiſcopi œconomus 2 in rebus canonicorum: ſæpe tamen vnum ponitur pro alio.
e ¶ Oeconomum.] Oeconomus eſt cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, C. de ſacroſanct. eccleſ. iubemus.
f ¶ Aduocatum.] Scilicet qui præeſt tantum cauſis tractandis, qui alias dicitur ſyndicus.
g ¶ Caſtaldum.] ſ. qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias maior domus. 89. d. volumus.
h ¶ Et iudicem.] Sicut in eccleſia Boñ. ſed nõne iſti tres poſſunt eſſe laici, ſic ſine dubio. Qualiter ergo in iſtis officiis, quę nihil ſpiritualitatis habent annexum, ſimonia cõmittitur? dicit H φ in omni adminiſtratione rei eccleſiaſticæ committitur ſimonia, ſi ematur, vt no. ſup. eo. in prin. & hoc eſt ſimoniacum, quia prohibitũ, non ideo prohibitum, quia fuit ante ſimoniacum, ſed alij non ita late extendunt ſimoniam, inhærentes conſuetudini generali. dicunt enim, quòd tunc tantum eſt ſimo-

1 Sic extr. de procu. petitio. Arch.

Præpoſitus, & œcõ nomĩ differunt.

2 Adde glo. & Bar. in l. 1 §. aduocatos ff. de var. & extr. or. cog.

Emere adminiſtrationẽ rei eccleſiaſticæ ſimoniacum eſt.

tius aduerſatur officio, quàm ordini. nam circa alia conſiſtit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum ſequentium. Quidam autem intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt ſimoniacum eſſe huiuſmodi officia emere? & qd dicit, in ſubiecto vero, &c. ideo dicit, quia illi magis ſunt ſubiecti regulæ eccleſiaſticæ, quàm iſti: licet omnes ſint clerici. nam dum illi verſantur circa exteriora, & adminiſtrationes, iſti circa diuina officia: & ideo dicit, mancipatum officio, & non dicit, ordini. vel ideo, dicit, in ſubiecto, &c. vt notetur, φ iſti habent curam animarum annexam, & quod dicit de canonico, vel monacho, non referas ad adminiſtrationẽ ſed ad emptionem præbendæ, vel ingreſſus monaſterij. Vel ideo dicit, in ſubiecto regulæ, quia eos ligat illa conſtitutio, Nemo militantes Deo, &c. 3 Superior autem adminiſtratio circa temporalia, & eos non ligat illa cõſtitutio, Nemo militans Deo.
ADDITIO. Hic adde quod not. infra ead. q. 7. ſi quis omnem Arch.
K ¶ Archidiaconum.] Hoc totum intellige de dignitatibus ipſis.
l ¶ Laudat.] In eo, φ laudat, non cõmittit ſimoniã, ſed in eo, qd vendit; qa qd cõmẽdandi cauſa dr, pro non dicto hr. ff. de dolo, qd venditor; ſed hoc verum eſt, dum cõmendatio conſiſtit in genere. Nã vbi deſcẽdit ad ſpecialia,

3 21. q. 3. c. 1 & 2. ad Tim. 2. c.

cialia, teneretur ex eo, quod cōmendādo plus vendidit, niſi quod cōmēdando, dicit, ſit in euidēti. ff. de cōtrah. em. ea §.
a ¶Indeſinite.] Not. ex indefinita colligi vniuerſalem, vt ſu. q. 1. eo. ff. de aleato. l. 1. §. quod autem. ex quo enim a canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 11. q. 1. quòd ſi dormierit. inf. 2. q. 5. conſuluiſti. ſu. d. 19. ſit Romanorū. ar. ſu. diſt. 55. Euangelica. ſu. ea. q. 1. ſunt non nulli. ar. contra. inf. 27. q. 1. idolatria 1.

Vniuerſalis ex indefinita colligitur

t Immo eſt argu. pro dō hoc not. ext. de coniu. lepro. c. 2.

b ¶Hæc circa.] Hæc particula de capitulo non eſt, &c.

ptoribus? Et ne quis inſanus objiciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicaſſe, quia tunc illa in Dei templo vendebātur; eccleſiaſticæ verò res modo extra templum diſtrahuntur; attende ſuperius Auguſtinum non determinantem locum vēditionis, vel emptionis præpoſitorum; ſed tantum indefinite [a] dicentem: [Circuit aliquis emere columbam; vnuſquiſque præpoſitum ſuum laudat, quod vendit.] nō adijciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [b] venditores, vel emptores rerum ſacrarum ſufficit.

*¶Integram epiſtolam Vrbani II. dilecto filio L. præpoſito eccleſiæ B. Iuuentij apud Licinum refert Deuſdedit in ſua collectione.*

α ¶Propter ipſum ſanctum.] *Additæ ſunt hæ duæ voces, & iſtius hic locus emendatus ex ipſa epiſtola, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶Paſchalis.] *Antea legebatur,* Paſchaſius libro de conſecratione: *reſtitutus autem eſt locus ex vetuſtis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epiſtola Paſchalis Papæ.*

γ ¶O quot præpoſituras.] *Apud B. Auguſtinum (cuius multi vetuſti codices hoc loco collati ſunt) legitur,* ò quot præpoſita fecerunt: alterum præpoſitum, &c. *Apud Vrbanum vero vbique eſt,* propoſta, & propoſtum.

δ ¶Præpoſitum ſuum.] *Apud B. Auguſtinum legitur,* vnuſquiſque ad propoſitum ſuum laudat, quod vendit. *In epiſtola verò Vrbani,* vnuſquiſque propoſtum ſuum laudat, quod vendit. *Nomine autem propoſiti apud B. Auguſtinum interdum ſignificari ſectam quandam conſtat ex 2. lib. contra* Creſconium, *cap. 56.*

*Item Alexander ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Lucenſis eccleſiæ clero, & populo ſalutem perpetuam.*

Deuſdedit p. 2.

¶Miniſtri, & ſeruitores eccleſiæ abſque vlla venalitate ab epiſcopis ordinentur. Cap. IX.

EX multis temporibus hoc deteſtabile malū intra veſtram eccleſiam inoleuiſſe cognouimus, vt nulli vmquam clerico, quamuis religioſo, quamuis ſciētia & moribus prædito eccleſiaſticum beneficium concederetur, niſi ei [c], qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet: fiebatq; eccleſia, & res eius ita venalis, veluti quædā terrena, & vilis merx a negotiatorib. ad vendendum expoſita. Quod malū, quam deteſtabile, quantū Deo, ſanctiſque ſit contrariū, & ſacri canones docent, & fere omnib. manifeſtum exiſtit. ¶Chalcedonenſe namq; cōcilium vnum ex principalibus [d], ſimili pœna condemnat eos, qui eccleſiæ beneficiū interuentu pecuniæ acquirūt, & eos, qui ſacrā manus impoſitionē (per quam ſpiritus ſanctus cōfertur) mercari dignoſcuntur. Vtroſque. n. auctoritate inexpugnabili [e], illos [f] a beneficio, iſtos [g] a ſacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de templo eijciens, cathedras vendentiū columbas euertit, nūmulariorum effudit æs, præcepti ſui auctoritate denunciās, & dicens. [Nolite facere domum

C. 2. ſu ea. q. 1. ca. ſi quis epiſcopus.

Matth. 21.

EX multis.] In hoc capitulo Alexander reprehēdit Lucēſes, qui nō niſi per pecuniā clericis quāuis dignis eccleſiaſtica beneficia cōferebant, quod Alexāder deteſtatur, & auctoritate Chalce. concilij oſtēdit eos deponendo, & auctoritate Chriſti eos de eccleſia deijciendos, & netm malum de manib. Alexādri requiratur, ſtatuit & decreuit, ne de cætero aliqs pro eccleſiaſtico beneficio cōferendo pecuniam ſumat, nec aliqs pro habēdo cōferat: & q cōtra hoc fecerit, deponat, & eccleſiā perdat, & niſi reſipuerit, anathematizeē.
CASVS. In 1. parte reprehendit Alexander omnes ſimoniacos, & ſpāliter Lucēſes, inducendo auctoritatē Chalcedonēſis concilii, & Dñi qui vendentes & ementes eiecit de templo. In 2. conſtituit, q nullus committat ſimoniam. In 3 conſtituit pœnam depoſitionis contra tranſgreſſores huius conſtitutionis.

c ¶Niſi ei.] Simile habes 32. d. interdixit.

d ¶Ex principalib.] Papa tamē bene poteſt diſpenſare contra, ſi non ſit in articulis fidei. 15 diſt. ſicut ſancti. vel de vniuerſali ſtatu eccleſiæ, vt no 25. q. 1. ca. ſunt quidam. ſup. d. 16. ſancta.

Papa non diſpenſat in duob. caſib.

e ¶Inexpugnabili.] quātum ad ordines retinendo.

f ¶Illos.] ſ. ementes eccleſiaſticum beneficium.

g ¶Iſtos.] ſ. ementes ſacram manus impoſitionem.

patris mei domum negotiationis.] Illud quoque in eodẽ facto, ſolicite conſiderate, quòd per totum textum ſanctum Euangelij nuſquam reperitur Dominum tanta ſeueritate, tam diſtricta cenſura iuſtitiæ, peccantes corripuiſſe, cum non ſolum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo, aperte demonſtrans, quòd tales negotiatores, non ſicut cæteri peccatores ſunt corripiendi [a], ſed a templo Dei, ideſt a ſancta eccleſia [b] longius ſunt proijciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem uendere conantur; ſic per nũmularios eccleſiaſtici beneficii venditores deſignãtur, qui domum Dei, teſte Euangelio, ſpeluncam latronũ efficiunt. Quapropter ego Alexander ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus (immo miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſijs, & maxime in Lucenſi eccleſia, ex iniqua concupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis [c] iniquorum a diſtricto iudice de manu [d] noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque, & præſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri deceſſores feciſſe noſcuntur) deinceps epiſcoporum, beneficium eccleſiæ (quod quidã canonicam †, uel præbendas, ſeu etiam ordines † uocant) pro aliquo pretio, uel munere clericis audeat unquam conferre [e]: ſed omnes miniſtros, & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſque ulla uenalitate in ſancta eccleſia ſtudeāt ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant; ſed eos, qui moribus, & diſciplina, atque ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam ualeant ſuſtentare eccleſiam. Conſtituimus, & eodem modo firmamus, ut nullus cuiuſcumque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarum, uel donariis eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribueneum; quia (teſte ſcriptura α [f]) qui aliquid male accipit, ut quaſi bene diſpenſet, potius grauatur, quam iuuatur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorum, & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficiũ eccleſiæ, iniqua cupiditate ductus uendere, uel emere temerario auſu preſumpſerit, ſicut in Chalcedonenſi [g] cõcilio definitum eſt, gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſſit [h] eccleſiæ, qua pecunia uenalem fieri concupiuit, & inſuper terribili anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

¶ *Extat integra hac epiſtola in bibliotheca Vaticana poſt librũ Anſelmi Lucenſis.*

α ¶Teſte ſcriptura.] *Hic referuntur verba ipſa beati Gregorij ex epiſtola ad Syagrium, quæ habentur ſupra ead. q. 1.* non eſt putanda.

*Item Gregorius homilia 39.*

*Ioan. 2.*

*Ezech. 3.*

† *al. canonicas.*
† *al. ordinationes.*

Sup. ea. q. 1. c. non eſt putanda.

Accuſationẽ admonitio dēt p̄cedere.

1 Arg. ea. ca. q. 7. accuſatio in fi. vbi de hoc. & de hoc not. inf. q. 7. requiritis. Arch.

Fideles ſunt domus Dei.

Prælatus ex negligentia ſua tenetur.

Diſpenſare cum ſimoniaco quis poteſt.

a ¶Corripiendi.] Argu. ſimoniacos ſine præcedenti admonitione eſſe puniendos, quod H. non concedit: quia ſecundum eum etiam in accuſatione neceſſaria eſt admonitio propter euangelium. 2. q. 1. ſi peccauerit 1. Itẽ vt volens accuſare ſi defecerit, ſubeat pœnam, quam cõuictus aduerſarius ſubiret. Itẽ vt aduerſarius non grauet in expẽſis, & vt diſciplina eccleſiæ nõ deſeratur. 23. q. 5. excommunicatorum. argu. contra Hu. ext. de ſimon. licet Hely. Ioã. Quidquid dicit H. illi decret. licet. ſtabitur B.

b ¶ A Sancta eccleſia.] Ideſt, a conſortio fidelium per anathema. nam ipſi fideles ſunt, domus Dei, vt inf. de pœ. diſt. 4. in domo. nam alias ipſo iure ſunt ſuſpenſi, vt not. ſup. ea. q. 1. reperiuntur.

c ¶Sanguis.] i. vindicta, vel proditio, vel, peccatum. infra, 9. q. 3. epiſcopo.

d ¶ De manu.] Nota prælatum ex negligẽtia ſua teneri. 81. diſt. dictum.

ADDITIO. Ad hoc 18 q. 2. cognouimus. 83. d inferior. 81. d. dictum. vbi de hoc. Arch.

e ¶Conferre.] Iſti volebant facere fraudem legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere, vel dare extra de vſu. c. ſup eo. & hoc eſt fraudulentũ munus, vt ſu. ead. q. 1. ſi quis neque. Arg contra. ſup. ead. q. 1 iudices.

f ¶Scriptura.] ſu. ea. q. 1. nõ eſt putanda. 14. q. 5. forte.

g ¶In Chalcedonẽ.] Sup. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.

h ¶Poſſit.] Arg. cum ſimoniaco nõ poſſe diſpẽſari in ordine, vel beneficio ſimoniace acquiſito. arg. ſ. ea. q. 7. requiritis. ſup. ea. q. e. ſi qs neque. Ioan tamẽ cum eo qui ſcienter committit ſimoniam, ſolus Papa diſpenſat. 25. q. 1. §. his ita venſic & ſũmæ. ſed ſi eo ignorãte ſimonia cõmiſſa ſit, vel ſi tantũ in animo, epiſcopus diſpenſat, vt extra d: ſimon. de regularibus, &c, ex inſinuatione, & c. fina. immo cum ſolo animo committitur ſimonia, ſola pœnitentia ſufficit, extra de ſimo. c. fin. & ita dixit T. ſuper decr. de ſimo. nobis. Io. Vel ſic. in prælatione non poteſt epiſcopus diſpenſare, nec in ordine per ſimoniam acquiſito, ſed in beneficio ſic a, vt innuit illa decre. nobis. B.

Ven-

VEndentes. ] CASVS. Aug. triplicitex exponit euangelij verba, vbi dicitur, ꝙ Chriſtus eiecit de templo vendentes, & ementes. Et dicit primo, ꝙ ementes, & vendentes intelliguntur, qui emunt vel vendunt ſpiritualia. Secundo, qui contra iuſtitiam vendunt, quod de iure.

e ¶ Debitam. ] Videtur ergo, ꝙ theologi, & decreti ſtæ non poſſint aliquid percipere ex eo, quod docent. nam ad hoc tenent vt 43. di. Epheſijs. 16. q. 1. reuertimini. ar. contra. 28. q. 1. iam nunc 12. q. 2. charitatem. Sed dic accipi poſſe licite 2. vt ſu. ead. q. 1. qui ſtudet. ſuper ver. liberalitatis. Sed pone promiſſionem factam: quando tenetur ſibi ſoluere? Dico, ꝙ in principio anni. arg. C. de profeſ. l. medicos. lib. 10. Item aduocatus in principio debet ſalariū accipere 3. ff. loca. qui operas. argu. contra C. de ſuffra. l. vna Salarium autem non debet excedere ſummam centum aureorum. ff. de var. & extra de cog. l. 1. §. ſi cui autem eſt.

37. diſtin. de quibuſdam. Archid.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. Cap. X.

Iuo p. 5. c. 88. Pann. l. 2. c. 119.

VEndentes & ementes è templo eliminat Chriſtus quia vel eos, qui pro munere impoſitionē manuū tribuūt, vel eos, qui donum ſpiritus emere nituntur, damnat *Item infra.* ¶ Vendētes in templo ſunt; q. hoc, quòd quibuſdam iure competit[a], ad præmium largiuntur. Iuſtitiam[b] enim vendere eſt, hac pro præmij acceptatione † ſeruare. Ementes vero in templo ſunt qui dum perſoluere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure debitam[c] facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum.

† al. acceptione. al. præmio.

3 Niſi ſit aduocatus fiſci, qui dēt in medio accipere. C. de aduo. di. iudic. l. per hanc. Arch.

*Item Beda ad c. Ioannis.*

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum ſunt. Cap. XI.

Iuo p. 5. c. 97. Pan. l. 3. c. 124.

NOn ſolum venditores ſunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiā honoris inquirunt; verum ij quoq; qui gradum vel gratiam[d] in eccleſia ſpiritualem, quā Domino largiente[e] perceperunt, nō ſimplici intentione, ſed cuiuslibet humanæ cauſa retributionis[f] exercent, contra illud Petri apoſtoli: [Qui loquitur, quaſi ſermones Dei[g]. qui miniſtrat[h], tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum.] Quicunque ergo tales ſunt, ſi nolunt veniente Domino de eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis, ne faciant domum Dei domum negotiationis,

1. Pet. 4.

*Item ex epiſtola Vrbani Papæ.*

¶ Quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius vi, vel munere non conuertat. Cap. XII.

sup. ea. c. ſaluator.

REs eccleſiæ, quæ ex cōſecratione proueniūt in ſuū ius vel vi, vel aliquo munere aliquem[i] cōuertere non debere docens ſanctus Vrbanus[k] ait: [Quiſquis res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua

c ¶ Debitam. ] Id eſt quam iure tenetur ſoluere. ſcilicet cum quis aduocato dat pecuniā, vt ipsū defendat ſic vacat illa glo. Videtur ergo.

NOn ſolum. ] CASVS. Non dicūtur tantum ſimoniaci qui ordines, vel beneficia eccleſiaſtica pretio largiuntur ſed etiam ij, qui officium ſuæ dignitatis, ſcientię, vel alterius doni nolunt exercere, niſi cauſa retributionis humanę, quia faciūt cōtra auctoritatē Apoſtoli dicentis: Qui loqtur, &c. ſequens c. patet. in quo dr̄, ꝙ q res q̄ intuitu conſecrationis eccleſię proueniunt illicite alienat, ſimoniam committit.

d ¶ Vel gratiā. ] Alicuius ſcientię, vel alterius doni.

e ¶ Domino largiēte. [ Infra 16. q. 1. reuertimini.

f ¶ Retributionis. ] cum enim ſint literati. & alijs donis p̄diti, nolunt niſi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in eccleſia, vt ſupra e. q. 2. quàm pie & extra de magiſtris. c. 12. & 3. nam dicit etiā lex, quod ciuilis iuris ſapientia non ſit pretio nummario dehoneſtāda, &c. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 1. dicit tamen lex, quod tutor pro facultate pupilli debet magiſtro dare. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. ſi tutor.

Laus ciuilis ſapientiæ.

iure facere tenentur. Tertio, qui quod debent proximo, perſoluere nolunt gratis.

a ¶ Competit. ] Arg. ꝙ in tranſactione illicitè pecunia interuenit, cum remittitur alicui, quod de iure erat illi remittendum.

b ¶ Iuſtitiam. ] Arg. ꝙ, ſententia etiam iuſta ſi per pecuniam data fuerit, nullius momenti ſit, ſimoniam cōmittit, vt 14. q. 5. non ſane. 11. q. 3. qui recte 1. ſed quia præmiſit expoſitionem de ſimoniacis. videtur, quod in his duobus modis nō ſit ſimonia, quod verum eſt: alias tamen graue peccatum committitur, & ſententia non valet 2. quæſt. 6. § diffinitiua. ver. venales C. de pœ. iudic. qui ma. in l. 1. Dicunt tamen quidam, ꝙ ſi cauſa eſt eccleſiaſtica. ꝙ qui iuſtitiam emit, ſimoniam committit niſi in matrimonio. ſu. ea. q. 1. quidquid inuiſibilis.

g Dei ] Id eſt, Deo attribuit, non ſibi.

h ¶ Qui miniſtrat ] Id eſt, loqui & miniſtrare debet.

i RES eccleſiæ ] ¶ Aliquem. ] Et ita videtur ꝙ ſimoniacus ſit violentus raptor vel detentor 4 ſicut alias dicitur. committere ſacrilegium quia res eccleſiæ promiſſas non dat arg. 17. q. 4. c. 2.

K ¶ Vrbanus. ] Hic vnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo. 81. d. & ſi qui ſunt.

4 Et ſic tanquam violētus tenetur de vi: & verū eſt quod violentiā cōmittit: quia non gratis accipit, & quodāmodo ab initio extorquet, ſm lo. de Fant.

ia per pe- niam da- eſt nulla- 1 Vbi de c de pœ- iudicis rrupti, no. uæſt. 6. §. c etiam. eologi & cretiſtæ, centes, ſſunt ali- ad accipe-

lucra vēdit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia poſſideri exiſtimat.

a ¶ Quiſquis.] *Hæc ſunt ex epiſtola Vrbani II. quæ refertur ſupra c. ſaluator. Verba autem antecedentia nuſquam reperta ſunt: quamuis ſimilia quædam diſſimili tamen ſententia, legantur in epiſtola B. Vrbani primi.* Item Beda ex epiſtola Vrbani Papæ. *quod non cohæret.*

*Item Gregorius ſeptimus.*

¶ Simoniacus eſt epiſcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis diſtribuit. Cap. XIII.

Inf 16.q.7.c. peruenit. Poly.l.3.tit.11.

PEruenit [a] ad nos fama ſiniſtra [b], quód quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ, diœceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes conferant; ſed potius laicalibus [d] perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum, vel ( quod grauius [e] eſt) conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini percepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & inter antichriſtos non minimus habeatur: & ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur.

In canonib. Nicænis ex Arabico verſis, c.49.

¶ *Infra etiam 16.q.7.c. peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac ſane Lambertus Scafneburgenſis narrat epiſcopum quendam Bambergenſem. eccleſiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij ſeptimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuiſſe: & in ipſius Gregorij regeſto lib 6. epiſt. 5. ſimile quiddam reprehenditur in Hermanno epiſcopo Metenſi.*

*Item Paſchalis ſecundus.*

¶ Spiritum ſanctum vendit, qui decimas pro peccunia tribuit Cap. XIIII.

Poly.l.3 tit.11.

ALtare [f], & decimas [g] per peccuniam dare, & ſpiritum ſanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat.

¶ *Supra ead. q 1. cap. presbyter. hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paſchali ſecundo. Et Fortaſſe Paſchalis, vt multa alia, accepit à Gregorio ſeptimo, quæ ipſe annotauit. In Polycarpo lib. 3 tit. xi. citatus ex concilio Toletano.*

*Item Innocentius ſecundus in ſynodo Romana, c. 2.*

¶ Careat honore male acquiſito, qui eccleſiaſtica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. Cap. XV.

Pan.l.8.c 138. ex Cabilonenſi.

SI quis præ-

PEruenit. CASVS. Dicitur hic quod inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis ſeruientibus vel conſanguineis, & non ſacerdotibus decimas & oblationes concedit: & qui dant & qui recipiunt, æterno incendio puniuntur, quod [illegible] videtur intelligere, de iure ſpirituali: ſed bene intelligit etiam de temporali fructu. Sequens cap patet.

a ¶ Peruenit.] inf. 16. q 7. peruenit.

b ¶ Siniſtra. Not. de epiſcopis, qui omnia agunt ſiniſtre, vt. 35. diſt. eccleſiæ.

c ¶ Oblationes. ] 10. q 1. quia ſacerdotes.

d ¶ Laicalib.] Quod fieri nō debet, vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, quod fructus bene poſſunt dari laico ex cauſa: ſed ius decimale nequaquā: nā aliud eſt ius, aliud eſt ipſa res ſicut dicit iuriſperitus, quod cū dicimus vitulum eſſe fructum vaccæ, nō ius, ſed corpus demonſtramus. ff. de eui. l. vacca poſſunt ergo dari decimę, id eſt, res ipſæ in feudū, ſed tamen nō tranſibit ad hæredes. ext. de deci. ad hoc. vnde forte ſecundū quod feudum proprie accipitur, non poſſunt dari in feudum ext. de deci. quamuis 1. De hoc dixi. 16 q. 1. cap. vlt. Et no. quod ſi dantur decimæ laicis, & aliqua creſcāt noualia, non accreſcunt eis decimæ noualium, ſed eccleſijs. ext. de dec c tua. Et dicit Innocētius, quod in his reſtringenda eſt pōtas, non prorogaṅda. extra de dec. tua nobis.

Decima nunquid poteſt dari laico.

1 Vbi de hoc. & 16. q. 3 §. ſic ēt ibi videas.

e ¶ Grauius.] Not. quod minus peccatū propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatū eſt dare conſanguineo, quam extraneo. 86. diſtin. non ſatis. hæc eſt ordinata charitas: ſed quia prouidendo cōſanguineis enormiter lędunt eccleſias idcirco dicit, quod peius eſt dare conſanguineis id eſt, inde grauiorem læſionem ſentit eccleſia. ſi. inf. 33. q. 2. lator em. Vel dicit grauius, id eſt, communis. 32. q. 7. quid in omnibus. nam cæci ſunt epiſcopi circa nepotes. 8 q. 2. dilectiſſimi. vnde tantus impetus in eo omnia fundendi venit reſtringendus, vt dicit l. in alio caſu. ff. ad le. Iul. de adul. nec in ea.

f ALtare.] Id eſt, quæ in altari offeruntur: vel in adminiſtratione altaris: vel in eccleſia.

g ¶ Et decimas.] Scilicet ſi epiſcopus ab aliquo milite redimere decimas. non eſt ſimoniacum. ſed rei eccleſiaſticæ liberatio. ſed ſi emeret à laicis, cum nollent tribuere, ſimoniacum eſſet.

ADDITIO. De hoc no 16. q. 7 decimas. ibi videas. An.

SI quis præbendas.] CASVS. Dicitur hic quod qui beneficiū vel dignitatem vel ſacramentum ab eccleſia per

nia per pecuniã acquirit, acquiſito careat: & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde ſtatitur, vt nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis aliquid exigatur.
a ¶Præbendas ] Vel benedictiones nubentium: vel ſepultu-

Inf. 32. q. 4. obiiciuntur. contra ſup. diſt. 8. ſi conſuetudinem. inf. 8. q. 2. quæſita eſt. Io. Hodie prætextu conſuetudinis nihil peti põt, nec ante, nec poſt, vt extra de ſim. Iacobus. B. niſi hoc reperiatur a iure permiſſum, vt not. ſup. q. 2. placuit.

bendas [a], vel prioratum, vel decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiaſticã, ſeu quodlibet ſacramentum [b] eccleſiaſticum, vt pote chriſma, vel oleum ſanctum, & conſecrationes [c] altarium, vel eccleſiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam cõparauerit; honore male acquiſito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur [e]: & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius cõſuetudinis [f] ante, vel poſt à quoquam aliquid exigatur, vel ipſe dare præſumat; quoniam ſimoniacum eſt: ſed libere, & abſque diminutione [g] aliqua, collata ſibi dignitate, atque beneficio α perfruatur.

α ¶Beneficio.] *Ex duobus manuſcriptis huius concilij exemplaribus in vno ſic legitur, in altero vero,* officio.

*De ſecunda & tertia quæſtione quid ſacri canones diffiniant; auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum eſt.*

## QVAESTIO IIII.

*Nunc ergo de quarta [h] quæſtione eſt pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Auguſtinus, epiſt. 48. ad Vincentium.*

¶Alienum crimen, neſcientem non maculat.

Cap. I.

Nvllus [i] crimen maculat [k] neſcientem.

*Item eadem epiſtola.*

¶De eodem. Cap. II.

Qvis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem?

¶*Verba B. Auguſtini ſunt hæc,* Quis locus innocentiæ reſeruatur, ſi crimen eſt proprium, neſcire crimen alienum?

g ¶Diminutione.] Niſi cũ ex cauſa ordinet fructus eps: vt extra, vt eccleſiaſti. benefi. ſine dimi. vt noſtrum. Et ita ſi dignitas deferatur alicui diminuta, in ſolidum poteſt eam petere. argu. ext. de inſti. cum veniſſent.

Nvnc ergo.] Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes. Et quæritur hic vtrum teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte quæſtionis probat per 10. auct. ꝙ non tenetur. Scđa ibi, [Sed obiicitur.] Tertia ibi, [hic itaque, ] Quarta ibi.] Notandum.] Ioan. Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4. qõ, qua quæritur an quis reus ſit criminis, qđ eo ignorante pr̄ admiſit: & ꝙ ignorantia eum excuſet multorũ auctoritatib. probatur. Sequens, c. patet.

h ¶De quarta.] Ad intelligentiã hui' q̃ſtionis no. ꝙ triplex eſt pœna, æterna, corporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna nunquam punitur vnus pro alio, vt ſu. ead. c. 1. & c. iã itaque. Corporalis pęna duplex eſt, quædã circa corpus ipſum: & illa ſæpe punitur vnus pro alio. inf. ea. §. itẽ peccato. quædã circa ſtatum rei, vt eſt ſeruitus, vel infamia: & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. q. 1. §. verum. 15. q. vlt. cum multæ. Spiritualis quadruplex eſt, nam quædam eſt excommunicationis: & illa nunquã punitur vnus ꝓ alio, vt 24. q. 3. ſi habes. Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, vt ext. de ſpon. non eſt vobis. Alia eſt remotio ab oblatione: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. 17. q. 4. miror. Alia eſt ordinis: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. nam pp delictum vxoris vir remouetur a promotione, vt 34. d. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiam illi pro peccato non remouetur a promotione: ſed tamẽ perdit eccleſiam, vt inf. q. 5. c. 1. Ioan.

Pœna eſt triplex.

Vnus an puniatur ꝓ alio. Pęna corporalis eſt duplex.

Pœna ſpũalis eſt quadruplex.

pulturas. extra de ſimo. cum in eccleſiæ.
b ¶Sacramentum.] In quo confertur gratia: aliter ſumi poteſt pecunia. 32. q. 2. honorantur. M. tamen cõtrarium dicit. arg. extra de off. deleg. cauſam. extra de ſponſa. du. duobus.
c ¶Et conſecrationes.] Sed nunquid conſecratio altaris eſt ſacramentum? Sic, large ſumptum, cum ſit ſacræ rei ſignum, vt hic, & extra de ſimo. cum ſit Romana. argum. 24. q. 1. §. ſed illud
d ¶Interueniente.] Militiam ſæcularem bene poteſt quis emere. 1. ff. de act. em. creditor, §. inter venditorem. §. ſed quod ante.
e ¶Percellantur.] Scilicet in perpetuũ. ſu. ea. q. 3. ſi quis. & c. ſaluator. ſup. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.
f ¶Conſuetudinis.] Arg. conſuetudinem longã non facere ad licentiã, vel excuſationem ſimoniæ, ext. de ſim. cum in eccleſiæ. Arg. contra in Auth. de ſan. epiſ. §. pro conſuetudinibus. coll. 9. q. 3. conqueſtus ſup. 100. d. cap. nouit. ſu. ea. q. 1. reperiuntur ſup. d. 4. denique. Arg. cõtra

i Nvllius.] Scilicet alterius. nam ſuam quandoque commaculat, vt de pęn. diſt. 2. ſciendum. 32. q. 7. quemadmodum. & ita non comprehenditur perſona, de qua ſit ſermo.
K ¶Maculat.] Inf. 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. inf. 17. q. 4. miror. 34. d. ſi cuius. & 6. q. 1. §. verum. 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

...nſecratio ...aris eſt ſa...mentum ...ge ſum...am.

...e hoc inf. ...6. c. vlt.

...nſuetudo ...n excuſat ...oniam.

*Item in Africano concilio, c. 14 legitur.* — Et Cart.3.c.48.

¶De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur.

Cap. III.

Placuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non ſuo fecerunt iudicio, cùm ad eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] ſacri altaris miniſtri. — Paulo aliter iu originali.

*Item in eodem, c.24.*

¶De eodem. Cap. IIII.

Qui apud Donatiſtas paruuli [b] baptizati ſunt, nondū ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſtea quàm ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundum diffuſam, ordine [c] antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris. — Deuſdedit p.2.

*Item Leo quartus † Ebrunio, & Adelfrido epiſcopis.* — † *al. tertius.*

¶Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcij fuerint. Cap. V.

Quia præſulatus noſtri (quod bene noſtis) magiſterium non ſolum de ſacerdotum: verumetiam de ſæcularium vtilitatibus debet eſſe ſolicitum; propterea fraternitatem veſtram ſcire volumus, hunc præſentem preſbyterum ad ſedem Apoſtolicam veniſſe, nobiſque violentiam, & excommunicationem ſuam per ordinem retuliſſe: quòd etiam ſine iuſto legis tramite illi ſua fuiſſe ablata [d] eccleſia, ſimiliter indicauit: quam alius dato munere ſacerdos zelo ductus inuidiæ vſurpare præſumpſit. Inde parentes eius magno dolore compulſi presbyterum illum, qui ſuam tenebat eccleſiam, mox comprehenderūt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipſe ſæpe dictus ſacerdos dicit, quòd abſque ſua voluntate [e], & ſine eius conſilio hoc ſit peractum. Quod ſit ita eſt, vt ipſe nobis ſuo ore teſtatus eſt, vobis magnopere prouidendum eſt, vt ſi canonice [f] ipſe excommunicatus non eſt, canonica ſuper eum fiat remiſſio [g].

*Digeſtis tit. de pœnis, l. crimen.*

Cap. VI.

Crimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Namq; vnuſquiſque ex ſuo admiſſo [h] — Lib.48.tit.9.l.26.

Placuit.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ illi non debent a ꝓmotione repelli, qui infantes perfidia parentum ab hæreticis baptizantur, ſi hæc ſuo iudicio non fecerunt nec ex poſt facto conſenſerunt.

a ¶Promoueantur.] ſup. ea. q. 1. ventū eſt, contra inf. ead. q. 7. q in qualibet. cōtra. Sol: illud ex nimio rigore: hoc ex diſpēſatione. Vel ibi de his, q poſtmodū in adulta ętate hęre ſi conſentiunt: vel qui adulti ab hæreticis baptizantur: hic de iſtis, qui non acquieſcunt, vel qui pueri baptizantur ab hæreticis 1.

1 Sub. quib. non nocet, ēt ſi a parentib offerant. arg. de cōſe. d. 4. quæris. dum tñ ſuppleatur, qđ eis deeſt. ſu. e. q. 1 § ecce. de conſ. d. 4. ab antiqua. Io. de Fant.

Qui apud.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ paruuli ab hæreticis, baptizati, ſi tñ poſtquam ad diſcretionem peruenerint errori non conſenſerint, recepti ab eccleſia poterūt promoueri.

b ¶Paruuli.] .i. doli non capaces, de conſecratio. diſt. 4. paruuli.

c ¶Ordine.] Ideſt, ſm antiquam regulam eccleſiæ.

Quia pſulatus.] CASVS. Quidā pſbyter iniuſte fuit ſua eccleſia ſpoliatus, quam alius preſbyter ſimoniace acquirere nō erubuit, vñ conſanguinei primi presbyteri dolore cōuicti ſm presbyterū comprehendentes, ei oculos eruerūt: ꝓ quo facto primus presbyter fuit excōicatus. Sed quia primus ſacerdos (vt dicebat) nullo mō conſenſit: mādat de hoc Papa inquiri & ſi inculpabilis inueniat abſoluatur. Sequēs lex, &c. quæ ſequuntur plana ſunt.

d ¶Ablata.] Et ideo erat ei reſtituenda, licet hoc expreſſe non dicatur: ſufficit. n. cōqueri de ſpoliatione, licet expreſſe nō petatur reſtitutio, vt 3. q. 1. notum. extra de cauſa poſ. cum eccleſia. hic tamen non reſpōdet ad hoc: ſed reſpondēdo eum innocentem, ergo & reſtituendum. arg. C. de diuer. reſcr. l. 1. ext. de coniug lep. c. 2.

e ¶Voluntate.] Arg ꝙ nudam voluntatem tenetur qs purgare ſi ſuſpectus habetur: & alibi nuda voluntas legitur grauiter plectenda, vt inf. de pœn. d. 1. ſi quis eum, &c. ſi quis pulſatus. & 32. q. 5. qui viderit. Arg. contra de pœn. d. 1. cogitationis. Dicas igitur, & pro ideſt Vel dic de voluntate in actum producta, alias non tenetur purgare eam. ar. 23. q. vlt. c. vl. & eſt ſi. extra de hom. Petrus. ext. de teſti conſtitutis.

Voluntas nuda eſt qñq; plectenda.

f ¶Canonice.] Argu ꝙ ſi conſanguinei alicuius clerici abſque eius conſenſu epiſcopum ſuum offenderēt, propter hoc epiſcopus non poteſt priuare clericum beneficio, arg. 24. q. 3. c. 2. ipſe tñ eṗs non debet conqueri de conſanguineis, ſi credit, ꝙ ita acerbe eum puniant. Sed nunquid tenetur eis remittere actionem iniuriæ, cum ſciat, ꝙ ſi non remiſerit, interficient eum fratres ſui dum tamē ipſe eis nihil dicat: ſed rancorem tenetur dimittere. 90. d. ſi quis contriſtatus.

Eṗs beneficio priuare non pōt clericum, cuius parentes ipſum offenderunt.

g ¶Remiſſio] Nullam enim pœnam patietur iniuſte excommunicatus, vt 9. q. 3. non debet. abſit enim, vt in iniuſte. &c. C. de pœ ſancimus.

Crimen.] ¶Ex ſuo admiſſo.] Non enim debet aliquis

quis alieno odio prægrauari. C. de inoffi. teſt. ſi quis in ſuo. §. legis & hoc eſt verum in pœnis: ſecus in vſu. capionibus, quia vitium tranſit ad hæredem. ff. de acqui. poſ. Pomponius. Item quod hic dicitur, regulare eſt, vt 56. diſt. vndecunque. & c. naſci, & c. ſatis. in caſu tamen quan-

b ¶ Genuit eum.] Siue de natiuitate in vtero, ſiue de natiuitate ex vtero 1.

c ¶ Conſenſione.] Sed nec tunc dicitur teneri peccato alterius: ſed ſuo, ſcilicet cum conſentit ad peccatum alterius ſu. diſt. 56. vndecunq; inf. 15. q. 8. c. 3. contra inf. 23. queſt. 4. ita. & c. ſi quis à catholica.

d ¶ Reatum.] Ideſt, cauſam reatus, ſcilicet originale peccatum. ex hoc c. colligitur, quod aliud eſt in via, aliud in inuio. nam non poteſt quis peccare per alium licet poſſit ſaluari per alium, vt de pœ. diſtin. 1. ſtres. & de conſ. diſt. 4. queris, & bonum ſimile eſt in lege. nã dicit lex, quod ſi quis habet filium & poſtea creatur decurio; iſte non dicetur filius decurionis: ſed illi tantum, qui poſtea geniti ſunt C. de decur. l. vlt. ff eo. l. 2. §. in filiis.

e ¶ Vnus.] Partus enim pars viſcerum eſt, vt ff. de vent. in ſpi. l. 1. §. 1. licet ſit arg. contra de conſec diſtinct. 4. ſi quidquid.

f ¶ Admiſſum.] Id eſt receptum.

g ¶ Anima.] Sicut Dominus, per Ezechielem ait, vt inf. 24. q. 3. ſi habes.

h ¶ Conſecrandus.] Ideſt, baptizandus. Ioan.

HOmini.] CASVS. Dicitur hic, quod malitia alteri' nõ nocet alij, ſi per eam non corrũpatur, ſed ſua tãtum. Et primo ponuntur verba Iob vſq; ibi, [Humana.] Deinde ponunt verba Grego. exponentis verba Iob.

i ¶ Homini.] Verba Iob ſunt vſque ibi, [Humana.] verb. Grego. verba Iob exponentis.

1 De conſe. diſt. 4. quæris & c. ſi ad matris. & hic videas quod not. ext. de tẽpo. or. queſitũ. in glo. ſi. infra, &c. Arch. In via, & in inuio dixerunt.

Partus eſt pars viſcerum.

ſorti ſubijcitur, nec alieni criminis ſucceſſor cõſtituitur. Idque diui fratres Hieropolitanis reſcripſerunt.

*Item ex concilio Toletano 4 c. 69.*

¶ Perfidia parentum filijs obeſſe non debet. Cap. VII.

Ezech. 18. IVdæi baptizati, ſi poſtea præuaricantes in Chriſtũ qualibet pena damnati extiterint, à rebus eorum fideles[a] filios excludi non oportebit: quia ſcriptum eſt: [Filius non portabit iniquitatem patris.]

*Item Auguſtinus ad Bonifacium, epiſt. 23.*

¶ Non imputantur peccata parentum ijs, qui ab eis perſonaliter diuiſi probantur. Cap. VIII.

Iuo p. 6. c. 417. IAm itaque cum homo in ſeipſo eſt, ab eo, qui genuit eum[b], alter effectus peccato alterius ſine ſua conſenſione[c] non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum[d]: quia vnus[e] erat cum illo, & in illo, à quo traxit; quando, quod traxit, admiſſum[f] † eſt. Non autem trahit alter ab altero quando ſua vnoquoque proprio vita viuente iam eſt, vnde dicatur; [Anima[g], quæ peccauerit, ipſa morietur.] Vt autem poſſit regenerari per officium voluntatis alienæ, cum offertur conſecrandus[h], facit hoc vnus ſpiritus, ex quo regeneratur oblatus.

† al. admixtum.

Ezech. 18.

*Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, c. 8. in c. 35. Iob.*

¶ Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. Cap. IX.

Iob. 35. HOmini[i], qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua; & filium hominis adiuuabit iuſtitia tua.] Humana impietas ei nocet[k], quem peruertendo inquinat: & rurſus eum adiuuat noſtra iuſtitia, qué à prauis actionibus mutat. Nocere enim vel iuuare neſciunt ea, quæ[l] vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non poſſunt.

Exo. 20. *Ecõtra Dominus ad Moyſem: Ego ſum Deus zelotes, qui viſito[m] peccata patrum in filios[n] vſq; in tertiã,*

quandoque aliter inuenitur de temporali pena, vt 6. q. 1 verum. & c. ex merito. 15 q. vlt. cum multæ. & 14. q. 3. §. is. ita ſu. q. 1. fertur 8. q. 1. audacter. & diſt. 48. §. ecce, cũ multis alijs capitulis.

a IVdæi.] ¶ Fideles.] Sed nihil ſpeciale conſtituitur hic circa Iudęos. idem enim fit in filijs aliorum damnatorum C. de bo. dam. Auth. bona niſi in damnatis crimine læſæ maieſta vt 6. q. 1. §. verum. Præterea ſi conuertantur filij ad eccleſiam, non poſſunt eos parentes exhæredare. extra de Iu. Iudæi. Quid iuris ſit de filijs hæreticorum, dixi 21. q. 7. in princ. Io.

IAm.] CASVS. Dicitur hic quod ex quo filius à patre ſuo diuiſus eſt, & alter effectus. patris delictum, filium non grauat, ſi filius non conſenſerit: ſed peccatum originale filius à patre contraxit: quia tunc non erat alter ab eo: immo vnus cum ipſo: quod crimen contrahitur ab Adam: & ſicut per alienum officium quis neſciens regeneratur, ita neſciens peccato originali coinquinatur

Iudæi filios ſuos ad eccleſiam conuerſos exhęredare non poſſunt.

K ¶ Nocet.] Exemplo.

l ¶ Ea quæ.] Sicut ſunt illa, ex quibus exempla non ſumimus, vt venuſtas corporis, ægritudo.

ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratia. econtra auctoritate Moyſi, quod filius pro peccato patris punitur. Sed ſtatim rũdet per Aug. dicentem, hoc non contingere propter inæqualitatem iudicij, ſed propter clementiam Dei, qui nõ punit alium pro alio etiam corporaliter, niſi tertia vel quarta generatio veniat.

m ¶ Viſito.] Ideſt, poſtea viſitando ad pœnitentiam expecto vſque ad ſenium. ſ. quouſque videatur tertia & quarta generatio, quod eſt dicere, vſque ad finem vitæ ſic Aug. exponit. vnde & ſic licet mihi exponere.

n ¶ In filios.] Iſtud poteſt intelligi ad literam, & hoc ideo dicit, quia homines non conſueuerunt vltra viuere.

Delictorum quadruplex eſt generatio.

verc. Vel poteſt intelligi miſtice. nam prima generatio dr̃ primi motus: & iſti non puniuntur, de quibus dictũ eſt: Beatus qui allidet paruulos ſuos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio. quæ non punitur. de pœ. diſt. 1. cogitationis. Tertia dicitur conſenſus: & iſte punitur. nam facientẽ & conſentientẽ par pœna conſtringit. 2. q. 1. notum. Quarta eſt opus; iſta ſimiliter punitur in filios cum ſint imitatores paterni ſceleris: alias non. ſu. ea q. 1. cito turpem. Aliter numerant iſtę quatuor generationes. de pę. d. 1. ſuper tribus.

f ¶ NOn imputantur filijs.] Sup. ead q placuit:

g ¶ Pœna.] Scilicet excommunicationis. infra. 24. q. 3. ſi habes. ſed alia bene extra de fil. presb. c. 1. & inf. eo. q. 1. c. 1. & ideo ſophiſtice procedit de vna ad aliam. Argu. contra. 56. diſt. c. 1.

*& quartam generationem,] licet non inæqualitate iudicij ſed magnitudine clementiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictum ita dicens: [In tertia, & quarta generatione peccatum patrum ſe Dominus comminatur in lege filijs redditurum[a], non inæqualitate[b] iudicij, vt alij peccent, & alij puniantur, ſed magnitudine clementiæ: dũ ſemper expectat ad pœnitentiam, & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat, niſi & tertia, & quarta generatio venerit[c],] Cum ergo[d] de baptizatis ab hæreticis Innocentius ſcribat: ] Lex eſt eccleſiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati ſunt, per manus impoſitionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum ſubrogare.] patet, quod infantes qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola excuſat ignorantia[e], vt iuxta illud Africani concilij ad ſuſcipiendum clericatus officium non eos impediat nomen erroris.*

sup. q. 1. ventum.

sup. ea. qui apud.

*Item ſicut Auguſtinus ſcribit ad Auxilium epiſcopum epiſt. 75.*

NOn imputantur filijs[f] peccata parentũ, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus cõmittuntur; nec peccatis parentum ſpirituali pœna[g] filij ſunt plectendi.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus & caput hoc, & ſequentia quæ ad finem quæſtionis coniuncta ſunt ſuperiori.* Nam *ſentẽtijs hinc inde acceptis, verba ferre de ſuo (ꝙ ſæpe facit) in his* Gratia*nus aſſere. Et huius quidẽ patris ſententia eſt apud Auguſtinũ loco indicato Verba autẽ ipſa referuntur infra 24. q. 3. ſi habes*

*Officio autem, vel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur[h] qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur, vt ſupra in cap. Vrbani legitur, & iſte excuſandus eſt[i], qui per ignorantiam ſimoniace ordinatur.*

2 *Sed obijcitur illud Gregorij* a.

sup. ea. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

a ¶ Gregorij.] *In aliquot vetuſtis codicibus legitur*, Auguſtini. *Anſelmus vero citat ex Alexandro ſecundo.*

¶ De eccleſia quæ pactione conſecratur. Cap. XI.

ECcleſia, quæ pactione[k] conſecrata fuerit potius exe crata, quam conſecrata dici debet.

Anſ. l. 5. c. 20.

a ¶ Redituram.] Id eſt, vſque in tempus filiorũ, & vltra eos expectaturum ad pę nitentiã de peccatis ſuis.

b ¶ Inæqualitate.] vt alij peccẽt, & alij puniantur, prout ſequitur: & eſt vna dictio inæqualitate. & hæc verba licet non inæqualitate, sũt verba Aug. & auctoritas iſta facit ad propoſitum G. expoſitio vero contra eum.

c ¶ Venerit] Ideſt, niſi cum vita finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit ſupra Gratia. ꝙ peccatum patris filijs imputari nõ debet, & quod per ignorantiam excuſantur. Sed cum Inno. dicat, quod baptizati ab hæreticis ſcienter promoueri non poſſunt, patet, quod infantes ab hæreticis baptizati, cũ ipſi iuxta Africanum conciliũ valeant ꝓmoueri, ſola ignorantia excuſentur. Nam vt ait Aug. peccata parẽtũ filijs non imputãtur: nec ſpirituali pœna ꝑ hæc puniuntur. quare ab officio & beneficio eccleſiæ ꝓpter hæc priuari non debent, cum ſit pœna ſpiritualis præterea ſi excuſatur qui ignoranter à ſimoniaco ordinatur: ergo iſte de quo dictum eſt in themate, excuſandus eſt: quia per ignorantiam ſimoniace ordinatur. Innoc. ſup. 1. q. 1 ventum eſt. in fin. Africanum concilium ſup. ead. q. placuit. Sicut Aug. 24. q. 3. ſi habes. Vrbani. ſup. 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

d ¶ Cum ergo.] Hic oſtendit ꝙ ignorantia excuſat infantes ab hæreticis ordinatos: & a ſimili videtur excuſandus cui ignoranti pater eccleſiam adeptus eſt.

e ¶ Ignorantia.] Sed non ſemper de pœn. diſt. 2. ſciendum. & inf. c. prox. turbatur. §. notandum.

h ¶ Item ſi excuſatur.] Vt ſup. ea. q. 1. ſi qui à ſimoniacis.

i. & Excuſandus eſt.] Excuſantur a reatu criminis; ſed non quin priuentur beneficio. infr. ead. q. 5. capit. 1. & cap. præſentium.

SED OBIICITVR. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fant.

Cõſecratio an poſſit[...]ri interueniente promiſſione.

k ECcleſia.] ¶ Pactione.] Infra. 8. q 2. Eleutherius. contra. Sol. aliud eſt non prius cõſecrare niſi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quod hic penitus reprobat, aliud eſt poſt dedicationem paciſci de annuo

reddi tu

reddítu ex oblationibus eccleſiæ ſuggerente epiſcopo, & eius eccleſiæ presbyteris pro futuro quod ibi fieri permittitur. H. contra 7. q. 1. epiſcopus. ſ. ea. q. 1. non nocet. Sed dic, quod hic non fuit conſecrata in forma eccleſiæ. & ideo debet conſecrari. de conſec. diſt. 1. eccleſiis. Vel dic in

lucra ſunt ab hæredibus extorquenda. ff. de calum. l. in hæredem. Arg. contra C. ne ex delict. defun. l. unica. ſed de canonica æquitate ſemper tenetur, etiam ſi nihil ad eum peruenit ex maleficio, vt dixi 16. q. 6. ſi epiſcopum.

*Ioſue 6. & 7.* *Item peccato [a] ciuium, theſauri Hierico anathematizati leguntur: Vnde Achan, qui regulam auream, & quedam alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe.*
*1. Reg. 15.* *¶ Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iuſſa ſunt interfici: quib. quia Saul pepercit, audiuit à Samuele: [ Neſcis, quia peccatũ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere:*
*Exod. 9.* *¶ Item peccato Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini tradita, iumenta, & primogenita eorum, morte cõſumpta ſunt.*
*1. Reg. 4.* *¶ Item peccato Iſraelitarum, arca Domini Philiſtæis tradita eſt. Si ergo quæ ſenſu carent, vt eccleſia, altare, arca Domini, lapides Hierico, uel execrantur, uel peccatoribus traduntur, uel anathematizantur, uel grandine deuaſtantur; ſi ea, quæ uim intelligendi non habent, ut animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet quòd nullum excuſat ignorantia criminis; maxime cum ex eo utilitas defertur ignoranti; veluti ſi quiſpiam de latrocinio, & rapina filio ſuo ignoranti diuitias congregat, non excuſat filium ignorantia; quin poſt mortem patris cogatur reddere male acquiſita [b].*
*Ioſue 7.* *¶ Item peccato Achan [c] plebs Iſraelitica in manibus hoſtium tradita eſt.*
*1. Reg. 4.* *¶ Item peccato filiorum Heli, populus in manu [d] Philiſtinorum corruit.*
*Pſal. 77.* *¶ Peccato quoq; plebis electi eorũ ſæpè ſunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti ſunt captiui.*

3 *His ita reſpõdetur. Inſenſibilia, & irrationabilia peccato hoĩum uel execrantur, uel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſa ſacramenti [e], uel deteſtation peccati, uel flagello [f] delinquentiũ. Cauſa ſacramenti, ut theſauri Hierico [g], & animalia Amalechitarũ. Hierico enim Luna interpretatur & ſignificat mũdũ iſtũ; Amalechitæ interpretantur lingentes ſanguinẽ, & ſignificant cupidos, & auaros, & dæmones. Iſraelitæ interpretãtur uiri uidẽtes Deũ, et ſignificant multitudinẽ ſanctorum. Lapides ergo, et theſauri Hierico anathematizãtur; animalia Amalechitarũ [h]*

c ¶ Achan ] Et nõne iam dixit de peccato Achan, ſic: ſed nõ de pleb.

d ¶ In manu. ] Ideo repetit, ut addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hęc eſt tertia pars q. in qua dicitur quod ſeptem de cauſis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io. de Fant.

CASVS. Reſpondit Gratianus, quod ita punitur unus pro alio: hoc accidit uel ex cã ſacramenti, uel ex deteſtatione peccati, uel ex imperitia patientiæ, uel propter flagella eorum, qui delinquũt opere vel conſenſu. Et ad hãc quadrimembrem diuiſionem pręmiſſas hiſtorias competenter adaptat.

e ¶ Sacramenti. ] id eſt, figuræ.

f ¶ Vel flagello. ] Aliter numerat hic iſtos modos: & aliter exequitur in litera.

g ¶ Hierico. ] Hiſtoria: Legitur in libro Ioſue, quòd Dominus anathematizauit urbem Hierico, & omnia quæ in ea erant, præter metalla, quæ in primitias operũ Dei conſeruabantur. Capta ciuitate, Achan filius Charmi furatus eſt clamydem coccineam, & centum ſiclos argenti, & regulam auream quinquaginta ſiclorum, & iratus eſt Dominus contra filios Iſrael. & cum Ioſue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines & cæteri fuerunt in fugam conuerſi. Relatumque eſt Ioſue proſtrato in terram quod populus aliquid tulerit de anathemate: & ideo illud acciderat populo. Surrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo miſit ſortes per tribus: & cecidit ſors ſuper tribum Iuda. Secundo per familias, & cecidit ſors ſuper familiam Zare. Tertio ſuper domos: & cecidit ſors ſuper domum Charmi. Quartò ſuper capita: & cecidit ſors ſuper Achan: & dixit ei Ioſue: Fili da gloriam Deo, ei confitendo quid feceris, cumque confiteretur, iuſſit eum lapidari à populo, & familiam eius, quam habebat comburi.

h ¶ Amalechitarum. ] Hiſtoria legitur in 1. lib. Regum quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit ut homines & animalia interfi-

in odium conſecrantis hoc dici. ſimile 24. quæſtio. 1. pudenda. & ideo ita interpretatur Gratia. infra § his ita. uerſicu. in deteſtatione, quia ſeuera eſt conſecrata.

ITEM PECCATO. CASVS. Hic probat quòd unus punitur pro alio temporaliter: & primo per hiſtoriam de Achan. Secundo per hiſtoriam Amalechitarum. Tertio per plagas Aegyptiorum. Quarto per arcæ Domini captionem. Quinto per hiſtoriam filiorum Heli, quæ habetur 36. diſtin. legant. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

a ¶ Item peccato. ] Hic probat quòd unus punitur pro alio temporaliter. primo per hiſtoriam de Achan ſecundo per hiſtoriam de Amalechitis. tertio per plagas Aegyptiorum quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos. *(Punitur tẽporaliter vnus pro alio.)*

b ¶ Acquiſita. ] Idem eſt de uſura extra de vſu. cum tu & eſt ratio, quia in vitium ſuccedunt parentum. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip. cum hæres, nam turpia

interfici iubentur ad examinādam [a] cupiditatem Iſraeliticæ plebis, & vt ſignificaretur, ꝙ muri vitiorum, & huius mundi theſauri, qui per lapides, & theſauros Hierico deſignantur, irrationabiles quoq; vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, nō debent tranſire in ſortem ſanctorū Animalia [b] vero Aegyptiorum [c], & poſſeſſiones eorum [d], & primogenita grandine, & morte conſumpta ſunt, vt in illis punirentur, quorum fœlicitate lætabuntur: & vt daretur intelligi, ꝙ mundus peribit, & cōcupiſcētia eius. (1.Io.2.) Sed & terra Iſraelitarum in ſalſuginem verſa eſt, (Pſal. 106.) & ſegetibus eorū imbres aduerſi ſunt, animalia eorū ſterilitate, & morbo cōfecta ſunt; vt auctorem ſuū, quē per beneficia cognoſcere noluerunt, ſaltem inter ſupplicia ſentirent. (Act. 8.) In deteſtationem [e] verò peccati, pecunia Simonis damnata eſt, cui dictum eſt: [Pecunia tua tecū ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] In deteſtationem quoque eiuſdem criminis altare, & eccleſia [f], quæ per ſimoniam conſecrantur, nō tam cōſecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleū conſecrationis effundit, non conſecrare, ſed execrare dicendus eſt. Hinc eſt, ꝙ B. Gregorius eccleſias ab Arrianis conſecratas iterum conſecrari præcepit: (De conſec. diſt. 1. c. Arrianorum.) quia ſanctificationem [g] conſecrationis, quæ non niſi in fide Trinitatis perficitur, præſtare non poterant, qui fide carebant [h]. Arca uero, & propheta peccato ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti ſunt, non in pœnam criminis. ſed in experimentum, & exemplum patientiæ hac paſſi ſunt. ¶ Item populus [i], qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hoſtium traditus eſt ſignificat ſubditos corporaliter flagellari, vt inter ipſa flagella, peccata prælatorum feriantur: ſicut Achan ſorte deprehenſus, lapidibus obrutus eſt.

Sic et nauicula Ionę [k] periclitatur, ut fugitiuus ſorte deprehenſus fluctib. immergeretur. (Iona. 1.) Aliquādo pro meritis [l] prælatorū deprauatur uita ſubditorū, ut prælatis ſuis ſubditi fauentes ad malum cum eis ſimul corruant. ſicut filij Iſrael, diu portantes [m] peccata ſacerdotum, tandem cum eis ciciderunt in manibus hoſtium. Item Dauid [n] populū (2. Reg. ult.)

interficeret. percuſſit ergo Saul Amalechitas, & omne vulgus interfecit: & apprehendit Agag Regem pinguiſſimum: & pepercit ei. & omnibus gregibus ouium & armentorum, & vniuerſis quæ pulchra erant viſu: nec voluit diſperdere ea: quidquid fuit inutile, & reprobum, hoc deſtruxit & demolitus eſt. Dixitq; Dominus ad Samuelē. Pęnitet me feciſſe Saulem Regem, venitque Samuel ad Saulē, & dixit: Quænam vox eſt gregū & armentorum, quę reſonat in auribus meis? Et ait Saul. Tulit populus oues & boues pingues ad ſacrificādum, dixitq; Samuel, peccaſti: qa melior eſt obedientia quàm victima & ait Saul peccaui, ſed hac uice ſupporta peccatū meum. Rediit ergo Samuel, cum Saule & iuſſit Agag adduci Regem pinguiſſimum, & interfecit eum, & in fruſta conſcidit.

a ¶ Ad examinādā.] idest, vt examinent cupidi a nō cupidis. Alia litera eſt, ad exterminandam.

b ¶ Animalia.] Hic de flagello delinquētium. ſimi. 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ Aegyptiorū] Hiſtoria. Legit in Exodo, ꝙ cū Pharao nollet dimittere populū Iſraelē exire de Aegypto percuſſit Dominus Aegyptum x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

d ¶ Eorum.] Simile 16. q. 1. reuertimini.

e ¶ In deteſtationē.] Hęc eſt deteſtatio criminis.

f ¶ Eccleſia.] De cōſ. di. 1. Arrianorū. & c. eccleſia. iſta duo ca. malè inducit Gra. qa Arrianorū eccleſię, non conſecrātur à catholicis in deteſtationem criminis: ſed quia non fuerunt conſecratæ in forma eccleſiæ: ergo melius potuiſſet inducere. ſup. ea. q. eccleſia, quæ pactione.

g ¶ Sanctificationem.] Supra ea. q. 1. qui ſtudet.

h ¶ Carebant.] idest, extra formam eccleſiæ conſecraban [illegible] falſum eſſet.

i ¶ It[illegible]lus] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratianus ad propoſitum, ut probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplem Ionæ. Secundo per peccatū Dauid populū numerantis. Tertio per paruulos Sodomitarum. Quartò per paruulos Dathan & Abiron. Quinto per Chanaam, qui patre peccante factus eſt ſeruus. Sextò per ſucceſſionē Giezi. Septimo per reliquias Iudæorum. Octauò per quatuor ſucceſſores Achab. Nono per Idumæos, qui deſcenderunt ad Eſau.

k ¶ Ionæ.] Hiſtoria. Legitur in Ionæ, ꝙ cum vellet Dominus Ionā mittere in Niniuem, vt prædicaret. ſurrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharſis: & deſcēdit in Ioppem, & intrauit nauem euntem in Tharſis, & deſcendit ad inferiora: & dormiuit ſopore graui. cum antē tempeſtas immineret, miſerunt ſortes, vt ſcirent cur hoc accideret: & cecidit ſors ſuper Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit vobis, & miſerunt. & ſtatim ceſſauit tempeſtas.

l ¶ Pro meritis.] infra 6. q. 1. ex merito, inf. 2. q. 7. c. 1.

m ¶ Portantes.] idest, tolerantes.

n ¶ Dauid.] Hiſtoria. Legitur in ſecundo libro Regum, quod Dauid pręcepit Ioab principi militiæ, vt populum numeraret: numerauit ergo, & dedit numerum Regi. & factus eſt ſermo Domini ad Gad prophetam, dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus, Elige unum de tribus quod uolueris: aut ſeptem annis veniet

veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Cum autem Dauid vltimum elegiſſet, miſit Dominus peſtilentiam in Iſrael a mane vſque ad tempus conſtitutum: & mortui ſunt de populo extra Hieruſalem lxx millia hominum cumque extendiſſet Angelus manum ſuam ſuper Hieruſalem, vt percuteret eã, aperti ſunt oculi Dauid, & videns Angelum exclamauit dicens: Ego ſum qui peccaui. conuertatur obſecro manus tua ſuper me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iuſſit Angelo, vt manum ſuam contineret.

g ¶Etiam reliquiæ eorum.] Ideſt, iſti addicti ſunt pœnæ propter mortem Chriſti.

h ¶Addictæ.] inf. de pœnit. d. 3 §. ecce.

i ¶Achab.] Hiſtoria. Iſte Achab fuit Rex Iſrael maritus Iezabel nequiſſimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Ioſaphat. cuius filios nepos & pronepos ſ. Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipſi ſuccedentes ſibi inuicẽ reges Iuda fuerũt, ſilh generatione Domini a Matthæo prætermittuntur: ſed a Ioram tranſitum facit ad Oziam, qui fuit quartus poſt eũ. qa dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquã nõ eſſe ſeſſurum de domo Achab vſque ad quartam generationem, quod intelligendum eſt de merito vitę, quia tres pręcedentes fuerunt reges, ſed tamen mali fuerunt.

K ¶Poſteri eius.] Euangeliſta enim tranſitum facit a Iorã vſque ad Oziã, q fuit quartus poſt eũ: qa dictum erat per Heliam prophetam in throno regni, quem quam non eſſe ſeſſurũ de domo Achab. niſi in quarta generatione. tamen illi tres qui omiſſi fuerũt bene ſederunt in throno: ſed dicuntur nõ ſediſſe ex merito

l ¶Eſau.] Hiſtoria. Legitur in Geneſi, ꝙ Dñs Iacob dilexit: Eſau autem odio habuit. Eſau autem dictus eſt Edom: vnde & Idumæi, q ab ipſo nati ſunt: ad quos teſtante propheta Malachia, tranſiuit odium Domini.

numerauit: quo peccato gladius Domini deſęuit in populũ. Sed in lata gẽte gloria regis eſt, in diminutione plebis cõtritiò principis. Qui ergo de numeroſitate ſuę gẽ-
*Prou. 14. ſecundũ 70.* tis ſuperbiuit, iure in eius diminutione punitus ẽ. ¶ Itẽ
*Gen. 19.* paruulos Sodomitarũ non excuſauit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cæleſti igne cõſumerentur: ſed igne hoc pęna illis diminuta eſt; quib. ſucceſſio paterni ſceleris eſt adẽpta. Pariter ẽt demonſtratũ eſt peccatis parentũ, paruulos aliquãdo corporaliter flagellari. Illud idem intelligendũ eſt de paruulis, qui peccato Dathan,
*Num. 16.* & Abiron viui aſcenderunt ad inferos. ¶ Itẽ Chã pec-
*Gen. 9.* cante, Chanaã filius eius maledicitur: Giezi delinquen-
*Matth. 27.* te, lepra tranſmittitur ad poſteros. Iudæis clamantibus
*4. Reg. 5.* (Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.) Et reli-
*3. Reg. 21.* quiæ eorũ pęnæ mortis Chriſti addictę ſũt. Achab quoq; peccãte, poſteri eius regni ſolium amiſerunt: &
Hiero. ad c. 1. Matth. qui de eius ſemine in regno Iudæ nati ſũt, vſq; ad pur-
*Malach. 1.* gatã labẽ illius familię, a genealogia Domini ſunt excluſi. Odiũ quoq; Eſau (vt Malachias teſtatur) trãſiuit ad Idumęos. Ex quib. omnib. colligitur, quòd ignorantia peccati nõ excuſat. ¶ Sed his exemplis non probantur teneri peccato aliorũ; niſi imitatores nequitiæ eorum. Quicunque. n. de ſemine Eſau, & cæterorum ad Deum conuerſi paternam malitiam deteſtati ſunt: non odium, ſed Dei clementiam experti ſunt.

1 Vnde dic ꝙ excluſi i. prætermiſſi à Matthæo in euangelio: vbi iſti inter alios non cõnumerant. Archid.

*Item vt Ambroſius ait ſermone vndecimo.*

3 Idẽ tenet gloſſ. & ibi Pet. de Belperti. & Cy. in l. ſi accuſatorib. C. đ accuſ Bar. in l. 3. §. ſi plures ff. de ſepul. viola. licet ſit cõtra ext. de col. detegen c. 1. vbi de hoc. & extra de pur. cano. quoties vbi de hoc Arc.

4 Iſtã gl. ſequtur Alex. de Imo. in l. is apud. col. 2. C. de edẽ. & adde In. in c ꝑ ſuas, de teſti. & Spe. in tit. de teſtib. § iã de interrogatorijs.

Exceptio in teſtẽ qñ eſt obijcienda.

5 Adde Bal. in l. criminis. C. đ ac. & Alex. de Im in lata cemũ. col 2. de procur.

6 Vt Iã ea. q. 7. quærẽdũ.

Expẽſarum materia.

Cõe eſt in quolibet cõ[tu]mace, vt [i]n expenſis condemne[t]ur: ſiue vincat in cauſa principali, ſiue ſuccum[b]at. C. de iu. properandũ. §. ſin aũt ex geſtis. & ſic no. Inn ext. [te]ſtib. c. de ap. cordi. in fi. Archid [ſ]ũm de calũnia pſ... [l]ata condẽnatione expenſarum.

rint,aut certe ſe ſcire ſpecialiter[a] teſtati ſint,ſi ſcriptis[b] iudicatumſit, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt.Quòd ſi forte hęc ſolenniter acta non ſunt,nec cauſa probata eſt,quę exilio,vel depoſitione digna ſit; in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur. Hi vero,qui eum contra Dei timorem,& canonũ ſtatuta condemnauerũt, excommunicati in monaſterium ad agendam pęnitentiã ſex menſibus mittendi ſunt:ita ſane, vt ſi cuiquam eorũ mortis contigerit imminere periculũ,viatici benedictio non negetur.Ipſe autem, qui eo viuente locũ eius temerarie ambiuit,priuatus ſacerdotio,ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur, atque eidem dilectiſſimo fratri, & coepiſcopo noſtro tradatur,vt eum aut ipſe ad nos trãſmittat,aut apud ſe in cuſtodia habeat.epiſcopi vero,qui eum ordinare præſumpſerunt, vel peruerſæ ipſius ordinationi præbuere conſenſum,iidem communione priuati,ſex menſibus ad agendam pęnitentiam in monaſterio deputentur.Si aut ẽ epiſcopi ꝗ in præiudicium cõdemnationis,vel depoſitionis memorati Stephani ſe metu iudicis cõſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte profeſſi fuerint,tempus eis abbreuiandum eſt,& modus pænitentiæ temperandus.Si igitur is,qui prædicti Stephani locũ inuaſit, fortaſſe defunctus eſt, atque alius in eccleſia eius epiſcopus ordinatus eſt,illud de eo ſtatuẽdum eſt, quod ſuperius de cauſa fratris,& coepiſcopi noſtri Ianuarij diximus.¶Quòd ſi forte aliqua dę obiectis contra memoratum Stephanum epiſcopũ probata ſunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino conſideratione penſandum eſt,vtrum leuiora[c] capitula,an certe grauiora probata ſint,vt ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas,poſſis ſcire.¶Glorioſus vero Comitiolus,ſi ſupraſcriptus epiſcopus innocẽs eſſe claruerit,quidquid de rebus eius,vel eccleſiæ ipſius tulerit,ei ſine aliqua reſtituat dilatione. Sed & quæque ſe in perſecutionem, ac violentiam eius expendiſſe,vel damnum idem epiſcopus pertuliſſe iurauerit, idem memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac ſatisfaciat. Si autem epiſcopum antedictum talẽ culpam commiſiſſe cõſtiterit (quod abſit,)&c. *vt infra in cauſa monachorum*.De perſona presbyteri, &c.*vt inf.in cauſa* Clericus aduerſus clericum. *Et infra eadem epiſ.54.vndecimi libri*.De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter omnino, & contra leges eſſe actum vt violenter de eccleſia traheretur;dum ſi quamlibet iniuriam[d] à quocumque epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia,iniuriantem lex capitali[e] pęna percutiat;& ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum licentiã, vt huius legis ſeries loquitur Codicis lib.1.tit.vi.cõſtitutione decima:Si qs in hoc[f] genus ſacrilegij ꝓruperit,vt in eccleſias catholicas irruens,ſacerdotib.& miniſtris[g], vel ipſi cultui,locoque aliquid importet iniuriæ, &c. *& infra in eadem epiſtola*. De perſona Stephani epiſcopi hoc attendendum eſt;quia nec inuitus ad iudicium[h] trahi,nec ab epiſcopis alieni concilij debuit iudicari[i] *& infra*.¶Contra hæc ſi dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit,nec patriarcham;dicendum eſt, quia à ſede Apoſtolica(quæ omnium eccleſiarũ caput eſt)hæc cauſa audiẽda,ac dirimen-

16.q.6.ca. ſi epiſcopum.

11. q. i de perſona ex Gre.l.11.epiſ.56.

l.ſi qs Cod. de epiſ. & cleri. Cod. Theodoſ.li.16.tit.2 c.31. 17.q.4. ſi quis ſuadente.

a ¶ Specialiter. ] Id eſt,aſſignata cã leiz, vt no.4.q.3.§.ſola.

b ¶ Scriptis.] inf 9.q. 3. ſi quis cũ clerico. cõtra. ſed illud in cã ciuili, iſtud in criminali. Vel illud ſpeciale in epiſcopo?

c ¶ Leuiora.] An grauiora inf. 3. q 10.placuit. contra. Sed hic non dicitur ꝙ ſecundo ſint admittendi ad accuſandum.

Ncõicatio pro modica iniuria non eſt ferenda.

d ¶ Quamlibet iniuriam,] Ergo pro modica vt ꝓ magna iniuria poteſt quis taliter puniri. arg.14.q. 6.c.vlt.tñ ꝓ modica iniuria non excõicatur quis. 11.q.3.nullus extra de ſen. exc. peruenit. Io.Et male dicit Io. quia excõicatus eſt ſed non debet mitti ad ſedem Apoſtolicã, niſi velit epiſcopus,vt dicit illa decre. peruenit. B.

e ¶ Capitali.] Hæc eſt lex Cornel.ſed contra C.de epi.& cle.authen.ſed nouo ibi.m dicitur, ꝙ talis verberatur,& in monaſterium mittitur. Io. Sol poteſt dici,quòd nouo iuri ſtabitur 1. vel ſtabitur huic legi,cum ſit canonizata 11.diſt.c.1.

1 Et hanc ſententiã teneas ſm L. ſed ſequens verior eſt, vt ſ Arch. Crimen ſacrilegij & læſæ maieſtatis ꝗnq, cõparatur.

f ¶ Si quis in hoc.] inf.17.q 4.§. qui autem de eccleſia.

g ¶ Et miniſtris.] No.diligenter,quod in hoc caſu crimẽ ſacrilegij comparatur crimini lęſæ maieſtatis,vt 17.q. 4. ſi quis ſuadente.§. qui aũt. immo ſi laicus extrahatur de eccleſia,tale crimen cõparatur crimini lęſę maieſtatis.vt C.de ijs qui ad eccl.confu. l.2.

h ¶ Ad iudiciũ.] Alienum hoc patet ꝑ verba ſequẽtia,ſ. ab epiſcopis alienis.&c.

i ¶ Iudicari.] Ergo cõprouinciales epiſcopi iudices epiſcopi,vt 3.q.6 c.2.

a ¶ A ſuo

a ¶A ſuo iudice.] infra 11. q. 1. c. pen. C. ſi a non compe. iud. l. ult.
b ¶Crimine.] No. ꝙ etiam in iſtis exceptis criminibus non omnis admittitur ad accuſationem, uel teſtimonium, niſi malæ famæ fuerit accuſatus, ut hic, & inf. ea. q. 7. §. accu. & extra de teſt, ueniens, Si uero malæ famæ fuerit accuſatus, omnes admittuntur, ut extra de ſi. tanta & extra de teſti. & quoniam, niſi odio ueneriit ad accuſationem, ut extra de ſim. licet Hely. & c. per tuas. Alii dicunt ſpeciale eſſe in epiſcopo decre. tamen videtur dicere, ꝙ contra eum et qui ſunt malæ famæ, non ad mittuntur criminoſi in exceptis criminibus cū criminaliter agit, ſed vbi ciuiliter agitur, tūc admittuntur criminoſi contra regulares prælatos, ſed non contra ſæculares: ſed ſi ſunt emendati de crimine, tūc admittuntur contra eos de æquitate non de rigore, ut ext. de ſimo. per tuas. lo.

da fuerat: ſicut & prædictus epiſcopus petijſſe dignoſcit, qui epiſcopos alieni concilij iudices habuit omnino ſuſpectos. Quia ergo ſententia non à ſuo iudice [a] dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor oſtendit libro Cod. vij. & c. *& infra.* ¶Quòd autem dicitur à ſeruis accuſatus, ſciendum eſt, quia audiri minimè debuerunt. *& infra.* ¶Si vero de crimine [b] † maieſtatis dicitur accuſatus; nec ipſum de eo credendum fuit, ſi vita, vel opinio eius talis ante non extitit [c]. *& infra.* ¶ Quòd autem dicit idem epiſcopus, quia ſe abſente, aliqui ſint viliſſimi teſtes exhibiti; hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege noſcendum eſt. *& infra.* ¶Teſtes autem quales, vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtendunt, quæ penè nulli habētur incognitæ; quæ etiam ſanciunt, ut viliſſimis teſtibus ſine corporali [d] diſcuſſione credi non debeat. ¶Quod autem dicitur, quia nihil ſcriptis iudicatum eſt, legendus eſt titulus xliiij. libri vij. Codicis, quia ſcriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, ut ſententia, quæ ſine ſcripto dicta fuerit, ne nomen quidem ſententiæ habere mereatur.

*† Si verò dictum fuerit, quòd de hoc accuſatus eſt, quod ad maieſtatis crimen attinet* ] ori.

a ¶Exilio.] *In vulgatis ſequebatur*, vel deportatione: *quæ voces ſublatæ ſunt, quia neque in vetuſtis Gratiani, neque apud B. Gregorium leguntur.*

β ¶ Si autem epiſcopi in præiu.] *Hæc vſque ad verſ.* Quòd ſi fortè. *addita ſunt ex epiſtola: quemadmodum & paulò inferius à verbo*, dilatione, *vſq; ad verſ.* Si autem epiſcopum, *ut orationis curſus ſit expeditior. Nam Gratianus referebat ſe ad ſuperiora, in quibus habentur ſimilia, hoc modo*, & c. ut ſupra de cauſa Ianuarij epiſcopi. *Quorum autem capitum initia citantur ex inferioribus cauſis: ea ſic relicta ſunt quemadmodum antea ſe habebāt, ut modus citandi Gratiano uſitatus agnoſcatur.*

*Item Codicis libro ſeptimo, titulo de ſente. ijs ex breuiculo recitandis. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA.*

¶Vltima ſententia debet de ſcripto proferri. Cap. VIII.

STatutis generalibus iuſsimus, ut uniuerſi iudices, quibus reddēdi iuris in prouincijs permiſimus facultatē, cognitis cauſis; vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferāt. Huic adijcimus ſanctioni, ut ſententia [e], quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententię habere mereatur, nec ad reſciſsionem perperam decretorum, appellationis ſolennitas requiratur [f].

*¶In duobus vetuſtis codicibus hoc, & ſequens caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedenti capite manifeſtè indicauerat.*

*Item ex concilio apud S. Medardum. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus dixit.*

c ¶Nō extitit ]Ext. de præſump. mandata & eo tit. cū in iuuentute. ff. de ſuſpe. tut. l. 1. ff. ad leg. iul. maie. famoſi. 28. diſt. quia ſunt culpæ. ff. de re mil. l. nō oēs. 1.

1 Et ſic no. ꝙ præſumitur ex vita præterita circa præſens, ſiue de præſenti. extr. de præſump. ſcribam. vbi de hoc. & 44 diſt. multis. Archid.

d ¶Corporali.] inf. 15 q. 5. illi qui.

e STatutis ]¶Vt ſententia.] Per hāc legē non poteſt Gre. probare, ꝙ in criminalib. cauſis debeat interuenire ſcriptura: quia lex illa tantum de ciuilibus cauſis loquitur: nā epiſcopus inter ſubditos ſuos ſine ſcriptura iudicat, ut 11 q. 1. ſi quis cum clerico. & C. de ſent. ex bre. rec. Auth. niſi. ſimiliter ſæcularis iudex in modicis cauſis, vt ibi dicitur. & in authen. de man. prin. §. ſit tibi colla. 3. & ꝙ partes illud mutuo conſenſu poſſunt remittere, ut C. de epiſcop. & cle. Auth. & gñaliter ī ſi. & C. de priu. corū, qui in ſacro palatio cōſiſtūt. l. quoties. in fi. lib. 12. Dicas cum Grego. ꝙ in criminalibus cauſis requiritur ſcriptura, & ēt in ciuili. extra de probat. quoniam cont. niſi in caſib. ſu. exceptis, & in cā dilapidationis, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. neceſſitatem. coll. 2. lo.

f ¶Requiratur. ] Tñ ſi appellauerit, vī ꝙ debeat proſequi appellationem, vt ext. de ſē. & re iud. ſnīa. qa appellatio conſiſtat ſolam, ff. ſe ra, ha, l. 3. § falſus. ex. de offi. dele. corā.

Legum

LEgum.] CASVS. Probat hic Hincmarus, ꝙ in cauſis geſtorũ interuenire debet ſcriptura, nam Baptizandus nomen ſuum debet in ſcriptis dare, & electio, & ordinatio debet fieri cum ſcriptura, & ſimiliter excommunicatio & reconciliatio, & alia ſimilia, debent fieri cum ſcriptura.

tribus modis, ſ. vt qui ad hoc cooperatur. ut in ſimonia. 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. Et in inceſtu. 3. q. 4. cõſanguineorũ. Itẽ & in raptu virginis. 36. q. 3. de puellis. In rapina. 17. q. 4. omnes eccleſiæ. Itẽ in iniuſta ſn̄ia, vt ſupra eo in primis. Secundo modo dicitur conſentire, cum nõ corrigit

¶De eodem. Cap. IX.

LEgum eccleſiaſticarũ conſuetudo, & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorũ ſemper ſcripturã requirant, adeò, vt qui ad ſacrũ fontem [a] accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. Qui ad ſummum ſacerdotium prouehitur [b], decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à ſuis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiam ab eccleſiaſtica ſocietate [c] quolibet exceſſu diſcinditur; libelli † inſcriptione aut recipitur, aut eijcitur. Sed & qui [a] accuſatur, aut excommunicatur [d], ſeu reconciliatur, per ſcripturam accuſari, vel reconciliari iubetur. Et ſic in cæteris huiuſmodi, in tantum ſcriptura depoſcitur, vt ſicut B. Gregorius in commonitorio ad Ioannem defenſorem ex Romanis legibus ſumẽs ſcribit: [Sententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur †].

extra de libelli oblat. c. 1.
Burc. l. 2. c. 197.
Iuo p. 6. c. 269.
† *libellari ſcriptione*] orig.
ſup. c. in primis.
Cod. lib. 7. tit. 44.
† *meretur*] orig.

α ¶Sed & qui.] I*n originali eſt*, ſed qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, uel reconciliatus commendari iubetur. Et ſic, &c.

*Item Nicolaus Papa Girardo † Turonenſi Archiepiſcopo.*

† *al. Airardo.*

¶Reſtituendus eſt, quem neque conuictum, neque confeſſum conſtat eſſe eiectum. Cap. X.

NOtum ſit tuæ fraternæ charitati, ꝙ iſte presbyter pauper, nomine Chriſtophorus de ſua anguſtia ad noſtram clementiam lacrymabiliter ſit cõqueſtus: dicens ſe falſis criminibus impetitum, & ab eccleſia ſua non conuictum, neque confeſſum, irrationabiliter fuiſſe eiectum. Nam, vt ipſe refert, tua diligentia per tres [c] vices inquiſitione facta, nulla in ſe neque de fornicationis crimine, neq; de homicidij conſenſione β (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa: niſi [f] quia ſuæ paupertatis cauſa, quę petebantur, aut conſentire noluit, aut implere nõ potuit. Quæ ſuus tamen æmulus vltroneus egit, qui iniuſtè illi [a] eccleſiam præripuit. Idcirco magnopere [g] monemus reuerentiam tuam, ut etiam quæ, te fortè ignorante, gieziaca cupiditate peracta eſſe vidẽtur, tuę [h] fraternitatis cenſura celeri emendatione corrigãtur; ſcilicet reſtituendo [i] eccleſiæ propriæ iam dictum ſacerdotem, atq; ei reddendo tua pietate priſtinum, quem perdidit, honorem; & nullatenus canonica inſtituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & conſentientem [k] par pœna conſtringit.

Iuo p. 6. c. 429.

β ¶Conſenſione.] *Sic eſt emendatũ ex pleriſque uetuſtis exemplaribus. Nam antea legebatur*, confeſſione. *Iuo autem habet*, conſenſu.

a ¶Fontẽ.] Infra de conſecr. diſt. 4. baptizandi. 2.
b ¶Prouehitur.] Supra di. 61. epiſcopus dum fuerit.
c ¶Societate.] Vt hæreticus, vt ſupra 1. q. 7. quoties.
d ¶Excommunicatur.] 11. q. 3. debent. & c. curæ.

NOtũ.] CASVS. Quidã presbyter nomine Chriſtophorus nõ cõuictus, vel confeſſus de aliquo crimine iniuſtè fuit ab eccleſia ſua expulſus, & alius loco eius ſubſtitutus: quia non potuit, uel noluit dare, quod ſubſtitutus eius ęmulus dedit, cum trina facta fuerit contra eum inquiſitio, nec culpabilis eſt inuentus. unde conqueſtus eſt Chriſtophorus Papæ: quare mandat epiſcopo, qui eũ expoliauit, vt eũ reſtituat, nec excuſatur, ſi dicat ſe nõ facere: cũ fieri permittat. Nam faciens & cõſentiẽs pari pęna puniunt.
e ¶Per tres.] Not. ſæpius poſſe inquiri de eodem crimine.
f ¶Niſi.] Iſtud, niſi, non ponitur hic exceptiuè.
g ¶Monemus.] Per hoc uerbum nõ pręcipitur 1. ut inf. 28. q. 1. ſic enim. & ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. hęc uerba. & 11. q. 3. ſi rogo, & 3. q. 9. reuera. & 2. q. 7. ſicut inquit. in gl. 2.

1 Tñ iuriſdictio dat. ext. de teſt. c. 1. de hoc ẽt 3. ea. q. 7. ſicut. ſed hic tenetur præceptiuè. Arch.

h ¶Tuę.] Remittitur hæc cauſa ad eum à quo appellatũ ẽ, nõ vt ipſum iudicet, ſed vt ipſum reſtituat, & ſic non obſtat, extra de appell. accepta.
i ¶Reſtituẽdo.] Cauſa prius cognita, ne obſtet. inf 7. q. 1. præſentium.

Spoliationis rõne quis cõueniatur.
Cõſentit q̃s triplicitet.

K ¶Et conſentientem.] Hoc ideo dicit, quia ipſe eum nõ priuauerat, ſed alij de conſenſu ſuo. Et hoc eſt notabile, ꝙ poteſt conueniri, non ſolum qui defecit, vel mãdauit, uel ratum habuit, ſed etiã qui conſenſit, extra de reſtit. ſpol. cum ad ſedem. in ſi. Conſentire dicitur quis rigit quos tenet ex officio corrigere, vt 83. diſt. cap 1. & 2 & 86. diſt. inferiorum. Tertio modo dr̃ conſentire cũ defendit peccantẽ, uel qñ ſua auctoritate delinquitur. 11. q. 3. qui conſentit. 24. q. 3. qui aliorum. & talis magis eſt puniendus, quàm ipſe faciens, ut ibi dicitur glo.

Nemo

NEmo.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ꝙ nullus debet iniuſte, & ſine cauſa interueniente ab epiſcopo, vel archipresbytero excommunicari, quod ſi factum fuerit, iniuſte excommunicatus abſoluatur a maiori: & iniuſte excommunicans punietur ſuperioris arbitrio pœna

cto epiſcopalis, 16. q. 2. viſis. Item excommunicatio dicitur maxima pœna, vt 24. q. 3. corripiantur. Præterea archidiaconi modica habẽt iuriſdictionem, vt extra de off. archid. c. 1. & vlt. ergo multo fortius, ſimplices ſacerdotes. Sol. vbi conſuetudo eſt, ibi bene poſſunt excõicare, conſuetudo enim dat iuriſdictionem, vt 9. q. 3. conqueſtus. in fine. De hac materia inuenies 11. q. 1. de perſona. Io. Probabiliter poteſt dici, ꝙ eccleſiarũ prælati de iure communi poſſunt excõmunicare, vt ext. de off. ord. cum ab eccleſiarum, licet epiſcopi iam præſcripſerunt contra multos prælatos. Ber.

*Item de libro conſtitutionum.*

¶Antequam cauſa probetur, aliquis excommunicari non debet. Cap. XI.

Apud Iulianum Anteceſſorem no. vel. 123. c. 15. 24. q. 3. de illicita.
Iuo p. 5. c. 371. & p. 14. c. 42.
† al. ea.

NEmo epiſcopus, nemo presbyter excõmunicet [a] aliquem, antequam cauſa probetur [b], propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduerſus eam † excommunicauerit aliquem; ille quidem, qui excommunicatus eſt, maioris ſacerdotis auctoritate [c] ad gratiam ſanctæ communionis redeat; is autem, qui non legitime excommunicauit, in tantum abſtineat tempus ſacroſancta communione, quantum maiori ſacerdoti viſum fuerit; vt quod iniuſte fecit, ipſe iuſte patiatur.

*Item Auguſtinus in epiſtola 137. ad clerum, & vniuerſam plebem Hypponenſem.*

¶Incerta, & dubia iudicari non poſſunt. Cap. XII.

Iuo p. 6. c. 188.

NOmen presbyteri propterea non auſus ſum de numero collegarum eius, vel ſupprimere [d], vel delere, ne diuinæ poteſtati, ſub cuius examine cauſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellem iudicio præuenire, quod nec in negotijs ſæcularibus iudices faciunt, quando cauſæ dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pedente relatione [e] aliquid audeant commutare. Et in epiſcoporum concilio cõſtitutum eſt, nullum clericum, qui nondum conuictus ſit ſuſpendi [f] a communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non præſentauerit.

*Item Melchiades Papa epiſcopis.*

Poly. l. 1 tit. 8.
Pan. l. 4 tit. 11. c. 15.
† al. charitate.

¶Nec ſuſpicionis arbitrio, nec ante verum, & iuſtum iudicium aliquis condemnetur. Cap. XIII.

Tob. 4.

PRimo ſemper ante omnia diligenter inquirite, vt cũ iuſtitia, & veritate † definiatis: neminem condemnetis ante verum, & iuſtum iudicium: nullum ſoſpicionis [g] arbitrio iudicetis: ſed primum probate, & poſtea charitatiuam proferte ſententiam: & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

b ¶Cauſa probet.] inf. 11. q. 3. nemo epiſcoporum.
c ¶Maioris ſacerdotis auctoritate.] Cũ d. 11. q. 3. ſi epiſcopus forte notatum ibi inuenies, & extra de ſent. excom. ſacro.

NOmẽ.] CASVS. Quidam preſbyter fuerat accuſatus, & etiam infamatus. Vnde clerus illius loci rogat Auguſtinum, vt eum excommunicaret, vel deponere. Reſpondet Auguſt. dicens, quòd nõ poteſt, nec eſt auſus eum ſupprimere de tabula clericorum, cum occultum ſit eius delictũ, & Dei iudicio reſeruetur, cui faceret iniuriam, ſi eius iudicium præueniret. Nã & iudices ſæculares hoc faciunt, iudicio pendente nihil immutant. Et præterea in concilio factum eſt ſtatutum, neminem debere excommunicari nondum conuictum, niſi ipſe fuerit contumax.
d ¶Vel ſupprimere.] Nomina excõicatorum tempore excommunicationis ſupprimebantur in matricula, ſed nomina depoſitorum radebantur. ſic 50. d. contumaces.

pœna conſimili.
a ¶Excommunicet.] Arg. quòd ſimplex ſacerdos habet poteſtatem excommunicandi, vt extra de off. ord. cum ad eccleſiam 1. & c. fin. ſacerdos, & de app. reprehenſibilis, & extra de eo qui fur. ord. re. cap 1. Nam quilibet ſacerdos habet claues ligandi, vt infra ead q. 7. item cum Dauid, & 11. q. 3. quomodo. Item quia de cauſis poſſunt cognoſcere, vt extra de iud. c. 2. & extra de immun. ecc. non minus, & etiam de matrimonialibus cauſis. extra de ſent. & re iud. tenor. in princ. ideſt parte deciſa. Cum ergo excommunicatio ſit potius iuriſdictionis quàm ordinis, vt extra de electio. tranſmiſſam, & tales minores prælati habent iuriſdictionem, vt dictum eſt, ergo poſſunt excõmunicare. Sed contra excõmunicatio eſt inu-

e ¶Relatione.] Similiter, ext. de off. deleg. licet, ex eo &t ꝙ iudex dicit ſe velle referre. non poteſt amplius cognoſcere. C. de app. ex illo. & extra de off. deleg. cum ſuper, quod intelligo ſi relatio fuerit a partibus approbata, vt C. de relat. l. 2.
f ¶Suſpandi.] Niſi ſit infamatus. inf. ead. q. 5. presbyter.
PRimo ſemper.] CASVS. Quicunq; vult ſniam ferre, debet primo cauſam, & omnia diligenter inquirere, quibus peractis ſententiam ferre debet non ſuſpicionis arbitrio, ne alteri faciat quod ſibi non vult fieri.
g ¶Suſpicionis.] Triplex eſt ſuſpicio. Temeraria, de qua hic

Suſpicio eſt triplex.

hic dicitur, quæ expurgationem non inducit. Probabilis, quæ expurgationē inducit, vt inf. q. 5. presbyter. Violenta, quæ ad condemnationem ſufficit, vt inf. 32. q. 1. dixit Dominus 1. Tamen quandoq; violenta ſuſpicio, vel præſumptio non ſufficit ad condemnationem, vt extra de teſtib. cog. præterea. ext. de præſump. literis. in fi.

1 Ext. de præſum. c. 2.

f ¶Qui falſum teſtimonium.] Iſti repellantur, licet nō ſint infames, vt ext. de ord. cog. cum dilectus. in fi.

g ¶Paupertatem.] Propter hoc repelluntur teſtes, vt 4. q. 3. teſtium. dum tamen ratione paupertatis ſit ſuſpectus

*Item, ff. libro 48. tit. de accuſationibus, & inſcriptionibus. l. Qui accuſare.*

tit a. l. 8,

2 Vbi d hoc. & 6. q capi. oues. Arch.

P Rohibētur.] Lex incipit, qui accuſare poſſunt.

CASVS Hic enumerantur nouem perſonæ, quæ propter nouem cauſas ab accuſatione prohibentur vt mulier, pupillus, &c. niſi ſuā, vel ſuorum iniuriam proſequantur. Et hic oſtēdit Gratianus, qualiter in accuſationib. ordo iudiciarius ſit ſeruandus.

¶Qui ab accuſatione prohibeantur, & qui recipiantur. Cap. XIIII.

PRohibentur accuſare alij propter ſexum, vel ætatem vt mulier, vt pupillus. Alij propter ſacramentum [a] vt qui ſtipendium merent. Alij propter magiſtratum [b] poteſtatemve: in qua agentes ſine fraude [c] in ius vocari † non poſſunt. Alij propter delictum proprium, vt infames. Alij propter turpem quæſtum [d], vt qui iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummo ve [e] ob accuſandū vel non accuſandum acceperint. Alij propter conditionē ſuam, vt libertini † contra patronos. Alij propter ſuſpicionem calumniæ, vt illi, qui falſum teſtimonium [f] ſubornati dixerunt. Nōnulli propter paupertatem [g], vt ſunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, ſi ſuam iniuriam exequantur, mortemve propinquorum defendant, ab accuſatione non excluduntur. Liberi, libertique non ſunt prohibendi ſuarum rerum defendendarum gratia de facto parentum patronorumve queri, puta † ſi dicant, vi ſe de poſſeſſione [h] ab his expulſos: ſcilicet non vt crimen [i] in eis intendant, ſed vt poſſeſſionem recipiant. Nam & filius quidem non prohibitus eſt de facto matris quæri, ſi dicat, ſuppoſitum ab ea partum, quo magis cohæredem haberet: ſed eam ream lege Cornelia facere permiſſum ei non eſt. ¶Ab alio delatum alius deferre non poteſt [k]: ſed eum, qui abolitione publica [l], vel priuata interueniente, aut deſiſtente accuſatore de reis exemptus eſt, alius deferre non prohibetur.

† al. euocari.

† al. liberti.

lege. 9.

lege. 10.

lege. 11.

† al. veluti.

a ¶Propter ſacramētum.] Quod præſtāt, ſ. ſe non euitaturos mortem pp ſalutem reipublicæ 3. Milites enim noſtros magis volumus ſcire arma quàm iura, vel leges vt C. de iure delibe. l. ſcimus. C. locat. milites.

3 Iſti non admittebantur ad accuſationem, ne ob hoc impediri vtilitatem Reip. prætermitterent & pp hoc plurium incurrerent.

b ¶Magiſtratum.] ſed contra ſup 1. q. 1 in illa l iubemus. Sed illud cum delinquit iudex in adminiſtratione ſua, vt tunc poſſit conueniri 4. vt i auth. vt iud. ſine quoquo ſuffragio. §. illud. Vel hîc loquitur de eo, qui ante adminiſtrationē deliquit. Vel ibi de minorib. iudicib. hic de maioribus, vt ff. de iniu. nec magiſtratibus, tamē etiam maiores iudices præſtabunt cautionem ſtandi iuri poſt depoſitam adminiſtrationem, vt ff. de adult. ſi adulterium, §. vlt.

4 Adde d hoc late per Pet. de Bel. pert. & Cy. in l ad uerſus. C. de admi. tut.

c ¶Sine fraude.] id eſt, ſine pœna.

d ¶Quæſtum.] id eſt, quæſtus ſuſpicionem. Qui enim duos cœperit accuſare, ſi vult tertium accuſare, præſumitur, ꝙ hoc cauſa quæſtus faciat. Sed huic eſt contra. ff. de ac. l hos accuſare, §. lege Iulia, vbi dicitur, ꝙ nemo poteſt duos ſimul accuſare, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Sed dic quòd in diuerſis libellis poſſunt duo accuſari: ſed tertius non poteſt, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt hic dicitur, & C. qui ac. non poſ. l. cum rationibus, ſed in vno libello non poteſt duos accuſare, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt in illa l. hos accuſare. niſi cum crimen commune eſt, vt ff. de adul qui pupillam, § 1. ſed in crimine adulterij non poſſunt duo ſimul accuſari, C. de adult. reos.

Accuſare ſimul plures, an liceat vni

e ¶Nummosve.] Accuſatori licet nobis dare pecuniam in cauſa ſanguinis: ſed quidem pecunia, & non in cauſa ſanguinis, pro conuicto habetur, vt inf. q. 3. §. præuaricator. verſ. in omnibus cauſis, ſed non licet accuſanti recipere, vt ſu. 1. q 1 concuſſionis, tamen poſt finitam accuſationem quandoque remuneratur accuſator, vt ſup. 79 diſt. ſi quis Papa, & infra. 2. q. 3 accuſatores. 6. q. 1. ſi

Accuſatori cauſa ſanguinis licet pecuniam dare

ctus, vt inſt. de ſuſpe tutó. §. vlt paupertas enim non eſt de numero malorum. 15. q. 1. illa, in fi.

h ¶De poſſeſſione.] Non tamen ab eis poſſunt repetere poſſeſſionem per interdictum vnde vi, 5. licet enim nullum interdictum infamet, tamen diminuit, & ſugillat opinionem eius contra quem proponitur, vt ff. de obſe. l. 2. nec etiam in integrum reſtitutio petitur contra parentes, vel patronos, vt C. qui & aduer. quos integ. reſt. l. vltima.

5 Verum ꝙ cōtra ... nō datur interdictū ... de vi, ... ſet vis ... ea, quia ... bene dat ... de vi, & ... ad l. 1. §. ... terdictum

i ¶Non vt crimen.] Niſi atrocem iniuriam feciſſent, vel niſi nomine alieno conueniantur, vt ff. de in ius vocan. ſed, & ſi § pe. & vlt. & 12. quæſt. 2. §. qui manumittitur. Aliàs non poteſt agere pro iniuria contra tales perſonas, vt ff. de iniur non ſolum, §. quemquam.

ABALIO. CASVS. Dr hic, ꝙ accuſatus durante accuſatione illa ab alio accuſari non poteſt, niſi abolitio interueniat, vel accuſator ab accuſatione deſiſtat; & hoc in prima parte. In ſecunda parte dr, quòd propter vtilitatem publicam quidam admittuntur ad accuſationem fraudatæ annonæ, qui aliàs non admitterentur, vt mulier, infames, milites, & ſerui. Secunda pars incipit ibi. [Mulierem.]

K ¶Non poteſt.] Siue enim quis ſit condemnatus, ſiue abſolutus, tamen ſuper eodem crimine ſæpius agi non poteſt, vt extra de accuſ. de his.

l ¶Abolitione publica.] Tripliciter fit abolitio, aut publice

Abolitio tripliciter

blicè ob diem inſignem, uel ob rem proſperè geſtam 1. aut priuatim accuſatore petente: aut ex lege, quando accuſator deſiſtit, uel mortuus eſt 2. In publica aboli-tione poteſt accuſator repetere reum finitis ferijs, intra xxx. dies, ut ff. ad Turpil. l. i quis. & l. ſeq. Sed in alijs duabus que ex ſcientia, quandoque ex ſuſpicione procedit: quandoque ex certo, quandoque ex incerto auctore, vt de conſec. diſtinct. 4 ſanctum in ſi. Manifeſtum eſt, quod ſemper ex ſcientia, & ex certo auctore procedit: & quod poteſt probari 3. ut ff. de teſt. hæredes palam. Item ẽt qñq; dr̃ occultũ, quod pòt pbari. C. de app. eos. §. 2. & occultum dicitur qđ quinq; ſciũt, vt de pen. diſtinc. 1. §. hæc ergo ſecreta. Item notoriũ dicitur manifeſtum; qđ patet vel per confeſſionẽ, vel per probationẽ, vel per euidentiam rei, vt extra de verb. ſig. cũ olim. Notoriũ triplex eſt: eſt .n. notoriũ facti, notorium iuris, & notoriũ præſumptionis. Notorium facti eſt, quod exhibet & offert ſe oculis oĩum, ideſt, qđ ita habet facti euidentiam, ꝙ nõ poteſt negari, ſup ple probabiliter, vt ext. de coh. cler. tua. & ext. eo. tit. ueſtra. in tali nõ auditur appellans. extra de appell. cũ ſit Romana. & c. præterea, & c. ꝑuenit. & credit ſimplici aſſertioni officialis, vt 4. q. 4. §. aliquãdo. Nec requiritur hic ſcientia omnium, ſed plurium, vt infra ead. de manifeſta. Eſt autem quoddam factũ continuum ſiue permanẽs 4 quoddam interpolatum, quoddã ſtatim tranſiens. In notorio facti continui nullus ordo iuris exigitur, ut in decre. tua. In notorio facti interpolati ſemiplena probatio requiritur, ut extra de vſur cum in diœceſi. Notorium actu non permanens probabiliter poteſt negari, ut extra de ſorti. ex tuarum. Notorium iuris eſt de quo aliquis eſt condemnatus vel confeſſus, tamen in hoc notorio quandoque cõtra negantem ſe eſſe conuictum requiritur probatio, vt extra de ſent. & re iud. ſicut. Item quandoque non ſufficit, ꝙ quis ſit confeſſus, niſi ſit confeſſus & conuictus, ut inf. ea. q 6. §. ſunt etiam quorum ver. in occultis. Notorium præſumptum eſt, ut ſi aliquis publicè habitus eſt pro filio alicuius, ibi nõ requiritur aliquis ordo iuris, ut extrã de ſi. presby. Michael. &c. quoniam hoc enim ꝙ aliquis ſit alterius filius non poteſt uerè probari, vt ff de condi. & demon. Lucius. ſed potius per præſumptiones.

*lege xiij.*

† *al. Seuerus.* repoſita hic ſunt aliquot uerba ex Pandectis Flo.

1 Idẽ Alex. in l. ſi uero. §. qui pro rei ff. qui ſatiſda. cog. & text. in l. ea quidem. C. de accuſ.

4 Puta ſi eṗs ſine licentia Papæ tranſit ad aliam eccleſiam. ext. de elect. bonæ 1. & de transla. quãto. Archid.

¶Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam [a] pertincitrem, audiri à præfecto annonę, deferentem Diui Verus† & Antoninus reſcripſerunt. Famoſi quoque accuſantes ſine ulla dubitatione admittũtur. Milites quoque, qui cauſas alienas deferre non poſſunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accuſationem admittendi ſunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

2 *His omnibus auctoritatibus datur intelligi, ꝙ nullus eſt condemnandus, niſi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum ſe ipſe confiteatur. Verum hæc de illis intelligenda ſunt, quorum crimina ſunt occulta: cæterum, quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt.*

*Vnde Ambroſius.*

¶Sine accuſatione, manifeſta iudicentur. Cap. XV.

MAnifeſta [b], accuſatione non indigent.

¶ *Iuo in epiſtola ad Hugonem, quæ incipit*. Literas v. P. *ſic ait.* Manifeſta autem, accuſatione non indigere teſtatur B. Ambroſius ſuper epiſtolam ad Corinthios, ita dicens de eo, qui cum nouerca: [Iudicis non eſt, &c.] *vt infra c. de manifeſta.*

*Item Nicolaus Papa Ludouico Regi in epiſtola, quæ incipit:* [*Syllabarum.*]

¶De eodem. Cap. XVI.

Anſel. li. 12. c. 35.
*Gal. 5.*

QVę Lotharius Rex nepos veſter facit, accuſatore nõ indigent. Manifeſta [c] quippe ſunt (teſte Apoſtolo) opera carnis, fornicatio, immunditia, &c.

¶*Sumptum eſt ex epiſtola, quæ habetur in codice ſæpè memorato monaſterij Dominicanorum: in qua hæc præcedunt.* Accuſatorẽ autem habere Lotharium non niſi illum, qui accuſator fratrum in Apocalypſi appellatur, & opera eius, quæ & ipſa eiuſdem antiqui hoſtis inſtinctu patrantur, profecto comperimus. Quæ uero Lotharius Rex, &c.

duabus non admittitur ille qui deſtitit, ut ff. ad Turpil. qui deſtitit. Sed alius bene admittitur intra xxx. dies infra ead. q. vlt. in fi.

a ¶Ad annonam.] Cum hoc crimen, ſcilicet fraudatæ annonę, ponatur inter excepta crimina, & iſtud crimen æquiparetur crimini dilapidationis, videtur ꝙ ibi quilibet admittatur. Nam & fœmina cuius non intereſt, ſi pietate ducitur, admittitur ad crimen ſuſpecti tutoris. inſti. de ſuſpec. tut. §. conſequens Nec in hoc crimine tenetur quis inſcribere, ut in Auth. ut iud. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem coll. 2.

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua probat, ꝙ in notorijs non obſeruatur ordo iuris, nec accuſator eſt neceſſarius. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, ꝙ in cauſis criminalibus ſemper ordo iudiciarius obſeruandus, niſi ſint crimina manifeſta: in quibus ordo iudiciarius non ſeruatur, & hoc probatur tribus cap. ſeq. & appellat hic Gratianus manifeſtum, ideſt notorium.

¶CASVS ſeq. cap. patet. & ideo poſitione non indiget.

b MAnifeſta.] De notorio loquimur, & quid ſit notorium, ignoramus. Scias ergo, quòd aliud eſt fama, aliud manifeſtum, aliud notorium, Fama quan do-

QVæ Lotharius Rex.] CASVS. Lotharius Thebergam vxorem ſuam legitimam abiecit, & Gualdradam pellicem accepit, & publicè tenuit. De hoc Nicolaus Papa ſcribit Carolo Regi dicens, quòd ſcelus nepotis ſui accuſatione non indiget, cum ſit manifeſtum, nec poteſt quis conqueri cum iniuſtè damnatum.

c ¶Manifeſta.] inf. 11. q. 3. eorum. contra. Sed ibi non erat notorium, ſed manifeſtum; & ſic non obſtat 3. q. 5. quia

quia ſuſpecti Etiam ſi ſit notorium, tñ nihilominus hęc citatio forte 1. eſt facienda 2.inf.ea.§. quando. 24.q.3. de illicita, & J.c.Deus omnipotens. & ſnĩa ferenda eſt, vt ext. de app. cum ſit Romana. in fi. ſed neq; probatio, neque purgatio eſt requirenda, ut J. c. Deus ops & extra de purg. can. cum dilectus. ſit tamen ꝓbatio quandoque in abundanti. extra de elect. bonę 1. & ff. de ma. cauſam. in prin. & 24.q.1. pudenda. in fi. nihil enim tam indubitatũ eſt, quin ſolicitam dubitationem admittat, vt in Anthen. de tabel. in med. col 4.

1 Pro illo forte facit quod not. Vin. & Ber. extra de diuor. porro.

2 Concord. tex. in l. 3 §. ſi ad diẽ ff. de re milit. no. Bal. in l. cũ fratrẽ. C. de his quib. ut ind·g.

calum. l. 1. Additur vj. caſus quando crimen probatur per inquiſitionem. extra de accuſ. qualiter & quando. Item vij. cum deficit reus in purgatione. extra de ſimo. de hoc vij. in notorijs. ut hic.

c ¶Omnes.] Scilicet Corinthij.

d ¶Scie-

IN MANIFESTIS. CASVS. Docet hic Gra. qđ crimẽ dicatur manifeſtum, ſcilicet qđ negari non poteſt: cum ſe ingerat oculis omnium: in quo ordo iudiciarius non requiritur, qui inuentus eſt, vt innocentia non dãnetur, & delinquentis culpa puniatur.

DE manifeſta.] CASVS. Stephanus in hoc c. inducit auctoritatem Ambr. exponentis ſnĩam Apoſtoli de Corint. fornicatore, quæ talis eſt, ꝙ iudex non debet aliquem ſine accuſatore damnare. Vnde Dominus Iudam furẽ non cõdemnauit, quia accuſatus non fuit. Sed hoc uerum eſt cum eſt occultũ crimen: ſed ſi crimẽ eſt adeò manifeſtum, ꝙ negari non poſſit, quale fuit crimen Corinthij. non eſt opus teſtibus, uel accuſatore: & hoc ideò quia oẽs crimẽ eius ſciebant. Ideo Apoſtolus tradidit eum abſentem ſatanæ, ut ſpiritus eius ſaluus fiat.

*In manifeſtis enim calliditate accuſantium non opprimitur reus, nec tergiuerſatione proprium crimẽ celatur, cum culpa ſua oculis omnium ſponte ſe ingerat: atq; ideo in talibus iudiciarius ordo non requiritur; qui ideo inſtitutus eſt, ut nec innocentia inſidijs pateret aduerſantium, nec culpa delinquẽtium ſententiam effugeret inſti examinis.*

*Vnde Stephanus Papa V. Leoni epiſcopo Theanenſi.* Vide ſup. c. manifeſta.

*¶Extat integra hac epiſtola in collectione canonum ſine auctoris nomine in Vaticana bibliotheca.*

## ¶Ordinem iudiciarium manifeſta non deſiderat cauſa. Cap. XVII.

DE manifeſta & nota pluribus [a] cauſa, non ſunt quærendi teſtes, ut ſanctus Ambroſius in epiſtola ad Corinthios dixit, de fornicatore, ſententiam exponens Apoſtoli: [Iudicis, inquit, non eſt ſine accuſatore [b] damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur eſſet, ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, minimè abiecit: [Vt tolleretur de medio ueſtrum, qui hoc opus fecit.] Cognito opere iſto pellendum illum fuiſſe de cœtu fraternitatis Apoſtolus cenſuit. Omnes [c] enim crimen eius ſciebant [d], & non arguebant. Publice enim nouercam ſuam loco uxoris habebat. In qua re neque teſtibus opus erat: neque tergiuerſatione [e] aliqua poterat tegi crimen.] *& paulo poſt.* [Abſens facie, præſens autem auctoritate, ſpiritus, qui nuſquam abeſt, iam iudicauit [f], vt præſens eum, qui hoc admiſit †, traderet ſatanæ in interitum carnis.

Iuo p. 6.c.431. Pann. li.4 c.117. Ambr. ad c.5. 1. Corinth. 15.q.4. ſi quis.

† Cõcor. ... ſim. gl. in ... ſed interp... latur. §. ... de arb. ... n l. 1 C qu... iadm ad bo... no. poſſ.

3 *Sed ſciẽdum eſt, quòd eorum, quæ manifeſta ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita alijs; alia ſunt manifeſta alijs, & occulta iudici; quædam verò ſunt nota iudici, & alijs. Quæ iudici tantum nota ſunt, ſine examinatione ferri non poſſunt: quia dum accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittitur. In una enim eademq; cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iudex.*

a ¶Pluribus.] Ergo non requiritur omnium ſcientia. forte ſufficiũt x. vt 10.q.3. vnio. iudici tñ debet eſſe notum. 23.q.4. cum quiſque. Vnde poteſt contingere, ꝙ aliquid eſt notorium apud delegatum, quod non eſt notorium apud delegantẽ, & ſi cauſa audiretur corã delegante, ille procederet ſecundum ordinem iuris, ſed delegatus non: ut extra de pur. ca. cum dilectus. Idem eſt in inquiſitione poteſt enim eſſe, quòd delegans poſſit inquirere de crimine alicuius, ſi apud eum eſt infamatus: ſed delegatus non, extra de accuſ. cum oporteat.

b ¶Sine accuſatore.] No. ꝙ nemo eſt condemnandus ſine accuſatore, vt ff. de mu & hon. reſcripto. §. fi. ſi quis accuſatorem. ſed fallit in charta ſuſpecta, cui fides non fit. C de proba. iubemus. & cum teſtis fraudulenter, & procaciter reſpondet. C. de teſt. nullus. & in tutore ſuſpecto. ff. de ſuſpe. tut. l. 3. §. 1. & 3 q. 2. quia ea. & qñ maritus excipiendo condemnatur de lenocinio. ff de adul. l. 2 §. ſi poblica. & quando calumniator punitur. C. de

Condemnatur quis aliquando ſine accuſatore.

d ¶Sciebant] En quòd publicè in domo ſua uidebant eam, & ſic extra, de cohabi. cleri. & mulie. tua. C. de Iudæ l. ne quis.

e ¶Tergiuerſatione.] ideſt, diſſimulatione.

f ¶Iudicaui.] Ergo abſens excõicatur, ut extra de appel. cum ſit Romana. In fi. & extra de ſimo. accuſatum. Sed nunquid abſens abſoluitur 3? arg. ꝙ ſic. inf. eo. q. 5. quanto. arg. contra de ſen. exc. à nobis. in fi. ubi certa forma abſolutionis exprimitur? Reſpon. ſic 4. non eſt abſoluendus ſi tamen taliter abſoluitur, tenet abſolutio, ut ex. de reg. iur. omnis res. 30.q. 5. §. ſed obijcitur.

3 De materia huius gl. no. in l. abſentẽ. ff. de pœ. & in l. abſentẽ. C. de proc.

4 Et ſm formam illius decr. à nobis. Arch.

SED SCIENDVM. Hæc eſt 3 pars q. in qua probat, ꝙ ſi qua ſunt nota tantum iudici, ſcilicet tanquam homini: non debet ſine examinatione ſententia ferri, & hoc probat duobus cap ſeq. Io. de Fan.

CASVS: Dicit Grat. ꝙ eorũ quæ ſunt manifeſta alia ſunt manifeſta iudici tantum, alia iudici & alijs. In ijs, quæ ſunt nota iudici tantum, iudex accuſator eſſe non debet: quia idem non debet eſſe accuſator & iudex, & hoc probatur ſeq. cap.

Mul-

Beda 1. Cor. 5.

*Unde Auguſtinus in homilia de pœnitentia (quæ eſt 50.) cap. 12.*

## ¶Quando aliqui ſunt corrigendi, quando tolerandi. Cap. XVIII.

Anſ. l. 3. c. 70.
Poly. l. 7. tit. 7.
1. Cor. 4.

MVlti corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas, multi neſciuntur, donec veniat Dominus: qui illuminabit abſcondita tenebrarum, *& infra.* ¶Nos vero a communione prohibere, quenquã nõ poſſumus [a] (quãuis [b] hæc prohibitio nondum ſit mortalis [c], ſed medicinalis [d]) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo, ſiue ſæculari [e] ſiue eccleſiaſtico iudicio nominatum, atq; conuictum. Quis enim ſibi vtrumq; audeat aſſumere, vt cuiquam ipſe ſit, & accuſator, & iudex [f]? Cuiuſmodi regulam etiam Paulus apoſtolus in eadem ad Corinthios epiſtola breuiter inſinuaſſe intelligitur, cũ quibuſdam commemoratis criminibus, eccleſiaſtici iudicij formam ad omnia ſimilia [g] ex quibuſdam daret. Ait enim: [Scripſi vobis in epiſtola non commiſceri fornicarijs [h]. Non itaq; fornicarijs [i] huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis ſeruiẽtibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.] Non. n. poſſunt homines in hoc mundo viuentes, niſi cum talib. viuere: nec eos poſſunt lucrifacere Chriſto; ſi eorũ colloquium conuictumq; vitauerint. Vnde, & Dominus cum publicanis, & peccatoribus comedens: [Non eſt opus, inquit, ſanis medicinis, ſed malè habentibus. Non. n. veni vocare iuſtos, ſed peccatores.] Et ideo ſequitur Apoſtolus, & adiungit: [Nunc ſcripſi vobis non commiſceri.

1. Cor. 5. — 23. q. 4. c. infideles. — Math. 9. — 1. Cor. 5.

MVlti corriguntur.] CASVS. Cap iſtud diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod multi corriguntur, & propter ſcandalum multi tolerantur: multi autem neſciuntur eſſe criminoſi, qui diuino iudicio reſeruantur. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, (Nos vero.) dicitur, quòd nos non debemus aliquem a communione repellere, niſi ſponte confeſſum, aut iudicio accuſatum, & conuictum. Si enim (ſicut dicit Apoſtolus) vellemus omnes occultos peccatores vitare, nos oporteret de hoc mundo exire, qui tales ducit tolerandos vſque ad vltimum ventilabrum, vt poſſimus eos lucrifacere Chriſto, nec vitandos niſi eſſent per ſententiam nominati, & ſic docet eos tantum iudicio eccleſiæ condemnandos, non arbitrio ſupplicantis ſed ordine ſeruato. Hoc idem probatur exemplo Domini, qui comedit cũ publicanis, & peccatoribus, inquiens; non eſt medicus neceſſarius ſanis, ſed male habentibus. In tertia parte, quæ incipit, [Non ergo.] dicitur, ꝙ illi, qui hortantur ad pœnitẽtiã non debent gaudere, eo ꝙ multos habent ſocios ad ſupplicium, quia non minus ardebunt, &c.

a ¶Non poſſumus.] Nominatim, ſed in genere, vt 5. q. c. quidam extra de off. ord. ſi ſacerdos.

ADDITIO. Et dicas, non poſſumus, de iure, id eſt, non debemus, H. nam id poſſumus, quod de iure poſſumus.

b ¶Quamuis.] Interpoſitio eſt.

c ¶Mortalis.] Ante contemptum. 24. quæſtio. 3. notandum.

d ¶Medicinalis] Vt ſpiritus eius ſaluus fiat, 11. q. 3. audi, niſi ſit incorrigibilis, vt 11. q. 3. nemo epiſcoporum, & inf. 24. q. 3. corripiantur, & c notandum. in fi.

e ¶Sæculari.] id eſt de rebus ſæcularib. vel loquitur de laico 1. q. d. laicum cõuictum coram ſecularis clericum coram eccleſiaſtico, vitare poſſumus, vt reddamus ſingula ſingulis, & ſic non eſt contra extra de iud. ar. ſi clerici arg. huius c. videtur, ꝙ clericus de crimine ciuiliter conuictus infametur per ſentẽtiam latam in ipſum a laico per reconuentionem, vt 6. q. 1. beatus Petrus, &c. infames. argum. extra de teſti. de cætero. & 3. q. 5. de accuſatorib. 35 q. 3. coniunctiones 3. q 8. cuius. imò ſi coram quocunque in modum exceptionis probatur crimẽ, cogetur ad pœnitentiam: nam vndecunque claruerint crimina, &c. 24 q. 3. ecce nam, & iudiciũ hæreticorum certificat eccleſiam, vt infra. 24. q. 1. quiſquis, & c. ſubdiaconus, & in Auth. de ſanct. epiſc. § ſi vero crimẽ. coll. 9. & ſententia in vno iudicio lata, fidẽ facit in alio 2 ff. de in iu. ſi duo. C. de libe. cau. iubemus. lo. hoc verũ eſt inter eaſdẽ perſonas, quia res inter alios acta, &c. extra de re iu. quamuis. cum ſimilibus. B ſimiliter ſit fides ſæculari iudici per iudicem eccleſiaſticũ, vt 11. quæſ. 1. ſtatuimus, & hoc ſatis poteſt admitti. Iudex tamen eccleſiaſticus non poteſt clericum ratione illius ſententiæ punire, quaſi conuictum, ſi tamen infamia crebreſcit, ex tali ſnĩa põt eps ipſum cogere ad purgationem, in qua ſi defecerit, puniatur, vt ext. de ſim. de hoc. nec teſtes purgationis ſunt contrarij prioribus teſtibus, quia iſti iurant de credulitate, & illi de ſcientia, & bene poteſt eſſe, quod iſti credant eum innocentem, & illi ſciant eum nocentem, nec obeſt ei illa ſententia quo ad beneficium, vel quo ad ordinem. extra de except. denique. de ord. cog. cum dilectus. in fine. Sed forte poteſt ipſum cogere ad pœnitentiam: nam etiam in cauſa correctionis tenuis probatio, & ſcientia ſufficit, vt ext. de ſpo. præterea. 22 q. 5. hoc videtur, imò ſufficit vnus teſtis, quo ad ſententiam medicinalem animæ, vt extra de teſt. cog peruenit. de conſec. d. 4 cum itaque, extra de conſan. & affi ſuper eod. text. de teſt. ſuper eo.

Snĩa ſup crĩmine in clericũ lata in cauſa reconuentionis p iudicem ſæcularem an ipſum infamet.

2 Scilicet a depẽdenti a primo: aliàs nõ facit niſi præſumptionẽ, & ſic intelliguntur iſtæ leges ſ. proxi. alleg. Arch.

aico. Idẽ in d. ca. clerici.

f ¶Accuſator, & iudex.] Quod fieret ſi occultos tales accuſaremus.

g ¶Similia.] Argum. quòd licet aliquid ſpecialiter de vno dicatur, tamen extenditur ad omnia ſimilia, vt infra ca. Deus omnipotens 32. quæſt. 7. Apoſtolus 16. quæſtio. 3. licet. diſt. 61. miramur, & ſup. diſt. 5. ad eius. ff. de fun. inſtrumen. quæſitum, §. vl. ff. de adminiſtr. leg. l. legata. ff. de alie. & cib. leg. l. verba. ff. de ſuppell. le. legata. 16. quæſt. 1. hinc eſt etiam. argum. contra. C. de procur. maritus.

h ¶Fornicarijs.] Iudæis, vel gentilibus.

i ¶Fornicarijs.] Scilicet occultis: niſi in caſibus, quaſi dicat, non eſt aliqua pars mundi, in qua non ſint tales mali.

a ¶Si

Si quis [a] frater nominatur [b] in vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax; cum huiuſmodi nec quidem cibum ſimul ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris ſunt iudicare [d]? Nonne de his, qui intus ſunt, hos iudicatis? De his autem, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum a vobis ipſis.] Quibus verbis ſatis oſtendit non temere, aut quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione, vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius; ne peruerſe malos quiſq; † euitando, ab eccleſia ipſe diſcedens eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehēnam. Quia & ad hoc nobis ſunt in ſcripturis ſanctis exempla propoſita: velut in meſſe, vt palea ſufferatur vſque ad vltimum ventilabrū, vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſq; ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, ideſt in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id, quod alio loco dicit Apoſtolus: [Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo Domino ſtat aut cadit.] Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis [e], vel extraordinario [f] vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atque conuictū. Alioquin illud cur dixit? Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c.] niſi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cū ſententia ordine iudicario, atque integritate profertur? Nam ſi nominatio [g] ſola ſufficit; multi damnandi ſunt innocentes; quia ſæpe falſo in † quoquam crimina nominantur. ¶Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium: nec gaudeant, quia plures inuenerint. Nō enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

† *f. quoſque.* † *al. mittat.* *Matth. 3.* *Matth. 13.* *Rom. 14.* † *inique crimine.* Beda in c. 5. 1. Cor.

*Idem in ſermone verbis 16. de verbi Domini.*

¶Peccatum, quod tantum iudici notum eſt, ab eo damnari non valet. Cap. XIX.

SI peccauerit, inquit, in te [h] frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolū. Quare? quia peccauit in te. Quid eſt. [In te peccauit?] Tu ſcis, quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære, cum

*Matth. 18.*

a ¶ Si quis.] Quaſi dicat, quare hic non dicis de alijs, quàm de fratribus? Reſp.
b ¶Nominatur.] Per ſententiam.
c ¶Qui foris].i. noſtri iuris. 17 q. 4. conſtituit. ſup. d. 45 qui ſyncera. contra dic, vt not. 28. q. ſæpe.
d ¶Iudicare.] Quantum ad excommunicationem, ſed corporaliter poſſunt puniri. i. vt 17. q. 4 conſtituit. arg. quòd excōicatus non poteſt iterum excommunicari. de hoc inuenies 3 q. 4. Engeltrudam.
e ¶Suſpicionis] Subaudi temerariæ, & violenter: ſecus 32. q. 1. dixit.
f ¶Extraordinario.] agendo contra eum denunciatiue, vel inquiſitiue, q modus nouus eſt, & extraordinarius ſm quoſdā. Sed dic extra, ideſt, præter hoc, vel cōtra ordinem iuris, ſcilicet quia non eſt de foro ſuo, cum ſit occultus, vnde ſequitur vſurpatio. Nam vſurpare quid dicitur, cū vendicat ſibi, quod ad ipſum non pertinet.
g ¶Nam ſi noīatio.] Ideſt, infamatio. inf. 25. q. vl. c. vl. 35. q. 6. ſi duo. Arg. q pp famā non probatur aliqd. ext. de cohab. cle. & mulier. tua. ext. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ, ſuper eo. Sed fama cum alijs adminiculis probat. 4. q. 3. ſæpe. extra de præſump. illud. de appel. c. 1.

Idem ēt, & pecuniariter ponit eccleſia, vbi ſunt de ſua iuriſdictione. ex. de rap. de archiepatu. Ber.

Vſurpare quis dicitur

Fama an ꝓbet.

SI peccauerit.] CASVS. In hoc c. exponitur auctoritas Euangelica. Si peccauerit i te frater tuus &c. Capitulum ergo iſtud diuidit in duas partes. In prima parte dr̄, q ſi frater tuus peccauerit in ſecreto, eū in ſecreto corrigere dēs: alioquin non eſſes corrector, ſed proditor, ſi in publico corrigeres. Et hoc probatur exemplo Ioſeph, qui cum ſciret Beatam Virginem grauidam, ad quam ſciebat ſe non acceſſiſſe, eam noluit diuulgare, ſed occulte a ſe dimittere: quare quæ in ſecreto fiunt, corripienda ſunt in ſecreto: quæ publice, coram omnibus arguenda ſunt. Et ita concordant quæ auctoritates, quæ videntur contradicere vna Domini, ſcilicet ſi peccauerit in te, &c. quæ intelligitur de occultis: alia Apoſtoli: ſcilicet, peccantem coram omnibus argue. cuius tenor hic ponitur; quæ intelligitur de manifeſtis, & hoc intelligendum eſt non ſolum quando in nos peccatur, & nobis ſcientibus, ſed etiam quando neſcitur niſi præſumptiue, & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Neſcio;] dicitur, q prælati ſæpe corrigunt peccatores occultos alijs neſcientibus, quia nolunt manifeſtare eorum delicta: homines tamen credunt, quod ipſi hoc non faciant: & ideo eos reprehendunt.

Si peccauerit in te. & de quo peccato debet intelligi.

e ¶Sæculari.] ideſt de rebus ſæcularib. vel loquitur de laico 1.q.d. laicum cõuictum coram ſæcularis clericum coram eccleſiaſtico, vitare poſſumus, vt reddamus ſingula ſingulis, & ſic non eſt contra extra de iud. at. ſi clerici arg. huius c. videtur, ꝙ clericus de crimine ciuiliter conuictus infametur per ſentẽtiam latam in ipſum a laico per reconuentionem, vt 6. q.1. beatus Petrus, &c. infames. argum. extra de teſti. de cætero. & 3. q. 5. de accuſatorib. 35 q.3. coniunctiones 3.q 8. cuius. imò ſi coram quocunque in modum exceptionis probatur crimẽ, cogetur ad pęnitentiam: nam vndecunque claruerint crimina, &c. 24 q.3. ecce nam, & iudiciũ hæreticorum certificat eccleſiam, vt infra. 24.q.1. quiſquis, & c. ſubdiaconus, & in Auth. de ſanct. epiſc. § ſi vero crimẽ. coll. 9. & ſententia in vno iudicio lata, fidẽ facit in alio 2 ff. de in iu. ſi duo. C. de libe. cau. iubemus. Io. hoc verũ eſt inter eaſdẽ perſonas, quia res inter alios acta, &c. extra de re iu. quamuis. cum ſimilibus. B ſimiliter fit fides ſæculari iudici per iudicem eccleſiaſticũ, vt 11. quæſ.1. ſtatuimus, & hoc ſatis poteſt admitti. Iudex tamen eccleſiaſticus non poteſt clericum ratione illius ſententiæ punire, quaſi conuictum, ſi tamen infamia crebreſcit, ex tali ſnia põt eps ipſum cogere ad purgationem, in qua ſi defecerit, puniatur, vt ext. de ſim. de hoc. nec teſtes purgationis ſunt contrarij prioribus teſtibus, quia iſti iurant de credulitate, & illi de ſcientia, & bene poteſt eſſe, quod iſti credant eum innocentem, & illi ſciant eum nocentem, nec obeſt ei illa ſententia quo ad beneficium, vel quo ad ordinem. extra de except. denique. de ord. cog. cum dilectus. in fine. Sed forte poteſt ipſum cogere ad pœnitentiam: nam etiam in cauſa correctionis tenuis probatio, & ſcientia ſufficit, vt ext. de ſpo. præterea 22 q. 5. hoc videtur, imò ſufficit vnus teſtis quo ad ſententiam medicinalem animæ, vt extra de teſt. cog peruenit. de conſec. d.4 cum itaque, extra de conſan. & affi. ſuper eod. text. de teſt. ſuper eo.

f ¶Accuſator, & iudex.] Quod fieret ſi occultos tales accuſaremus.

g ¶Similia.] Argum. quòd licet aliquid ſpecialiter de vno dicatur, tamen extenditur ad omnia ſimilia, vt infra ca. Deus omnipotens 32. quæſt. 7. Apoſtolus 16. quæſtio. 3. licet. diſt. 61. miramur, & ſup. diſt. 5. ad eius. ff. de fun. inſtrumen. quæſitum, §. vl. ff. de adminiſtr leg. l. legata. ff. de alie. & cib. leg. l. verba. ff. de ſuppell. le. legata. 16. quæſt. 1. hinc eſt etiam. argum. contra. C. de procur. maritus.

h ¶Fornicarijs.] Iudæis, vel gentilibus.

i ¶Fornicarijs.] Scilicet occultis: niſi in caſibus, quaſi dicat, non eſt aliqua pars mundi, in qua non ſint tales mali.

Sñia ſup crĩmine in clericũ lata in cauſa reconuentionis ꝑ iudicem ſæcularem an ipſum infamet.

2 Scilicet a depẽdenti a primo: aliàs nõ facit niſi præſumptionẽ, & ſic intelliguntur iſtæ leges ſ. proxi. alleg. Arch.

laico. Id ẽ
in d. ca.
s clerici.

a ¶Si

a ¶ Si quis.] Quaſi dicat, quare hic non dicis de alijs, quàm de fratribus? Reſp.
b ¶ Nominatur.] Per ſententiam.
c ¶ Qui foris ].i. noſtri iuris. 17 q.4. conſtituit.ſup.d.45 qu. ſyncera.contra dic, vt not.23.q.ſæpe.

ſed etiam quando neſcitur niſi præſumptiue, & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [Neſcio;] dicitur, quod prælati ſæpe corrigunt peccatores occultos alijs neſcientibus, quia nolunt manifeſtare eorum delicta: homines tamen credunt, quod ipſi hoc non faciant: & ideo

Si quis [a] frater nominatur [b] in vobis, aut fornicator, aut idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax; cum huiuſmodi nec quidem cibum ſimul ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris ſunt iudicare [d]? Nonne de his, qui intus ſunt, hos iudicatis? De his autem, qui foris ſunt, Deus iudicabit. Auferte malum a vobis ipſis.] Quibus verbis ſatis oſtendit non temere, aut quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione, vt ſi per iudicium auferri non poſſunt, tolerentur potius; ne perverſe malos quiſq; † euitando, ab eccleſia ipſe diſcedens [c] eos, quos fugere videtur, vinciat † ad gehēnam. Quia & ad hoc nobis ſunt in ſcripturis ſanctis exempla propoſita: velut in meſſe, vt palea ſufferatur vſque ad vltimum ventilabrū, vel intra illa retia, vbi piſces boni cum malis vſq; ad ſegregationem, quæ futura eſt in littore, id eſt in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt huic loco id, quod alio loco dicit Apoſtolus: [Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum? ſuo Domino ſtat aut cadit.] Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpicionis [e], vel extraordinario [f] vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum, atque conuictū. Alioquin illud cur dixit? Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c.] niſi quia eam nominationem intelligi voluit, quæ fit in quemquam, cū ſententia ordine iudicario, atque integritate profertur? Nam ſi nominatio [g] ſola ſufficit; multi damnandi ſunt innocentes; quia ſæpe falſo in † quoquam crimina nominantur. ¶ Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicium: nec gaudeant, quia plures inuenerint. Nō enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

† ſ. quoſque.
† al. mittat.
Matth. 3.
Matth. 13.
Rom. 14.
† iniquo crimine.
Beda in c. 5. 1. Cor.

*Idem in ſermone verbis 16. de verbi Domini.*

¶ Peccatum, quod tantum iudici notum eſt, ab eo damnari non valet. Cap. XIX.

SI peccauerit, inquit, in te [h] frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolū. Quare? quia peccauit in te. Quid eſt. [In te peccauit?] Tu ſcis, quia peccauit. Quia enim ſecretum fuit, quando in te peccauit, ſecretum quære, cum

Matth. 18.

Si peccauerit in te... de quo peccato de... intelligi...

d ¶ Iudicare.] Quantum ad excommunicationem, ſed corporaliter poſſunt puniri. i. vt 17. q.4 conſtituit. arg. quod excōicatus non poteſt iterum excommunicari. de hoc inuenies 9 q.4. Engeltrudam.

Idem eſt, & pecuniariter ponit eccleſia, vbi ſunt de ſua iuriſdictione. ex. de rap. de archiepatu. Ber.

e ¶ Suſpicionis] Subaudi temerariæ, ſi violenter: ſecus 32. q.1. dixit.

f ¶ Extraordinario.] agendo contra eum denunciatiue, vel inquiſitiue, qui modus nouus eſt, & extraordinarius ſm quoſdā. Sed dic extra, id eſt, præter hoc, vel cōtra ordinem iuris, ſcilicet quia non eſt de foro ſuo, cum ſit occultus, vnde ſequitur vſurpatio. Nam vſurpare quid dicitur, cū vendicat ſibi, quod ad ipſum non pertinet.

Vſurpare quis dicitur

Fama an probet.

g ¶ Nam ſi nominatio.] Id eſt, infamatio. inf. 25 q. vl. c. vl. 35. q. 6. ſi duo. Arg. quod per famā non probatur aliqd. ext. de cohab. cle. & mulier. tua. ext. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ, ſuper eo. Sed fama cum alijs adminiculis probat. 4. q. 3. ſæpe. extra de præſump. illud. de appel. c. 1.

SI peccauerit.] CASVS. In hoc c. exponitur auctoritas Euangelica. Si peccauerit in te frater tuus &c. Capitulum ergo iſtud diuidit in duas partes. In prima parte dr, quod ſi frater tuus peccauerit in ſecreto, eū in ſecreto corrigere dēs: alioquin non eſſes corrector, ſed proditor, ſi in publico corrigeres. Et hoc probatur exemplo Ioſeph, qui cum ſciret Beatam Virginem grauidam, ad quam ſciebat ſe non acceſſiſſe, eam noluit diuulgare, ſed occulte a ſe dimittere: quare quæ in ſecreto fiunt, corripienda ſunt in ſecreto: quæ publice, coram omnibus arguenda ſunt. Et ita concordant quæ auctoritates, quæ videntur contradicere vna Domini, ſcilicet ſi peccauerit in te, &c. quæ intelligitur de occultis: alia Apoſtoli: ſcilicet, peccantem coram omnibus argue. cuius tenor hic ponitur; quæ intelligitur de manifeſtis, & hoc intelligendum eſt non ſolum quando in nos peccatur, & nobis ſcientibus, & ideo eos reprehendunt.

h ¶ In te.] Scilicet læſum, vel teſtem. Quidam totam hanc auctoritatem intelligunt de occulto peccato, & exponunt, adhuc vnum, vel duos teſtes, qui ſint teſtes factæ admonitionis, & quod ſequitur, dic eccleſiæ, id eſt ſacerdotibus. qui orent pro ipſo, vel admoneant eum deſiſtere a peccato, & talibus, qui poſſint prodeſſe, & non obeſſe. 22. q. 5. hoc vr. & qd ſequitur, ſit tibi ſicut ethnicus &c. quantum ad priuatam communionem intellige, ſed non in publico, vt 6 q. 2. ſi tantum. Sed huic opi. contradicit 45. diſt. ſed illud, & extra de iud. nouit. 11. q. 3. præcipue, vbi habes, quod etiam in manifeſtis loquitur hęc aucto-

auctoritas. Alij intelligunt totum de manifeſto: ſed eis contradicit Auguſt. ibi. ſi ſolus noſti, Tertij dicunt quòd principium de occulto, & ſequens de manifeſto loquitur: ſed eis contradicit quod dicit: diſtribuite tempora, & concordat ſcriptura. Ioan. intelligit de tali occulto quod ſcitur a multis, & poteſt ab aliquib. probari: & vocantur teſtes, vt probetur admonitio facta: quia niſi præceſſiſſet admonitio, accuſare non poſſet, vt infra eadem, quæſtio ſeptima, accuſatio. &c. ſi quis erga. nã ſi poſt admonitionem eccleſiæ nollet pœnitere, iſti poſſunt eſſe teſtes admonitionis factæ, & hoc innuit litera, vbi dicit, forte quod tu ſcis, & ego ſcio. Argum. eſt ad hanc ſolutionem, extra de iud. nouit. Sed iſti opponitur: quare ergo dicit Auguſt. tu ſolus noſti? Reſpondet hic, ſolus, & non excludit paucos, ſed multitudinẽ. ſi. diſtinctio. octaua. ſi ſolus. & ibi, Quomodo ſedet ſola ciuitas, ideſt cum paucis, ſic 15. quæſtio. 7. §. ſolus. infra ead. quæſt. 7. §. de his. Nũc quæritur vtrum hoc ſit præceptum omnibus? Videtur quòd iſtud extendatur ad omnes infra ead quæſtio 7. quapropter. 11. quæſtio. 3. præcipue. 24. quæſt. 3. tam ſacerdotes. 45. diſtinct. ſed illud quod H. concedit 1. Sed dura eſt hæc opinio, & conſtituit omnes tranſgreſſores. Sed eſt mandatum ad omnes, qui ſunt in magiſtratu poſiti, ſiue ſint clerici, ſiue laici, argum. 23. quæſt 4. duo iſta 17. quæſtio. 4 de presbyterorum. tamen ad alios eſt conſilium, & hoc eſt verum de peccato iam facto: ſed de peccato adhuc faciendo omnibus eſt præceptum 22. quæſtio, quinta, hoc videtur. 94. d. diaconi. extra de cog. ſpiritua. Et intellige primam partem quando prælatus ſcit peccatũ per ſe. Secundam, quando ei ab alio denuncia-

tur. Quicunque ergo habet familiam, tenetur corrigere eam. 23. q. 2. duo iſta, & q. 5. non putes. Et quod teſtatur præceptiue, quo ad prælatos, quo ad ſubditos conſultiue, eſt arg. 23. q. 8. c. 1. Item dubitatur, an infames perſonę admittantur ad denunciationem, & criminoſę? Et vř ꝙ ſic: quia oẽs ex præcepto ad hoc tenentur. Nam & hęreticus admittitur. 24. q. 1. quiſquis. & alienæ perſonæ viles, vt extra de ſpon præterea. 2. & vbi agitur ad correctionẽ non requiritur tantus rigor, vt 22. q. 5. hoc vĩdetur. de bona fide, enim agitur: vnde nõ conuenit de apicibus iuris diſputare. ff. mã. ſi fideiuſſ. §. quædã. Et contra videtur: quia tãtum honeſtiores perſonę admittũtur. 15. q. 6. epiſcop' in ſynodo. & nõ infames, vt de teſtibus cog. præterea. nam etiã ad populares actiones nõ admittũtur niſi perſonę, integri ſtatus, ff. de popul. act. popularis. Ego credo quẽlibet admitti, dum tamẽ bono zelo denunciet. extra de re iudic. cũ I. & A. ſed licet infames admittãtur & irregulares, non tamen criminoſi. Cum enim tales non correxerint ſua crimina, credẽdum eſt, ꝙ malo zelo denuncient crimina aliorũ. 3 q 7 §. porro. Io. ſimiliter eſt in teſte, qui in ciuili cauſa non admittitur, niſi poſt pœnitentiam. extra de teſti. teſtimonium. B.

Op. arg. 16. diſt deinde. ſm Ray.

corrigis, quod in te peccauit. Nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & cum vis coram omnib. arguere, non es correptor, ſed proditor [a]. Attẽde, quemadmodum vir iuſtus Ioſeph tanto flagitio, quod de vxore fuerat ſuſpicatus [b], tanta benignitate pepercit; antequam ſciret, vnde illa cõceperat, quam grauidam ſenſerat, & ſe ad illam non acceſſiſſe nouerat [c]. Reſtabat itaque certa adulterij ſuſpicio: & tamen, quia ipſe ſolus ſenſerat, ipſe ſolus ſciebat, quid de illo ait Euangelium? Ioſeph autem, cum eſſet vir iuſtus, & nollet eam diuulgare.] Mariti dolor non vindictam quæſiuit: voluit prodeſſe peccanti, non punire peccantem: [Cum, inquit, nollet eam diuulgare; voluit eam occultè [d] dimittere.] *& infra.* ¶Ergo ipſa corripienda ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipſa verò corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur ſecretius. Diſtribuite tempora, & concordat ſcriptura [e]. Sic agamus, & ſic agendum [f] eſt, non ſolum, quando in nos [g] peccatur, ſed etiam, quando peccatur ab aliquo, vt ab altero neſciatur, in ſecreto debemus corripere. *& paulo poſt.* ¶Nouit enim neſcio quem homicidã epſ [h], & alius illum nemo nouit. Ego nolo † illum publice corripere, & tu quæris inſcribere? Prorſus nec prodo, nec negligo: corripio in ſecreto; pono ante oculos eius Dei iudicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pęnitentiam. Hac charitate [i] præditi eſſe debemus. Vel aliquando homines reprehendunt nos, quòd quaſi non corripiamus: aut putant nos ſcire, quod neſcimus; aut putant nos tacere, qđ ſcimus. Sed forte quod ſcis, & ego ſcio: ſed non coram te corripio, quia curare volo, nõ accuſare. ¶Sunt hoĩes adulteri in domib. ſuis; in ſecreto peccantes: aliquando nobis produntur ab vxoribus ſuis, plerumque zelantibus [k],

*Matth. 1.*

† *al. volo*] orig.

a ¶Sed proditor.] Sed nonne Dominus prodidit crimen Iudæ, cum dixit: Qui intingit manum mecum 2. in paropſide ſupra ead. vnus. & Paulus crimen Iudæorum tribuno, vt 23 quęſt. 3. Maximianus? Reſponde, illi quibus dicebatur, poterant tantum prodeſſe 22. quæſt. 5 hoc videtur. Item contra. ff de iniu. eum qui. Sed illud intelligitur quando quis directe vult aliquem accuſare.

b ¶Suſpicatus.] inf. 32. q. 1. dixit Dominus.

c ¶Nouerat.] Vnde conceperat.

d ¶Occulte.] .i. non accedere ad eam: non tñ voluit eã a ſe repellere. 27 q 2. prius quam. Vel occulte .i. ſine probatione: quod hodie non licet, 33. q 6. multorum.

e ¶Scriptura] Euangelica cum Apoſtolo dicente: Peccantem coram omnibus argue.

f ¶Et ſic agendum.] 6. q. 2. ſi tantum. 11. q. 3. ſancti. ext. de off. ord. ſi ſacerdos.

g ¶Quando in nos.] ideſt, vno, vel altero ſciente: ſed etiam quando nullus ſcit; dum tamen præſumptio ſit contra eum qui peccat.

h ¶Nouit, &c. epiſcopus.] De ſe loquitur Aug.

i ¶Hac charitate] Scilicet Euangelica. alias charitate, in originali Auguſtini.

k Zelantib.] Argu. malo zelo denunciantem crimen

Chřs nunquid reuelauit crimen Iudæ?

2 De hoc legi. & not. de conſ. d. 2. cũ oẽs in glo. cum dixit. ibi videas.

Correctio ... terna an ... de. præce ... t ſic in- ... lige hoc ... peccaue- ... &c. ſed ... , ꝙ ibi ... tth. 8. lo- ... batur do ... nus Pe- ... , ꝑ quod ... et, ꝓ præ ... s immo ... dabat ... c præce- ... am.

tratis audiendum: hoc eſt verum, ſi proſequatur ſuam iniuriam, vt infra q 7 ſi quis erga.

a ¶Non prodimus ]Ad querelam.

QVANDO VERO. Hæc eſt quarta pars huius quæſtionis, in qua vult probare, quod ſi notum eſt alijs, & non iudici tanquam iudici, nihilominus eſt cauſa examinanda: & hoc probat g cap. ſeq. Io. de Fant.

dis & honeſtis. & dec. dicit. vbi de ſimonia agitur, propter immanitatem ſceleris admittũtur criminoſi, & loquitur ibi in cauſa inquiſitionis: & ſic videtur, ꝙ in minoribus criminibus non ſint admittendi criminoſi, vt extra de ſim per tuas. Sed eſt argum. contra. extra de re- … iudica.

aliquando maritorum ſalutem quærentibus. Nos non prodimus [a] palam, ſed in ſecreto arguimus. Vbi cõtigerit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus; ante omnia oſtendentes homini in tali peccato conſtituto, ſauciamque gerenti conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum.

4 *Quando verò crimen eſt notum alijs, & non iudici, nec tunc ſine examinatione feriendũ eſt; quia in crimen ſibi occultum iudex ſententiam ferre non debet.*

*Vnde Euariſtus Papa ait epiſtola ſecunda †.*

¶Sententia non præcipitanter ferenda eſt. Cap. XX.

DEus omnipotens, vt nos a præcipitatæ ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis eius; mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priuſquam manifeſte agnoſceret, quę dicebantur. Vnde ipſe ait: [ Deſcendam [b], & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint; an non eſt ita, vt ſciam. ] Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed omnia ei manifeſta ſunt, etiam antequam fiant? non ob aliud hæc; & alia multa (quæ hic prolixitatẽ vitantes non inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt; niſi vt nobis exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis, & iudicãdis negotijs eſſemus: & ne mala proximorum prius quiſquam præſumat [d] credere, quam probare [e]. Cuius exemplo monemur; ne ad proferendam ſententiam vnquam præcipites ſimus, aut temere, indiligenterque indiſcuſſa quæq; quoquo mõ [f] iudicemus, dicente veritatis voce: [Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, *& reliqua.* ] Nam mala audita nullum moueant: nec paſſim dicta abſque certa probatione quiſquãm vnquam credat: ſed ante audita [g] diligenter inquirat [h]; ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium, Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum vſque peruenerat, omnia ſciens prius nec credere, nec iudicare voluit, quam ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat, opere veraciter cognoſceret; multo magis nos humani †, & peccatores homines, quibus incognita ſunt oc-

† Et Gregorius. L. Mor. 19. c. 23. & in conc. Tribur. c. 22. Anſ. l. 3. c. 67. Poly. l. 7. tit. 1. Burc. l. 11. c. 9. Pann. l. 4. c. 116. Iuo p. 5. c. 240.

Heb. 4.

*Gen. 18.*

*Matth. 7.*

30. q. 5. nullũ. c.

† *al. qui ſumus homines, & peccatores, quibus.*

CASVS. Hic ponit Gratianus ſecũdum membrũ ſuæ diſtinctionis. ſ. quãdo crimen eſt notũ alijs, & non iudici: & in hoc caſu ſeruandus eſt ordo iuris: & hoc oſtẽdit per ſequens capitulum.

DEus oĩpotens ] CASVS. Sodomitæ erant in notorio delicto, qa ſeipſis abutebantur: Dominus tamen, licet manifeſta eſſent ei facta Sodomorũ, quẽ nihil latet, noluit eos iudicare ſtatim: ſed ipſe cũ fidelib. teſtib diligenter veritatẽ inquiſiuit antequã eos iudicaret. Cuius exemplo monemur, ne præcipites ſimus in ſentẽtia ferenda: quia ſi Dominus, q ſciebat factũ, veritatem diligẽter inquiſiuit multo fortius homines iudicãtes, qui veritatẽ neſciunt, debent inquirere diligenter omnia, & neminẽ ante probationẽ condemnare, veritate dicente: Nolite iudicare, & nõ iudicabimini: & Apoſtolo dicente: Tu quis es qui iudicas, &c.

b ¶Deſcẽdam ] Angelos mittendo, vt infra ſequitur.

c ¶Sciam. ]Tanquã iudex ſi habes, ſciã, tunc tranſpone literam ſic, vt ſciam an non eſt, ita, ideſt, an non hoc ſit ita, & tunc incipit verſus ibi: Deus omnipotens ſi habes, ſciat: tunc incipies verſum. An non eſt ita vt ſciat: & leges interrogatiue vſque ad locum illum, non ob aliud hæc. &c.

d ¶Præſumat. ]Præſumendum eſt enim quemlibet eſſe bonum, vt 11 q. 3. abſit. extra de præſum. dudum.

e ¶Quam probare. ]ideſt, examinare.

f QuoqEo modo. ] .i. diſinitiue. vel interlocutorie.

g ¶Audita ] Sup. d. 32. ſi quid vero. inf 11. q. 3. in cunctis. & extra de præſum dudum

Inquirens quos teſtes adm ttere debeat.

h ¶Inquirat. ] Cum iſtud c. locum habet tantum in cã inquiſitionis: vt extra de acc. qualiter 2. videtur ꝙ tantum honeſti teſtes ſint ibi admittendi in cauſa inquiſitionis, eo ꝙ dicit, fidelib. & eadem dec. dicit, de prouiſ… iudica. cum l. & A. Satis poteſt dici, ꝙ ſi extranei teſtes inducuntur in cauſa inquiſitionis, requiritur ꝙ nõ ſint criminoſi, ſed in illis qui ſunt teſtes de ipſa eccleſia, ſufficit qualeſcunque ſint: dummodo non ſint inimici, vel corrupti. Io. Quidquid Io. dicat, ego non credo, ꝙ teſtes criminoſi admittãtur in cauſa inquiſitionis: niſi eſſent de crimine emendati. extra de teſti. teſtimoniũ. In exceptis tamen criminib. bene admittuntur criminoſi, niſi ſint conſpiratores, vel capitales inimici. extra de ſimo. per tuas 2 quod intelligunt quidam ſi ille contra quem fit inquiſitio, fuerat malæ famæ, alioquin criminoſi non admitterentur, vt innuit illa decr. per tuas. & ſup. ead. in primis. ver. de perſona Stephani. ibi. quod autem, &c. B.

QVAN-

QVANDO AVTEM. Hæc eſt quinta pars q. in qua dicitur, ꝙ ſi notorium eſt omnibus & iudici, ſcilicet per euidentiam facti: tūc poteſt iudex illum punire, & hoc probatur per ſeq. c. Ioan. de Fant.
CASVS. Hic ponit Grat. tertium membrum ſuæ diſtinctionis: ſcilicet quādo crimen notum eſt iudici & aliis, & tunc ſubdiſtinguit: quia aut negat aut confitetur. vel notorium eſt ita ꝙ inficiari non poteſt: ſi negat, ordo iuris ſeruari debet licet iudex & alii multi ſciant. Si ipſe confitetur, vel factum eſt ita notorium, ꝙ inficiari non poteſt: tunc poſt ſecundam & tertiam admonitionem: ſi incorrigibilis erit, poterit condemnari: & in hoc caſu intelliguntur c. manifeſta quæ Lotharius, &c. de manifeſta. Seq. §. patet. & per te videbis.
a ¶ Iudicis.] Non ſedentis pro tribunali ſi enim pro tribunali ſedet, & contingeret te aliquid ibi facere, poſſet ſtatim punire, ac ſi probaretur per teſtes coram eo. melius enim probatur aliquid per ipſum factum, quàm per teſtes. ff. de fer. l. 2. in fi. & extra de app. dilecti. & ff. de min. minor. & 27. q. 1. nec aliqua. Sed pone ꝙ reus negat aliquid eſſe notorium: nunquid ſufficiunt duo teſtes ad probandum aliquid eſſe notorium? Sic, ſicut duo poſſunt probare famam, vt ext. de teſti. tam literis, & per duos teſtes probatur ꝙ ſeptem interfuerūt 1, C. de bo. poſ. bonorū & per duos probatur ſubſcriptio trium, vt C. de fi. inſtru. comparationes. C. de teſti. l. teſtium.
b ¶ Correctionem.] Arg. admonitionem debere præcedere in notorijs, vt infra ea. q. vlt. c. ult. 12. q. 2. indigne. Ioan.

culta iudicia, Dei; præcauentes hoc & nullum ante veram, iuſtamque probationem iudicare, aut damnare debemus, manifeſte apoſtolo dicente Paulo: [Tu quis es, qui iudicas ſeruum alienum? ſuo enim Domino ſtat, aut cadit.

Rom. 14.

¶ *Quando autem crimen notum eſt iudici & alijs, aliquando reus inficiatur factum: veluti ſi quis negaret interfeciſſe eum, quem ſub oculis iudicis in cōſpectu multorum interfecit. Hic quia ſe reum negat, ſine examinatione ferri non poteſt. Aliquando euidentia operis reū eſſe teſtatur; quando opere publico crimen ſuum confitetur: tunc poſt ſecundā, & tertiā correctionē ſine examinatione dānādus eſt, vel puniēdus ſi incorrigibilis extiterit. In hoc itaq; vltimo caſu intelligēda eſt auctoritas illa Ambroſii, & Nicolai: [Manifeſta, accuſatione nō indigent.] Fornicator enim ille, in quem, ſine examinatione, ſententia Apoſtolica proceſſerat, publice coram omnibus nouercam ſuam pro vxore habebat. Lotharius quoque, de quo Nicolaus ſcribit, ſimiliter publice vxorem ſuam dimiſerat, & aliam ſuperduxerat.*

Sup. ca. manifeſta. & quæ Lotharius.

*Vnde idem Nicolaus Papa ſcribit archiepiſcopis, & epiſcopis per Galliam, Italiā, & Germaniam conſtitutis.*

¶ Sine accuſatione manifeſta ferienda ſunt. Cap. XXI.

Iuo p. 8. c. 226. Regino omnia hęc refert lib. 2. Chron. an. 875

SCelus, quod Lotharius rex (ſi tamen [c] rex veraciter dici poſſit, qui nullo ſalubri regimine, corporis appetitus refrenat, ſed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duabus [d] fęminis, Thietberga ſcilicet, & Gualdrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt. ¶ Sed & dudum epiſcopos Thietgandum, & Gunterium in tali facto cum habuiſſe tutores, atq. fautores pene totus nobis orbis vndiq; ad limina, ſeu ſedem confluens Apoſtolicā referebat[c]. *& infra.* ¶ Igitur decernente nobiſcū ſancta ſynodo in præſentia depoſiti, & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque à regimine epiſcopatus alienati indubitanter exiſtunt.

QVAESTIO II.

*Vod au-*

SCelus,] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dicit, quod ſcelus Lotharii erat omnibus manifeſtū, quod ipſe commiſit, Thietbergam vxorem propriam dimittendo, & Gualdradam ſuperinducendo In ſecunda parte quæ incipit ibi [Sed dudum.] Dicitur ꝙ duo epiſcopi Thietgandus & Gunterius iniquitati eius conſenſerūt: & quia hoc erat omnibus manifeſtum, ſicut fere totus orbis referebat: ideo à ſancta ſynodo depoſiti, & ab omni ſacerdotali officio vſq; in hodiernum diem excommunicati exiſtunt.
c ¶ Si tamen.] 21. diſ. cleros.
d ¶ In duabus.] S. Thietbergam repellēdo: & Gualdradam ſociando ſibi.
e ¶ Referebat.] Hi epiſcopi nō fuerūt depoſiti propter publicam famam, ſed quia erant confeſſi crimē ſuū, vt 11. q. 3. Thietgādum ſola fama n. non ſufficit ad depoſitionem, vt ext. de coha. cle. tua, nec propter famam dr̄ aliquid manifeſtū, vt ext. de confan. & affi. ſup eo. & in fama requiritur ordo iuris, vt ſu. ea. Deos. §. qn̄ autē.
ADDITIO Tamen Ioan. Fabii dicebat hoc eſſe vbi per publicam famam aliqui condemnantur criminis euidentis ſuffragante Archidiaco.

1 Concor. cū hac glo. Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmodū. teſ aper. & in l. 2. C. de erro. aduo. & Alex. de Imo. in l. bonorū. C. de bo pol. ſm tabu.
2 Ad idem ſu. 81. diſtin. ſi qui ſunt Arg. contra 24. q. 3 de illicita. qđ admitto de notorio manēte actu Lau.

Fama ſola non ſufficit ad depoſitionem.

Notorium fama per teſtes probari pōt.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, qua quęritur, an expoliatus ſit reſtituendus anteq̄ iudicetur, vel cogatur venire ad cauſam, & certe ꝙ reſtituendus ſit, multorum auctoritatibus probatur: niſi in modum exceptionis probetur ſpoliatio.

a ¶ Quod autem.] Hæc eſt differentia inter quæſtionem iſtam & illam, quæ eſt inf. 3. q. 1. quia. Hic petitur reſtitutio in modum exceptionis: ibi in modum actionis.

accuſari, niſi prius poſſeſſiones, & omnia ablata quacumque fraude, ei fuerint reſtituta cum fructibus ante accuſationem perceptis. & hæc faciant, primates & ſynodus.

e ¶ Ingenio.] Qui ergo dolo alterius renunciat, iuri ſuo reſti-

...tem [a] *expoliatus ante iudicem ſtare non poſſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim Ioannes Papa I. ad Zachariam archiepiſcopum.*

Et Euſebius Papa epiſt. 2.

¶ Ante litem conteſtatam poſſeſſori cuncta ſunt reſtituenda. Cap. I.

Antiquitus decretum eſt, vt omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus [b] cunctos ante litem conteſtatam [c] perceptos ª epiſcopus, vel primas poſſeſſori reſtituat [d].

Pann. l. 4. c. 47.

ª ¶ Perceptos.] *In vetuſtis exemplaribus, & epiſtola Ioannis, itemq; Euſebij eſt,* perceptos, vel primas poſſeſſori reſtituat.

*Item Nicolaus Papa.*

¶ De eodem. Cap. II.

Omnes leges tam eccleſiaſticæ, quàm vulgares, & publicæ præcipiunt, vt omnia ſibi ablata reſtituantur ei, qui ſuis eſt rebus expoliatus.

33. q. 2. hiſtoria §. hæc omnes. In præfatione. Iſido. in collectionē ſuam.

*Item Stephanus Papa, epiſtola ſecunda.*

¶ Nullus debet accuſari, dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus. Cap. III.

Nullus epiſcoporum, dum ſuis fuerit rebus expoliatus aut a ſede propria, qualibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut à quoquam poteſt ei crimen obijci, priuſquam integerrime reſtauretur, & omnia, quæ illi ablata quocunque ingenio [e] fuerant, legibus redintegrentur, & ipſe propriæ ſedi, & priſtino ſtatui regulariter reddatur. ita vt omnes poſſeſſiones, & cuncta ſibi iniuſte ablata, atque fructus omnes ante cœptam accuſationē, primates, & ſynodus epiſcopo, de quo agitur, funditus reſtituant.

Bur. l. 1. c. 141. & 142. Iuo p. 5. c. 155. & 156. Cōcor. Pan. l. 4. c. 49.

¶ *Caput hoc ſuæ integritati ex originali eſt reſtitutum.*

*Item Euſebius fratribus conſtitutis per Alexandriam, & Aegyptum, epiſtola ſecunda.*

Et in decretis Ioannis I.

¶ Nec conuocari ad ſynodum, nec in aliquo debet iudicari ſpoliatus. Cap. IV.

In ſcripturis veſtris reperimus, quoſdam epiſcopos veſtris in partibus à proprijs ouibus accuſatos, aliquos videlicet ex ſuſpicione, & aliquos ex certa ratione: et id-

Anſel. l. 3. c. 44. Iuo p. 5. c. 249. Pann. l. 4. c. 45.

Antiquitus.] CASVS. Statuitur in hoc cap. quòd iudex ſpoliatus poſſeſſiones & omnia ablata cū fructibus ante litem perceptis faciet expoliato reſtitui, q ante ſpoliationē poſſeſſor extiterat. Idē fere dicitur in illo capitulo: Oēs leges de hac materia loquentes.

b ¶ Fructus.] Perceptos & percipiēdos, vt extra de reſti. ſpo. grauis. & reſtituēdus eſt ad omnem causā in qua eſſet, ſi nō fuiſſet ſpoliatus. ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. non ſolum.

Exceptio ſpoliationis eſt dilatoria.

c ¶ Ante litem conteſtatam. Ideo autem dicitur ante litem cōteſtatam, quia exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, & ſic eſt ante lit. conte. proponēda: tamen ſi vult directe agere d ſpoliatione, etiam poſt lit. cōte. hoc poteſt facere, vt extra de cau. poſ. paſtoralis.

d ¶ Reſtituat.] Tamē ſi in modū exceptionis probatur ſpoliatio non ideo fit reſtitutio, vt extra de or. co. cū dilectus. Dico tamen decre. illā hic nō habere locum: qa vbi excipitur de ſpoliatione cōtra illum qui crimen intendit, bene reſtituit, ſi ſpoliationem probat, & ut intelligo omnia hæc iura. ſecus vbi vtraque quæſtio eſt ciuilis, vt in illa decre. cum dilectus. In hoc tamen cautus ſis, q ſi aduerſarius tuus conuenit te ſuper re aliqua, ſi vis dicere te ſpoliatum eſſe eadē re, vtilius eſt tibi vt directe petas reſtitutionem: quia ſi probas ſpoliationem directe agendo, duo conſequeris; & quod prius audieris; quod reſtitueris. ſi prius probes reſtitutionem, licet aduerſarius prius propoſuerit actionem ſuam, vt extra de reſti. ſpo. ex cōquæſtione. Sed ſi de alio agit aduerſarius, & tu ſuper alio dicis te ſpoliatum, vtilius eſt tibi vt in modum exceptionis proponas ſpoliationem, ſi aduerſarius te præuenit in querela. Nam ſi directe velles agere prius audiretur aduerſarius quam tu: ſecus ſi excipiendo, vt extra de ordi. cog. cum dilectus.

Conuentus ſit cautus circa ſpoliationem opponendam.

Nullus epiſcoporum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod nullus epiſcopus poteſt vel debet ab aliquo

reſtituendus eſt 1, ſicut ſi eſſet violentiam paſſus, quia in hoc caſu vim & fraudem æquiparat ſibi canon. 15. q. 6. c. 1. & infr, cau. prox. q. 1. redintegranda. Io.

ADDITIO. De hoc not. 7. q. 1. ſuggeſtum, in gl. vlti. Archid.

In ſcripturis veſtris.] CASVS. Quidam epiſcopi à proprijs ciuibus fuerunt accuſati: aliqui ex ſuſpicione, aliqui ex certa ratione, ſed quia rebus ſuis fuerant expoliati, mandat Dominus Papa, quod non vocentur, ante reſtitutionem, ad cauſam vel ſynodum: Idem dicitur in capitulis ſequentibus, eo addito quod epiſcopi recte iudicantes tales cauſas debent in eccleſia mactare

1 Cū de... dedit cau... contractu... L. d quo... ext. de c... & ven. ... in fi. & 7... 1. c. ſug... ſtum, in ... vlt. Arch...

tractare, ut ipſi poſſint eſſe teſtes ſingulorum: nec debent etiam accuſati reſpondere niſi prius reſtituantur.
a ¶Nec in aliquo iudicari.] A ſpoliatore nullum poteſt obijci crimen ſpoliato. extra de reſt. ſpol. in literis, &c. item cum quis. niſi ſuam proſequatur iniuriam: vel

tio, quia inermes non poſſunt reſiſtere inimicis, vt inf. 3. q. 2. c. 3. & cap. ſi quis epiſcopus. & etiam communio hominum eſt reſtituenda, ſi eſt iniuſte excõmunicatus, vel ſuſpenſus. ar. inf. q. 5. ſuper cauſa. in ſi quia verbũ reſtituendi, plenam & perfectam habet ſignificationem.

Spoliato a ſpoliante nullum crimen poteſt obijci.

Inermes nõ poſſunt inimicis reſiſte re.

circo quoſdam ſuis eſſe rebus expoliatos; quoſdam verò a propria ſede pulſos. Quos ſciatis nec ad ſynodum com prouincialem, nec ad generalem poſſe vocari, nec in aliquo iudicari [a], antequam cuncta, quæ ei ſublata ſunt, legibus poteſtati eorum redintegrentur.

*Item Iulius Papa in epiſtola ad Orientales. c. 35. & 5.*

¶De eodem. Cap. V.

Burc. l. 1. c. 144. Iuo p. 5. c. 257. Pann. l. 4. c. 46.

NVllus poteſt conuocari, aut iudicari, antequam omnia ſibi ablata, & omnia iura [b] ei in integrum reſtituantur: quia nõ habet priuilegium, quo poſſit exui iam nudatus.

*¶Caput hoc confectum eſt ex decretis* Iulij *trigeſimoquinto, & octauo verbis tamen mutatis, & alio modo diſpoſitis.*

Cap. l. 6. c. 287. Et in capitulis Hadriani, c. 2.

*Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Aegypti, epiſtola 2.*

¶De eodem. Cap. VI.

Iuo p. 5. c. 246. Pann. l. 4. c. 43.

PRæceptum ergo eſt in antiquis ſtatutis, epiſcopos eiectos, atque ſuis rebus expoliatos eccleſias [c] proprias recipere, & primo ſua omnia eis reddi; & demum, ſi quis eos iuſte accuſare voluerit, æquo periculo facere: iudices eſſe decernentes epiſcopos recta ſapientes, & in eccleſias conuenientes, vbi teſtes [d] eſſent ſingulorum, qui oppreſſi videbantur: nec prius eos reſpondere debere, quam omnia ſua eis, & eccleſijs eorum, legibus integerrime reſtituantur.

## QVAESTIO III.

In cap. Hadriani c. 24. in epiſt. 1. Sixti tertij. Cod. Theod. l. 16. tit. 2. cap. 41.

*QVa autem [e] pœna feriendi ſint, qui in accuſatione deficiunt, canonum cẽſura definit. Pœnam enim illati criminis cum diſpendio exiſtimationis accipient.*

*Vnde Gaius [a] Papa.*

a ¶Gaius.] *Sic eſt in pleriſque vetuſtis, & habetur hoc caput in epiſtola vnica ipſius, in qua proxime bis antecedunt verba capitis.* Si quis epiſcopus. *infra ead. q. 7. In vulgatis autem hic citabatur Gelaſius.*

argum. intra capu. prox. & arg. extra, vt lit non conteſta. accedens. in fin. ff. de vſur. l. videamus. §. in Fauiana.

c PRæceptum.] ¶Eccleſias.] Extra de appel. qua fronte. inf. 23. q. 8. conuenior. extra de immu. eccl. c. 1. & c. cum eccleſia.

d ¶Teſtes.] Arg. ibi cauſam tractandam vbi teſtes poſſunt haberi. 3. q. 9. hortamur & extra de appel. ex parte & extra de off. iud ord. ſignificauit. & 33 q. ſecũda. ſiue. Ioan.

QVa autẽ.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes: in quarũ prima probat tribus auctoritatib. quod accuſator calumnioſe debet feriri pœna talionis Secunda ibi, [Aliud.] Tertia ibi, [Sed aliud.] Quarta ibi,] Notandũ eſt.] Quinta ibi. [Notandum quoque.] Ioann de Fan.

CASVS. Hic ponit tertia quæſtio, qua quæritur, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione deficiãt, & certum eſt pœna talionis, cũ infamia notentur: quod probatur per ſequentia c. niſi errore decept' vel temeritate, vel iracũdia accuſauerit

e ¶Qua aũt.] Accuſator in quinq; peccare põt: aut errore decipitur, aut temeritate ſeu calore iracundiæ ad accuſandũ 2. pronocatur, aut calumniatur, aut præuaricatur, aut tergiuerſatur: ſed in omnibus his caſibus, ſi deſiſtit impetrata abolitione quacunque, non punitur, nec infamis eſt, vt C. de abol. l. 1. & 2. Item ſi non impetrauit abolitionẽ, parcitur ei in duobus primis caſibus, vt inf. ead. §. notandum. ſecus ſi eſt, vel calumniator, vel præuaricator, vel tergiuerſator. Calumniator tenetur ad pœnam talionis, vt inf. eadem. c. 2. & 8. Præuaricator poſtea neminem poteſt accuſare: & extra ordinem punitur, vt inf. ea. §. notandum. in fine. Tergiuerſator 3. punitur in quinque libris auri, vt ff. de præua. l. tertia, in fine. Teſtis etiam calumniator pœnam talionis ſuſtinet. tertia. quæſtio. nona. nihilominus. 33. quæſt 5 hæc imago. & C. de

vel niſi ſit tale crimẽ, ad quod quilibet admittatur. ar. 2. q. 1. in primis. Sed ab alio poteſt accuſari de alijs criminibus: ſed nõ de illo pro quo eſt ſpoliatus, arg. 5. q. 2. ſi primates 1. a contrario ſenſu. extra de app ad hoc. &c. propoſuit. alioquin delictum eius maneret impunitum, ſi de nullo crimine poſſet accuſari ab aliquo. l. Ego nõ credo, q in aliquo ſpoliator admittatur contra ſpoliatum, niſi prius facta reſtitutione, vt extra de ordin. cog. cum dilectus, & vt dicitur in quæſtione per totũ, & inf. 3. q. 1. c. 1. 2. & 3. vbi generaliter videtur dici, quod nullum crimen poſſi ſpoliato obijci.

b NVllus poteſt] ¶Omnia iura.] Etiam incorporalia, vt extra vt lit. penden. a memoria. Eſt ra-

1 Sumpto ar. a contrario ſenſu nec ũde ... xmolis, l. & ſm L. & Hug.

Accuſatoris quinque peccare poteſt.

2 Alia tria membra colliguntur inf. ea gl. verſ. ſecus.

Calũniator. Præuaricator. Tergiuerſator.

3 Is eſt tergiuerſator, qui terga vertit aduerſario: & circa abolitionem deſiſtit. & hic incidit in Tur. & extraordinariè punitur. inf. ca præuaricatoris. verſi. ſi quis autẽ. ff. ad Turpi. l. 1. § ſi quis ſm Goff.

C de teſtib.l.nullum.& hoc ſecundũ opi.H.nos tñ dicimus, ꝙ teſtis nullo modo ſuſtinet, vel ſe obligat ad pœnam talionis, ut not.33 q.5.hæc imago. Si autem tulerit aliàs falſum teſtimonium, punitur extra ordinem, 6 q.1. quicunque. De teſte poſuit Gratian. in temathe. ſed hic omiſit.

CASVS. Dictum eſt ſup. ꝙ calũnioſe accuſantes ſi in accuſatione defecerint, ſunt puniendi. Nunc dicit Gratianus, quod aliud eſt crimen falſo obiectum, non ꝓbare: & aliud ſi conuitium non probauerit. primum ſine abolitione nulli conceditur: hoc omnibus licet.

SI quis.] CASVS. Si quis aliquem accuſauerit, & crimẽ illatum non poterit ꝓbare, infamis efficitur: & de cætero ad accuſandum non admittitur, cum contra eum de calũnia præſumatur.

a ¶ Suſtinere.] Non tamen ipſo iure, ſed per ſententiam, vt ff. ex qui cau. irrog iſa. Athletas. §. calumniator. & inf ead. §. notandum.

CAlumniator.] CASVS Calumniator ſi i accuſatione defecerit, pęna talionis, ideſt, pęna ſimili punietur. Idem dicitur in ſequenti capit. ſi quis epiſcopum.

b ¶ Calumniator.] Fallit in ſex caſibus vt 33 qõ 5. hæc imago. & inf. 5. q 6. ca. 1. tamen ſatis punitur qui amittit ſacerdotium quod recepturus erat. 3. q 4 Guiliſarius Item fallit extra de acc. ſuper his. & in criminibus ff. ad Turp. l. 1. & in l. priuatis. & forte in denunciatione, extra de calum. cum dilectus, ſed in inquiſitione non eſt pœna ordinaria ſtatuta. & ideo in arbitrio iudicis relinquitur. ext. de off. iud. delegat. de cauſis.

Calũniator non ſemꝑ punitur talione.

c ¶ Talionem.] i. aliam pœnam ſimilẽ. vt inf. ead. c. ꝓxi ff. de iur. deli. l. a extra de tranſa c. ſi. Dic ꝙ pœna quæ a lege ſtatuitur, retractari non poteſt: quæ ab homine bene poteſt. ff. de verb. ſign. l pẽn.

Anſ. l. 3. c. 89 Iuo p. 6. cap. 324. Pã. l. 4. c. 74.

¶ De ijs, qui non probanda obijciunt. Cap. I.

SI quis circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate huius ſanctionis intelligat ſe iacturam infamiæ ſuſtinere [a]; vt damno pudoris, & exiſtimationis deſpendio diſcat ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari ſaltem de cætero non licere.

*Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſtola 3.*

¶ Si accuſator in accuſatione defecerit, talionem recipiat. Cap. II.

CAlumniator[b], ſi in accuſatione defecerit, talionem[c] recipiat †.

4. q 4. nullus introducatur.

¶ *Verba ipſa Damaſi referuntur inf. 4. q. 4. c. nullus introducatur.*

*Item ex decreto Hadriani Papæ in capitulis ab ipſo collectis, c. 52. in medio.*

Et ex Fabiano. inf. 3. q. 6. c. 1 & ex Sixto inf ca. q. 8. q. crimẽ.

† Cõc ... in l 1 ff ... Turp. in l ... crimẽ & ... Cy. C de ... cuſ. nõ poſ...

¶ De eodem. Cap. III.

QVi non probauerit, quod obiecit; pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

*Item a.*

a ¶ [Item] *Sic eſt in pleriſque vetuſtis codicibus In vulgatis, aliter legebatur,* Item Damaſus Papa. *Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani, c. 62. & in concilio Eliberitano, c. 75 Iuo citat ex Cartaginienſi. Et in tomis conciliorum adiungitur Cartaginienſi tertio.*

¶ De his, qui falſis criminibus aliquem impetunt. Cap. IIII.

Anſ. l 3 c. 92. Iuo. q. 6 c. 240. Burc. l. 2. c. 195.

SI quis epiſcopum [d], aut presbyterum, aut diaconum falſis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec in fine a dandam ei communionem [e] cenſemus.

a ¶ Nec in fine.] *Sic legitur in concilio Eliberitano non in hoc tantum canone, ſed etiam in alijs: quam ob cauſam, atque etiã ob gloſſam nihil eſt mutatum. Apud* Hadrianum *tamen eſt*, niſi in fine dandum ei non eſſe communionem. *Apud Iuonem*, non niſi in fine dandum ei eſſe communionem

2 *Aliud eſt accuſationem non implere, & aliud eſt, conuicium non probare. Illud enim nulli ſine abolitione; hoc omnibus licet.*

Cod. Theod. l. 1. 9. tit. 1 l. 1. in interpretatione & ca. L 7 ca. 364. & in ep. Sixti tertij, c. 3. & in c. Hadriani. c. 51.

*Vnde Fabianus Papa ad Hilarium epiſcopum, epiſt. 3.*

¶ Conuicium non eſt pro accuſatione habendum. Cap. V.

SI quis iratus [f] crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuicium non eſt pro accuſatione [g] habendũ: ſed

Ira duos hẽt effectus.
2 Cũ probare nõ poſſit, vel noluit, vt 5 q. 1. c ... & 2 inñ & ... ſic etiã ... lexit H ... inf alle ... gs ſacerdo... tũ. quod ... vt not. 1 ... in ſi. A...

SI quis epiſcopum.] CASVS. Si quis epiſcopum uel alium clericum falſis criminibus accuſauerit: ſi defecerit, etiam in fine non erit ei communio danda.

d ¶ Si quis epiſcopum.] ff. de re mil. L. omne. § 1. extra de ſent. excom. à nobis.

e ¶ Communionem.] Niſi reſipiſcat, vt ſup d. 50. pœnitentes contra. & 3. q. 10 eos. 27. q 1. virgines.

ALIVD. Hæc eſt ſecũda pars huius q. in qua dicitur, ꝙ ſi alliquis irato animo uerba contumelioſa dixerit, non eſt habendum pro accuſatione, & hoc probat per c. ſequens. Io. de Fant.

SI quis iratus.] CASVS. Huius c. talis eſt. Si aliquis calore iracundiæ alicui conuitium intulerit. hoc non eſt habendum pro accuſatione. Si autem quod iratus obiecerit, uoluerit probare: hoc c. faciat per ſcripturam, ſe ad pœnam talionis obligando. Si autem quod per iracundiam dixerit, noluerit probare, reus obiecti criminis non habebitur.

f ¶ Si quis iratus.] Ita reſcindit contractum, ff. de pub. licitatio. in princip. & minuit delictum vt C. de adulter. Gracchus.

g ¶ Pro accuſatione.] Sed pro iniuria 2. ff. de iniur. item apud

apud §. i per totum. inf. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum, contra. vbi deponitur, & curiæ traditur, qui dicit epiſcopo conuicium Sed ibi loquitur de eo qui ex deliberatione, & ſæpe loquitur conuicia.

a ¶ Tractandi. ] Id eſt, deliberandi. Et per hoc eſt ar. q ibi non

b ¶ Iratus. [quod probauit. C. de iniur. ſi non conuicij animo. ſi extra de præſum. cap. 1.

c ¶ Iterare. ] Hoc ideo dicit, quia ſi iterauerit conuicium non videtur ex iracundia, ſed ex deliberatione dixiſſe. ſic. C. ad Vellei. ſi mulier 2. in ſi.

permiſſo tractandi [a] ſpatio id, quod iratus [b] dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur, vt ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare [c], aut ſcribere noluerit; non vt reus criminis teneatur.

*3 Sed aliud eſt crimen illatum non poſſe probare α; aliud aliqua promiſſione accuſationem deſerere. Huic enim, qui promiſſione β deceptus accuſationem deſerit, venia datur, illi vero qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.*

*Vnde beatus Gregorius ſcribit Ioanni epiſcopo Corinthiorum, libro quarto, epiſt. 50. ſeu c. 94.*

α ¶ Probare. ] *In pleriſque exemplaribus ſequitur*, quia falſum eſt aliud, &c. *Sed in emendatoribus ea verba vel non habentur, vel alia manu ſunt addita.*

β ¶ Promiſſione. ] *Non eſt ſimpliciter dicendum illis qui pro aliqua promiſſione deſerunt accuſationem, ſemper veniam dari. Nam in Paulo de quo in ſubiecto capite loquitur B. Gregorius alia aderant cauſa, qua in ipſa epiſtola exponuntur his verbis* Tamen quia plus eſſe conuenit nos miſericordes, quàm diſtrictos; hanc ei culpam ignoſcimus, atque eum in ordine, locoq; ſuo recipiendum eſſe cenſemus. Nam ei à tempore prolatæ ſententiæ afflictionem, quam pertulit, credimus ad vindictam huius poſſe culpæ ſufficere. *& inferius in eadem epiſtola refert aliqua à predicto Paulo in vtilitatem eccleſia facta qua etiam mouere* B. Gregorius *potuerunt, vt erga eum eſſet clementior: Erant autem in ipſo capite multa B. Gregorij verba omiſſa, quorum nonnulla viſa ſunt addenda.*

Poly. l. 1 tit. 6.
Anſ. l. 3. ca. 113.

¶ De eo, qui promiſſione illectus accuſationem deſerit. Cap. VI.

PAulum itaque diaconum, quamuis culpa ſua vehementer confundat, quòd deceptus promiſſione [d], ab accuſatione nuper depoſiti quondam epiſcopi ſui deſtiterit; tamen hanc ei culpam [e] ignoſcimus. Omnis γ igitur, qui crimen obijcit, ſcribat ſe probaturum. Re vera ibi ſemper cauſa agitur †, vbi crimen admittitur: & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

al. agatur.

γ ¶ Omnis. ] *Hinc vſque ad finem in vetuſtioribus, ac melioribus Gratiani codicibus non leguntur, nec ſunt Gregorij, ſed Fabiani, & Hadriani Pontificum: qua infra q. 8. cap. qui crimen. & 3. q 6. c. 1. citantur ex Fabiano, & c. fin. ex capitulis Hadriani.*

*Item Gregorius eadem epiſtola.*

¶ De ijs, qui accuſationem deſerũt, vt eccleſiaſticos ordines accipiant. VI.

Anſel. l. 8. c. 36.

EVphemium, atque Themam, qui pro deſerẽda [f] accu-

SED ALIVD EST. Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua dicit, quod ſi aliquis eſt deceptus ꝓmiſſione teſtiũ, parcit ei: ſi autẽ pecunia defecerit, non parcitur illi: & hoc ꝓbat duab auctoritatibus Io. de Fan. CASVS. adhuc diſtiguit Gratianus, dicit qđ aliud eſt nõ probare crimẽ, q falſum eſt illatum crimẽ: quo caſu nõ parcit: aliud ꝓmiſſione aliqua deſerere accuſationẽ in quo caſu venia datur: q deceptus fuit ꝓmiſſione pecuniæ: vel q teſtes ei ꝓmiſerut ſe veritatem de crimine cõmiſſio dicturos.

PAulũ. ] CASVS. Paulus epiſcopũ ſuũ accuſabat: ꝓmiſſione eius deceptus deſtitit ab accuſatione. Dicit Papa, q licet valde deberet puniri, tñ ei pœnã remittimus.

d ¶ Promiſſione. ] Nõ ꝓmiſſione pecuniæ talis. n. non poſſet petere abolitionẽ 3. nam ſolus ille petit, q errore vel temeritate, vel calore iracũdiæ ad accuſãdũ venit. vel q ſuã iniuriã ꝓſequitur: vel qui ſuos cõſanguineos accuſauerit. C de abol. l. 2. ideo dic ꝓmiſſione, ſcilicet teſtiũ, q ei ꝓmiſeras ferre teſtimoniũ contra illũ, ſed tũc ſequens c. non facit ad ꝓpoſitũ magiſtri.

e ¶ Culpã. ] Sed nõ infamiã vt inf. ca. indulgentia.

EVphemium. ] CASVS. Iſti duo epiſcopũ ſuũ accuſabant: ſed ab eodẽ ad ſacros ordines ꝓmoti fuerũt, vt ab accuſatione deſiſterent: quare dominus Papa eos depoſuit ab omni officio, priuando.

f ¶ Pro deſerenda. ] Qui ex pacto deſiſtit, fortius inci-

§. ei autem Sed non ob. quia loquitur hic de inducijs deliberatorijs ibi de præparatorijs. Arch.

2 Adde hic Alexand. de Imo. in l. 1. C. de. erro. cal.

3 Qæ ſit tripliciter, vt not. ſu e. q. 1. ꝓhibentur. Arch.

Accuſatori n dandæ nt induciæ 1 adde &

ibi non erantur, ubi deliberatione aliquid ſit. Item ex hoc arg. eſt, quod etiam accuſatori dandæ ſunt inducia argu. contra 3. queſt. 3. §. ſpatium 1.

dɪ: in turpilianum, quàm aliter: quia etiam fœmina in hoc caſu incidit, quæ alias non incideret, vt C. ad Turpilia. ſi fœmina. ff. ad Turpilia. mulier.

HINC COLLIGITVR. CASVS. Huius §. ſic ponitur, Dictum eſt ſupra in illo c. Paulum, quod Dominus Papa culpam remiſit: & ſic per conſequẽs videtur quòd infamiã poſſit remittere. Sed cõtradicit Gelaſius: qui dicit, quòd quanquã animas ſaluare per pęnitentiam poſſumus: infamiam tamen abolere nõ poſſumus. Similiter Stephanus contradicit: qui dicit: Hos enim ſub nota infamię ꝑpetuæ ad pęnitentiã ſuſcepimus. ſoluit ſtatim, vbi dicit, vel nõ fiunt & dicit ꝙ non omnes ſunt infames ſecundũ canones qs ſæculi leges infames dicunt, & ita Paulus non fuit infamis ſecundum canones, licet ſecus ſit ſecundũ leges. Et hoc probatur exemplo mulieris, quæ nubit intra tempus luctus: quæ nõ eſt infamis de iure canonum, licet ſit ſecus ſecundum leges. Sed opponit Gratianus huic ſolutioni. nam dicit Stephanus: Omnes infames dicimus quos ſęculi leges infames pronunciat: & ita Paulus & mulier, quæ nubit intra tempus, &c. erunt infames ſecundum canones. ſed ſoluit dicendo, quod illud Gelaſij & Stephani, quã quã animas ſaluarę &c. & hoc, ſub nota ĩfamię perpetuę, &c. intelliguntur de iis, quib. infamia irrogata per ciuilem iudicem; quæ aboleri non poteſt niſi per ciuilem iudicem. Nec eſt contrariũ quod dicitur de muliere quæ nubit intra tẽpus luctus, ei, ꝙ dicit Stephanus infames dicimus, &c. quia in matrimonio leges ſacros canones imitantur; & ipſa mulier non eſt infamis nec Paulus: cum ei nondum ſit infamia per ciuilem iudicem irrogata.

a ¶ Infamiam.] Non facti 1. ſed iuris. Sed videtur ꝙ poteſt, ut inf. 6. q. 1. illi qui. contra extra de ſimo. ex diligẽti inf. 15. q. 6. auctoritatem ſu. 1. qo. inuentum contra. vel ſupple non poſſumus niſi poſt pęnitẽtiam, vt inf. prox. cap. q. 4. conſanguineorum vel non poſſumus per pœnitentiam. ſed per in integrum reſtitutionem. Vnde bene cõcedo, quod epiſcopus poſſit tollere infamiam in omni crimine in quo poteſt diſpenſare nam & ſenatus tollit infamiam, vt ff. de poſtu. l. prima §. de qua. & eccleſia comparatur ſenatui, vt infra 19. quæſtio. prima, eccleſia.

b ¶ Infamem.] Id eſt, infamandum per ſententiam, non ipſo iure, vt. ſi ex quibus cau. irrog. inf. l. Athletas, licet M. hic notauerit. [Hic fateor planè te mẽtiri Gratiane.] qui enim circa abſolutionem deſiſtit, non infamatur, ſed punitur 2. in quinque lib. auri, vt ff. de præua. l. 3. §. vlt. ſed tantum per ſententiam infamatur, vt C. [illegible] Turp. l. 2.

d ¶ Sed illud.] Suæ ſolutioni obijcit quod eſt ſexta q. 1. infames.

d ¶ Quorum.] Extra qui filij ſint legi. per uenerabilem. contra.

e ¶ Non niſi ad ciuilem] Niſi velis dicere quod Reges iuriſdictionem habebant à Papa.

f ¶ Sequi.] In authentica, vt cler. apud proprios epiſc. §. penult. colla. 6.

NOTANDVM. Hæc eſt 4 pars. huius q̃ō. in qua dr̃ ꝙ ſi pœnituerit aliquem accuſaſſe, ante litis conteſtationẽ poteſt deſiſtere, & probat per quandam legem Lombardam. lo. de. Fant.

CASVS. Soluit quod dictum eſt, & alio modo, vt locum habeat lex Lõbarda, quæ ſequitur, vt dicit Gratianus ꝙ eſt aliud cum quis pœnitet aliquem innocentem criminaliter

2 De hoc & no. in ꝑuaricatione ver. ſi aũt. & inf ſi quem vt ibi. At

ſatione epiſcopi ſui a ſacros ordines acceperunt, eiſdem ſacris priuatos ordinibus eſſe, atque ita, ſicut depoſiti, uolumus permanere.

a ¶ Epiſcopi ſui.) *Hæc eſt verba in eo epiſtola loco non ſunt: ſed ex iis, quæ antecedunt, innuitur, eum à quo Euphemius, & Thomas ideo ordinati fuerunt, vt ab ipſius accuſatione deſiſterent, fuiſſe proprium illorum epiſcopum.*

dicitur. Illi enim robuſti dicuntur, qui cum de ſua iuſtitia præſumunt, miſericordiam peccantibus negandam putant, & impendentes reprehendunt. Vnde a Domino percuſſi intereunt: quia iudicium ſine miſericordia erit illis, qui nolunt facere miſericordiam delinquentibus: Cui per Salomonẽ dicitur: (Noli eſſe nimis iuſtus. qa eſt nimis iuſtus, q perit in iuſtitia ſua.) Sic & illud Moyſi intelligitur. Per Moyſem enim prælati intelligũtur, per Aethiopiſſam peccatores deſignantur. Moyſes Aethiopiſſam vxorem ducit: cum quilibet prædicator peccatorem [a] ſibi copulat: vt ex eo ſobolem bonorum operum Deo gignere ualeat. Hanc copulam dum Maria, ideſt ſubditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam ſynagoga intelligitur quæ in Moyſem: ideſt in Chriſtum murmurauit, quia Aethiopiſſam ideſt eccleſiam de gentibus ſibi copulauit: quos lepra perfidiæ, & erroris ſordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus ſubditi prohibentur ab accuſatione ſuorum prælatorum: ſed monentur, ne reprehendant miſericordem compaſſionem eorum. ¶Item [b] per Saulem prælati intelliguntur, & per Dauid [c] ſubditi. Saul [d] purgans uentrẽ eos ſignificat. qui malitiam corde conceptã foras in opus producunt. Sed in precisione chlamydis non ſignificatur α niſi reprehenſio peccati. Per chlamydem enim regni poteſtas intelligitur. Hanc precidit, qui prelatum ſententia damnationis ferit: quod nulli ſubditorum licet. Facta, n. paſtoris, oris gladio, ideſt ſententia damnationis a ſubditis ferienda nõ ſunt. Hinc eſt, quod Hieronymus ait ſuper Marcum de Pontifice, qui ſcidit ueſtimenta ſua, Sciſſio ueſtis ſciſſionem ſignificat ſacerdotij. quod in proximo erat ſcindendum, & auferendum Iudęis. Vel per Dauid ſignificantur, qui nequitiam ſuorum prælatorum uidentes, maiora eorum peccata contemnunt, minima uero, & leuia quaſi extremam oram chlamydis precidentes reprehendere, & lacerare ſatagunt. Vel quia Saul ſolus [e] diuertit in ſpeluncam, in qua Dauid ſolus β latebat. ¶Item ſuper hoc poteſt intelligi, quod de Cham dictum eſt qui ſolus uidit pudenda patris, quę non cooperuit, ſed ridenda monſtrauit. Hac itaque auctoritate non inhibetur ſubditis accuſare prelatos, ſi accuſabiles fuerint. Item probatur, quòd ſubditi prelatos accuſare non poſſunt, etiam ſi religioſi fuerint. Infames enim ſunt eo ipſo, quòd ſuorum doctorum uitam reprehendere conantur. Infames enim fiunt (ut canonum tradit auctoritas) omnes, qui in Patres armantur, & qui doctorum ſuorum uitam reprehendunt, uel accuſant. Nullus autem infamis in accuſatione prelatorum eſt audiendus, niſi forte a fide exorbitauerit, ut ſupra dictum eſt. Cum ergo ſubditi eo ipſo, quòd in accuſationem prelatorum proſiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accuſandi denegetur: patet, quòd ſubditi prelatos ſuos accuſare non poſſunt. ¶His ita reſpondetur [f]: non omnes prelati pro prelatis habentur. Nomen enim non facit epiſcopum, ſed uita.

a ¶Peccatorem.] In hoc tamen non peccauit, quia adhuc non erat prohibitum: nec hodie eſt ſi ſub hac conditione ducitur ut fiat fidelis 28. q. prima, non oportet Ioan.

b ¶Item.] Ad hoc ſimiliter multipliciter reſpondet, & vltimo male.

ADDITIO. Et eſt reſponſio ad ſecundam obiectionem. Arch.

c ¶Per Dauid.] Secunda ſolutio.

d ¶Saul.] Tertia reſponſio.

e ¶Solus.] Et tamẽ cum ſociis ſuis.

f ¶Reſpondetur.] Quibus dicitur, quod ſubditi non poſſunt accuſare prælatos.

Argu. ad hoc 33 q 4 obiiciuntur, &c. d x t, vel dic ſm Hu q te cit initiatus ſpiritusſan. ar 25 q 1 §. hac itaq; lo.

PAulus.] CASVS. Ianuarius Epiſcopus

α ¶Non ſignificatur.] *In aliquot vetuſtis exemplaribus legitur*, non ſignificatur reprehenſio peccati: *in alijs vero nonnullis*, ſignificatur reprehenſio peccati.

β ¶Dauid ſolus.] *Primo regum, cap. 24. legitur.* Porro Dauid, & viri eius in interiore parte ſpeluncæ latebant.

*Vnde Gregorius Ianuario epiſcopo ſcribit lib. 7. indict. 2. epiſt. 1.*

¶Quem ætas, non vita ſeniorem facit, grauiter eſt increpandus. Cap. XXVIII.

Ioan. diaconus lib. 3 num. 32.

PAu-

lus [a] dicit:[Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula [b] in eo † ſeruanda [c] eſt, cum culpa ſenioris exemplo ſuo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta in crepatione feriendus eſt. Nã ſcriptum eſt [d]:[Laqueus [e] iuuenum omnes vos.] & rurſus Propheta dicit: [Maledictus puer α [f] centum annorum.]

1. Tim. 5. † *al. tunc.* *Eſa. 42.* *Eſa. 65.*

α ¶Maledictus puer.] *In codicibus B. Gregorij partim iſto ferè modo legitur, partim vero,* & peccator centum annorum maledictus eſt, *quemadmodum & apud* Ioan. *diaconum, & in vulgata, niſi quod hac habet non,* eſt, *ſed,* erit, *Septuaginta autem, vt eſt apud B. Hieronymum, habuerunt,* & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

*Item Hieronymus ad Heliodorum, epiſt. 1. de laude vitæ ſolitariæ.*

¶Dignitas non facit epiſcopum, ſed vita. Cap. XXIX.

NOn omnes epiſcopi ſunt epiſcopi [g]. Attẽdis Petrũ: ſed, & Iudam conſidera. Stephanum ſuſcipis: ſed & Nicolaum [h] reſpice. *& infra.* ¶Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius [i] Centurio adhuc ethnicus [k] dono ſancti ſpiritus mundatur; presbyteros [l] Daniel puer iudicat. *& infra.* ¶Non eſt facile ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Chriſto regnantium, *& infra.* ¶Infatuatum ſal [m] ad nihilum prodeſt, niſi vt proijciatur [n] foras, & a porcis [o] conculcetur.

*Act. 10.* *Dan. 13.* ſu. d. 40. non eſt facile. *Luc. 14.*

*Item Auguſtinus tractatu ſexto in c. 1. Ioan.*

¶Non epiſcopi nomen, ſed vita reuerentiam meretur. Cap. XXX.

NOn omnis, qui dicit, pax vobiſcum, quaſi columba eſt audiendus, *& infra.* ¶Corui [p] de morte paſcuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus eſt.

Et ibi glo. ord.

*Item Beda ad c. 2. epiſtolæ 2 Petri.*

¶Docti ab indoctis, clerici a laicis, quandoque merito reprehenduntur. Cap. XXXI.

SEcuti ſunt [q] viam Balaam [r] & Bo-

*2. Pet. 2.* *Num. 22.*

---

ſcopus de Dominica ante Miſſam, & etiam poſt, exarauit meſſem cuiuſdam laici violenter de quo reprehendit eum Papa. Ille autem dicebat ſe nõ eſſe arguendum. Et hoc probat auctoritate Pauli, qui dicit, Seniorem ne increpaueris: ſed Gregor. reſpondet & dicit hoc eſſe ſeruandum, cum ſeniores boni ſunt, ſed cũ ſuo exẽplo iuuenes corrumpũtur, increpandi ſunt ſeniores: & hoc probat duab. auctoritatibus.

a ¶Paulus.] Scilicet in epiſto. 1. ad Timoth. 5.

b ¶Regula.] Arg. ꝙ poſſumus interpretari, & arctare generalia verba Apoſtoli 1 vt 33 q. quos Deus coniunxit 32. qõ. 5. hoc videtur, & ff. de in ius vo l. quamuis & ff. de teſti. quæſitum.

c ¶Seruanda.] Exẽpla enim prælatorũ & ſenũ facilius corrumpũt, & ideo magis ſunt punienda, vt 11. q. 3. præcipue. & 85. d. tanta 2.

d ¶Scriptum.] Scilicet in Eſaia.

e ¶Laqueus.] Scilicet malo exemplo.

f ¶Puer 3.] Canon p p malitiam aliquorum fingit aliquid eſſe quod non eſt, & econuerſo. 40. d. multi ſacerdotes.

NOn omnes epiſcopi.] CASVS: Heliodorus quæſiuit a Hieronymo, an p̃lati eſſent accuſandi & eijciendi. Et rñdet ꝙ boni, vt Petrus & Stephanus non ſunt accuſandi, ſed honorandi: mali vero sũt accuſandi, & proijciendi ſicut ſal infatuatum, vt Iudas & Nicolaus, nec ꝓdeſt eccleſiaſtica dignitas in hoc. Et probatur exemplo Cẽturionis & Danielis.

g ¶Non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi.] ideſt, non omnes epiſcopi voce, ſunt epiſcopi re.

h ¶Nicolaum] Qui fuit vnus de ſeptem diaconis, quos Apoſtoli inſtituerunt, qui fuit reprobus 4.

i ¶Cornelius.] Qui primus ex gentibus nomen Ieſu Chriſti eſt ſecutus 26. d. deinde.

k ¶Ethnicus.] ideſt gentilis.

l ¶Presbyteros.] Qui condemnauerunt Suſannam. inf. ead. § item cum Balaam.

m ¶Infatuatum ſal.] ideſt, ſtulti prælati, inſipidi in prædicando, fatui in delinquendo.

n ¶Proijciatur.] ideſt deponatur.

o ¶Et a porcis.] ideſt, dæmonibus, qui dominantur malis prælatis quaſi pecori ſuo. 24 q. 1. § his auctoritatib.

NOn omnes.] CASVS. Dicitur hic, quòd per columbas bonus prælatus intelligitur, qui eſt audiendus. Per coruum autem malus prælatus intelligitur, qui eſt repellendus.

p ¶Corui.] Coruo æquiparatur malus prælatus, vel presbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, ſcilicet mortuorum 5 oblationũ, & in fœtore ſpiritus, & garrulitate, & furto. 23. q. 4. tres perſonas. 0. de Fant.

SEcuti.] CASVS. Beda ponit in hoc cap. verba Petri in epiſtola canonica, & exponit ea, intendens probare, ꝙ prælati poſſunt accuſari a ſuis ſubditis etiam laicis: quia Balaam malus propheta redargutus fuit ab Aſina, quam equitabat. Mali prælati comparantur Balaam, & fontibus ſine aqua, & nebulis tenebroſis. Per aſinam vero etiam ſubditi laici intelliguntur.

q ¶Secuti ſunt] Prælati, & doctores mali.

r ¶Balaam] Supple venientes.

---

1 Arg cõtra ſu. ea. q. 1. cõſuluiſti 11. q. ꝙ ſi dormierit.

Prælatorum exempla mala alios corrumpunt.

2 Et gñaliter quicunq; publice peccat exemplũ peccandi cuilibet tribuit: & in totam eccleſiã delinquit 16. q. 2. ſed illud. ſm L. & Hu.

3 Dic quod puerilis ętas durat vſque ad pubertatẽ, vel puerũ. cum gl. ff. de ver. ſigni.

4 Et dicũt ꝙ iſte fuit machomet⁹ quẽ colunt pagani Hu. & de hoc habetur inf. 24. q. 3. quidam ver. Nicolaitæ. ſm L. qui aſſerit, ꝙ iſte fuit machometus.

Dæmones malis prælatis dñantur.

Præl... malus ... æquipar...

5 Quia oblationes ... bi uſurpa... & rapi... quia ad ... prædicit ... viuat fa...

a ¶ Et

a ¶Et Boſor.] Verba ſunt Petri, vſque ad ver. plerumque. vbi Beda exponens verba Petri in canonica dicit, quod hæretici a gentib. reprehenſi comparantur Balaam correpto ab aſina. comparantur etiam & mali prælati reprehenſi a laicis.

b ¶Redarguantur.] Non dicit accuſentur. vnde non poteſt hic ſumi arg. quod laici poſſint accuſare clericos, vt ſu. a 2. diſt. nolite. in fi. contra. Soluit ibi, quod triplex eſt reprehenſio: quod ibi vide.

ſor [a], qui mercedem iniquitatis amauit: correctionem verò habuit ſuæ veſaniæ Subiugale mutū quod hominis † voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam.] Plerumq; hæretici tam ſtulta dogmata, tam execranda proferunt ſacramenta, vt etiam hebetum ſenſus, & paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, illorum deteſtētur inſaniam, & illorum diſtorta, & Deo contraria itinera ſanius ſapiendo redarguant. Et (quod peius, quia frequentius eſt) nonnunquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, a laicis clerici merito redarguantur † [b]: qui iure cōparantur prophetæ, qui verbis aſinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen a propoſito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptiſſime nomen congruit ciuitatis; de qua Balaam veniſſe [α] interpretatur. Neque enim alia maior † cauſa luxurioſis exiſtit, verbū veritatis amore pecuniæ, vel deſiderio rerum temporalium adulterare: quam; quòd carnis ſe concupiſcentiæ mancipauerunt. *& infra.* ¶Sed & nomen ipſius Balaam, qui vanus populus, ſiue præcipitans eos interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam ſponte ipſi deſerunt: quid niſi vanus ſunt populus? Quid, niſi in præcipitium ſuos mergunt auditores, quibus non ſalutaria, quæ corrigant, ſed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quibus bene ſubditur: [Hi ſunt fontes [c] ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.]

† al. muta bos.

† al. lacerantur.

Ibidem.

† al. magis.

α ¶Tribulatione.] *Sequebatur,* poſitus, *quæ dictio ſublata eſt, quia neque apud Bedam, neq; apud Hieronymum in nominum hebraicorum interpretatione habetur.*

ſup. c. non oēs. & c. non omnis.

*Quia ergo [d] non omnes epiſcopi ſunt epiſcopi, presbyteri a Daniele puero iudicantur, ſal infatuatum a porcis conculcatur, & quid dicit, Pax nobiſcum plerumque non columba, ſed coruus reputatur: patet quòd non ſemper pro officio, atque † auctoritate perſonæ ab accuſatione eſt ceſſandum, immo contra prauos eſt agendum, cum omnis perſona criminaliter peccans alteretur, & (vt ita dicam) legibus capite minor cenſeatur. Qui enim facit peccatum, ſeruus eſt peccati tam in pœna, quam in culpa.*

† al. vel

Ioan.

*Vnde Auguſtinus ait.*

Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317.

¶Qui ſuſceptum officium non adminiſtrat, non eſt epiſcopus, ſed canis impudicus. Cap. XXXII.

QVi nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen [g] correxit; canis impudicus dicendus eſt magis, quam epiſcopus.

¶*Caput hoc apud B. Auguſtinum, ex quo citatur, non eſt inuentum, Burchardus & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere verba ipſe quoque Gratianus ſupra d. 83. ſubnectit capiti,* Nemo quippe, *quod eſt Gregorij. Simile quiddam Burchardus l. 3. ca. 13. & Iuo p. 5. c. 67 aſſerunt ex origines.*

*Quibus ergo Hieronymus [h], Auguſtinus, Gregorius*

c ¶Fontes.] Verba Petri.

QVI. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis c. quod mali prælati poſſunt accuſari a ſubditis, nō excuſāte eos officio vel auctoritate, quia criminaliter peccās alterat. & capite minuitur: quod probat ſequenti c.

d ¶Quia ergo.] Infert ex his trib. c. quod mali prælati cum criminaliter peccant, poſſunt a ſubditis accuſari. & ad hoc inducit ſequentia.

d ¶Alteretur.] id eſt, in alterius ſtatū cōmutetur. tranſit enim de familia Dei ad familiam diaboli. 24. q. 3. ſi quis nō recto.

f ¶Vt ita dicam.] Videtur etiam, quod infamis capite minuat. ff. de va. & extraor. cogni. cognitionum. §. exiſtimatio.

QVi nec CASVS. Dicit Aug. quod qui nec ſua delicta nec filiorū corrigit, non eſt dicendus epiſcopus, ſed canis impudicus.

g ¶Crimen.] Talis enim ad accuſationē, vel ad teſtimoniū non admittitur, vt 37. diſt. legāt. inf. 6. q. 1 qui crimen.

QVIBVS ERGO. CASVS. Concludit Gratian ex ſupradictis, & dicit, quod cum mali prælati admittunt nomē epiſcopi ſenioris, & colūbæ, merito poterūt a ſubditis accuſari, & aduocari. Infames ergo ſūt quia bonos accuſāt quia vero malos, laudabiles ſūt In fi. § exponit quod dr ſu. c. maiorū. Et dr quod minor ibi intelligit non dignitate, ſed vita. Et hoc clare ī ſeq. c. probat.

h ¶Hieronymus.] ſ. in tribus proxi. cap.

*auferunt nomen columbæ, epiſcopi, ſenioris: nonne & priuilegium eſt auferendum dignitatis, vt poſſint a ſubditis reprehendi? Vnde ſcriptura diſſimulans priuilegiũ prauæ ſenectutis, ait: [Maledictus.] Non ſenior ſed puer centum annorum.] Apparet ergo, quòd hi ex accuſatione prælatorum infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur, qui locum ſui regiminis non nomine tantum, ſed vita, & morib. tenent. Alij aũt potius laudabiles fiunt ex accuſatione prælatorum ſuorum, quam infames Item, quod dicitur: Maiorum quiſpiam minorum accuſationib. non impetatur,] minores intelligendi ſunt non dignitate, ſed vita.* ſup.ea. Paulus. Eſa.65. ſup.ea.c. maiorum.

*Vnde Hierony. ait de Paulo ſuper epiſtolam ad Gal.*

¶Maiores & minores non dignitate, ſed vita intelligi oportet. Cap. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, niſi ſe non imparem [b] ſciret [c].

¶*Caput hoc, quod citatur in pleriſque exemplaribus ex B. Hieronymo & in aliquot ex B. Auguſtino, in neutris libris inuentum eſt: ſed in gloſſa ordinaria ad ea verba ipſius epiſtolæ ad Galatas,* in faciẽ eius reſtiti *additur hæc interlinearis explanatio,* quod non auderet, niſi ſe non imparem ſentiret. *Et in commentarijs B. Ambroſii in illum eundem locum hæc leguntur* Nam quis eorum auderet Petro primo Apoſtolo, cui claues regni cœlorum Dominus dedit, reſiſtere, niſi alius talis, qui fiducia electionis ſuæ ſciens ſe non imparem, conſtanter improbaret, quod ille ſine conſilio fecerat? Gal.2.

*Hoc non de officio [d] eccleſiaſticæ dignitatis, ſed puritate vitæ & ſanctitate conuerſationis intelligitur: ſolus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat.*

*Hinc Auguſtinus ait ad Hieronymum epiſt. 19. prope finem.*

¶Non epiſcopi nomen, ſed vita maiorem facit. Cap. XXXIIII.

QVamquam ſecundum honorum vocabula [e], quæ iã eccleſiæ vſus obtinuit, epiſcopus maior presbyterio ſit; tamen Auguſtinus [f] in multis rebus Hieronymo minor eſt.

*Idem lib. 2. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1.*

¶Epiſcopi licet pares ſint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. Cap. XXXV.

PVto, quòd ſine vlla ſui contumelia Cyprianus epiſcopus Petro Apoſtolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Cæterũ magis vereri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam [g]. Quis enim neſcit illũ Apoſtolatus principatum cuilibet [h] epiſcopatui præferendũ? Sed etſi diſtat cathedrarũ gratia, vna tamen eſt martyrum gloria. *Item infra.* ¶Cũ Petrus a Paulo poſteriore corri- Ivo p.5.c.24.

---

Nomen auſertur a malit.a.

a ¶Diſſimulans.] Aufertur enim alicui nomen pp ſuã malitiam. 33 q 2 admonere ſup. 19 diſt. ſecundum. & 1. q 4 § item peccato. ſup. ead q 1 ſcelus.

PAulus.] CASVS. Iſtius c planus eſt. Et inducuntur 5. c. ad probandum, ꝙ licet aliquis ſit in minori dignitate alio, maior tamen eſt eo vita & ſanctitate.

b ¶Imparem.] Meritis: non tñ adminiſtratione. d. 80. illis

c ¶Scilicet.] Ex hoc patet, ꝙ aliquis ſcit ſe habere charitatẽ per reuelationem. Paulus alibi dicit: Scio ꝙ neque mors, neque vita, neque aliud me poterit ſeparare a charitate Dei. alibi tñ dicit, Nihil mihi cõſcius ſum, &c. vt. ſup. 40. d vlt.

Eps maior ẽ presbytero Cardinali.

ADDITIO. Iſta cõcor. reſpicit literã, non imparem, ſm Lau Ad idem 21. qõ. 4. ſicut excellentiam.

1 Illa gl. reputat̃ a Doctorib ſing. ad hoc ꝙ dicit epũ maiorem pſbytero Cardinali. ſ. dignitate reſpectu ordinis epalis. vnde epi dũt ſummi ſacerdotes, vt ca. 1. poſt med de ſac. vnc. & equiparatur illuſtrib. ſeu pfecto ptorio, vt no. gl. in l. epali. C. de epiſ. aud. & non hñt maiorem dignitatẽ Cardinales, quã epi: ſed hñt maius officium, vt inquit Bart. in l. 1. §. ſi qs. in 1. col. ff. de ap. facit text. in ca. ſi abbate. de ele. lib. 6. & not. per Ab. in c eccleſia vſa. Leder. nier de elec. in pe. & vl. col.

d ¶Hoc non de officio.] Quod non poſſit eſſe impar Paulus Petro.

QVamquam.] CASVS. Arg hic cõmẽdat Hier. & dicit, ꝙ quamuis Aug. ſit eps, & Hieronymus presbyter: tñ Hieron. eſt maior Auguſtino vita & ſãctitate.

e ¶Scdm honorum vocabula.] Eps eſt nomen dignitatis, pſbyter nomen ætatis 93. d. legimus.

f ¶Auguſtinus.] Ad forte hoc cedebat. nõ. n licuit ei mentiri ꝓ humilitate. 22. q. 2. cũ humilitatis. & cum Hieronymus fuit presbyter Cardinalis, patet quod quilibet epiſcopus maior eſt presbytero cardinali.

PVto.] CASVS. Probatur in ca. iſto, ꝙ cõcilia vniuerſalia præferãtur propter dignitatem ſtatuti vnius epiſcopi, vel prouincialis concilij: q. licet Cyprianus & Paulus ſint in martyrio Petro æquales. tamẽ Petrus maior eſt dignitate, & ſtatuta eius ſunt magis ſeruanda quam aliorum licet. n. vna ſit martyrij corona, tamen in cathedris eſt differentia.

g ¶Exiſtam.] Sic dicam Cypriani in oĩbus æqualem.

h ¶Cuilibet.] Sup 21. d. in nouo. ſup. 24. q. 1. loquitur contra.

ADDITIO. Dic ꝙ ratione ordinis Petrus fuit par aliis Apo-

Apoſtolis & cæteris epiſcopis, ſed ratione adminiſtrationis fuit maior.

a ¶ Promouetur.] Ita vt in hoc videantur ipſi eſſe pares, & etiam ſtatuta eorum.

b ¶ Quanto, &c.] Et eſt hic argu. ꝙ potius ſtatur ei quod

ritur de patre 1 tam in ciuili quàm in criminali negotio. ſed ſecundum leges non in ciuili. niſi tamen in cauſa caſtrenſi, vt ff. de iu l. his nulla. & ff de furt. ſi quis vxori 1, reſpon.: non tamen poteſt enim conuenire de furto, ſed actione in factum, vt C. de dolo malo, ſi ſuperſtite.

† al. cuſtoditus.
† al. prouehitur.

gitur, & pacis atque vnitatis vinculo cuſtodito †ad martyrium promouetur†[a]; quanto[b] facilius, & fortius, quod per vniuerſæ eccleſię ſtatuta firmatum eſt, vel vnius epiſcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum eſt?

*Item tractatu 30. in Ioannem, in fine.*

¶Non in honore, ſed in veritate filius æquatur, uel præponitur patri. C. XXXVI.

QVeritur[c] pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre: Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri a filio, quæ deficit a filio. Non æquamus[d] filium patri in honore; ſed præponimus, ſi bonam cauſam habet, filium[e] patri in veritate: & ſic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas†meritum.

† al. equitas.

*Item Ambroſius ſermone 66. de natali Petri & Pauli.*

¶Aequales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus. C. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminent inter vniuerſos Apoſtolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellūt: verum inter ipſos quis cui præponatur, incertū eſt. Puto enim illos æquales eſſe meritis, qui æquales ſūt paſſione; & ſimili eos fidei deuotione vixiſſe, quos ſimul videmus ad martyrij gloriam perueniſſe. ¶Non enim ſine cauſa factum putemus, quòd una die, uno in loco, unius tyranni tolerauere ſentētiam. Vna die paſſi ſunt, ut ad Chriſtum pariter peruenirent; vno in loco, ne alteri Roma deeſſet; ſub vno perſecutore, vt æqualis crudelitas vtrumq; conſtringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro uirtute[f]. Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in urbe Roma; quæ principatum, & caput obtinet nationum: ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis; & vbi gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur.

*¶Sermo vnde hoc caput ſumptum eſt, inter ſermones B Ambroſii eſt 66. inter ſermones B. Auguſtini de ſanctis, vigeſimusſeptimus, & apud Maximum Taurinenſem, quintus in feſto eodem, qui num. 54 eſt.*

*¶ Item pœnitentes[g], bigami, ſacerdotes accuſare nō poſſunt. Vnde generaliter colligitur ꝙ quicunque ſacerdotes non ſunt, uel eſſe ſacerdotes non poſſunt, in ſacerdotes accuſationem, vel teſtificationem proferre non poſſunt.*

Emancipatus autem poteſt agere ciuiliter cōtra patrem, ſed venia impetrata, vt C. de in ius voc l. vlt. Sed in criminali cauſa non auditur contra patrem ſup. ea. q. 1. prohibentur. nec pater contra filium, niſi iniuriam in ipſum commiſerit, vt C. de pa. po l. 3.

d ¶ Non æquamus.] ſic Celſus corrigit dicta patris ſui ff de cōdi. cau da. l. dedi. §. ſi qs quaſi ſtatu. liber. Itē arg. ꝙ aliquis poteſt eſſe maior & minor altero diuerſo reſpectu ſup. ead quanquam. 25. diſt. perlectis.

e ¶ Filiū.] Arg. ꝙ veritas à quocūque ꝓlata amplectēda eſt. Et eſt etiam arg. contra teſtimoniū honorabilium perſonarum. ſimile diſt 9 ergo.

BEati] CASVS. Probat Ambroſ. in hoc c. Petrū & Paulum fuiſſe ęquales in paſſione, & fidei deuotione; quia eodem die, eodē loco, & ſub eodem perſecutore ſuſceperunt martyrij coronam, vt ibi erat caput ſuperſtitionis, vigeret caput ſanctitatis.

f ¶ Pro virtute.] Scilicet vt parē virtutē & conſtantiam 2 contra perſecutionem in paſſione habuiſſe videantur.

ITEM POENITENTES. Hæc 5. pars huius quærit in qua dicit, quid ſit in hac quæſtione tenēdū: & dicit, quod tales qui ſacerdotes eſſe nō poſsūt, nec eos accuſare, nec in eos teſtificari pōt; redarguere tñ poſſunt occulte & pacifice: & hęc ꝓbat ꝑ tria exēpla & v. auct. ſāctorū patrū lo. d Fā.

1 De hoc Et no. 23. q 4. ſi eccleſia gl. melius, ibi videas.

2 Cū ex ſæuitia ꝑſecutionis virtus patriæ claruerit in vtroq; Hu

quod à pluribus, quàm quod à paucioribus dicitur, & 19. d. in canonicis.

QVeritur.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ licet pater coram iudice conqueratur de filio, & econuerſo, filius eſt patri præferendus in veritate, in honore tamen pater eſt filio præferendus, & ſic honor debitus patri ſeruatur, vt æquitas non perdat meritum.

Filius patri conueni pōt.

c ¶ Queritur] Secundum canones ergo filius, conque-

CASVS. Probatum eſt ſup. in multis. c. ꝙ criminoſi accuſare non poſſunt. Idem dicit Gratianus de pœnitentibus & bigamis. & ita colligitur, ꝙ qui non ſunt ſacerdotes, nec dici poſſunt, in ſacerdotes accuſationem vel teſtificationem proferre non poſſunt. Et hæc probantur duobus capitulis ſequentibus.

g ¶Item pœnitentes.] Solemniter inf. 6. q. 1. qui crimen.

Ipſi Apoſtoli ] CASVS. Quæſitum fuit à Fabiano Papa qui repellantur ab accuſatione in teſtimonio ſacerdotum. Et reſpondet q̃ illi remoueantur, qui nõ ſunt ſacerdotes, nec eſſe poſſunt intellige ratione criminis vel irregularitatis.

cler. veſtra. Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum, per quod eſt repulſus à teſtimonio, licet non ſit infamis. argu. extra de ele. ſuper eo. & 2 q. 1. prohibentur. grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius, qui ancillam oppreſ-

a ¶ Ordinis.] In criminali, ſeu in ciuili poſſunt omnes ext. de teſtibus, tam literis.

1 Scilicet. exiſto. c. & ſeq.

b ¶ Neceſſe.] Ex his duobus c. 1. colligit q̃ hęc tria accuſatio teſtimoniũ, & ordo pari paſſu ambulãt, vt quicumque nõ admittitur ad vnũ, nec ad reliquũ. Sed obiicitur, quicumque ſemel in peccato mortali fuerit, nõ admittitur ad ordines, vt 25. diſ. primum. ergo nec ad teſtimonium. Item. ſi crimen ciuiliter fuerit probatum, nõ admittitur ad ordines. vt diſt. 24. qñ. ext. de accuſa. ſuper his ergo nec ad teſtimonium: & ſm hoc nullus inuenitur teſtis, cũ nemo ſine crimine viuat. 25 di. §. hoc autẽ. Tu dicas q̃ regula, q̃ hic tradit̃ locum habet cũ criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur aut crimen eſt occultum quod obiicitur teſti, aut manifeſtũ, ſi occultũ, præſumo eum inde egiſſe pęnitentiam. quia occultum in meliorẽ partem interpretamur. extra de ſortilegijs. ca. ex tuarum. & extra de reg. iuris. eſtote.

Teſtis an ſit repellendus propter crimen ſibi obiectum.

*Unde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales.*

¶Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non valent. C. XXXVIII.

IPſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificẽtur, qui ſui ordinis [a] non ſunt, nec eſſe [b] poſſunt.

Anſel. l. 3. c. 47. Poly l. 5. titu. 1. Mutata eſt verborũ ſeries.

*Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopũ, epiſt. 3. c. 3.*

¶Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari nõ valent, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi, C. XXXIX.

TEſtes α abſq; vlla infamia, aut ſuſpicione[c], vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine β inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶Quoniã ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 172. Iuo p. 5. ca. 290. Pann. l. 4. c. 186. Anſel. l. 3. c. 41. ſup. ca. ſacerdotes.

α ¶Teſtes.] *Damaſi uerba hæc ſunt.* Accuſatores autem epiſcoporum. & teſtes, ſuper quibus cogitaſtis, abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, &c. *ſicque referuntur à Burchardo & Iuone: Pannormia autem habet, vt Gratianus.*

β ¶ Plenitudine.] *In epiſtola ipſa legitur,* pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent,* vera fide pleniter.

*Sic & illud* [d] *Silueſtri intelligitur:* [*Laicus non accuſet clericum, &c.* ] *Ideſt, qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt*[e], *in ſuperioribus agentes accuſare non debent.*

ſup. ea. nullus laic9.

¶*Ecce oſtenſum eſt, quid reſpondeatur auctoritatibus, & argumentis quibus ſuadetur ab accuſatione prælatorũ vi*

Si aũt manifeſtũ, probauit ſe egiſſe pœnitentiam per ſacerdotẽ, quod facere poteſt, vt extra de ſimo. nemo. 50. diſt. in capite. 2. q. 1. ſi peccauerit. in fi. niſi tale ſit crimen, quod etiam poſt pœnitẽtiam irroget infamiam, vt cum aliquis conuictus eſt de periurio. vt 3. q. 7. § porro. Si autem criminaliter agitur, ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum ſiue inde egerit pœnitentiam, ſiue non, repelio eum, vt 6 q. 1. qui crimen 2. Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo cap. qui crimen. Ioan. & extra de teſt. teſtimonium, vbi deffinitur breuiter B. circa hanc materiam conſueuit quæri: ſi quis vinum non poteſt bibere, an poſſit promoueri? cum ipſum miniſtrantem oportet communicare, de conſecra. diſt. 1 epiſcopus Deo. & diſt. 2. peracta? Dic q̃ non. Nec etiam accuſare poteſt 3. Ille, qui caſu membrum amiſit 55. diſtin. ca. vlt. tamen inferiorem vel parem poteſt accuſare: quia poteſt remanere in executione illius ordinis, diſtin. 55. præcepta, nam qui eſt intra 30 annos poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus non poteſt accuſare clericum coniugatum qui vnicam, & virginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. diſt. ſi qui vero. Hug. dicit quod ſacerdos depoſitus alium poteſt accuſare. Sed hoc non placet, nam ex quo eſt de crimine condemnatus, ſtatim eſt delictum eius notorium, extra de cohabita.

2 Vide q̃d not. 3. q. 7. § ſine. in fi. ſacerdos nõ efficiatur. q vinum bibere non põt. 3 Hic adde q̃d non ſup. ca. in sũma ver. tales.

Accuſare nõ poteſt de crimine conuictus in modum exceptionis.

oppreſſit. C. de adul. & ſi libidine. Nam inhoneſtum eſt tales ordines admitti, vt dicit lex de his, qui ſupponuntur fuſtibus ab ædibus 4. licet non ſint infames. ff. de decur. eos niſi ſit neceſſitas. ff. de mune. & hon. l. vl. gradatim, & hoc ideo, quia opinio eius in nullo vacillabit, vt 33 diſt. laici & no ſup. ca. 1. in primis, in fi. Io. & probatur hodie tota hæc diſtinctio in decreta. de teſtibus cap. teſtimonium. Quid iuris ſit de ordinando, nota ut ſupra 25. diſt. primum. B.

TEſtes.] CASVS. Idem quærebatur in hoc cap. quod quæſitum fuit in ſuperiori, & reſpondetur, q̃ teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem honorem prouehi non poſſunt, & ſic intelligitur § ſequens.

c ¶ Suſpicione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicionem 5. vt ſup. accuſ. in prin. Arg. contra de conſe. diſt. 2. non prohibeat.

ADDITIO. Dic quod aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti: ſed accuſatio alij nocet.

d ¶ Sic & illud.] ſupra ca. nullus laicus.

e ¶ Non poſſunt.] Qualiter hic intelligitur, habetur infra 4. q. 1. c. 1.

ECCE. CASVS. ſup. probatũ eſt q̃ ſubditi non poſſunt accuſare prælatos: & reſponſum eſt contrarijs auctoritatibus

4 Ideſt, ... ſtodibus ... diũ ab in... dio p ... ff de of. p... ſe. vi. l. & 2.

5 Odij, ... inimicit... vel crimi... occulti, ... cundum ... ad iden... q. 5. ... per ... ibi ... Arch.

*debantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt: quibus rationib probentur recipiendi, & quid contra reſpondeatur a prælatis.* Matth.16. *Chriſtus qui erat paſtor paſtorum, ouibus ſuis, de quib. ait: [Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, &c.] Inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait:* Ioan.18. *] Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c.]* Ioan.8. *Item: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] At quicunque ad teſtificandum in aliquē, vel ad arguendum admittuntur: ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues, ut aduerſus paſtorem ſuum teſtimonium ferant, & ut ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur: patet, quòd ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium, quas uerbo & exemplo paſcebat: tamen quantum ad officiorum diſtributionem (ex qua hodie in eccleſia alii præſunt aliis, unde quidam prelati, quidam ſubditi uocantur) in populo ſuo* † al. illo. *paſtorale officium non gerebat. Myſtica n. & uiſibili unctione nec in regem* [a]*, nec in ſacerdotē unctus erat: quæ ſolæ duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi uendicabant. ¶ Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum: ſed tantum oſtenditur, ꝙ auditores eos reprehendere poſſunt, & in eos teſtificari, qui cum officia eccleſiaſtica non habeāt, uerbo tamen & exemplo quoſcunq; ualent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore coguntur ſeruare diſciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguēdum Iudæos admiſit perfectione humilitatis, non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi, hac auctoritate criminoſi, & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiendi: cum eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractantes innocentem condemnare uolebant. Hoc ergo exēplo prælati non coguntur recipere ſubditos in accuſatione ſui, ſed permittuntur.* Gal.2. *¶ Item Paulus Petrū reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Vnde datur intelligi, ꝙ ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos: ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, ſi unde reprehenſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & a ueritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregam faciens, & a cibis gentilium latenter ſe ſubtrahens. Per autem in ſe eſt a fide exorbitare, & alios exemplo, uel uerbo a fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accuſandi ſubditis; niſi forte a fide exorbitauerint, uel alios exorbitare coegerint.* Act.11. *¶ Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quod ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quod prælati iure poſſunt reprehendi a ſubditis.*

*Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theotiſtę patriciæ, lib.9. epiſt.39.*

¶Petrus a fidelibus interrogatus cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit. Cap. XL.

Act.12. PEtrus poteſtatem regni acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum a fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum nō accuſent, nec

ritatibus. Nūc econtra oſtēdit, ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudæos contra ſe teſtificari: & ita per conſequens eum accuſare potuerunt. Nā cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed ad hoc duppliciter rñdetur prima reſponſio eſt, ꝙ licet Chriſtus ſit paſtor ouium non tamen ſecundū legē veterem & nouā in regē, vel ſacerdotē inūctus erat, quę unctio prælaturam cōfert. Vel dicas, quòd Dñs hoc fecit ex humilitate, & nō de rigore iuris: Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed rñdetur ꝙ non fuit mirum: quia cogebat gentes iudaizare, & a fide recedere: ī quo caſu bene accuſantur p̄laꝉi a ſubditis. Itē Petrus fuit reprehēſus a fratrib quia intrauit in domū Cornelij gentilis Sed huic obiectioni reſpōdetur in ſequenti c.

a ¶Nec in regem.] immo nec regnum eius erat de hoc mūdo. 23. q. 3. § 1.

PEtrus.] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domū Cornelij gētilis: ſed dicit Greg. ꝙ Petrus bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpōdit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis.

a ¶Re-

a ¶ Reſpondit.] Dicens, eandem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis, qui credimus in Ieſum.
CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dicto cap. dicens, quod non cogantur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus; ſed volens: & ita intelligitur ſequens cap.

NOs ſi.] CASVS. Quidam cõquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta Papa committit ſe Imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nũcios mittat ad hæc inquirenda, qui Deum timeant: & qui vicem Imperialis gloriæ ſic examinent, & diffiniant, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur, ei, quàm ea quæ dicta ſunt.
b ¶ Aliena.] Hic Papa ſe ſubijcit aliorũ iudicio: quod facere põt 1, vt ff. de iuriſ. om. iud. eſt receptũ. non tamen eum poſſunt deponere. 9 q 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſtin. nunc autem.
c ¶ Examuſſim.] i. regulariter vel indubitanter, vel perfecte: quia amuſſis eſt inſtrumentum plumbeum cum quo recti ficantur. parietes vel plumbantur.

1 Conc. Ale. de Imo. in l. eſt receptũ. ff de iu. om. iud in gl. 3. vbi dicit idẽ eſſe in Rege Francorum, nõ recognoſcente ſuperiorẽ: ꝙ põt eſſe iudex in propria cã, qđ intellige verum quo ad ſibi ſubditos: nõ quo ad alios, vt patet in ca. nouit & ibi Ho & Ioan. And. ext. de iud.

ITEM CVM. BALAAM. Hęc eſt 6. pars huius quæſt. in qua probat quod probatum erat, quòd ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinem venire poſſunt, non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per 7. exempla. & per 10. au ctoritates ſanctorum patrum. Ioann. de Fant.
CASVS. Adhuc probat Grat. quinq. exẽplis, ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam: qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid, qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerũt à Daniele reprehenſi; & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerũt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones per ordinem reſpondendo.

reprehendant: (ſed ex ratione diuinę virtutis, qua gentiles acceperant ſpiritumſanctum, reſpondit. [a]

*¶ Operepretium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano conciſe referuntur.*

*Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hoc etiam humilitatis diſpenſatiune intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.*

*¶ Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio.* Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit.

Cap. XLI

NOs, ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtę legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam ſi nos, qui aliena [b] debemus corrigere peccata, peiora committimus; certe nõ veritatis diſcipuli, ſed (qđ dolentes dicimus) erimus pro cęteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtrę magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quę diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeãt, & cũcta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hęc ſola, quę ſuperius diximus, quęrimus, vt examuſſim [c] exagitẽt; ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in poſterũ nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat. Iuo p. 5. c. 22.

6 *Item, cum Balaam ariolus [d] iret ad maledicendum populũ; Angelus Domini, aſinæ, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit: euaginatoq; gladio eam ab itinere cõpeſcuit; quam dum ille verberib. affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiam reprehendit, multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur Verum eſt, quòd per aſinam ſubditi ſignificantur, & per Balaam, prælati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis, ſi forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque aſinam vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eum veheret, ſignificat eos, qui verberibus & cruciatibus a ſubditis exigunt, ut eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, quali-* Num 22.

a ¶ Ariolus. Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q. 3. igitur genus.

a ¶ Ter-

*bet videlicet prædicator euaginato gladio, apertè ſcilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à conſenſu alienæ malitiæ illos reuocat: licet eis in huiuſmodi vocem conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuſte iraſcimini? nunquid vobis inobedientes aliquãdo fuimus? niſi nunc, cum ad malũ cogimur? videte illum qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accuſandi à ſubditis.*

a ¶ Trahenda ] 22. quæſt. 2. ſi quis per ve tus.

b ¶ Sanguinis ] 23. quæſtio. vltim. his à quibus & capi leg & cap. occidit & ext ne cleri. vel mo na. ſententiam ſanguinis.

Si quis

2. Reg. 12. *¶ Item cum David adulterium, & homicidium cõmiſiſſet; miſſus eſt a Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce quòd prelati ſunt arguendi, & reprehendendi a ſubditis. ¶ Sed notandum eſt, quod duę ſunt perſonę quibus mũdus iſte regitur; regalis videlicet & ſacerdotalis. Sicut reges pręſũt*

2. Reg. 6. *in cauſis ſęculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei: Regum eſt corporalem irrogare pœnam; ſacerdotum ſpiritualem inferre vindictam. David ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotibus, & prophetis pręerat in cauſis ſęculi: tamen ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis, & a ſacerdotibus vngebantur; & eorũ oblatione peccata regũ expiabantur.*

2. Paral. 26. *¶ Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt, quia ſacerdotum officia vſurpare uoluit: ſic ſacerdotibus, & prophetis regum uſurpare officia non licuit, Nathan ergo propheta cum regem redarguit. ſuum eſt executus officium, in quo erat rege ſuperior, non vſurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pœnitentiam peccata ſua expiaret, non tulit in eum ſententiam qua tanquã adulter, & homicida morti addiceretur.*

Theodo. hiſt. eccl. l. 5. c 17. Niceph. l. 13. c. 34. Ro 13. 1. Pet. 2. † al. excommunicatorum. Dan 13.

*¶ Sic & Beatus Ambroſius Theodoſium & Beatus Innocentius Imperatorem Archadium excommunicauit, & ab eccleſię ingreſſu prohibuit. ¶ Sicut enim non ſine cauſa iudex gladium portat ita non ſine cauſa claues eccleſię ſacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad uindictam malefactorum, laudem vero bonorum, iſti claues ad excluſionem excommunicandorum & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi a prælatis, non pręlati a ſubditis. ¶ Item Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices a populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit. Conſtat ergo ꝙ nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos.*

*¶ His ita reſpondetur. Miracula (& maximè veteris teſtamenti) ſunt admiranda, non in exemplum noſtrę actionis trahenda [a]. Multa enim concedebantur tunc, quę nunc penitus prohibentur.*

1. Reg 15. *Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit: nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis [b] agitare licet.*

Num. 25. *Tunc Phinees Iudæũ coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi in prelatos vendicarent: ſi illud in argumentum noſtrę actionis liceret aſſumi, quod nulla unquam auctoritate permittitur.*

Eſa 9 & 42. *Magis ergo ex hoc facto datur intelligi: quod in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris, illius videlicet de quo per prophetam dicitur: [Puer natus eſt nobis.] & iterum: [Ecce puer meus.] Qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet, & phariſęos falſis criminib. Suſannam, ideſt eccleſiam accuſantes, & ream adulterij pronunciantes, eo quòd Chriſtum ſequeretur, conuinceret, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus a refert in libro uirorum illuſtrium, quòd Damaſus Papa a ſubditis de adulterio accuſatus cum quadraginta † duobus epiſcopis ſe purgauit.*

† al X IV. Intro 4. ſynodi ſub Symmacho.

*¶ Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, vt tunc veniret ad cauſam, & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Dignares uiſa eſt maximo numero ſacerdotum, quę mereretur effectum: & cum poſtmodum ordinaretur, quomodo eſſet accuſandus: prefatus Papa, ut cauſam diceret, occurrebat: ſed ab ęmulis eſt impeditus.*

S I quis.] CASVS. Quidam redarguebat Grego. quòd multa faciebat contra rationem, Dicit Grego. vt veniāt ad Apoſtolicam ſedē, & ibi cognoſcatur, vt iſta inter eos feratur ſententia.

Forum rei ſequi debet actor.

a ¶ Si quis. ] Quia actor forū rei ſequi debet : extra de fo.compe. cum ſit generale. & C.de iuriſ. om. iud l.iuris ordinem. vel quia cauſa fideli eſt, quæ in eccleſia eſt tractāda, vt 23.q vlt.cōuenior & ſu.ea.q 2 præceptum 23.q quoties.

b ¶ Confeſſionem. ] id eſt, ſcripturam.

EX HIS. CASVS. Concludit Gratia ex ſupradictis, prælatos poſſe a ſuis ſubditis accuſari, cū iſti tres Apoſtolici fuerint a ſuis ſubditis accuſari Sed reſpondet, ꝙ illi Apoſtolici exemplo Domini non coegerūt alios prælatos recipere ſubditos in accuſationem ſua : ſed permiſerūt in hoc fieri ex humilitate.

Accuſatus quandoque dat expenſas accuſatori.

c ¶ Prælatos ] Et dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo quē accuſant ſi egēt, vt ext. de acc. c. ex parte. nā & datur ſeruo agenti cām libertatis C. de or.cog. l.vlt ſimiliter ei qui egit de inofficioſo teſtamento. & obtinuit. ſi aduerſarius appellat, ff. de inof te l. ſi inſtituta § penul.

P Aulus ] CASVS. Paulus dyaclinę ciuitatis epiſcopus fuit accuſatus à ſubditis de lapſu. deinde conuictus depoſitus fuit epiſcoporum iudicio, & ſubſtitutus fuit ei poſtea Numeſion : quod an fuerit factum voluntate vel neceſſitate ſequenti capitulo declaratur

L Ator. ] CASVS. Paulus epiſcop' depoſitus fuit & Nemeſiō fuit eis ſubſtitutus, quē paulus more prędonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit, & ad necem fere perduxit, res eccleſiæ auferendo, de quibus omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ Papa mandat Ioanni epiſcopo, vt ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtulit, eum reddere compellat. Si uero ipſi Ioanni cōſtiterit eum tantum res proprias abſtuliſſe : licet grauiter deliquerit (ne addatur afflictis afflictio) eas permittatur habere: ita tamen quod ſi damnum eccleſię intulit, reſarcire modis omnibus compellatur : & ſi de cętero ad epiſcopatum aſpirare tētauerit, in monaſterium ad agēdam pœnitentiam perennem detrudatur.

d ¶ In corporali.] Scilicet adulterio vel inceſtu, vt 30. quæſtio. 1. non debet ſecus ſi de ſimplici fornicatione. pro qua hodie non deponitur, vt 82. diſt. presbyte. & 34. diſt. fraternitatis. niſi de rigore factum fuerit. 82. diſtinct. ſi quis epiſcopus. & cap. presbyter. aut diaconus 1.

e ¶ Nemeſion. ] Nota ꝙ Papa non uocat eum fratrem licet eſſet epiſcopus, hodie aliud eſſet. extra de cri. fal. quam graui.

Fornicat ſimplex eſt digna depoſitione

3 Adde hoc tex. in ſi adulteri cum ibi per Bar. adult.

a ¶ Hieronymus.] *In catalogo B. Hieronymi, aut alijs ipſius libris nihil tale legitur, in vetuſtis tamen Pontificalibus in vita Damaſi hoc refertur.*

*Item Gregorius ait de ſe ipſo.*

¶ Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius alijs pręſtat. Cap. XLII.

Poly. l. 1. tit. 18. Anſel. 2, c. 20.

S I quis[a] ſuper his nos, arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit; ueniat ad ſedem Apoſtolicam, quo omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quęſtio habetur, confluere iuſſa ſunt: vt ibi ante confeſſionē[b] ſancti Petri mecum iuſte decertet, quatenus in ibi vnus ex nobis ſententiam ſuſpiciat ſuam.

*¶ Eſt Gregorij quarti epiſtola citata ſupra ead. q. 6 c. decreto noſtro & diſt. 19. nulli fas. in qua epiſtola cum multa dixiſſet de priuilegijs, & primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiungit.*

*Ex his omnibus colligitur quòd ſubditi poſſunt reprehendere, & accuſare prælatos[c] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictum eſt, quādo Iudæis dixit: [Si male locutus ſum, &c.] ita de iſtis intelligendum eſt, quod ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui ſed non coegerunt, Item.*

¶ De eodem. Cap. XLIII.

Burc. l. 1. 182. Iuo p. 5. c. 398. † al. Decleatinæ

P *Aulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis; conuincitur, deponitur, alius loco eius ſubſtituitur. ¶ Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem epiſcopum primę Iuſtinianæ. lib. 10. epiſt. 35. poteſt deprehendi, vbi ait.*

*¶ Verba ſunt Gratiani, qui proponit ſummam ſequentis capituli, quod ſæpe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notandum.*

¶ Paulus Deaclinę.† ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur. Cap. XLIIII.

† al. Decleatinę.

Burc. l. 1 c. 182. Iuo p. 5. c 298. † al. doclinatinę.

L Ator Nemeſion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinę† ciuitatis epiſcopus, inter alia mala incorporali[d] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus, & conuictus, epiſcopali ſententia depoſitus eſt; poſtea cum auxilio ſęcularium veniens epiſcopatum more prędonis ingreſſus eſt: ablatiſq; rebus eccleſię dilectiſſimum Nemeſion[e] latorem pręſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo

a ¶Excuſatione ceſſante.] iuſta tamen exceptio, vel excuſatio admittitur, extra de offi. deleg. ex parte.
b ¶Reddere.] Cum de mero iure deberet iſte in exilium relegari centum milliaribus a ciuitate remotus. C. de epiſc. & cle. quicumque. Item cadere debuiſſet a iure ſuo

e ¶Tulit] Arg. contra. 16 q. 6. placuit. & cap. de lapſis. vbi dicitur, ꝙ monaſterio traduntur res depoſiti. ſed illud verum eſt quando detruditur in monaſterium, ſed hic non fuit depoſitus.

HOC EDICTO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c. lator. ꝙ cum accuſatores epiſcopi vel depoſitores nõ puniuntur, ſed cõtra depoſitum proceditur, vt amplius ad epiſcopatũ nõ aſpiret: apparet ꝙ ſubditi admiſſi ſunt contra ſuũ prælatum nõ ex diſpenſatione ſed ex cenſura canonũ. Et quod admitti poſſunt, probat per ſequentia cap.

epiſcopatu proiecit, & ad ſummã iniuriam, ac necẽ penè perduxit. Fraternitas itaq; veſtra hæc omnia curet addiſcere, & quæcumq; eccleſiæ abſtulit, omni mora, vel excuſatione ceſſante [a] reddere [b] cõpellat. Si uero nihil eccleſiæ, ſed propriũ [c] ſe dixerit abſtuliſſe (quamuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [d], vel à metropolitano eius hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumpſerit) verumtamen ſi quid proprium tul[e] ſub fraternitatis ueſtræ debet examine conſtare, ſi uerũ eſt. Sed & illud diligenter quærendum eſt, ſi quid male de rebus dilapidauit eccleſiæ; vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare, ac ſatisfacere modis omnibus compellatur.

¶*In hoc capite non referũtur ipſa omnino verba Gregorij (quod à Burchardo & Iuone fit) ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.*

† al. dicto

a. ¶Quidam in excommunicatione.] De prima quęſtione non eſt dubium, ſcilicet, quod excommunicatus non poteſt aliquem accuſare, ſed trāsfert ſe H. ad quæſtionem illā, ſcilicet, an excōmunicatus poſt abſolutionem poſſit aliquē accuſare. Secundum H. excommunicatus etiam poſt abſolutionem non admittitur ad actus legitimos. argum. 64. diſt. accuſatores. Item quia nemo eſt excommunicandus niſi propter contumaciam. 11. quæſt. 3. nemo. & cap. certum. Prætera inobediētia grauiſſimum crimē eſt 8. q. 1. ſciendum, & qui ſemel fuit criminoſus, repellitur 1. 6 quæſt. 1. qui crimen. 25. diſt. cap. vlt. Item in veteri teſtamento puniebatur cōtumacia capite. 11. quæſtio. 3. abſit ergo hodie repellitur a promotione. 54. diſtin. multos. Item grauiſſima eſt pœna contumaciæ. 24. quæſt. tertia, corripiantur. ergo grauiſſimum peccatum eſt. 2. 24. quæſtio. prima, non afferamus. immo eſt crimen idololatriæ inobedientia, vt 8. quæſtione prima, ſciendum. ergo maxima pœna puniendum. 14. quæſtio 1. non afferamus. Sed hoc non credo, quia abſolutio tollit quod inducit excommunicatio. ſecunda, quæſtione tertia, §. notandum. extra de electio. quia diligētia. Io. Fab. diſtinguit, ſi eſt excommunicatus pro crimine, & contumacia, tunc repellitur etiam poſt abſolutionem. ſecus ſi pro contumacia tantum. Alii autem dicunt, aut crimen pro quo eſt excommunicatus, infama 3 aut non. & quod dicitur quod inobedientia morte puniebatur, hoc intelligo vbi quis erat præuaricator legis, vel cum quis non obediuit iudici in iis quæ ſpectant ad vindictam malefactorum, vt 23. quæſt. quinta, miles. quis enim diceret quòd talis contumax morte puniretur, qui nollet ſoluere pecuniam ad mandatum iudicis? Conueniri autem poteſt excommunicatus. extra de iud. intelleximus, & extra de ſenten. excommun. ſi vero. Sed an poteſt reconuenire aliquem excommunicatus? Videtur quòd non, vt ext. de hære. vrgentis. & extra de ſent. excommunica. per tuas 4. Videtur tamen quòd

quòd poſſit, quia qui aliàs non poteſt accuſare, ſi accuſatus fuerit accuſat. ff. de bo. lib. qui cum maior. §. ſi libertus. Item quæritur an poſſit excipere? videtur quòd ſic, quia ex quo permittitur ei reſpondere, ergo & omnia conſequentia, vt extra de off. iud. deleg. præterea. ff. de iuriſd. omnium iud. l. ſecunda. Econtra videtur quod non, quia tunc cogeretur iurare. ſed non poteſt tangere ſacramenta, cum ea non poſſit ingredi· 5 ſi ſupra diſtin. 5. ad eius vero, vel cui prohibentur alia ſacramenta, & illud. vt 95. diſtin. illud. Item quæritur an compenſare poſſit? Videtur, quòd ſic, quia licet quis non poſſit petere, ꝑpteſt tamen compenſare, vt in naturali debito, ff de compen. l. etiam. Sed contra, per exceptionem repelleretur ſi ageret, ergo non poſſet compenſare, ff. de compen. quæcumque. Sed hęc quęſtio eſt ſoluta ext. de exceptio. cum inter.

Excōicatus an poſſit poſt abſolutionem accuſare.

1 Sed cōtra 48. d. honoratus. vbi habetur, ꝙ prima contumacia non ponit. Dic vt ibi no. in l. 1. gl. arg. hic, &c.

2 Conc. l. oē delictum. in pri. & in ver. cōtumacia, ff. de re mil. & per Bart. & ibi eſt bona gl. in l. ſi filius. in 1. ff. de inter. act. q̄ ad hoc allegat ꝓ ſin. Imo. in l. pe. §. ad crimē. in 24. col. ff. de publ. iud.

3 Sub. & tūc tenetur op.

DE prima.] CASVS. Hic intitulatur 1. quæſtio qua quæritur an excõmunicatus poſſit alium accuſare. Et dicendum eſt indiſtinctè ꝙ non poteſt ſiue iuſtè ſiue iniuſtè ſit excommunicatus, dummodo excommunicatio teneat, vt infra cap 1. & 2. nec poteſt etiam alium ciuiliter conuenire, vt ſup. 3.q.4 nulli.

DIffinimus.] CASVS. In hoc ponuntur ſex genera perſonarum, quæ repelluntur ab accuſatione, inter quas excommunicati ponuntur, qui accuſare non poſſunt in excommunicatione perſeuerantes.

## QVAESTIO I.

*DE prima quæſtione ſic ſtatutum legitur in primo & ſecundo capite concilij Carthaginenſis ſeptimi, cui interfuit Fauſtinus Romanæ eccleſiæ legatus.*

In Africano, c. 50. & 96.

¶Ad accuſationem non admittatur, qui in excommunicatione perſeuerat. C. I.

Iuo p. 14. c. 69. Pann. l. 4. c. 72.

DIffinimus eum rectè ad accuſationem non admitti, qui poſtquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc [a] excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus accuſare voluerit. ¶Omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, ideſt hiſtriones [b] ac turpitudinibus ſubiectę perſonæ hæretici etiam, ſiue pagani † [c], ſiue Iudæi ab accuſatione prohibentur α.

Iuo p. 16 c. 64. C. 2. eiuſdem 7. Car. & cap. 96. Africani.

...onc. tex. ...1. C. de ... trin. & ...h. Gaza- C. de hǣr.

α ¶Ab accuſatione prohibentur.] *A concilio abſunt hæc verba ſubintelliguntur enim illa ex principio capitis.* Ad accuſationem non admittantur.

*Item Nicolaus Papa in epiſtola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium eſt: [Propoſueramus.*

¶Hæretici probantur, qui ſchiſmate, vel excommunicatione ab eccleſia ſunt ſeparati. C. II.

Anſ. l. 1. c. 71. Iuo p. 14. c. 70.

QVòd autem hi qui a iam præfato fratre, & comminiſtro noſtro Ignatio depoſiti, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam aduerſus eum damnationem intorquere potuerint, ex prolato α ſecundæ vniuerſalis [d] ſynodi capitulo declaratur, cum dicitur: [Si vero eccleſiaſticum [e] fuerit crimen, quod epiſcopo illatum extiterit; tunc probari oportet accuſantium perſonas, vt primo quidem hæreticis non licet accuſationes contra orthodoxos epiſcopos pro eccleſiaſticis negotijs facere.] Sed ne hos [f] hæreticos [g] eſſe denegetis, audite ſequentia; [Hæreticos autem (inquiunt) dicimus tam eos, qui olim ab eccleſia β [h] proiecti ſunt, quam qui poſt hæc a nobis anathematizati ſunt.] Porro, ſi adhuc nec ſic creditis, audite, quod ſubditur; [Præter hos autem (aiunt) & eos, qui fidem quidem ſanam ſimulant confiteri, ſchiſmaticos etiam γ, & eos, qui ſeorſum a communicantibus nobis epiſcopis collectas faciunt. Deinde vero, & ſi quidam ab eccleſia ſuper cauſis quibuſdam reprehenſi fuerunt, & proiecti, aut excommunicati, ſiue ex clero, ſiue ex laicali [i] ordine; nec his licere accuſare epiſcopum, antequam proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem & eos, qui ſub accuſatione priori conſiſtunt, non ante eſſe acceptabiles in accuſatione epiſcopi, aut aliorum clericorum, quam innoxios ſemet ipſos illatorum ſibi oſtenderint criminum.] Quid autem periculi regulæ huius immineat contemptoribus, non ignoratis.

a ¶Adhuc.] Ergo poſtea reſtituitur ad accuſationem, vt 6. q. 1. illi, & c. omnes 2. 32. q. 5. pceptum, in fin. quod eſt contra H. ſed ſecundum eum vacat hic arg. a contrario ſenſu.

b ¶Hiſtriones.] Infra de conſe. d. 2. pro dilectione.

c ¶Pagani.] 2. q. 7. pagani.

QVod autem.] CASVS. Ignatius Patriarcha Cõſtantinopoli. anathematizauit quoſdam ſubditos ſuos, qui eundem Ignatium poſtea accuſauerunt, ad quorum accuſationem depoſitus fuit. Sed Nicolaus probat, ꝙ anathematizati eu accuſare non potuerunt. Et hoc oſtẽdit auctoritate concilij Conſtantinopolitani, in quo ſtatuit, ꝙ hæretici a ſacramẽtis eiecti, anathematizati ſchiſmatici, & illi q ab alijs accuſantur, non poſſunt ẽpos accuſare. Et no. ꝙ qñq. ponuntur verba ſynodi, quandoq; verba Nicolai, vt per te videbis.

d ¶Vniuerſalis] Scilicet Conſtantinopolitanæ, vt ſup d. 16. ſancta. & 23. q. 4. ipſa pietas.

e ¶Si verò eccleſiaſticum] Vt ſimonia, hæreſis, vſura. 11. q. 1. ſi quis cũ clerico. immo oẽ crimen eſt eccleſiaſticum 1. vt ext de iud. nouit.

r dem not. ext. de of. or. c 1. in gl. canones, &c. & ext. de foro compet. cum ſit.

f ¶Sed ne hos.] Verba Nicolai.

g ¶Hæreticos.] Verba ſynodi.

h ¶Ab eccleſia.] .ſ. excommunicati. Nota ꝙ omnis excommunicatus dr̄ hæreticus, vt inf. 23. q. 4. ipſa pietas

i ¶Laicali.] Laici vero abſolutũ poſſunt clericos accuſar̄, ſed intellige de clericis depoſitis, quib. qñq. laica communio conceditur, vt 11. q. 3. Thiergandum.

SEcunda autem.] Hic intitulatur 2.q. & 3 Hæc quæſtio. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima determinat magiſter q. ſcilicet ſecundam & tertiam, & hoc per cap. ſeq. in prima parte cuius determinatur 3. quæſt. ſcilicet, quod nullus poteſt eſſe accuſator & teſtis. In ſecunda parte determinatur. 2.q. ſ. quod minor xiiij. ann. non poſſit eſſe teſtis. Secũda ibi, [Itẽ in criminali.] Tertia ibi, [Item lege Iulia.] Quarta ibi. [Itẽ qui falſo.] Io. de Fant.

CASVS Hic intitulatur 2. & 3. q. ſecunda q. eſt an intra annos xiiij poſſit aliquis teſtificari. Et reſpondetur quod non, vt inf. ea. l. Iulia poſt xiiij pōt in cauſa ciuili teſtificari, vt inf. ea. c. 1. ar. In criminali vero non admittitur niſi hēat xx. ann vt inf. ead. §. in teſtimoniũ. Tertia quæſtio eſt. an ille qui repellitur ab accuſatione, repellatur a teſtimonio. Et reſpōdetur quod ſic, vt inf. c. 1. fallit tamen in caſibus notatis in ſumma huius quæſt.

a ¶ Secunda autem.] Hic quærit, an ante xiiij. an aliqs ſit admittēdus ad teſtimonium. Et quidem in ciuili cã poſt xiiij. an. admittit. vt J. ea. c. 1. ſed in criminali nõ niſi xx. an. vt J. ea. in §. in teſtimoniũ. Io. Hoc tñ ſcias, quod puella poſt xij. an. in ciuili cã recipitur ad teſtimonium quia tũc tutela eſt finita, vt Inſt. quib. mo. tu. fin. circa med. præterea tunc nubere poteſt puella, vt ex. de deſp. imp. c. vlt. tũc ēt pōt intrare religionē: vt xx. q. 2 puella. Item poſt illã ætatem teſtamẽtum facere poteſt, vt ff q. teſt. fac. poſſ qua ætate, Ioã. Et agere cauſam matrimonij, vt extra de procu. tut. B.

Accuſare prohibitus an a teſtimonio repellatur.

b ¶ Tertia quæſtio.] Tertia q. eſt, an omnis qui repellitur ab accuſatione, repellatur a teſtimonio? Et dicendum eſt, quod ſic: ſed non in omnibus caſibus in quib. quis repellit̃ ab accuſatione, repellitur a teſtimonio. Nã in priuatis delictis non poteſt accuſare ille cuius nõ intereſt, tamen bene poteſt teſtificari ibi. Similiter qui admittitur ad accuſationem, admittitur & ad teſtimoniũ, ſed non vbicunque quis accuſat, poteſt teſtificari, vt extra de teſtib. de cætero. Fallit tñ prædicta regula in muliere: nam ſecundum legem mulier in paucis caſib. admittitur ad accuſationem, ſed in multis admittitur ad teſtimonium, non tamen in teſtamentis, vt 15. q. 3. de crimine 1. Item hæc regula, qui non admittitur ad accuſationem, nec ad teſtimonium, intelligenda eſt in teſtimonio in criminalibus cauſis. Sed in ciuilib. cauſis bene admittuntur teſtes, ſicut illi, qui ſunt irregulares, non ratione criminis. vt mutilati, bigami, vel alias irregulares, qui in criminalib. non teſtificantur contra clericos, ſed in ciuilibus bene. extra de teſtib. tam literis.

1 Iſta co[...] reſpicit p[...] mo dictu[...] ſed ſ illud [...] dictum [...] teſtimoni[...] Arch.

α ¶ [Ex prolato.] *Nicolaus hic citat canonem, qui apud Græcos eſt ſextus concilij primi* Conſtantinopolitani, *cuius canonis priorem partem paulo ſuperius in eadem epiſtola recitarat, & ſignificatur ſupra 3. q. 5. c. fin. Eo autem loco Nicolaus de iſto capitulo hæc verba addiderat.* Quod tamen non apud nos inuenitur, ſed apud vos haberi perhibetur. *Nam non modo hic canon, neque in verſione* Dionyſij *neque in priſca habetur, ſed de omnibus illius concilij canonibus hæc ſcribit* B. *Gregorius ad Eulogium, lib 6. epiſt. 3. 1.* Romana autem eccleſia eoſdem canones, vel geſta ſynodi illius, hactenus non habet, nec accipit. In hoc autem eandem ſynodum accepit, quod eſt per eam contra Macedonium definitum.

β ¶ [Olim ab eccleſia.] *Statuitur in hac parte canonis, perinde pro hæreticis habendos eſſe Macedonianos, & Eudoxianos qui in iſto primo* Conſtantinopolitano *concilio damnabantur, atque habendi erant Paulianiſtæ & Arriani, quos olim Nicæna ſynodus a catholica eccleſia abſciderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato hæc ſententia pronunciatur, quod putauit auctor gloſſæ.*

γ ¶ [Schiſmaticos etiam.] *Ita in epiſtola Nicolai, & apud Iuonem Græcè autem eſt,* πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ἀποσχίσαντας δὲ, καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις, *id eſt,* Præterea vero & illos, qui fidem quidem ſanam ſimulant confiteri, ſchiſma autem faciunt, & aduerſus regulares noſtros epiſcopos conuentum habent: *vt nihil mirandum ſit, iſtos etiam pro hæreticis cenſeri, quemadmodum & Balſamon interpretatur: Simulant enim illam tueri fidem, quã oppugnant.*

## QVAESTIO II. & III.

*SEcunda autem* [a], *& tertia quæſtio* [b] *eodem concilio Carthaginenſi ſeptimo, vno eodemque c. 4. terminantur.* & in Afri. c. 98. cap. l. 7. c. 101.

*Illud vero huiuſmodi.*

¶ Qui ab accuſatione repelluntur, aut ad annum xiiij. nondum peruenerint, teſtes eſſe non poſſunt.

C. I.

TEſtes autem ad teſtimonium non admittendos eſſe cenſemus, qui nec ad accuſationem [c] admitti præcepti ſunt, vel etiam, quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem [d] infra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantur.

Rabanus in pœ. c. 1. Burc. l 16. c. 10. Iuo p. 6 c. 364. Pann. l 4. c. 83.

TEſtes.] CASVS. Hic tria genera hominũ a teſtimonio repellunt̃. ſ. illi q ab accuſatione repellunt̃, & quos accuſator de domo ſua produxerit, & impuberes.

c ¶ Accuſationem.] Niſi in caſu, vt 15 q. 3. de crimine.

d ¶ Ad teſtimonium autem.] Intra xiiij. annos impubes non

non recipitur ad teſtimonium, et hic, & inſti. de teſt. §. teſtes. tamen quia talis ætas plena eſt periuriis, ut extra de deli pue. c. 1. & quia nec iurare cogitur. 22. q. 5. pueri & c. paruuli & c. honeſtum Nec obſtat. inf c. §. in teſtimonium. quia illud loquitur in criminalib. cauſis. Sed

hæredes. §. licet ſit. ar. contra extra de prob. in præſentia. ſed ibi forte ex cauſa omiſit iudex interrogare teſtem in fauorem religionis. Alij exponunt reum teſtimonium, id eſt, malum & teſtimonium & falſum. arg. ad hoc extra de elect. ſuper eod. & 2. q. 1. prohibentur. De hoc autem non eſt dubium quin in alia cauſa idẽ teſtis poſſit induci denuo cõtra eundem, ut extra de teſ. c. fraternitatis.

† al. Maticen.

[*Item ex concilio Maticenſi*†. *c.* 6.]

¶De eodem PALEA. C. II.

ext. de teſtibus. c. 1. Burc. l. 16. c. 15.

PLacuit ſancto conuentui, ut teſtes ad teſtimonium dicendũ pretio non conducantur, & vt quinq; optimi, & fideliores in teſtimonium aſſumantur: vt is, contra quẽ teſtimonium† ferre debent, nullam eis poſſit afferre † calumniam; & ut nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus.

† al. teſtimoniare.
† al. inferre infamiam.

2 *Item in criminali*[a] *cauſa.*

tit. 5. l. produci.

¶*Produci teſtis non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit.*] *Sicut in* 22. *lib ff. titu. de teſtibus, lege* 23. *inuenitur.*

*Item titulo eod. l. ob carmen. §. ſi teſtes.*

PRODVCI. Caſus iſte dupliciter poni conſueuit. Vno modo ſic. Aliquis contra aliquẽ reum, id eſt falſum teſtimonium dixit. poſtea in alia cauſa producebatur contra eum, quærebatur an recipi debeat? Et reſpondetur, quod non. Alio modo ſic. Aliquis fuit indutus in teſtimonium contra aliquẽ in aliqua cauſa, modo quæritur, an poſſit in alia cauſa induci contra eũ? Et reſpõdetur, ꝙ nõ, cũ videat ex odio toties teſtificari contra eum, & forte prima poſitio uerior eſt.

C. III.

† al. omnia.
† abeſt ab or.

SI teſtes omnes eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his cõcurrat, ſequenda ſunt omnino † teſtimonia. Si vero ex his quidam [ eorum[h] † aliud dixerint ( licet in

Sed obiicitur, melius elicitur veritas a pueris, quàm à ſenioribus, ſecundum Salomonem. Item impubes ferula ceditur pro veritate dicenda. ff. ad Syl. l. 1. §. impuber. & ab impubere ſumitur initium quæſtionis, ſicut à timido, vt. ff. de q. vnius. in princ. & impubes non iurat. ff. de libe. cau. l. vlt. in fi Rñ ideo non iurat, quia non poteſt peierare, ut ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. & quia hæc ætas neſcit quid agat. C. de fal. mo. l. 1. & obtinent prædicta in contrarium allegata in exceptis criminib. & in nece occiſi domini, & in crimine læſæ maieſtatis. argu. 6. q. 1. §. ſi quis cum.

IN CRIMINALI. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua ponit quatuor leges, in quibus probatur quæ ſint attendenda in teſtibus, & hoc uſque ad illam Item l. Iulia. Ioan. de Fant

CASVS. Hæc ſunt uerba Gratiani. quæ autem ſequuntur, ſunt uerba legis.

Teſtis qui ſemel contra aliquem depoſuit an iterũ contra eundem teſtificari poſſit.

a¶In criminali.] Hoc uerbum non eſt in lege. ff. de teſti. produc. Quidam ſic intelligunt legem iſtam, quod ſi aliquis teſtis inductus eſt ſemel contra aliquem, amodo ille teſtis, nec in illa cauſa, nec in alia poteſt eſſe teſtis contra illum uidetur enim eſſe ſuſpectus, & eum odio habere qui toties vult contra ipſum teſtificari: & hoc intelligunt in criminali cauſa. ſic & Gratianus intelligit, & eſt ar adhoc extra de ar. ad hæc ſi in una. Sed tu dicas, quamdiu atteſtationes clauſæ ſunt, etiam in eadem cauſa, & ijdem alijque teſtes denuo poſſunt induci 1, vt ex. de teſti. cum cauſam. in fi. & C. de teſti. l. vlt ſed poſt publicatas atteſtationes non poſſunt induci, vel ijdem, vel alij ſuper eadem cauſa, & in eodem articulo, niſi id quod ego primo probaui in modum exceptionis, modo velim probare directè, ut extra eo. cap. veniens 2. tunc autem ante publicationem teſtium poſſum eundem iterum teſtem inducere, ſi forte primo non habuit omnia in memoria, ut in auth. eo. tit. §. quoniam uero multi. ff de quæſt. repeti. Item idem teſtis poteſt redire, & errorẽ ſuum corrigere, vt extra de teſt. cog. præterea. & 15 q. 6. de parentela, ibi diſcordaſſe. Item ſi teſtis al quid obſcure dixit 2 poteſt ab eo etiam poſt publicationem quæri interpretatio, ut ff. de teſt.

1 Hoc eſt propter timorem ſub ordinationis Archi. Videas q̃ ut inf. ea. partibus. in ...o. 1.

SI teſtes.] CASVS. Inducti fuerunt teſtes in cauſa aliqua, quærebatur quorum teſtimonia iudex deberet ſequi, & reſpondet Iuriſconſultus, ſi omnes ſint bonæ famæ & ſine ſuſpicione, iudex debet ſequi dicta omniũ, ſi omnes concordant, & dicunt naturæ negocij competentia. Si autem diſcordant, licet in pari numero; tamẽ iudex debet ſequi eos, qui ueriſimiliorã, & aptiora negotio dicunt: & qui ſunt ſine omni ſuſpicione, licet ſint pauciores aliis: quia non eſt ſemper ad multitudinem recurrendum; ſed ad eos, q ſincera teſtimonia dicũt. Et põt hoc intelligi de teſtib. vnius partis tm̃, & de teſtibus utriuſque partis. Et quidquid hic dicatur p Ben. uel alios, Ego Barth. Brix. hũc caſum uerum eſſe credo.

b¶Eorum.] Circa contrarietatem teſtium plene diſtinguas. ſi unus teſtis contradicat ſibi expreſſe, teſtimoniũ eius non ualet. vt 3. quæſt. 9. pura 23. quæſt. 7. quod autem extra de app. ſolicitudinem. C. de lib. cau cum precum niſi hoc fecerit corrigendo ſe, & incontinenti, extra de teſti cog. præterea. Idem uidetur ſi quis teſtis pro parte inueniatur falſus, ꝙ tunc in nullo valet teſtimonium eius, ut ſup diſt. 9 ſi ad ſcripturas infra ead. item. qui falſo. Si vero Vnus teſtis contradicit pluribus, talis contrarietas non obſtat: quia teſtimonium unius, nec iuſtificat, nec condemnat, vt 33. quæſt. 2. admonere 3. niſi contradicat pluribus teſtibus cum quibus ipſe ſcriptus eſt in aliquo inſtrumento. ff quemad. teſt. ape. l. 1. in fin. Si uero plures teſtes contradicunt pluribus, diſtinguunt quidam, quia aut contradicunt teſtibus. ex eadem parte productis. aut ex aduerſa Si ex eadem parte productis contradicant, nullius teſtimonium valet, ut 3. quæſt 9. nihilominus. & videtur hoc expreſſum extra de proba licet ſicut cum diuerſæ ſcripturæ ex eadem parte producuntur; quæ ſibi contrariæ ſunt, ex illis nulla ualet, ut C. de fi. inſtru. ſcripturæ. & extra de fide inſtrumen. imputari. Sed ſi contradicunt teſtibus aduerſæ partis, tunc præualet teſtimonium plurium teſtimonio paucorum; niſi illi pauciores meliores ſint, uel magis veriſimiliter loquantur, ut hic dicitur. Hanc diſtinctionem non approbo, licet enim teſtes unius partis ſibi contradicant, non dico, quod in hoc caſu teſtimonia

Teſtium depoſitiones contrariæ an fidem faciant.

3 Extra de teſt. cap. veniens 1. & ca licet 1. de hoc 3. q. 4. in princip. Arch.



Digitized by Google

omnium ſuccumbant, licet ita ſit in inſtrumentis, quia inſtrumenta ſua poteſt quis præuidere, an ſibi contradicant. vnde imputet ſibi ſi contraria inſtrumenta exhibet ſed in teſtib neſcit quid dicturi ſint. Dicas ergo, quod ſi teſtes contradicant teſtibus, ſiue ex eadem, ſiue ex altera parte pro ductis. primo concordabit iudex contrarietatem illam ſi poteſt, vt extra de teſt. cum tu ſili. inf. de pœn. diſtin. 1. periculoſe extra de ver. ſign. nihil obſtat. 11. quæſt. 3. anteceſſor. Idem poteſt dici de contrarijs inſtrumētis, vt extra de conſue. cum dilectus. niſi manifeſta ſit contrarietas, vt 3. quæſt. 9. nihilominus. 35. quæſt. 6. de parentela Vbi ergo teſtes contrarij ſunt, nec poſſunt concordari, ſemper teſtimonium plurium præualebit, niſi ex altera parte ſit tanta dignitas, vt merito debeat præiudicare numero, vt extra eodem, in noſtra, vel niſi pauciores veriſimiliora loquantur, vt hic: vel niſi per pauciores teſtes plura probentur, quàm per plures. Verbi gratia. Plures teſtes probant me poſſediſſe rem aliquam per xl. annos: pauciores probant eandem rem te poſſediſſe per xl. annos, & præterea probant titulum poſſidendi: tunc dicerem præualere teſtimonium paucorum, vt extra de proba. licet. Et hæc vera ſunt vbi teſtes de eodem tempore inducti ſunt. Si uero teſtes alterius partis inducuntur contra teſtes alterius partis, ut ſi mei teſtes probaſſent me contraxiſſe cum aliquo in aliquo loco, & tu induceres teſtes ad probandū, ꝙ ego non fuiſſem tunc temporis in illo loco, hic poſſet uideri, ꝙ ſecundis teſtibus potius eſſet credendum quam primis, ut extra eod. ex tenore & c. ſeries extra de excep. denique. Sed hoc non credo, immo credo in tali caſu, ꝙ ſi ſecundi debent reprobare dicta priorum, ꝙ etiam plures debeant eſſe teſtes, & longè melioris famæ, ut C. de contrah. ſtip. optimam hoc ideo, quia præſumitur magis ſubornatio poſt publicatas atteſtationes, quam ante. Si autem teſtes ex omni parte ſunt pares, & in numero, & in dignitate: tunc fertur ſententia pro reo, ut extra de proba. ex literis. extra de fide inſtru. inter dilectos. in fin. Ioan. niſi in matrimonio, & in cauſa liberali, & pro teſtamento, & in dote, vt extra de ſenten. & re iudi c. vlt. B. ſi autem neuter poſſidet, ſed vterque rem ab aliquo extraneo petit; tunc ſi teſtes utriuſque partis ſunt pares res diuidatur ſi poteſt, ut extra de præſump. afferte Si eſt res indiuidua, poteſt iudex gratificari & dare cui vult. extra de paro. cap. primo, vel res ſorte diuidatur, ut 26. q. 2. cap. ſors. Si uero teſtes contradicant inſtrumento, aut contradicunt inſtrumento proprio, aut extraneo. Si proprio, ſcilicet in quo ſunt ſcripti præualent teſtes inſtrumento, extra de probatio. tertio. extra de condi. appo per tuas. ff. quemadmo. teſtamen. aper. l. prima, in Authen. de fide inſtrumen §. ſi uero. colla 6. Si uero contradicant alij inſtrumento, in quo non ſunt ſcripti, dixerunt quidam, quod ſemper præiudicat vna uox mortuæ, ut in Authen. de fide inſtrumen. § ſi uero. collat. 6. Alij dicunt, quòd ſi factum eſt remotum ab hominum memoria, potius creditur inſtrumentis, quàm teſtibus. ſed ſi factum eſt recens, potius creditur teſtibus quàm inſtrumentis, tum ideo quia memoria hominum, quandoque non habetur ultra annum, vt ff. de probat. ſi arbiter. tum ideo quia teſtes conſueuerunt fidem ſuam variare ex tractu temporis, ff. de Car. edict. l. tertia, §. duæ. ff. de damno infect. l. qui bona. § vltimo. Ego credo quòd contra quodlibet inſtrumentum admittuntur teſtes, quantumcunque ſit publicum, vt extra de præſcrip ad audientiam C. d e p. batio. cum de præcibus non tamen concedo, quòd teſtimonium duorum vel trium præualeat inſtrumento. nam cum inſtrumentum obtineat vicem duorum teſtium, & præterea tabellio æquipolleat, vel maior eſt vno teſte, oportet quod ad minus per quatuor teſtes reprobetur inſtrumentum, ut extra de fide inſtrumen. cum Ioannes. fallit tamen hoc in duobus caſibus, ubi videtur, quod contra inſtrumentum non admittuntur teſtes 1. ſicut contra inuentarium publicè confectum non admittuntur teſtes, vt C. arbitrium tute. l. vlti. & in confeſſione, quæ fit à muliere in inſtrumento, in quo confitetur ſe recepiſſe pecuniam pro interceſſione, vt C. ad Velleia. antiqua. quædam tamen ſunt quæ melius probantur per inſtrumentum, quàm per teſtes, ut ſententia lata, & arbitrium & commiſſio facta iudicibus. 97. diſtin. nobiliſſimus extra de offi. delega. cum in iure.

ni pari[a] †numero credend quidem eſt, ſed quod naturæ negocij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ ſuſpicione caret: confirmabitq; iudex motum animi ſui ex argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit. Non enim ad multitudinem[b] reſpici oportet; ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia, quibus potius lux ueritatis aſſiſtit. *Item lege 2. ff. eo.* ¶In teſtibus † fides, dignitas[c], mores, grauitas examinanda[d] eſt: & ideo teſtes, qui aduerſus fidem teſtationis ſuæ uacillant[e], audiendi non ſunt. *Item lege 3.* ¶ Teſtium fides diligenter examinanda eſt: ideoque in perſona eorum exploranda[f] erunt in primis conditio

†al. impari.] orig.

†teſtimonijs.] orig.

Snīa ꝑ reo ferenda ē data paritate ꝓbationum in ſi. in quatuor caſib.

Teſtes ſi cōtradicunt inſtrumento, quid iuris.

a ¶ Impari.] Ideſt, quod tot ſunt ex una parte, quot ex alia. Vel dic impari, ut ſit una pars, quod plus valet.

b ¶ Ad multitudinem.] Arg. pro paucitate contra multitudinem 2, ut 31. di. Nicæna. 24. q. 1. odi. ff. de pact. maiorem. nam maior pars eſt, quæ maiori nititur ratione, vt 40 diſt. multi in fi.

IN TESTIBVS. CASVS. Dicitur hic, ꝙ in teſtibus quatuor ſunt conſideranda, ſcilicet fides, dignitas, mores, & grauitas & ideo ſi qui eorum in dictis ſuis uacillant, non valent.

c ¶ Dignitas.] Videtur ergo, ꝙ ſemper præualet teſtimonium eorum qui ſunt in dignitate conſtituti 3. ut hic, & 97. diſt. nobiliſſimus. & 40. diſt. c. 1. & 11. q. 3. abſit. & ff. de fide inſtr l. vlt. Sed contra, non eſt, quærendū quis uel qualis dicat, ſed quid dicat, ut 19. diſt. ſecundum & 3. q. 9. c. ul. & 2. q. 7. quæritur & 6. q. 2. placuit. Sol. ſemper præſumitur pro multitudine contra dignitatem 4. niſi ex altera parte tanta ſit dignitas, vt merito poſſit præpondetare, ut extra eo. in noſtra. ſed in electione etiam præiudicat numerus dignitati extra de elect. dudum 1. 5. ſed hoc ideo, quia inter multos præſumendum eſt aliquos eſſe idoneos, ut 61. diſt. nullus.

d ¶ Examinanda.] Ideſt, inquirenda.

e ¶ Vacillant.] Dubitando talis tenetur crimine falſi. ff. de fal. eos qui. & eſt ſi. 3. q. 9. pura. & ff. de quæſtio. de minore in fi. & l. ex libero. in princ. & extra de accu. ſuper extra ut eccle benefi. vt noſtrum.

TESTIVM CASVS. Dicitur in hac lege ꝙ nouem ſunt, in quibus iudex debet teſtem examinare, & demum ſi teſtis careat ſuſpicione, vel propter perſonam: à qua profertur, vel propter cauſam quia gratia, uel lucro uel odio non corrumperetur, recipiendus eſt. Perſonam ſuſpectam, ſecundum ſe. cauſam, quæ in rebus & perſonis conſiſtit ſecundum ibid.

f ¶ Exploranda.] A iudice, vt 2. q. 7. quærendum. 30. q. 5. iudicantem.

Teſtes c… tra q… bet inſ… ment… mitti…

1 Hoc eſt … nimiā ip… ſolemnita… ſm Gof.

2 Ad hoc … cit qd le… no. 21 di… tales. Ar…

3 Adde hoc gl. in … ſeimus in … in ver. g… gotiatem… Authen teſt. coll… & in l. 3. cod. titu.

4 Dignita… hoc ſalt… ſm Hoſt. Pan Fel. c. in noſt… de teſtib.

5 Dicit… eo ti. tu… lix 2. & l… eo tit. in… cilio Gr… quī. Ar…

a ¶ Quis

a ¶Quis decurio.] Arg. ꝙ teſtimonium nobilis præua-let.arg 41.d.non cogantur.ſimiliter electio, vt in Auth. de defen.ciui.§.1.coll.3.& argum. extra de app.conſtitutus.

Diues aut pauper fieri nemo appetat.

b ¶Locuples.] In Salomone legitur: Diuitias & paupertates

l ¶Feceritve.] Et ſufficit ſi quandoque fecit, vt ff de ritu nup.palam.

LEGE IVLIA. CASVS. Hic nouem ſpecies hominum continentur. contra quos quis inuitus teſtificari non compellitur, ſcilicet contra ſocerum,&c.vt ibi dicitur.

cuiuſque, vtrum quis decurio [a], an plebeius ſit,& an honeſtæ,& inculpatæ vitæ,an verò quis notatus,& reprehē-ſibilis,an locuples [b],vel egens ſit [c],vt lucri cauſa quid facile admittat,vel an ei inimicus [d] ſit,aduerſus quem teſtimonium fert,vel amicus ei pro quo teſtimonium ſtat. Nā ſi careat ſuſpitione teſtimonium,vel propter perſonam,a qua fertur,quòd honeſta ſit,vel propter cauſam,quòd neque lucri,neque gratiæ,neq; inimicitiæ cauſa fiat,admittendum eſt. *Item eadem lege paulo inferius.*

3 ¶Lege Iulia [e] de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceat ei,qui ſe ab eo [f],parenteve eius liberauerit [g], quive impubes erit, quiq; iudicio publico [h] damnatus erit, qui eorum in integrum reſtitutus nō erit, quive in vinculis [i], cuſtodiave [k] publica erit, quive ad beſtias,vt depugnet,ſe locauerit,quæve palam quæſtum faciat, feceritve [l], quiveob teſtimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus erit. *Item l.* 4. ¶Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur,ne inuito [m] denuncietur,vt teſtimonium litis dicat aduerſus ſocerum,generum,vitricum, priuignum,ſobrinum, ſobrinam, ſobrinave natum. eosve, qui priore gradu ſint. ¶Item, ne liberto ipſius [n], liberorumve eius [o], parentum viri, vxorisve. ¶Item †, vt nec patroni [p], patronæve aduerſus libertos, neque liberti aduerſus patronum cogantur teſtimonium dicere.¶Cum † autem excipitur, ne gener, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogatur, generi appellatione ſponſum filiæ quoque contineri placet. ¶Item ſoceri, ſponſæ patrem. *Item lege* 6. ¶Idonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari [q] poteſt, vt teſtes fiant. *Item lege ſeptima.* ¶ Serui [r] reſponſo tunc credendum eſt, cum alia [s]

† Et ] orig. Ibidem ex l.5.

† In legibus quib. excipitur, &c.] orig.

m ¶Ne inuito.] Volēs ergo admittitur. vt ſup prox.q.c.1.

NE LIBERTO. CASVS. Repete ſemper per ſingulos gradus hæc verba cum hoc datiuo liberto. Item hac lege cauetur, ne denuncietur liberto ipſius, ſcilicet patroni accuſati, vel liberto liberorū eius,ſcilicet rei accuſati, vel liberto viri eius, ſcilicet vxoris. quæ accuſatur dicere teſtimonium contra eum, vel liberto vxoris, eius ſcilicet viri qui accuſatur, dicere teſtimonium cōtra eam, & ita ſuppleas ſemper in ſupradictis omnibus. Item cauetur hac lege ne denuncietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus patronam accuſatam,vel cōtra. Item cauetur hac lege ne denuncietur liberto patroni dicere teſtimonium aduerſus cō libertos ſuos. Idē dices de liberto patronæ. Hęc autem varijs modis exponuntur pro varietate doctorū & hanc legem intelligūt doctores in cauſa criminali tm̄,

Libertus cōtra patronū non teſtificatur.

tates ne dederis mihi, ne repletur mendax fiam: & ne pauper peterem nomen domini. ſic 2.q.1.prohibētur. ſi tamen alias caret ſuſpicione, bene admittitur, vt inſt. de ſuſpec tuto.§ vlt.

c ¶Sit.] Supple talis vt,&c.

d ¶Inimicus.] Capitalis, vt ext. de ſimo.per tuas.& de hoc notaui ſup.3.q.5.c.2.

e ¶Lege Iulia ] Hic incipit tertia pars huius quæſtionis,quæ protenditur vſque ad l inf eo.qui falſo.in qua ponuntur certæ perſonæ, quæ non coguntur dicere teſtimonium inuitæ, & quædam, quæ accuſare non poſſunt. lo.de Fant.

CASVS. Hic continentur ſeptem genera perſonarum, quæ a teſtimonio repelluntur, quæ in ipſa litera ſi volueris enumerabis.

f ¶Ab eo.] Scilicet reo.

g ¶Liberauerit.] 12.q.2. epiſcopus,qui mancipium.

h ¶Publico ] Secundum canonem,idem eſt de priuato.ext eod.ſuper eo 1.

Hoc tamē intellige ſm̄ eo.ti.teſtimonium. lo.de Fant.

i ¶In vinculis.] Pro crimine,ꝙ per ſnīam infamaret,vt C.de infa l.1.ext.de accuſ.ſuper his. alias nomine vinculorum priuata vincula intelliguntur.ff. de ver.ſig.vinculorum. Hic patet,ꝙ ſm̄ leges repellitur criminoſus, etiam ſi nondum in eum ſit lata ſentētia.& in ſi.idem innuitur vbi dicit,indicatus,&c.

k ¶Cuſtodiave ] Donec ſit purgatus.

excepto eo, ꝙ libertus contra patronum non admittatur in cauſa ciuili.Sed Huguitio& Orthophagicnſis intelligunt eam in ciuili & in criminali.Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ibi,[inuiti.

n ¶Ipſius.] Accuſati.

o ¶Eius ] Scilicet accuſati,vel liberto ſupple parentem rei hic vult dicere, ꝙ libertus alicuius non poteſt ferre teſtimonium contra ipſum, nec libertus filiorum ſuorum.nec libertus parentum ſuorum. nec libertus vxoris ſuæ Et repete hanc dictionem liberto,cum quolibet genitiuo.

p ¶Nec patroni ]Genitiui caſus,& eſt ſenſus:Ne denūcietur liberto patroni eius,vel liberto,ſcilicet accuſati, vel rei,vel liberto,ſcilicet patronæ eius ſcilicet rei,vt dicat teſtimonium aduerſus eum,ſcilicet reū,ideſt, vnus libertus aduerſus conlibertum ſuum eiuſdem patroni non cogitur teſtari.vel melius patronum,vel patronam hic vocat eum,qui eſt patronus alicuius liberti, & tamen idem eſt alterius libertus, & ſic eſt patronus & libertus.

q ¶Imperari.] Fallit hoc in matrimonio,vt extra.qui matrim.accu poſſ vt,in ſi ergo vxor non erit teſtis pro marito quia ei ſubiecta eſt, 33.q vlt mulierem.

r ¶Serui.] ff. de prob. cum probatio.

ſ ¶Cum alia ] ſi 14 q.2.c. vlt C.de hæret l vlt ſic propter defectum admittuntur minus boni,vt 55 diſt.c.1.

probatio [a] ad eruendam veritatem nō eſt. *Item lege octaua.* ¶Inuiti teſtimonium dicere non coguntur ſenes [b], valetudinarij, vel milites, vel illi, qui cum magiſtratu reipu. cauſa abſunt, vel quibus venire non licet [c]. *Item lege decimanona.* ¶Publicani [d] etiam teſtimonium non dicūt inuiti. ¶Item is, qui nō detrectandi [e] teſtimonij cauſa abierit. ¶Item is, qui exercitui præbenda † [f] conduxerit. Sed nec pupillis teſtimonium denunciari poteſt. *Item l. 20.* ¶In teſtimonium accuſator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus [g] erit, aut qui minor viginti annis erit. ¶*Item l. 21.* ¶Ob carmē famoſum [h] damnatus, inteſtabilis ſit. *Item.* ¶Si res exigat, non tantum priuati, ſed etiā magiſtratus [i], ſi in præſenti ſint, teſtimonium dicant. Prætor quoque teſtimonium dare debet in iudicio adulterij cauſa. Si autem ea rei conditio [k] ſit, vt arenarium [l] teſtem, vel ſimilem perſonam admittere cogamur, ſine tormentis [m] teſtimonio eius credendum non eſt. *Item l. 24.* ¶Teſtes eos, quos accuſator de domo produxit, interrogari non placuit. *Item l. 25.* ¶Patroni [n] quoque in cauſa, cui patrocinium [o] præſtiterunt, teſtimonium non dicant; quod & in executoribus [p] negotiorum obſeruandum eſt. *Item l. 16. 4.* ¶Qui falſo † vel varie [q] teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt [r], a iudicib. competenter puniantur. *Item l. 17.* ¶Pater & filius, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique in eodem teſtamento, vel eodem negotio fieri poſſunt; quoniā nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi. *Item l. 15.*

l inuiti 2.] Mutata eſt enim verborum ſeries.

†*quiquid exercitus præbendum conduxerit*] orig.

Ibidem, ſed paulo aliter.

† *al falſa, vel varia*] orig.

L. Repetundarū.

Præſumptio præcedat tormenta.

a ¶Probatio.] Plena. nam præſumptio aliqua dēt præcedere. non enim a tormentis eſt incipiendum, vt ext. de reg. iur. cum in contemplatione. & intellige cum de ſuo facto interrogatur ſeruus, vt inf ea. ſerui, & illud dicitur reſponſum, non teſtimonium, nec creditur ei tunc ſine tormentis, vt 5. q. 5. illi qui.

INVITI. CASVS. Hic ponuntur nouē ſpecies hominum q ad teſtimonium dicendum cōpelli nō debent, inter quos eſt ille, qui abeſt nō cauſa detrectandi teſtimonij, & qui conducit annonam exercitui, & etiam pupillus qui teſtis eſſe nō poteſt.

b ¶Senes.] Maiores lxx. an ff de exc tut l. 2. in prin. ſed ad domum eorum eſt mittendum extra eod. ſi qui teſtium.

c ¶Non licet.] Propter turpitudinem: quibus interdictum eſt certo loco.

d ¶Publicani.] id eſt, telonarij.

e ¶Non detractandi] i. euitandi, vt ille, qui eſt in aliena prouincia, vt ext. de fideiuſſori. conſtitutus. & C. de fi. inſtr. iudices. nam ad tales eſt mittēdum. Vel intellige quando iam per 15. dies fuerunt coram iudice, tūc. n. licite recedunt, vt C. de teſt. ſi quando.

f ¶Præbenda cōduxerit.] Vehenda.

dam, ideſt appatitores. Sed partibus volentibus teſtes admitti poſſunt, vt in authen. de teſtib. §. quoniam vero. Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad legem. Hermaphroditus.

n ¶Patroni.] Qui non poſſunt ſimul eſſe teſtes iuris & facti, vt C. de aſſeſſo. l. nemo. poſſunt tamen teſtificari de tranſactione facta pro cauſa ſua. extra de tranſac. ex literis 2.

o ¶Patrocinium.] De hoc dixi 2. q. 6. ſtatuendum.

p ¶In executionibus.] Ideſt procuratoribus & curatoribus.

p ¶In executoribus.] Sed non executor iudicis poteſt eſſe teſtis? quare enim deſtinaretur a iudice, ſi non crederetur dicto ſuo, nam & nuntio creditur 3, vt extra de app. cum parati, ff de reb. eorum, qui ſub. tu. l. magis. §. illud & 65. d. c. pen. in fi. nec de illorum actibus dubitandum eſt, qui ad officium tale admittuntur, vt 94. d. valde, ff de off. prætor. l. 1. qualiter enim probaret quis ſe non citatum, vt extra de elect. bonæ? Reſpondeo: creditur eis donec probetur contrarium, ſaltem per ſuum iuramentum, arg. 12. diſt. propoſuiſti. ff. de cuſt. & exhib. re. l. diuus.

2 Adde hanc gla[illegible] not. Bart. l. deterre. [illegible] ijdem de[illegible] uerunt. ff. [illegible] iure fiſ.

3 Idem [illegible] 12. d. prop[illegible] ſuiſti, in[illegible] ex hoc. A[illegible]

IN TESTIMONIVM. CASVS. Ego accuſabam aliquem, & contra ipſum, inducebam condemnatum in publico iudicio ad teſtimonium, quærebatur an poſſim? Et reſpondetur, quòd non neque: minorem xx. ann, poſſum contra eum inducere. In ſequ. lege dicitur, quod condemnatus in famoſo crimine eſt inteſtabilis, ideſt, nec teſtis eſſe poteſt, nec facere teſtamentum.

g ¶Reus.] ideſt, accuſatus ſ. 81. d. tantis.

h ¶Ob carmen famoſum] ff. de iniur. lex Cornelia. nec ipſe poteſt eſſe teſtis, nec teſtamentum facere: nec aliter pro ipſo eſt teſtis in teſtamento ff qui teſt. fac. poſ. cum lege.

SI RES. CASVS. Dicitur in hac lege, q; ſi res exegerit: non ſolum priuati, ſed etiam magiſtratus poſſunt teſtificari. Prætor etiam in cauſa adulterij teſtificari poteſt. Si autem ea ſit conditio cauſæ, vt turpis perſona ſit inducenda in teſtem, vt puta in excepto crimine, ei nō creditur ſine tormentis.

i ¶Magiſtratus.] Qualiter iudex poſſit eſſe teſtis, dixi ſup. 2 q. 6 ſtatuendum 1.

1 Alias incipit, ſtatutū.

K ¶Conditio.] Scilicet in exceptis criminibus.

l ¶Arenarium.] Qui pugnauit in arena, vel in loco tali.

m ¶Sine tormentis] 5. q. 5. illi qui.

TESTES. CASVS. Tria genera perſonarum enumerantur hic, qui a teſtimonio repelluntur: ſcilicet domeſtici, aduocati, & iudices in cauſis in quibus fuerant aduocati & iudices. Vel intellige executores ſm quoſ-

QVI FALSO. Hæc eſt 4. pars quæſt. in qua ponit quaſdam leges, quibus probatur quales teſtes faciunt fidem & quales non. Io. de Fant.

q ¶Varie.] Si extra, vt eccl. benefi. vt noſtrum. extra de conceſ. præb. poſt electionem.

r ¶Prodiderunt.] Dicta.

HERMAPHRODITVS. Quæſitum fuit verū hermaphroditus, ideſt, qui habet ſexum maris & fœminæ, poſſit eſſe teſtis in teſtamento? & reſpondetur, quòd ſi magis appetit ea quæ viri ſunt, poteſt, alias non. Quæ autem ſequuntur, plana ſunt vſque ibi. [In teſtibus.

Hermaph[illegible] ditus an [illegible] ſit eſſe[illegible] in teſta[illegible] virum pō[illegible] ordina[illegible]

a ¶Ad

†teſtamentum.] orig.

¶ Hermaphroditus an ad teſtimonium † [a] adhiberi poſſit, qualitas incaleſcẽtis ſexus oſtendit. *Item l.9.* ¶ Teſtis idoneus pater filio [b], aut filius patri non eſt. *Item l. 10.* ¶Nullus idoneus teſtis in re ſua [c] intelligitur. *Item l.11.* ¶Ad fidem [d] rei geſtæ faciendam etiam non rogatus teſtis intelligitur †. *Item 12.* ¶ Vbi numerus teſtium non adijcitur, etiam duo [e] ſufficient. Pluralis etiam locutio duorum numero contenta eſt. *Item l.3.* ¶In teſtibus cõſiderandum eſt, qui ſimpliciter [f] viſi ſunt dicere, vtrum vnum, eundemque, & præmeditatum ſermonem attulerint, an ad ea, quę interrogantur, ex tempore [g] veriſimilia reſponderint [h]. *Item paulo inferius.* ¶Sępe [i] ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehẽditur; alias numerus teſtiũ, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti cõſentiens fama [k] confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Non ergo ad vnam probationis [l] ſpeciem cognitionem ſtatim iudex alligare debet; ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare †, quid aut credat, aut parum ſibi probatũ opponetur. *Item paulo inferius.* ¶Alia [m] eſt auctoritas pręſentium teſtiũ, alia [n] teſtimoniorũ, quæ recitari ſolent *Item codicis lib.4. tit. de teſtibus, l.1.* ¶Soli † teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt; niſi inſtrumentis [o], &

†al. admittitur. L. teſtium §. tu magis, ſed paulo aliter.

†al. æſtimare.

Tit. 20.

a ¶ Ad teſtimonium.] Scilicet in teſtamento, vbi mulier non poteſt eſſe teſtis ſecundum legem, vt inſtit. de teſta. §. teſtes in iudicio autem eſſe poteſt. 15. quæſt. 3. de crimine. Sed quid ſi in oĩbus eſt parilitas. Item nunquid talis poteſt ordinari. Item an contrahet cum viro, an cum

an cum muliere: & ſi prius cum viro contraxit, an poſſit eo mortuo cum muliere contrahere? Io. ſed certè in omnibus his reſpici debet ſexus. qui magis incaleſcit de monſtro poſſunt fieri monſtruoſæ quæſtiones. Hu.

b ¶ Filio.] ff. de prob. etiam contra vbi dicitur, ꝙ mater poteſt teſtificari pro filio: ſed illud intellige qđ poteſt pro ætate, uel etiam pro cognatione filij teſtificari. Item pater teſtificatur pro filio in cauſa religionis, 20. q. 3. præſens.

b ¶ Filio.] Siue emancipato, uel non in caſtrenſi autem peculio ſi filius ante miſſionem r teſtamentum fecerit, pr pôt teſtis ei adhiberi, ff de teſta. qui teſtamento ſed poſtquam miſſus eſt, non inſti. de teſta. §. in teſtibus.

c ¶ Sua.] Scilicet propria. item nec in communi: quia quod commune eſt, utriuſque eſt ff. de ritu nup. illud niſi indirectè, ut in teſtamento: ubi quilibet legatariorum teſtis eſt. inſti. de teſta. §. legatarijs.

c ¶ Sua.] Contra. inf. 14. q. 2. ſuper. ſed illa non eſt ſua, ut 12. q. 2. §. qui manumittitur. Res enim ſua eſt: cuius commodum uel emolumentum ſpectat ad aliquem ſuo nomine, ut 2. q. 6. biduum in uer. palam. Sed contra ff. finium reg. l. pen. ubi uenditor poteſt eſſe teſtis pro emptore.

d ¶ Ad fidem.] Niſi in caſibus notatis ſu. 3. q. 9. ſi debitũ.

e ¶ Duo.] Si. de conſe. diſt. 1 hoc quoque. ſi ff. de manu. teſt. libertas § ult arg. contra. ff. de opt. leg l. i.

IN TESTIBVS CASVS. In teſtibus. iudex debet conſiderare utrum ſine fraude teſtimonium dicant: uel utrũ uideatur meditatus ſermo quem proferunt: & utrum ex tempore ueriſimilia reſpondeant ſ. quia dixerunt de nocte, & non eſt ueriſimile ꝙ factum ſit de nocte, uel ex tempore ideſt, ſtatim reſpondeant, ideſt, ſine deliberatione: quibus tanta fides non adhibetur.

f ¶ Simpliciter.] Ideſt, ſine adiectione cauſæ uel ſimpliciter, ideſt, non obſcure, ut 3. q. 9. pura. ſic ſu. diſt. 4. erit. 23. diſt qui epiſcopus. nam obſcurus teſtis eſt ſuſpectus. ut ff. de iu. fiſ. non intelligitur. & obſcure dictum pro non dicto habetur, ut extra de prob. in præſentia ff. de interro. act. de ætate arg. extra de accu. cum dilecti. & obſcurè ſcriptum pro non ſcripto habetur. vt ff. de ijs quæ pro non ſcrip ha. l. 2.

g ¶ Ex tempore.] Ergo videtur, ꝙ teſtes ſunt interrogandi de tempore. vt extra eod. tit. cum cauſam. 3. q. 9. nihilominus. ſed nõ eſt verũ, vt ff. de ꝓb. ſi arbiter. 2. q. vlt. libellorum. niſi teſtes eſſent ſuſpecti. tunc .n. poſſet q̃ri de qualitate temporis & teſtium: & quocunque modo poſſet iudex inueſtigare veritatẽ. vt C. de eden. is apud quem. 30. q. 5. iudicãtem. Vel ex tempore ideſt, ex mora: quia prius cogitabit qualiter reſpondeat, vt 50. diſtinct ponderet. nam teſtimoniũ repentinum non valet, vt 5. q. 5. §. ſed aliud.

Teſtes an ſint de tpe interrogãdi.

h ¶ Reſponderint.] Spon:ẽ. non enim de hoc ſunt interrogandi, vt dixit Ioan. ſed certè de tempore in quo res dicitur facta bene interrogantur, vt extra eo. cum cauſam. ſed de qualitate temporis non, niſi ſint ſuſpecti. B.

SÆPE CASVS. Quærebatur utrum ueritas in cauſis ſine inſtrumentis poſſit deprehendi. Et reſpondetur quod ſic, quatuor modis. ſ. numero teſtium, dignitate, auctoritate. & fama perpetua.

i ¶ Sæpe.] Iudici enim facienda eſt fides, ut 2. q. 7. pleriſque & C de condi. ob turp cau. l. 1

K ¶ Fama.] Ergo per famam aliquid probatur, ut ſu. 2. q. 5. ſi mala fama. matrimonium enim probatur per famam. extra de præſum. illud. 32 q. 4 dicat. Arg contra 35 q 6. ſi duo extra de eo qui cogno. conſang. uxo. ſuæ. ſuper eo. uerum eſt, ꝙ fama per ſe nihil probat: ſed ſi adeſſet teſtimonium unius cum fama, per illud probare poteſt. ar. extra de prob. ſicut. C. de re cre. in bonę. & ſi iudex dubitat de fama, quærat à uicinis. ff. de magi. conue. l. 1. §. ſi præſes. & magis ualet fama quam unus teſtis, ut extra de con ſan. & aff ſuper eo poteſt autem fama probari per duos teſtes, ut extra eo. tam literis 2.

Fama per ſe nihil probat.

l ¶ Vnam probationis.] Extra de ſenten. & re iudi. cauſam.

ALIA CASVS. Aliqui teſtificabantur per ſcripturam ſine iuramento uel ſine cã & circunſtantijs: cum de hoc eſſent interrogati, quærebatur utrum eis eſſet fides adhibenda. & reſpondetur ꝙ non: quia alia eſt fides teſtium, quæ ualet: alia teſtimoniorum, quæ non ualet.

a Certe hoc ibi non dr: nec credo uerũ. Io Fã. ſed ſententia gl. approbatur i Spe. de notorio crim. uer. ſed qualiter. Archi.

m ¶ Alia.] Hoc eſt expoſitum ſupra cauſa prox. q. 9. c. teſtes.

n ¶ Alia.] Extra de cohabi. cleri. tua.

SOLI. CASVS. Quærebatur utrum ſolummodo teſtes ſufficiant ad probationem ingenuitatis: & reſpondetur quod non: immo etiam inſtrumenta ſufficiunt, & expone, ſoli, ideſt, ſolo modo, uel præpone negationem non. ſoli, &c. & uerba quæ poſuit ibi Grat. niſi inſtrumentis, &c. non ſunt de lege codicis. Vnde Gratianus non intellexit illam, ut intelligunt eam doctores legum.

o ¶ Inſtrumentis.] Verba ſunt Grat. & male intelligit: hoc enim uelit lex dicere, quod non tantum per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes poteſt probari libertas.

argumentis:adiuuentur *Item l.2.* ¶Etiam iure ciuili domeſtici [a] teſtimonij fides improbatur. *Item l.3.* ¶ Sola [b] † atteſtatione [c] † prolatam, nec alijs legitimis adminiculis cauſam approbatam nullius eſſe momēti certū eſt. *Item l.4.* ¶Eos teſtes ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, cui omni gratiæ, & potētatui fidem religioni iudiciariæ [d] debitam poſſint præponere. *Item l.5.* ¶ Parentes, & liberi inuicem aduerſus ſe nec volentes [e] ad teſtimonium admittendi ſunt. *Item l.6.* ¶ Qui intendit, ſuę intētioni proprias debet afferre probationes, non petere aduerſarium [f] cogi ad exhibitionē eorū, per quos ſibi negotium fiat. *Item l.7.* ¶Serui [g] neq; pro domino, neque aduerſus dominum, ſed pro facto ſuo [h] interrogari poſſunt. *Item l.8.* Iuſiurandi [i] religione teſtes prius, quàm perhibeant teſtimonium, coarctentur, & honeſtioribus potius teſtibus fides habeatur. Vnius [k] vero teſtimonium nemo iudicum in quacumq; cauſa facile patiatur admitti: immo vnius teſtis reſponſio omnino non audiatur, etiā ſi præclaræ curię honore præfulgeat. *Item l.9.* ¶Omnibus in re propria [l] dicendi teſtimonij facultatem iura ſubmouerunt. † *Item l.10.* ¶Liberi teſtes ad cauſas poſtulantur alienas; ſocij [m], & participes criminis non dicantur, ſed fides [n] ab ijs notitiæ poſtuletur. Venturis [o] autē ad iudicium, per accuſatorem, vel ab ijs, per quos fuerāt poſtulati, ſumptus competentes miniſtrentur, etiā ſi in pecuniaria cauſa ab alterutra parte teſtes producēdi ſint. *Item l.11.* ¶Liberti aduerſus patronos ſpōte ꝓdire nō adeāt, ſed nec vocati qdē i iudiciū venire cogant. *Item l.13.* ¶Si qs teſtib. vſus fuerit, ijdēq; teſtes aduerſus eū iu

† teſtatione.] orig.

L. nimis graue] mutata uerborū ſerie.

Paulo aliter.

Paulo aliter.

L. quoniam liberi. Paulo aliter.

† conc ... in lo... nibus. C. ... teſt. & ... nullius ...

L. libertorū. aliquibus uerbis prætermiſſis.

a ¶ Domeſtici.] Fallit. C. de repu. l. conſenſu. circa fi. extra de teſti. ueniens 2. in fi. extra qui ma. accuſ. poſ. vī.

SOLAM. CASVS. Quidam ſine iuramento uel ſine iudice teſtificati ſunt, vel non allegauerunt cauſam dicti ſui: cum de hoc eſſent interrogati, quærebatur utrum eorū teſtimonium ualeret. Et rñdet Imperator ꝙ non. Quæ ſequunt plana sūt vſq; ibi, [Qui intendit.

b ¶ Sola.] idest, ſine adiectione cauſæ.

b ¶ Sola.] Aliter ponitur ſu. d. 8. ſi ſolus.

c ¶ Atteſtatione.] Cā à teſte inquirenda eſt vt extra eo. cū causā. ſi tñ nō fuerit q̄ſita, & teſtis de cā nihil dixerit, nō tñ minus valet teſtimonium: qa dixit omnia, quæ nouit. licet non cām omnium. arg. ad hoc ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. qui opus. Arch. extra de ſen. & re iudi. ſicut 3.

Teſtis an teneatur dicere cām ſuæ depoſitionis

d ¶ Iudiciariæ.] idest, iudici. No. ꝙ ſufficit ſi iudici ſit probatū, vt extra de reſcri. inter ſup. ea. ſæpe.

Ar. contra 22 q. 3. ca. 1. uer. ſed forte ubi de hoc.

e ¶ Ne volentes.] Cōtra ſup. 3. q. 5. ca. 1. ſed hic vocātur parentes aſcendentes & deſcēdentes, non collaterales: prout præluminē ff. de in ius uocan. l. 4. § 1.

QVI INTENDIT. CASVS. Quidā petebat ab aduerſario ſuo ut demonſtraret ſibi inſtrumenta ſua per q̄ ſuam intentionem fundaret: nunc quæritur vtrum ſit audiendus? Et reſpondetur ꝙ non: ſed ſuaſ debet habere probationes paratas.

f ¶ Aduerſarium.] Actor non poteſt petere ut reus exhibeat ſibi inſtrumenta ſua, ut 6. q. vlt. ca. vlt. extra de prob. ex epiſtolæ niſi reus ſit eis uſurus, ut extra de fide inſtr. contingit. Item cum inſtrumenta ſint communia vt C. de eden. procurator.

Reus in duobus caſibus tenetur edere inſtrumenta.

SERVI. CASVS. Dicitur hic ꝙ reſponſo ſerui non eſt credendum neque pro domino, neque contra dominum ſed de facto ſuo poteſt interrogari, cum per eum res ſunt depoſitæ, uel commodatæ alijs.

g ¶ Serui.] Niſi in caſu, ut 15. quæſtio. 3. in patronos.

h ¶ Sed pro facto ſuo.] Quando per eum dicitur aliquid commodatum uel depoſitum, ut C. de quæſt interrogari. ff. de ædil. edi. quæro. & ſic patet quod uiles perſonæ recipiuntur, ubi de ipſorum facto agitur. ſic extra de ele. per inquiſitionem & extra de ſent. & re iud. cum l. & A.

b ¶Publice.]Contra inf.de pę.d.1.§.his auctoritatib. vbi pęnitenti dicitur, no tibi dico vt te prodas. ſed illud eſt pro deteſtatione criminis. Vel ibi loquitur de occulto crimine 1 ſed hic de manifeſto, licet perſona ſit ignota.

1 Quod no. 50.di dē pę. nitentibus.

c ¶Ad diſciplinam] ideſt, correctionem.

d¶ Potuerit.]Sed nōne reus hunc accuſatorē poſſet remouere,quia cū non præmonuit, vel (qđ verius eſt) qa ei ſuſpectus eſt.6.q.1.qui crimen. ſed forte de innocentia ſui confidebat, ſed certe licet ille ſit infamis ipſo facto, & per ſententiam tātum in odiū ſuum,& in fauorem rei admittitur ad accuſationē, vt ſic clareat de innocentia rei, & vt accuſator non probans puniatur de calumnia. Et ſic eſt ſpeciale, ꝙ aliquis criminoſus admittitur ad accuſationem, licet non proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.

Quidam dicunt, qđ hic dicitur ſpeciale, & in fauorē infamati,& odiū infamātis ſtatuitur. Vel illud de pęna: hoc de accuſatione. Ar. Criminoſus qñq; poteſt accuſare.

e ¶Errorem.] ſup.d.8.conſuetudo.ſup.3 q.3.§. notandum.

SI qui.]SI QVIS. CASVS.Quæſitum fuit ab Imperatore quid fieri debet de libello famoſo, quem quis in aliquo loco reperit? & reſpondet quòd qui eum inuenit, ſtatim deſtruere debet, & nulli ipſum manifeſtare. Si vero, non deſtruxit,ſed aliis eum doloſe reuelauerit, deca-

decapitari debet, ſicut auctor ipſius libelli, ne talis libellus lædat opinionem eius contra quem factus eſt.

a ¶Capitali.] Si capitale fuit crimen conſcriptum, aliàs non, vt ſup. cauſa proxi. q. 3. §. ob carmen.

propter neceſſitatem aliquam ſit, non tamē ſynodi cauſa conueniunt. Vel dic, ꝙ ſpeciale eſt in accuſatione, vt accuſatus non teneatur reſpondere coram ſynodo, niſi habeat inducias ſecus in ciuilibus cauſis.

PRæſenti.] CASVS. Quidam dicunt, ꝙ hoc ca. loquitur

*Item Codice lib. 9. tit. de famoſis libellis, lege vn. Impp. Valentinianus, & Valens A.A.* [¶*Si quis famoſum libellum domi ſiue in publico, vel quocunque loco ignarus repererit; aut nulli confiteatur inuentum. Sin vero non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit; ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti capitali ſententia ſubiugandum.*] & *infra.* [*Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.*

## QVÆSTIO II.

*VOcatio autem eius, qui impetitur, non ſemel, ſed bis & tertio per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis fieri debet.*

*Vnde Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo, epiſt. 3. ſcribit, dicens.*

¶Vocatio ad ſynodum, eius, qui impetitur, & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum. C. I.

VOcatio [b] ad ſynodum iuxta decreta patrum canonica eius, qui impetitur rationabilibus ſcriptis [a] per ſpatium fieri debet congruum, atq; canonicum, quia, niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit [c] ad conuentum quacunq; neceſſitate, niſi ſpontè voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus,

Poly. l. 5. tit. 2. Anſ. l. 3. c. 50. Burc. l. 1. c. 156. Iuo p. 5. c. 266.

a ¶Rationabilibus ſcriptis.] *In epiſtola Damaſi loco horum uerborū legitur*, tam ſua præſentia, quam & ſcriptis, atq; apocriſarijs: *verum Anſelmus, Burchardus, auctor* Polycarpi, *et Iuo cum vulgata lectione conueniunt.*

*Item Sylueſter Papa.*

¶Quibus temporum ſpatijs reus vocetur ad cauſam. C. II.

Poly. l. 5. tit. 3. Anſ. l. 3 c. 120. † *al. perſonaliter.*

PRæſenti [d] decreto cēſemus, vt in primis paternaliter† vocentur, & per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic vero expectationi

VOcatio autem.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quæritur quoties aliquis ſit vocandus ad cauſam, & certū eſt ꝙ ſemel, ſecundo & tertio, vel vno pro omnibus peremptorio, vt 24. q. 3. de illicita. & quidquid de citationibus dicatur infra c. 1. & 2. hodie inductæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquūtur, vt inf. ead. q. 3. ſi ęgrotans.

VOcatio.] CASVS. Quæſitum fuit a Damaſo qualiter debeat ad causā vocari qui accuſat? Et reſpondet quod debet citari per ſcripturam per ſpatium cōgruū, & canonicū: etiam ſi ad ſynodum venerit propter alia negocia non citatus nullo modo compellitur ſuis inſidiatoribus reſpondere, niſi velit.

b ¶Vocatio.] Si ter citetur quis, licet nō dicatur peremptoriè tamē ſufficit hoc, vt peremptoriè ſit citatus, vt C. quo mo. & quando iu. l. conſentaneum. & l. tres denūciationes. & l. ceſſante. illud tamen apponere debet iudex, ꝙ peremptoriè citet & debet comminari parti ſi non venerit, quod procedet ff. de iud. in peremptorio. & vel in prima, vel ſecunda, vel tertia citatione poteſt citare peremptoriè, vt ext. de in integ. reſtitutum ex literis, in fin. ff. de iud. nonnunquam. dummodo non mutaretur peremptorium nimis, vt extra de dila. dilecti.

Iudex citans peremptorie hoc dēt exprimere.

Exceptio reuocandi domum.

c ¶Venerit.] Si aliquis inuenitur Romæ pro ſua neceſſitate, vel ex cauſa degationis, vel appellationis, non cogitur ibidem reſpondere, ſed poteſt domum reuocare vt ff. de iud. l. 2. §. ea quoq;. ff. quibus ex cau. in poſ. ea. l. ad cognitionem, & in auth. de ſanc. epiſ. §. ſi vero epi. coll. 9. ſecus eſt ſi ſit ibi ex volunrate, vt in auth. ea. §. ſi qs eps, aut clericus, C. de epiſ & cler. oēs. §. in hac. Nam Roma communis patria eſt, vt ff ad muni. Roma. nam cū epi faciunt concilia, bene tenetur ibi quilibet rñdere extra de libel. obla. c. 1. nā illuc quilibet generali citatione citatur, vt diſt. 18. per totum. Quare ergo dicitur hic, ꝙ non teneantur reſpondere coram ſynodo? Dic ꝙ appellat hic ſynodum aliquem conuentum epōrum, qui

tur de inducijs citatorijs inferiorum ordinum, vel laicorum, qui ſunt in eadem ciuitate, vel in locis propinquis. Eſt ergo caſus. Sylueſter Papa ſtatuit in hoc c. ꝙ illi qui accuſantur, citari debeāt, & expectari primo per vij dies ſine aliqua pœna: poſtea per alios vij. ita vt eccleſiam non ingrediantur ad officia diuina audienda, poſtea per duos, pace & communione eccleſiæ eis interdicta, poſtea per alios duos dies ſub eadem pœna, deinde expectentur per vnum diem, quo elapſo anathematizentur, hodie tamen quidquid hic dicatur, induciæ iudicis arbitrio relinquuntur.

d ¶Præſenti.] Vel intelligitur hoc c. de raptoribus rerū eccleſiaſticarum, propter odium eorum, vel de clericis in eadē ciuitate conſtitutis 1 quib minores dantur induciæ quàm remotis, vt inf. e. q. 3. ſi ęgrotans, vel de laicis, vel ſunt paternales adiectiones, vel p quas qs expecta-

1 Hæ ſni... teneas ... Lau & lo... Nā illud i... telligitur ... cā ciuili. b... bet ergo ... les induc... 19. dierū ... quā cōtē... nei. ſinta...

cetur etiam poſtquam canonice,& per tempus legitimum citatus non venerit, vel non tenet per illud inf. 24. q. 3. de illicita.

a ¶Addantur ]Simile.C.de iu, auth iubemus. extra de dolo & contum.cum olim.

b ¶Com-

fratribus, vel in choro, vel in menſa, vel in dormitorio.

R Elatum.]CASVS.Quidã iudices eccleſiaſtici accuſationes & teſtes recipiebant in cauſa criminali per epiſtolas, quod dicit Damaſus non eſſe faciendũ in futuro,& quod nuper factum eſt, debeat emẽdari. Nam accuſat⁹ legitime citatus accuſatorẽ, & teſtes debet habere præſentes, & locum defendendi, vel ad abluenda crimina, nec iudex ex iracundia damnat delinquentem.

iterum addantur [a] ſeptem dies interdicta eccleſiam intrã di licentia,& omnia diuina officia audiendi. Poſt verò addantur duo dies, quibus a pace,& communione [b] ſanctæ eccleſiæ ſunt ſuſpenſi. Deinde vero iterum alijs duobus diebus ſub eadem expectatione deportentur a. Quibus vno die ſupraddito, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

a ¶Deportentur.] *Antea legebatur*, expectentur.] *Emendatum eſt ex Polycarpo, Anſelmo,& vetuſtis Gratiani exemplaribus, in quorum nonnullis hæc eſt gloſſa interlinearis*, idest, expectentur.

### *Item Damaſus Papa ad epiſcopos Italiæ, epiſt.6.*

¶Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

C. III.

Anſ.l.3.c.48.
Poly.l.4.tit.2.
†*corrigi rogamus*] orig.
† al. *inſtitutiones.*
3.q.3.c.eorum qui.

R Elatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, vos accuſationes fratrum per ſcripta [c] ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus; & quod nuper factum eſt, abſque vlla retardatione corrigere † curamus; nec vnquam prius per ſcripta eorum, qui accuſantur, cauſam diſcutere liceat, quàm per querelantium inſtitutionem † vocati canonice ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat, quæ ei obiiciuntur. *& infra.* ¶Leges enim ſæculi accuſatores præſentes exigunt,& non per ſcripta abſentes. Vnde canonica Patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes nec teſtimonium † [d] vllum per ſcripta poſſe proferre, nec de alijs negotijs quicunque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Similiter,& qui alium accuſare elegerit, præſens, per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque † eſt, ne ira [e] quemquam ſubripiat †, faciatque citius omne, quod non licet.

† *teſtimonia.*]ori.
2.q.9. qui accuſare.
† *al.quoque.*
† *al cuiquam ſubrepat*]

### *Item Fœlix Papa ij. Athanaſio,& omnibus orientalibus epiſcopis, epiſt.1.c.3.*

¶Vi aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati ad ſynodum non vocentur. C. IIII.

Bur.l.1.c.22 1.
Ino p.5.c.335.

S I primates, accuſatores epiſcoporũ cum eis pacificare [f] familiariter minime potuerint; tũc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice conuocatam, non intra anguſta tempora canonice conuocent,& non prius, quam eis

c ¶Scripta.]Sic ſup. 2.q.8.perſcripta.

d ¶Teſtimonium.] iudiciale. nam per literas poteſt aliquis perhibere alij teſtimonium famæ ſuæ, vt 71.diſt.extraneo. cap. hortamur.& de conſecr.diſt.1.iubemus. Sed iudiciale non.

Teſtimoniũ per literas põt exhiberi.

e ¶Ira.] Quia tempore iræ non diſcernit homo qđ iuſtum eſt, vt 11.q.3. illa.

S I primates ]CASVS.Quidã accuſabant epiſcopos ꝓſequẽdo ſuam iniuriam, vel ſuorũ: quærit Anaſtaſius a Fęlice, qualiter ĩ hoc negotio ſit ꝓcedendũ? & rñdet, ꝙ ipſi dẽnt ad cõcordiam reuocari per tranſactionem, ſi fieri poteſt: alioquin debẽt legitime citari,& eis primates debent quidquid obijcitur ſignificare, vt parati venire poſſint ad reſpondendum. Si vero deiecti fuerint vi, vel timore, aut ſuis rebus expoliati, accuſatorib. reſpondere non debent, niſi prius reſtituantur.

f ¶Pacificari. ] Põt ergo iudex componere inter partes, vt 90.d ſtudendum. & 23.q.vl.ſi quis membrorũ& q.4 ſic illic. ff.de no ope. nun l. 1.§.põt.& eſt ſimile. ff de vſu ęquiſſimũ. Sed hoc verum eſt in crimine, quod nõ inducit depoſitionẽ: quia in alijs licet cõponatur, põt iudex

Iudex non poſſit inter partes componere.

1 In hoc contradicit, qa vř neminem eſſe cogendũ ad accuſandum. L.Sed hoc locum hẽt in ſolenni accuſatione, ad q̃ nemo cõpellitur niſi caſualiter, 1.c. 2.& inf e.q. 6. Epiphanium. Arch.

b ¶Communione.]Sed nonne eſt eadem hæc pœna cũ prima? nam cui interdicitur eccleſia, interdicta ſunt ſacramenta eccleſiæ, vt 12 q.2.de viro,& 33.q 2.latorem. Item non poteſt intelligi de communione fideliũ, quia de illo loquitur in fine. Sed dic, quod loquitur de communione fratrum idest, quod non communicabit alijs

ex officio ſuo de crimine inquirere, vt ex.de coll. dete. c.1.& 2.C.de abol.l.2. Similiter in denunciatione non admittitur compoſitio, vt ſupra 2.quæſtione 7. quapropter 1 Vel intelligitur cum non accuſatur de iniuria facta eccleſiæ, ſed perſonæ. 23 quæſt.4.ſi is qui & ſic non ob.2 q.7.quapropter. Vel melius ibi loquitur in denuncia-

tiatione, ad quam quilibet tenetur. De hoc nota ſup. 2. q. 3. notandum 2. in fi.

a ¶Quid eis.] Sic 3. q 9. iudices. extra de dila. præterea. extra de app. ſignificantibus.

HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis capit. dicẽs, ꝙ niſi quis canonice fuerit vocatus, & ſi propter alia negotia ad ſynodũ venerit, non tenetur reſpondere. Quæ autem ſit canonica vocatio, dictum eſt ſu. in c. præſenti. qđ eſt Silueſt. & per c. fœlicis dicitur, ꝙ accuſato debet ſignificari quod ei obijcitur ab accuſatore.

QVòd aũt.] CASVS. Hęc eſt q. 3. in qua quæritur. an aliquis poſſit per procuratorem cauſam ſuam agere. Et certum eſt, quod non in cauſa criminali, vt inf. ea. in criminalibus niſi in quatuor caſibus, vt in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona agit ꝑ procuratorẽ, vt 3. q. 9. § niſi, & in cri. ſuſpecti tutoris, vt ff. de proc. non ſolũ § vl. Itẽ ad allegãdũ cãs abſentię, vt ĩ. c. 1. & 2. Itẽ in minorib. criminib vt not. lo. in hoc loco. vt ff. an ꝑ aliũ cau app. l. 1. qa in leuib. criminibus non fit inſcriptio, vt ff. de accu. leuia. In ciuili poteſt, niſi in caſibus aliquibus, vt in accuſatione populari, in qua actor non agit per procuratorem, vt ff. de procu. licet. & in cauſa ſtatus, vt C. de aſſer. tol. l. 3. Quidam etiã cogũtur dare procuratorem, vt epi & ſacerdotes, vt inf. e. quia eps. & illuſtres perſonæ, vt C. de procu. l pen. De hoc plenius inuenies ſup. 2. q. 6 ſi quando. in apparatu.

b ¶Quod autem.] In cauſa iniuriarum datur procurator. Item in crimine ſuſpecti, vt ff. de procu. non ſolum. §. vlt & in minoribus criminibus. ff an per alium cauſæ app. l. 1. quia in leuibus criminib. non fit inſcriptio. ff. an per aliũ cauſæ app. l. 1. & ff. de accuſ. leuia. & ad allegandum cauſas abſentiæ in ciuili dari poteſt procurator. ſed in actione populari non poteſt procurator dari. ff. de procurat. licet. & in cauſa ſtatus, vt C. de aſſert tol. l. 1. quidam coguntur dare procuratorem, vt epiſcopi i, vt infra, qa epiſcopus. & illuſtres perſonæ, vt C. de procurat. l. vltim. De hoc plenius inuenies ſu. 2. quæſt. 6. ſi quando.

Procurator in cauſa populari nõ poteſt dari.

1 Hoc eſt falſum, vt patet extra de iur. calum. c. vlt. Arch.

SI ægrotans.] CASVS. Quęſitum fuit ab Hadriano, an epiſcopus accuſatus debeat excommunicari: quia citatus non venit. & reſpondet quòd non, niſi per contumaciam die ſtatuta venire contemnat, & hoc eſt intra ſpatium duorum, vel trium menſium, vel eo amplius, prout cã dictauerit, & tunc niſi fuerit impeditus, debet excõicari: ſed ſi ægritudinẽ, vel aliud graue impedimẽtũ habuit, mittat legatũ ad ſynodũ, qui abſentẽ accuſatũ excuſet. Iſte caſus planus eſt & bonus, ſic ponendo caſum videbis continuationẽ literæ, q̃ per expoſitionẽ caſus perpendes. Vel pone caſum ſicut litera ſonat, Statuit Hadrianus in ſynodo, vt ſi eps accuſatus æger fuerit. vel aliud impedimentum habuerit, mittat legatum, qui eum excuſet. Sed ſi die ſtatuta, hoc eſt intra ſpatiũ duorum, vel trium menſium, vel eo amplius prout cauſa dictauerit, citatus per contumaciam non venerit, debet excommunicari: niſi aliena. i. grauis eum neceſſitas præoccupauerit.

c ¶Legatum.] Sed nunquid tenetur infirmus, vel abſens ex iuſta cauſa, ex neceſſitate procuratorẽ mittere reſponſurum nomine abſentis? non videtur, extra de procu. querelam. nam ſi contra abſentem feratur ſententia, & ipſe poſtmodum probet iuſtam cauſam abſentię, retractatur ſententia, licet non miſerit procuratorem, vt extra de ſent. & re iud cum Bertholdus. & 7. q. 1 præſentium. immo & ſi ſub pœna promiſiſſet aliquis ſtare iudicio ad certam diem, ſi probaret iuſtam cauſam abſentię, ſubuenitur ei, vt ff de arb. ſi cũ dies. §. ſi quis ex litigatorib. Nam ægritudo iudicis, vel partis, prorogat diẽ. ff. de re iudi quæſitum. immo etiam ſi probabilis cauſa abſit, non proceditur contra eum, vt extra de off. deleg. conſultationibus Item ſm hoc non eſſet melior conditio illius, qui abeſt ex iuſta cauſa, quam illius, qui abeſt ex iniuſta cauſa, quia qui non vult intereſſe ſufficit ei ſi mittat procuratorẽ, vt ff. de proc. l. 1 & generaliter traditur pro regula, quotieſcunque quis abeſt ex neceſſitate, nõ ex voluntate, ſubuenitur ei, ſiue habeat ꝓcuratorem, ſiue nõ, vt ff. ex quib. cau. maio. ſed & ſi, §. vl. Itẽ ſufficere debet talis, qui alleget cauſam abſentiæ, vt 65. diſt. ſi quis. E contra probatur, ꝙ non ſufficit mittere procuratorem, qui alleget, cauſam abſentię, niſi alleget cauſam cauſæ, vt 18. d. eps. nam ſicut quis poteſt mittere nuncium, ſic & procuratorem, vt ext. de ap. cõſtitutus, nec excuſat q̃s per iuſtã abſentiã q̃n fiat miſſio in poſſeſſionẽ bonorũ ſuorũ, ſi nõ ſit, qui defendat eũ, vt ex. de eo qui mit. in poſſ. c. vlt. nec exuli ſubuenitur ſi non re-

Procurator non tenetur mittere [...] iuſtam c[...] abſentiæ.

per ſcripta ſignificent, quid eis [a] opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut vi, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint; nec canonice vocati ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debẽt, antequam canonice reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur.

*His auctoritatib. euidentiſſime datur intelligi, quòd niſi quis canonice vocatus fuerit, etiam ſi aliqua occaſione ad ſynodum veniat, ſuis nullatenus cogitur reſpondere inſidiatoribus. Canonica autem vocatio eſt, quando ſeruato dierum interſtitio, ſecundum auctoritatem beati Silueſtri, cauſa ſua literis adeſſe iubetur, quibus, quid ei obijciatur auctoritate Fœlicis Papæ ſignificari oportet.*

## QVAESTIO III.

*QVòd autem [b] per procuratorem ſuum cauſam agere valeat, qui impeditus cauſa ſuæ adeſſe non valet, auctoritate Romanæ ſynodi, quæ tempore Hadriani Papæ celebrata eſt, probari videtur, in qua c. 5. ſic ſtatutum legitur.*

¶Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſſitas premit. C. I.

In capitulis Hadriani. cap. 5. & Felix. 1. epiſ. 2. Poly. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 51. Iuo p 5 c. 161. Pann. l. 4. c. 19.

SI ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſſitas detinuerit; pro ſe legatum [c] ad ſynodum mittat; nec a communione ſuſpendatur, cui crimen in-

reliquit procuratorem, ut ff. de mino. Papinianus. nec ei qui appellationis cauſam proſequitur, vt ff. eum. qu ep. in prouincia debere defendi l. 1. & 2. nec ſubuenitur abſenti cā reipublicæ, ut C. de in integ. reſt. ignorare. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ actor ſemper tenetur mittere ſuum procuratorem, ſiue poſſit, ſiue non poſſit uenire, per id quod legitur. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. reus autem non tenetur. Melius poteſt dici, ꝙ ſiue ſit reus, ſiue ſit actor, ſi habet iuſtam cauſam abſentiæ, non tenetur mittere, niſi ſub hac forma ſit citatus, vt ueniat, vel procuratorem mittat. ut probatur extra de do. & cont. cum dilecti. in fi. alioquin ſufficeret talem mittere, qui alleget cauſam abſentiæ. 18. diſt. placuit. & ext. de ſent. & re iud. tenor. tamen ſi diutino impedimento quis eſt detentus, ſi tale ſit negotium, quod poſſit expediri per procuratorem, ita ut plene iudex poſſit inſtrui per procuratorem ſicut per dominum, bene tenetur mittere procuratorem talem ſufficienter inſtructum. Et ego credo ꝙ decr. querelam, tales cauſas appellat graues, quę ita intricatæ ſunt & inuolutæ, quod non de facili per procuratorem poſſunt expediri, ſed tamen non nego quin ſemper poſſit actor mitti in poſſeſſionem rerum abſentis ex quacunque cauſa reus abeſt, vbi actio eſt tempore peritura. lo.

4. q. 5. ca. vnico. † *alia*] orig.

tenditur, niſi [a] ad cauſam ſuam dicendam, electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus minime occurrit, hoc eſt (niſi aliena † [b] præoccupauerit neceſſitas) infra duorum, uel trium menſium ſpatium, & eo amplius, prout cauſa dictauerit.

*Codicis lib. 9. tit. de accuſ. & inſcrip. l. 3. Imp. Alexander Aug. ¶ Reos capitalium criminum abſentes etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt.] Ecce, ꝙ epiſcopus impeditus, & cauſæ ſuæ adeſſe non uolens; legatum pro ſe iubetur ad ſynodum mittere. Sed legatus iſte non ad cauſam agendam, ſed ad neceſſitatem ſynodo exponendam mittitur, qua impeditus epiſcopus ſynodo præſentiam ſuam exhibere non valuit. Cauſam autem (maxime criminalem) nulli, niſi per ſe agere licet.*

*Vnde Hadrianus Papa in capitulis, c. 38. ait.*

### ¶ Criminaliter accuſans, uel accuſatus per ſe experiatur. C. II.

Anſ. l. 3. c. 18. Pann. l. 4. c. 56.

IN criminalibus [d] cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquē accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur.

*Item Anacletus Papa.*

*¶ Hoc capitulum, quod ex Anacleto citatur, habetur in concilio Eugenij Papæ ſecundi, tempore Ludouici, ac Lotharij Imperatorum habito, c. 19. Quod etiam à Leone quarto eſt repetitum. Ex quo canone Lotharius lib. 2. legum Longobardi tit. de aduocatis, & Vicedominis, octauum capitulare compoſuit.*

### ¶ In omnibus cauſis præterquam in criminalibus epiſcopi, & ſacerdotes pro ſe aduocatum habeant. C. III.

QVia epiſcopus [c], uniuerſique ſacerdotes ad ſolam laudem Dei, bonorumque operum actiones conſti

teſtimoniū dicendum, vel ad municipales neceſſitates vocetur. ff. ſi qs cau. l. 1. in prin. Itē ſi occupatio propriorum negociorū eum vrgeat, vt ff. de re iud. contumacia.

REOS. CASVS. Dicitur ꝙ ſi quis de capitali crimine accuſatus, poteſt ſe excuſare per procuratorem, qui impedimentum alleget abſentis.

c ¶ Defendi.] Scilicet ad excuſationes proponēdas, & etiam ad exceptiones obijciēdas, ut extra de acc. veniens, & cap. ſuper his. Melius eſt enim qualemcumque procuratorem admitti, quàm abſentem, &c. ff. de procu. ſeruum. §. publice. C. de procur. exigendi. licet dicat per legem iſtā, ꝙ poſt lit. conteſt. poteſt interuenire procurator ad defendendum in crimine.

ECCE CASVS Cōcludit Gra. ex ſupradictis, quòd in cauſa criminali poteſt quis procuratorem mittere ſi eſt impeditus, non ut cauſam agat principalem, ſed ut excuſet abſentē. Cauſam enim criminalem nullus per procuratorem agere poteſt, ſed per ſeipſum, ut inf. c. 1.

IN criminalibus.] CASVS. Hadrianus fuit interrogatus, an per procuratorem quis accuſare poſſit, uel reſpondere in cauſa criminali, & reſpondet dicens, quòd non: ſed in propria perſona ſit accuſator, & etiā accuſatus.

d ¶ In criminalib.] Niſi in caſibus no. 2. q. 6. ſi quando.

a ¶ Niſi.] Ideſt, ſi non.

b ¶ Aliena.] Vel quia vocatur à Rege, vt 18. diſt. ſi epſ. tā canon alia tria excipit, ætatem, & ægritudinem, & grauiorem neceſſitatem, ut 18. diſt. placuit. Item ſi ad

QVia epiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ vnuſquiſq; epiſcopus, uel ſacerdos in ciuili cauſa propria, uel eccleſiaſtica debet habere procuratorem bonæ famæ, & uitæ laudabilis, in cauſa uero criminali non niſi per ſe agat, vel reſpondeat.

a ¶ Quia epiſcopus.] Sed quid ſi ita pauper eſt ſacerdos, quòd non poſſit conſtituere procuratorem? Tunc per ſe litigabit, ſicut illuſtres pauperes, ut in Auth. de illuſtri, & qui ſuperilluſtres ſunt. coll. 5. iō aūt iubentur ſacerdotes conſtituere procuratores: qa non expedit ſeruos Dei litigioſos eſſe, ut extra de ſyndico, ca. uno, & 2. q. 7. ſicut. & ne cogantur recedere à diuinis obſequijs, vt C de epiſ. & cle. omnes tum etiam, quia cauſæ materiam criminibus creare noſcuntur, ut C. de iud. properandum in princ. habet ergo qualibet eccleſia œconomum, ut 89. diſt. quia. & 9. q. 3. tum ſcimus. 16 q. 7 qm̄ in quibuſdam. & conſtituetur auctoritate epi, C. de epiſc. & cler. omnes. §. hoc nihilominus. Sed quid ſi canonici aliqui contra epiſcopum uolunt agere, tūc à ſuperiore [2] dandus eſt procurator ad litem, ſicut cum pupillus agit contra tutorem. C. de in li. dando tu. uel cu. l. 2 & ult. Sed ſm̄ iura noſtra canonici per ſe ſine epō conſtituent procuratores.

2 Scilicet ordinario tātū non delegato: quia hoc miſſi eſt imperij ſecūdū Inn. & H. ꝙ dic ut no. extra de procu. rat. petitio Arc. Sacerdotes iubentur litigare per procuratores.

procuratorem lo. ſed certe procuratorem ad agendúm contra aliú ab epo non poſſunt cōſtituere ſine auctorita te epi, nec eſſe in iudicio, ut extra de iu. cauſam. & ex tra de procu.c.1. B. Item habes hic, ꝙ procurator non poteſt eſſe infamis, ut dixi 3 q.7.cap.1.Itē habes hic, ꝙ eps & ſacerdos ſemper debet litigare ꝑ procuratores. Et ſic patet, ꝙ ante litis cō teſtationē & poſt, poteſt clericus ſecundū iura noſtra cōſtituere procuratorem, & per ipſum iurare de calumnia, vt probatur extra de iura. calum. cū cauſam. niſi velis exponere ibi ꝓcuratore. ideſt, œconomum, vt extra de iur. calum. in per tractandis. Et lex dicit, quod ubi couenitur monaſterium, vel eccleſiaſtica perſona, poſſunt conſtituere procuratorem, vt in Authen .de ſanc.epiſ. §. ſi vero epi. coll. 9. Alij uero comparant ꝑlatos tutoribus: & dicunt, ꝙ ſicut tutor vel curator non poteſt ante lit. conteſt. conſtituere procuratorem., vt C. de procu. neque ſic neque prælatus: quod non concedo. Nulla eſt enim comparatio inter tutores, & prælatos, quia tutor eſt tēporalis, prælatus eſt perpetuus. tutor non utitur bonis pupilli, ſicut prælatus bonis eccleſiæ. tutela eſt onus, ſed prælatura eſt honor. prælatus habet liberam & generalem adminiſtrationē in bonis eccleſiæ, & dare pōt bona aliqua, ſi hoc hēat conſuetudo eccleſiæ, ſed tutor nō extra de dona.cap. cæterum.

Canonici contra epiſcopū agentes, procuratorem conſtituere poſſunt.

Prælati non ſunt tutoribus comparandi.

a ¶ Publico.] Publicum uocat hic crimen, de quo ſolenniter & publice poteſt quis accuſari. idem enim eſt in priuatis criminibus, vt C.de iniu.l. vlt. quia nec in illis interueniet procurator, ut ſu.ea.in criminalibus.

Crimen publicum qđ dicitur.

b ¶ Aduocatum.] Ideſt, procuratorem.

ſynodo epiſcoporum? Et reſpondet, ꝙ non: quæ debet congregari ſuo tempore, & auctoritate Papæ ſpeciali, ſed ſi aliter præſumptum fuerit, vanum erit.

c ¶ Auctoritate.] Generali, audiri enim poteſt cauſa epiſcopi. ſed non pot terminari ſine ſpeciali mandato apoſtolicæ

tuuntur, debet vnuſquiſq; eorum tam pro eccleſiaſticis, quàm etiam pro ſuis actionibus (excepto publico[a] videlicet crimine) habere aduocatum[b] non malæ famæ ſuſpectum, ſed bonæ opinionis, & laudabilis artis inuentum; nedū humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

## QVAESTIO IIII.

*QVod autem abſque ſynodali audientia dānari non debeat, auctoritate Iulij Papæ probatur. qui epiſt. 1. ait.* — Et in capit. Hadriani.c.3.capitular.l.6. c.287.

¶ Niſi in legitima ſynodo epiſcopus iudicari, uel audiri non debet. C. I.

NVllus epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica auctoritate[c] conuocata, ſuper quibuſdam † criminationibus pulſatus audiatur, vel † iudicetur, vel damnetur. Sin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in uanum deducatur, quod egerint, nec inter ſtatuta[a] eccleſiaſtica vllo modo reputetur. — † al. quibuſuis. † al. deeſt.

a ¶ Statuta.] *Abeſt hac dictio ab originali, & cæteris locis indicatis.*

*Item Zepherinus Vrbis Romæ archiepiſcopus, epiſtola prima epiſcopis Siciliæ.*

¶ Epiſcopus accuſatus à duodecim audiatur, cauſæ uero finis ad ſedem Apoſtolicam deferatur. C. II.

DVodecim iudices quilibet epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, a quibus eius cauſa iuſte iudicetur: nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur; quàm ipſi[d] per ſe eligantur, & regulariter uocatus † ad ſuorum primo conuentum epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis vero eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antea finiatur (ſicut ab Apoſtolis, vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutū eſt) quàm eius auctoritate fulciatur. — 3.q.8.c.1. Poly.l.5.tit.4. Ans.l.3.c.45. Iuo p.5.c.245. † al. vocato.

*Quòd uero abſq; ſynodali audientia epiſcopus damnari ꝓhibetur; ſine præiudicio Romanæ ſedis oportet intelligi, quæ ſua auctoritate, quoſq; ualet damnare, uel dānatos abſoluere. Vnde Gelaſius Papa. [Ipſi sūt canones] īfra*

QVòd autem abſque.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an epiſcopus ſit damnandus, ſine ſynodali auctoritate. Sed hæc quæſtio tractata fuit ſupra 3. q. 8. ſed hoc ſolum adijcitur hic, ꝙ Romanus Pontifex poteſt epiſcopum ſine concilio damnare, ut in ea §. quod vero.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Quæſitum fuit à Iulio, vtrum epiſcopus ſit condemnandus abſque ſynodo epiſcoporum? Et reſpondet, ꝙ non: quæ debet congregari ſuo tempore, & auctoritate Papæ ſpeciali, ſed ſi aliter præſumptum fuerit, vanum erit.

ſtolicæ ſedis, licet abſolui poſſet, vt 3 .q.6.quamuis. & edudum tamen hoc non credo, ut dixi 3. q. 6. accuſatus. Et arg. infr. c. proxi. in fi.

DVodecim iudices.] CASVS. Dicitur hic, qđ ſi neceſſe fuerit, epiſcopus accuſatus duodecim habeat iudices à ſe electos, qui crimen examinabunt epiſcopi: ſed Papa ſententiam dabit, ſi neceſſe fuerit, quod eſt ſi metropolitanus non eligit, uel ſuſpectos eligit.

d ¶ Ipſi.] Infr. 9.q.3.cuncta. & c. ipſi & c. ſaluo.

QVOD VERO. CASVS. Dictum eſt ſup. cap. nullus qđ epiſcopus condemnari non debet niſi ſynodo congregata, quod intelligi debet abſque præiudicio Romanæ

mãnæ ſedis. Nam Romanus Pontifex quoslibet pôt abſoluere & condemnare abſque ſynodo cõgregata, quod duabus auctoritatibus probat Grat. ſcilicet Gelaſij, & Hadriani, & ſequenti §. dicitur, quod in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, non debet aliquis facere ſtrepitum, vel nec contentioſis vocib. acclamare, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli, & Eſaiæ prophetæ, ſed omnia debẽt humiliter proferri, ne contentioſis vocibus ſenſus turbetur auditorum, & vigor iudiciarius eneruetur propter tumultum. & ſi quis fecerit ſtrepitũ, vel tumultũ, eijciatur velut irriſor auctoritate Salomonis dicentis: Eijce deriſorem, &c. & ſententiam excõicationis per triduum patietur.

† eſt initium cauſæ nouæ.

*cauſa noua,* [ *Sententia † excommunicationis notatus.*] *Item Hadrianus c.8.* [*Saluo Romanæ eccleſia in omnib. primatu, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet: ſicut in Nicano* [a] *conſtat decretum eſſe concilio.*] *Cũ vero accuſatus ad concilium venerit, quidquid conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, non contentioſis vocibus, ſed mitiſſima verborum relatione proferatur.*

ſu.3. q.6. neminem.

*Vnde in Toletano concilio 11. c.1.*

¶In cognitione cauſarum contentioſi locum non habeant. C. IIII.

Anſ. in princip. Iuo p.4. c.245.

IN loco benedictionis [b] conſidentes Domini ſacerdotes nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari †, nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere: [ Si quis enim, vt Apoſtolus ait, putet ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio:] cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba † cõfundit, dicente propheta: Erit cultus iuſtitiæ ſilentium. ] Debet ergo quidquid aut conſultationibus † conſidentium agitur, aut ab † accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima [c] verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocib. ſenſus audientium turbent; nec iudicij † vigorem de tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu concilij hæc, quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu [d], aut contumelijs, vel riſib. concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis dictum, quo præcipitur: (Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium.) & cum omni dedecore de confeſſione † abſtractus a cõmuni cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis [e] ſententiam perferat.

† al. perturbare.
Iac.1.
† al. turbo. al. quãdo ſilentium perit, & iudicium obſtrepentium turba confundit.
† al. iudicium.
Pro.22.
† In vulgatis legebatur. confeſſione.

QVAESTIO V.

*Vnc autem* [f] *quæritur, an ſit aliquis iudicandus maleuolus; quia crimen alterius indicat.*

*De hoc ſcribit B. Auguſtinus ſerm. 3. de communi vita clericorum, ſeu regula tertia dicens.*

Idem epiſt. 109.

¶Magis nocet, qui crimen celat. quam qui amicabiliter indicat. C. I.

NOn

b ¶In loco benedictionis.] .i. ſynodi.
c ¶Mitiſſima. ] Vt C. de obſeq. patrono præ. l. ſi manumiſſori & ſu.3. q 7. ſi quis adeo. lex punit talẽ vltimo ſupplicio, vt C. de his q ad eccleſiam confug. denunciamus.
d ¶Tumultu. ] Sic ꝑſumitẽ de iniuſta electione illius, qui per clamorẽ eſt electus. ext. de elec. Oñus. 8. q.1. ſi ergo. Et eſt ſimile de conſec. d.3. irreligioſa.
e ¶Excõicationis. ] a conſortio fratrũ 2. ſic ſup. 45. diſt. neminem.

2 Sub ſed nõ ſacramentorum, vt dixi ſu. c. q. 2. præſenti, ibi videas. Arch.

NVnc autẽ.] Hinc intitulatur 5. quæſtio, qua quæritur, an aliquis ſit maleuol° iudicandus quia indicat crimen alterius. Et certe ſi bono zelo hoc facit, ꝑmiſſa admonitione, nõ debet maleuolus iudicari, vt 2. q.1. ſi peccauerit. dum tamen indicet tali, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, vt 22. qõ. 5. hoc vr̃. Itẽ ſi crimẽ, qđ proponitur, vult probare: ſi ex charitate hoc facit, audit̃, vt in f. c. 1. Si ex odio hoc facit, repellit̃, vt ſu. 2. q. 7. ſi qui ſunt.
f ¶Nunc autem.] Si bono zelo quis indicat crimen illi, qui pôt prodeſſe, & non obeſſe, non eſt maleuolus. 22 q. 5. hoc vr̃. & ſi ꝑmonuerit eum quẽ accuſat. 2. q.1. ſi peccauerit Vel ſi crimen propoſitũ vult ꝓbare 3. 2. q. 8. qui crimen. ſup. ea. q. 1. c. 2. Sed crimen tantum proponeret, & non proſequeretur, puniendus eſſet tanquam proditor, vt 46. d. accuſatores.

Crimẽ indicans nõ ſemper dicitur maleuolus.

3 In hoc caſu, ſi facit ex charitate auditur inf. ea. ca. 1. Si ex odio hoc facit repellitur 2. q.7. ſi q ſũt. Arch.

vel tumultum, vel aliquid ſimile.
a ¶Sicut in Nicæno.] Sup. 3. q. 6. neminem 1.

IN loco benedictionis.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, vel cauſæ difficiles tractantur, nullus debet facere ſtrepitũ, vel tumultũ,

NOn vos.] CASVS. Quidam ſe putabant peccare, cum indicabant crimen alterius, ſed Augu. dicit, ꝙ non

quod non peccant:ſi hoc bona fide faciunt, immo magis delinquunt ſi tacent permittendo perire quos corrigere poſſunt. Et hoc probatur ſimilitudine morbi corporalis, vel alterius.

a ¶Non, vos.] Hoc ca. loquitur de denunciatione, & de ſecreta correctione. Et eſt arg hic, ꝙ quilibet ad denunciationem tencaur 1.

b ¶Indicatis.] Illis, q poſſunt prodeſſe.

c ¶Tacendo.] infra. 8 q. 1. quid autẽ contra. ſed hic de ſecreta correctione loqtur: ibide manifeſta.

tate Salomonis, dicentis, Dulciora ſunt, &c.

g ¶Amariſſime.] Ideſt, amare.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis &c. quod melius eſt aliorum crimina ex charitate indicare, quam celare. Sed Euſebius videtur dicere contrarium, qui

vos a judicetis eſſe maleuolos, quando crimen alterius indicatis b. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo c perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet ſecari; nonne crudeliter a te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quanto ergo potius debes † manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?

*Item ad Vincentium Donatiſtam, & Rogatiſtam, epiſtola* 48.

¶Nec qui parcit eſt amicus, nec qui verberat, inimicus. C. II.

NOn omnis, qui parcit, amicus eſt †; nec omnis, qui verberat inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. ¶Vtilius eſurienti panis tollitur d, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat; quam eſurienti panis frangitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat †. ¶Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicũ excitat, ambobus moleſtus ambos amat. ¶Qui nos poteſt amplius amare, quam Deus? Et tamen nos non ſolum docere ſuaniter, verum etiam ſalubriter terrere non ceſſat. Fomentis lenibus, quibus conſolatur, ſæpe etiam mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame patriarchas e etiam pios, & religioſos; populum contumacem pœnis grauioribus agitat; non aufert ab Apoſtolo ſtimulum carnis tertio rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. *& infra.* ¶Noueris α aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello f ad gregem pecora errantia reuocare.

α ¶Noueris.] *Apud B. Auguſtinum legitur*, & noueris, *pendetque hac pars ex ſuperiori periodi parte*. & putas nullam vim adhibendam eſſe homini, &c.

*Item ex ſermone* 84. *Ambroſii, qui ſic incipit:* [*Amarior fortaſſe.*]

¶Non odio habetur, ſed diligitur, qui caſtigatur, & corripitur. C. III.

NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed & aliquando caſtigat. Ergo, quando caſtigatur, qui diligitur; tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas: quæ dulciores ſunt, cum amariſſime† g inferuntur. Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quam blanda remiſſio. Vnde ait propheta: (Dulciora ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici.)

*Ex his verbis datur intelligi, ꝙ magis cõfert vtilitati fraternæ q crimẽ accuſando, vel iuſtificãdo perſequitur, quam qui celãdo fouere nititur. Euſebius autẽ Papa con-*

NOn omnis.] CASVS. Vincentius hæreticus compellebatur flagellis ad fidem, quam ſuſceperat retinendam, de quo Vincentius conquerebatur. Auguſtinus vero dicit, ꝙ cogi poteſt: quia errantibus & malis nõ eſt parcendum, ſed corrigendi ſunt: & quia correctores ſunt meliores quam alij: & hoc probat quinque exẽplis, ſcilicet amici, & diſpenſatoris, medici, Dei, & paſtoris. Primũ exẽplum eſt in principio. Secũdũ eſt ibi, [Vtilius.] Tertium ibi, [Et qui phreneticum.] Quartum ibi, [Quis poteſt nos.] Quintum ibi, [Noueris aliquãdo.

d ¶Tollitur.] Non obſtat 86. d. paſce q. a illud de eo q admortem cluſit ſic. 11. q 3. quoniam multos. Et eſt hic arg ꝙ excommunicato nõ eſt danda eleemoſyna. De hoc dixi 42. d. quieſcamus.

e ¶Patriarchas.] Iacob & filios eius, q per famẽ coacti iuerunt in Aegyptum.

f ¶Flagello.] No voluntatem potius ſpectandam, quam factum, vt 23. q. 1. paratus diſt. 5. ad eius vero. & qualitas facti ex perſona facientis præſumitur 11. q. 3. abſit, & 23. qõ. 4. ex vindicta.

NOn oſculatur] CASVS. Probat hic Amb. quod ſi ex charitate delinquentes corrigãtur, bonũ eſt. Et hoc ꝓbat exẽplo patris, & auctori

1 Ar. 23. q. 5. non putes. vbi de hoc. argu ad hoc ſu 2. q 1. quiſquis. 2 q. 7 ſi cut. & c. qua 24. pp. q. 3. iã ſacerdotes.

† cum debet manifeſtare, ne, &c.] orig.

23. q. 4. nimium. §. non omnis. Prou. 27.

† Conc. in l. late pr. §. a cos, cum no. ff. de ſignif. fac verborũ tit.

† inf. 33 nimiũ. cap. ſi vi adult.

Gen. 42.

2. Cor. 12.

Voluntas potius quã factum attendi debet.

† al. amarius.

Prou. 27.

qui ſponte aliorum crimina confitentis repellit ab accu ſatione epiſcoporum. Et ad hoc inducit ſequentie c.

Illi qui.] CASVS. In hoc c. continentur tria genera perſonarum, quæ repelluntur ab accuſatione epiſcoporum, ſcilicet, in fide catholica ſuſpecti, inimici, & illi qui

cũ tormentis: ſed falſum eſt, quia tantum exceptis criminibus admittuntur uiles, ut ſup. 4. q. 3. ſi aũt ea conditio.

c ¶ Religioſus.] Iſtud obtinet in exceptis criminibus, in crimine læſæ maieſtatis, vbi accuſator torquetur, ut 6. q. 1. §. verum. C. ad leg. Iul. maie. nullus in fi. ſed in ciuili cauſa nunquam torquetur aliquis, niſi in defectum probationum, ut in authẽ. de teſti. §. ſancimus coll. 7. Vel dic ꝙ prima pars loquitur de accuſatore, ſecunda de teſte, uiles enim teſtes bene torquentur in exceptis criminib. ut 4. q. 3. ſi autẽ ea. & etiam in ciuilibus negocijs in defectum probationum, ut dixi.

*tra ſtatuere uidetur, dum aliorum crimina ſpontè confitentes in epiſcoporum accuſatione recipi prohibet dicens epiſt. 1. ad epiſcopos Galliæ.*

¶Ad accuſationem non admittantur aliorum crimina ſponte confitentes. C. IIII.

Anſ. l. 3. c. 25.

ILli, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem epiſcoporum non admittantur: quia veritatẽ profeſſionis infidelitas, & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſpontè crimina[a] confitentur. Et ideo replicanda eſt[b] ſolicitè ueritas, quam ſpontè prolata in illis uox habere non poteſt. Hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus†[c] tortor exigere debet,[d] ut dum[e] pœnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter, & veraciter exquirantur.

†rigoroſus.] et.

Teſtes uiles poſſunt torqueri.

*Item in prouerbijs, c. 11.*

¶De eodem. C. V.

QVi ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. *Item infra cap. 5.* Quæ uiderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum.

*Sed aliud eſt charitate aliorum crimina deferre, ut quos ſecreta admonitione corrigere nõ poſſumus, cõuictos iudicis ſentẽtia corripiat: atq; aliud, inſidiãdo falſa obijcere, uel inſultãdo vera facile exprobrare. Illud verò charitatis, hoc autem impietatis eſt officium. Vnde in eiſdẽ prouerbijs, c. 12. dicitur: [Verba impiorum inſidiãtur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.] & infra: [Qui quod nouit, loquitur, index iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.] Item. ¶ Labium ueritatis firmum erit in perpetuũ: qui autem teſtis eſt repẽtinus[f], cõcinnat*

d ¶ Exigere.] Non ꝑ ſe. ſed ꝑ alios, ut 96. diſtin. non liceat. per clericos autem, non per laicos. extra de ſent. excom uniuerſitatis. hẽs ergo hic, ꝙ prælatus poteſt ſubditos corporaliter punire, vt 45. diſtinc. cum beatus.

e ¶ Vt dum] Hoc nõ refertur ad omnia ꝓdicta, ſed tantum ad illos, qui ſpontè confitentur, inimicus n. non poteſt eſſe teſtis in aliquo crimine. extra de ſimo. licet Hely. poteſt tñ dici, ꝙ inimicus torqueri quandoque poteſt, & æſtimabit iudex an adhibebit ei fidem, vel non. ut ff de quæſtioni. in fi. Sed utrum clerici debeãt ſubdi verberibus pro teſtimonio dicendo dubitatur, quod vr̃ ſ. ut hic, & inf. ead. q. proxi. quia. & cap. presbyteri. & 45. diſt. cum beatus. Dicunt tamen quidam, minores clericos poſſe torqueri, ſed non maiores. Alij dicunt omnes ſuſpectos poſſe torqueri. nam & liberi uacillantes torquentur, ut extr. de accu. 2. ſuper his. ff. de quæſtio. de minore, & eccleſia virgis poteſt aliquos corrigere, 24. quæſt. 5. cap. 1. hoc certum eſt, ꝙ minores clerici indiſtinctè pro quolibet crimine uerberibus ſubijciuntur, ut 35. diſtin. ante. Sed maiores non, niſi pro enormibus ut diſt. 45. in ſumma. tamen licet clerici torqueantur pro delicto, non tamen pro teſtimonio dicendo ſecundum pleroſq;, qui dicunt non tenere iſtam legem. infra. ea. q. 6. presbyteri. Vel dic quòd clerici ſuſpecti poſſunt torqueri non à laico, ſed ab epiſcopo.

Clerici an poſſint pro teſtimonio torqueri.

1 Dicit H. notandũ eſſe, ꝙ clerici ſpõtè [1]aliorũ crimina confitentes indifferenter ſubiiciunt verberib. ſi res exigat tales recipi in teſtimonium, ut in hoc c. illi q. & ita ipſe. no. 45. diſt. in ſumma Arc.

qui ſpontè aliorum crimina confitentur publicè, ſcilicet detractores, quos ſi contingat recipi in excepto crimine in accuſationem, vel teſtimonium contra eos, qa tales quamuis veritatem ſciant, non eſt eis tamen ſponte confitentibus credendum, ſed elicienda eſt ab eis veritas per tormenta à iudice eccleſiaſtico, ſcilicet archiepiſcopo cum reliquis epiſcopis ut de ſuis latebris veritas eruatur. Sequens c. planum eſt.

a ¶ Sponte crimina.] Ideſt, detractores. 3 q. 4. detractores. & 46. diſt. [2]accuſatores. Vel aliter, ideſt ſine diſcretione.

2 Al. de pœni.

b ¶ Et ideo replicanda eſt.] Ideſt, ſæpius quærenda contra omnes ſupradictos, ſecundũ quoſdam, quod non placet, ſed contra confitentes tantum, quia inimici, & infideles nunquam admittuntur.

c ¶ Religioſus.] Sed qualiter exercet religioſus vir cauſam ſanguinis contra illud. 23 q. 8. his à quibus? Sed dic ꝙ eccleſiaſticus iudex poteſt virga punire, vt 23 q. 5. c. 8. & hóc non eſt iudicium ſanguinis, ſed hic facit quæſtiones in cauſa ciuili, quod fieri licet in defectum probationum. ff de quæſtio. diuus & etiam in eccleſiaſtica criminali 2. q. 1. in primis. in fi. Quidam etiam ex hoc loco dicunt viles contra clericos generaliter admitti-

Iudex eccleſiaſticus põt virga puniri.

QVi ambulat fraudulenter.] SED ALIVD EST. CASVS. Soluit modo Gratianus dictam obiectionem dicens, ꝙ accuſare aliquem ex charitate ad hoc ut corrigatur a iudice, officium eſt pietatis, & ad bonos pertinet, ſed falſo accuſare, vel falſa crimina alicui obiicere, officium eſt impiorum, & ad malos pertinet. Et hanc ſolutionem probat ſex auctoritatibus, quarũm quinque ſunt de prouerbiis Salomonis.

f ¶ Repentinus.] Quale ergo erit reſponſum teſtis? nam

nam ſi cito reſpondet, videtur mendax, ſi in mora, videtur dubius, vt 50. diſt ponderet 1.

perdere quod nunquam habuit. 30. q. 1. puella. 17. diſt. concilia. 23. q. 4. Guiliſarius. 27. q. 2. §. ex his 2.

e ¶ Caſtigari.] Hic vna pœna commutatur in aliam pœnam corporalem ſic 12. q. 2. §. libertus. & 68. diſt presbyter. 14. q. ult. c. 1. ſi. ff. de accu. hos. §. omnibus. in fi.

1 Et a… d. quom… ubi de… in fi.

f ¶ Velu-

1 Vel dic quod hic repetit quæſtionē, ut demonſtret, quod in calumniatorem poteſt eſſe pœnæ cōmutatio ſecundū L.

QVi autem.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur, quod qui calumniatur, tenetur ad pęnam talionis, & hoc probat per tres auctoritates. Secunda ibi, [Presbyteri.] Tertia ibi, [Epiphanium.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſexta quęſtio, qua quæritur qua pœna ſit puniendus qui deficit in probatione criminis, quod obiecit Sed quæſtio tractata eſt ſup. 2. q. 3. Sed Gratianus eā repetit, ut addat quædam c. de hac materia loquentia, & ut addat de cōmutatione, & recompenſatione pœnæ, vt qui non poteſt pati pœnam legitimam, patiatur aliam loco eius. Prima duo cap. ſequentia per ſe patent.

a ¶ Qui autem.] Hæc quæſtio expedita eſt. 2. q. 3.

b OMnis.] ¶ Puniatur.] Si conuictus fuerit de calumnia, vt 2. q. 3. §. notandum.

QVia.] CASVS. Quidam ſubdiaconus crimē cuidam diacono obiecit, ſed defecit in probatione. Quæſitum fuit à Grego. qualiter dēat puniri? & reſpondet quod pœna talionis puniri non poteſt, cum ſit diaconus, ſed careat promotione ſacerdotij, quam habere poterat, & executione officij, quod habet, & tāquam reuera infamis verberib. caſtigetur, velut laicus conuictus de crimine, & illud verbū, vel ut laico, in apparatu exponitur multipliciter, ſed certe per caſum poſitum debes literam intelligere.

c ¶ Manus.] Presbytero enim, & diacono tantum manus imponitur, ut 20. diſt. preſbyter. &c. diaconus. Sed contra. 49. d. c. 1. ubi & clerico iubetur manus imponi, ſed illud de manu benedictionis, hoc de manu conſecrationis. Vel dic quod tempore Gregorii, ſubdiaconatus non erat ſacer. ordo. 31. diſt. cap. 1.

d ¶ Sacerdotio.] Quod habiturus erat, argu. quod quis dr

*linguam mendacij*] *Item c. 13.* ¶ *Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem inconſiderate* † *loquitur, ſentiet mala.*] *& infra.* [*Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur.*] *Item Auguſtinus in pſal. 37.* [*Si aliquando* β *humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum moueantur, inſurgunt linguæ iniquiſſimorum inimicorum, cum fuiſſet miſerandum: irrident impij, unde dolent pij.*]

† *inconſideratus eſt ad loquendum.*] vulg. in verſi. quia dixi.

α ¶ Iudex] *Sic in biblijs etiam Compluti, & Antuerpiæ impreſſis. Sed in nonnullis manuſcriptis habetur,* iudex: *Græce autem* ἐπιδείκνυμι ... πίστιν ἀναγγέλλει δίκαιος ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος, *id eſt,* clarum teſtimonium dat iuſtus, teſtis autem iniuſtorum doloſus.

β ¶ Si aliquando.] *Hic verſiculus uidetur ſumptus partim ex verbis B. Auguſtini, partim ex gloſſa marginali, & interlineari in eundem locum ex eod. B. Auguſtino, & Caſſiodoro.*

## QVAESTIO VI.

*QVi autem*[a]*, quod intulit, probare non valet, puniendus eſt.* capit. l. 2. c. 277.

*Vnde Hadrian. Papa ait in capitul. c. 41.*

¶ Puniatur qui alijs falſa intulerit. C. I.

OMnis, qui alijs falſa intulerit, puniatur[b], & pro falſitate ferat infamiam. Anſ. l. 3. c. 92.

*Item Gregorius Papa.*

¶ De eodem. C. II.

*QVi calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret.*

¶ *Hic Gratianus partem ſequentis capituli, quaſi quandam per ſe ſententiam, quod non raro ſolet, præponit.*

*Item in regeſto.*

¶ Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat. C. III.

QVia iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utiq; ſubſtineret; ac per hoc, quia ſubdiaconus crimen diacono probare nō potuit, quoniā impoſitionem manus[c] (qua carere potuiſſet) non habuit, non ſolum a ſacerdotio[d], ſed officio caruit, & tamquā reuera infamis meruit verberibus caſtigari[e]. Nam cui cum tribus teſtibus, ueluti[f] laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum, quod obiecit dum probare non Iuo. diaco. li. 4. uita B. Greg. c. 31.

Perdit quis quod nunquā habuit.

f ¶ Veluti.] Hic vult dicere, quod ſubdiaconus conuincitur ueluti laicus quantum ad hoc, ſcilicet quod ſicut cauſa laici ab epiſcopo uno audiri poteſt, ſic cauſa ſubdiaconi, ut 15. q. 8. Felix, ſecus eſt in diacono, quidam etiam referunt hoc ad qualitatē teſtiū, ut ſicut bigami admittuntur

tuuntur contra laicum, ſic cõtra ſubdiaconum, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, vt 34. diſtinct. lector ſed eadem ratione homicida admittitur contra ſacerdotem, cum ſecum diſpenſari poſſit a Papa 1. audiantur, ſed ſi presbyteri falſitatem dixerint, licentiam habeant litigatores de falſo eos redarguere, & quanto in maiori honore ſunt poſiti, tanto maiori pœna debent affici, ſi in crimine reperiantur falſitatis: & illud verbum, & leges præcipiunt, ideſt, forte, in quibus caſib. laici torquent. & ipſi torqueantur.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore an presbyteri cum ferunt teſtimonium ſint uerberibus ſubijciendi? Et reſpondet quòd, propter prærogatiuam ſacerdotij, hac tamen conditione, ut falſa non dicant, cæteri vero clerici prout leges præcipiunt. ſecus ſi directè accuſatur teſtis 3. vt 50. diſtin. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. 1. § ult.

ſufficit, ſi corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex iuris ſimilitudine ſubiugatur. Quod enim eſſet diacono gradum amittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

*¶ In regeſto B. Gregorij hæc non ſunt inuenta, ſed habentur omnia in vita ipſius a Io. diacono ſcripta, lib. 4. c. 31. Is enim poſtquam citauit epiſtolam 66. libri noni Anthemio ſubdiacono ſcriptam, inde iſta colligit,* Idcirco Gregorius non probantem quod obiecerat, ſubdiaconũ officio iubet priuari: quia iuxta canonicas patrum ſententias, quia calumniam, &c. *vſq; ad finem. Sicut autem caput hoc ex* Io. *diacono ſumptum eſt; ita in Decretalibus caput primum tit. de calumniat. ex ipſa Gregorij ad Anthemium epiſtola eſt acceptum.*

a ¶Quod autem viuente.] Dicendum eſt, ꝙ non, niſi ſit depoſitus 50. diſt. poſtquam vel niſi renunciauerit de licentia Papæ, vt inf. ea. c. mutationes. Vel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam, quo caſu carebit hã bita, & ambita. j. eo. ſi quis eps ad inſtar inuaſoris, qui amittit rẽ inuaſã. & aliud tantundem, vt C. vnde vi, ſi quis in tantam. In ægrotãte autem diſtinguunt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis vt tũc alter ſubſtituat, vel etiam ſi nimis ſenex eſt, ad inſtar iudicis. ff. de iud. ſi longius. C. de offic. præfe. orien. l. ſi quos. Sed hoc nõ admitto niſi in leproſo, qui a dignitate remouetur propter ſcandalum. extra de cler. ægrot. tua. Hoc etiã teias, ꝙ epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur, ut 33 diſtin communiter. & extra de elect. cum inter. ſed promotũ morbus nõ deijcit, vt hic ꝙ inf c. 2. ſed non datur ei coadiutor, ut inf. c. 1. ſed ex diſpẽſatione magna quandoque viuẽti epo alter adiungit, vt inf. ea. non autẽ. & idem de quolibet clerico intelligas, ſed abbates facti inutiles remouentur penitus. 18. q. 2. ſi quis abbas ſicut etiam fit in iudice. C. de offi. præfec. oriẽ. ſi quos. cum etiam ex modicis cauſis remouantur 1 extra de ſi. per tuas. vbi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem ſit inhabilis, remouendus eſt, vt videtur extra de æta. & qual. c. 1. vitæ tamen neceſſaria recipiat. inf. ea. quamuis.

Epo viuente an poſſit alius ſubrogari.

1 *Hic primum quæritur, vtrum viuente epiſcopo alius poſſit in eadem eccleſia ordinari.*

2 *Secundo, an iſte valeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter accepit.*

## QVAESTIO I.

In concil. Aurelianenſi. 5. c. 15.
Burc. l. 1. c. 186.
Iuo p. 5. c. 302.

Ps 1 *Vod autem viuẽte* [a] *epiſcopo alius ſuperponi, aut ſuperordinari non poſſit, ex concilio apud Aruerniam* a *celebrato definitũ eſt, in quo legitur* [ *vt nullus viuente epiſcopo, alius ſuperponatur, aut ſuper ordinetur epiſcopus niſi forſitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.* ]

a ¶Aruerniam.] *Burchardus etiam, & Iuo citant ex Aruernenſi, c. 13. extat autem in Aurelianenſi quinto, c. 1*

*Item ex regeſto Gregorij Papæ lib. 9. epiſt. 41. ad Anatolium Conſtantinopolitanum diaconum.*

¶Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus. C. I.

Poly. l. 2. tit. 17.
Ant. l. 6. c. 201.
Burc. l. 1. c. 188.
Iuo p. 5. c. 304.

Poly. l. 2. tit. 19.

SCripſit mihi tua dilectio, pijſſimum domnũ noſtrum reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ [b] Iuſtinianę epiſcopo pro ægritudine capitis, quã patitur, præcipere ſuccedi ne forte, dum epiſcopi iura eadem ciuitas nõ habet, (quod abſit) ab hoſtibus pereat. Et quidẽ nuſquã canones præcipiunt, ut pro ægritudine epiſcopo ſuccedatur & omnino iniuſtũ [c] eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atq; ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex eius depoſitione veniat. Sed ſuggerẽdum eſt, vt ſi is, qui eſt in regimine, ęgrotat; diſpẽſator [d] illi requiratur talis, qui poſſit eius curam omnem [e] agere, & locũ illius in regimine

QVòd autem viuente.] Hæc qõ diuiditur in ix. partes in prima probatur xv. auctoritatibus, ꝙ nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua, nec ẽt pro infirmitate, niſi ipſe renunciauit, nec alius põt eligi altero non renunciante, niſi de Papæ licẽtia ſpeciali. Sc̃da ibi. [Ne autẽ.] Tertia ibi, [Ecce q.] Quarta ibi, [Ambitionis.] Quinta ibi [Quod uero.] Sexta ibi, [Hoc nõ ſolũ.] Septima ibi, [Ecce in quib..] Octaua ibi, [Itẽ cũ aliquis.] Nona ibi, [Hoc etiam tunc obſeruandum.] Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur prima qõ, in qua quęritur, an viuente epo alius poſſit loco eius ſubſtitui, & rñdet, ꝙ nõ niſi in caſibus. ſ. niſi deponat, vt 50 diſt poſtquã. & niſi renunciet, ut j. ea. q. qualiter. & niſi mutetur ſedes de licentia Papæ, ut inf. e. q. qualiter. & niſi per ambitionem tranſtulerit ſe ad aliam eccleſiam: quo caſu carebit vtraque habita ſ & ambita, ut infra ead. ſi quis eps. ad inſtar inuaſoris; q̃ amittit rem inuaſam, & aliud tantundem vt C. vnde vi, ſi quis in tantam. uel niſi intrauerit monaſterium, vel canonicam regulam de licentia Papæ, vt infra ea hoc nequaquam. Probat ergo primo per concilium apud Aruerniam celebratum, ꝙ epo viuente alius ſubſtitui non debet, niſi depoſitus ſit.

SCripſit mihi tua dilectio.] CASVS. Ioãnes primę Iuſtinianæ eps tanta ægritudine capitis laborabat, ꝙ ep̃ale officiũ exercere non poterat. Ne igitur ciuitas p̃fata dilaniaretur ab hoſte. Anatolius diaconus Cõſtantinopolitanus ſupplicauit. Gre. vt alium ſubſtitueret epiſcopum. Gregorius vero ſcribens ei dicit hoc non eſſe faciendum. Iniuſtum eſt enim, vt quis pro ægritudine ina ſuo priuetur honore, ſed coadiutor ei det, qui vicẽ eius gerat, ut Deus non offendat, & ciuitas nõ negligat.
b ¶Primæ,] idelt, Salonitanæ, quia ibi Iuſtinianus primo reſedit, Alij dicunt Rauennam, & nõ Salonitanam eſſe primam Iuſtiniani ſedem.
c ¶Et oĩno iniuſtum.] Præeſſe enim intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur licet ſit infirmus. ff. de ſta. lib. cum hæres.
d ¶Diſpenſator.] Simile. ff de tute. ſolet etiam. ubi dicitur, ꝙ ſi tutor propter longam ægritudinem non põt adeſſe, datur ei curator, qui potius dr̃ adminiſtrator.
e ¶Curam omnem.] ideſt, res eius adminiſtrare, ſed quæ ſpectant ad pontificale officium, vicini ep̃i ſupplebunt

1 Dñt qdã iuris ordine ſeruato, ut ext. de accu. ad petitionẽ in fi. vbi de hoc approbat.
Hoſt. licet Ber. ibi aliud innuere videatur ꝑ eum tit. qualiter a. in fi.

eccleſiæ (ipſo non depoſito) ac in cuſtodia ciuitatis implere, vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta.

¶*Caput hoc emendatum & locupletatum eſt ex originali.*

*Item libro ſecundo, epiſtola quinta ad Candidum epiſcopum.*

¶Flagellatis à Domino afflictio addi non debet. C. II.

CVm percuſſio corporalis imminet, vtrum pro purgatione [a], an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet a nobis addi flagellatis [b] afflictio [c] †: ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Ext. de clerico ægrot. c. 1.

¶*In decretalibus tit. de cler. ægrotan. c. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipſo quid agendum ſit definitur.*

*Idem Gregorius lib. 3. epiſt. 13. Maximiano a epiſcopo Syracuſano.*

a ¶Maximiano.] *Sic eſt emendatum ex originali tam impreſſo, quàm manuſcripto. Nam ante erat,* Clementino epiſcopo primati Bizanceno.

¶Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet. C. III.

PRæſentium latoris Adeodati querelam, qui ſe a ſui presbyteratus loco incongruè dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet; tamen paulo latius iudicauimus, apertiuſque retexendam. Aſſerit nãque à Quintiano fratre, & coepiſcopo noſtro in loco ſuo pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negocijs relaxatũ, ægritudiniſq; cauſa per duorũ [d] menſium ſpatium ſuæ ſe eccleſiæ defuiſſe: Cuius rei occaſionẽ captantem prædictũ fratrem noſtrũ, aliũ loco eius illic presbyterum ordinaſſe. Hortamur, itaq; fraternitatẽ tuam, vt cauſam eius ſolicitè perquiras, diſtrictéq; diſcutias; & ſi manifeſtæ ægritudinis, ſicut dr̃, cauſa eccleſiæ ſuæ eũ defuiſſe repereris, nullam ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: ſed in locum ſuum ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui. & *infra.* ¶Illud autẽ charitatem ſuam ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit huius ſuggeſtio, atq; in ſuum fuerit ordinem reſtitutus, & de presbytero, qui in loco eius, ordinatus eſt, ſubtiliter, diſtricteq; debeas eſſe ſolicitus. Et, ſi quidem ſine datione

---

bunt. inf. ea. per tiſi ea. Et hic argu. q coadiutor & administratores vel viſitatores debeant habere liberam, & gñalem adminiſtrationem 1, vt ĩ. ea. quamuis. & extra de elect. cum nobis olim. in fi & 21. q. 1. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorem? Dico eum cogendum per ſuperiorem extra de cenſi. Romana. verſ. ſi vero. lib. 6. & argu. ff. de mino. l. ait § 1 mult. ta. n. bona præſtanẽ inuitis, vt 45. diſt. & qui emendat.

CVm percuſſio.] CASVS. Calumniolus clericus corporalem patiebatur percuſſionem, cuius occaſione Candidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſię ſpoliauit ſuper quo cũ Gre. querela pulſaretur, præcepit Candido, quatenus omnia ſibi reſtituat, quia ſi pro ęgritudine eccleſia priuaretur, & Deus offenderetur, & alij non inuenirentur, hoc exemplo deterriti, qui vellẽt eccleſiæ militare. Et iſte caſus colligitur ex decre. quæ eſt extra de cle. ęgro. cum percuſſio.

a ¶Purgatione.] id eſt probatione. inf. e aduerſitas.

b ¶Flagellatis.] Sufficienter, ſed nõ ſufficienter afflictis addi poteſt, vt 21. q. 5. ſi quis a proprio & cap. ſeq. & eſt. arg q poſt pniam non poteſt quis accuſari 2. de crimine ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri ff. de iu. dot. iure. & ff. de cond. ob cau. ſi pecuniam §. ult. ſimiliter pœna non dẽt verti in culpam, ut 3 d. 5 baptizari. &c. ad eius vero.

c ¶Afflictio.] ſup. 3. queſt. 9. iudicas. & extra de iudi. et ſi clerici. & ſup. diſt. 5. cap. 1.

PRæſentium] CASVS. Adeodatus presbyter accepit a Quintiano epiſcopo ſuo licentiam, vt ad certum tempus abeſſet ab eccleſia ſua, pro quibuſdam ſuis negocijs ordinandis: ſed cum propter ægritudinem ſtetiſſet vltra tempus præfixum ei: eps eius, ſcilicet Quintianus alium ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam ſuſcepiſſet, ſcribit Maximiano epiſcopo Syrac. vt inquirat veritatem huius rei, & ſi inuenerit quod ægritudinis cauſa per duos menſes abfuiſſet, reſtituat eum in loco ſuo: ſubſtitutum vero presbyterum ſi non per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus, in alia quacunque vacante eccleſia inſtituat: ſi vero per ſimoniam, degradetur.

d ¶Per duorum.] Idem forte ſi per vnum, vt ĩ c. ſi quis in clero 3 hic ſumit arg. q ſi epiſcopus indeterminatè licentiauit clericum, non videtur eum licentiaſſe vltra duos menſes: ſed tamen hoc eſt referendum ad arbitrium boni viri conſiderato negocio, arg. ff. de verbo. obl. continuus. Ad hoc c. bene facit ff. de re mil. qui cõmeatus. nã ibi dr̃. q ſi aliquis abeſt vltra ſtatutum tps. p deſertore habetur. ſimi. bonũ. arg. 21. q. 2. placuit. poteſt tñ per modicum tps purgare moram. 88 diſt. perlatum. Non. n. feſtinabit iudex ad ſententiam. vbi quis iuſta cauſa abfuerit 4. vt ff. de dam. infect. ſi finita §. forte, etiam

---

Coadiutor dẽt hr̃e liberam adminiſtrationem.

1 Multo fortius hoc obtinere dẽt in uero prælato: qd̃ eſt verum, vt no. 5. q. 3. c. vlt. Archid.

Afflictio qñque dat afflictis.

2 Hoc arg. nõ procedit 34. q. 2. admonere.

Quod dic vt no. extra de accuſ. de his.

etiam licet ad præfixum terminum reus non veniat, ſed habebit ratio viarum, tĕporis, & ægritudinis, & alterius impedimenti, vt ff. de vaca. mu. tempus ff. quibus ex cau ſſ ma. ſi cui. §. 1. poteſt enim abſens iuſtam hĕre excuſationem, vt extra vt lit. non conteſta. quoniam frequenter;

Pontifices.] CASVS. Aluinus archiepiſcōpus duas fecit quæſtiones Papæ Nicolao. Prima fuit, vtrū propter ægritudinem pontifices ſint abijciendi a dignitate. Et reſpondet ꝙ non, nec alii dĕnt loco eorum ſubſtitui, niſi prius de hoc ſæculo migrauerint, & pſbyteri eorum defectu ſupplere debent, & in quib. ſupplere nō vălent, ſupplebūt vicini epiſcopi, qui debent cum cautela vocari, ne eccleſiæ præiudicium fiat. Secunda quæſtio fuit, vtrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint, & reſpondet quod non.

aliqua ad eundem ordinem peruenerit, vt in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere; in alia [a] quacunque vacante eccleſia eum volumus ordinari. Sin autem in eo quidpiam (quod auertat Dominus) fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non cauſa replendæ neceſſitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

*Item Nicolaus Papa Aluino † Ianuenſi archiepiſcopo.*

† al. Albino Vienenſi.

¶Pro infirmitate, vel ægritudine Pontifices non ſunt abijciendi, nec in eorum locum alii ſubſtituendi. C. IIII.

Iuo p. 5. c. 352.

PОntifices, qui aliqua occupantur infirmitate, vel ægritudine, abijciendi non ſunt, nec alios in loco corū cōſecrari oportet, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt [b], ſacerdotes [c] expleant. In his vero, quæ his præſumere non licet [d], vicinorum [e] vſq; [f] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporū auxilia ſubrogentur: & hoc cum cautelæ [g] ſtudio peragatur, ne per neceſſitatis occaſionem præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos vero, qui Dominici gregis ſuſceperunt curam, atq; ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamine † eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur [fructus †.

† al. certamen.
† abeſt a multis.

*Item ex libro quarto epiſtola ſecunda Cypriani epiſcopi, & martyris ad Antonianum.*

¶Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet. C. V.

Poly. l. 7 tit. 4.
Anſel. l. 6. c 58.
Iuo p 5. c. 359.

FActus eſt Cornelius epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, & plebis, quæ tunc [h] affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum anti-

b ¶Quæ licita ſunt. vt Miſſam canere, & prædicare, vt 95. diſ. ecce.

c ¶Sacerdotes] ideſt archidiaconi, vel decani, qui vicarii sūt epiſcopi, vt 25. d. perlectis.

d ¶Non licet.] In his quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt 68. d. quamuis

e ¶Vicinorum.] Sic 65. d. ſi forte.

f ¶Vſque] ſic C. de cura. furio. cum alijs

g ¶Cum cautelæ.] ideſt, præſtabit cautionem de bonis eccleſiæ non vſurpandis Ioan.

g ¶Cum cautelæ.] id eſt, præſtabit cautionem quod ex hoc ſibi nullum ius vendicabit. & arg. eſt quod quis pro poſſeſſore habetur ex eo, ꝙ fuit in poſſeſſione 3 niſi proteſtatio præceſſerit, vt hic, & ſup. 24. diſtinctio. presbyteri, & extra de iure patr. conſultationibus. arg. contra ext. de reſtitu. ſpolia. olim 3. & 10. q. 3. quia, & extra de offi. deleg. conſultationibus. Ioan.

ſit ſpoliatus, alias ſecus. Pann. c. conquerente. de reſti. ſpolia. & a iudice cōpetenti habent prætera licet iniuſte faciat.

Pann c. cum cā de of delegati debet ergo appellare, vel reſtitutione in integrum verbis adumbratis petere, ceſſantib remedijs contra priuatos proditis.

3 Iſtā ſnīam videtur tenere Inn. extra de reſti. ſpo. ſæpe. in glo. ff d iud. & c. in ſi ver. Inno. plus vi, &c. Arch.

ter. Lex dicit, ꝙ ſi qui per licentiam abeſt, ſi vſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, vt C. de aduoc. di. iu. l. vlti. Io.

a ¶In alia.] Arg. ꝙ ſi concedo alicui eccleſiam, quæ ab eo euincitur, teneor ei aliam concedere, vt extra de præben inter cætera, quia iuuari nos beneficiis non decipi oportet, vt ff. cōmo. l. in cōmodato. §. pen inf. ea. omnis & c. paſtoralis, & eſt cōtra id quod dicit lex, ꝙ donator non tenetur de euictione, vt C. de ædi. edic. ad res donatas, ſed hic non dicitur epiſcopus donare, quia habet neceſſe concedere eccleſiam, & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit ff. de adi. leg. l. rem legatam. Tamen de dolo poſſum agere contra donatorem, ſi mihi ſcienter det rem alienam, vt ff. de don. Ariſto. §. vlt. Item ſi quis per violentiam expellitur de eccleſia, non haberet recurſum ad epiſcopum: ſicut nec emptor ad venditorem in hoc caſu, vt C. de actio. emp. & ven l. expulſus. Et not. ꝙ hoc c. ſemper conſueuit ad hoc induci, quod ſpoliatus a iudice non poſſit petere reſtitutionem 2 vt 2 q. 1. notum. Iudex enim non dicitur facere violentiam, vt 23. q. 2 c. 1 ff. quod met. cau. l. 3. Semper enim pro ſuo facto præſumitur, niſi poſſit de dolo argui. vt 2. quæſt. 6. hoc etiam. Ioan.

…eſia cui …n poſſit contra qui illā …alit.

…hoc fa …uia pri- …le cauſa …oſcitur …i patet. …ſtitutio …hoc ve …ſi ritè, …iudicè

FActus.] CASVS. Hæc quinque c loquuntur de Nouatione Papa ſchiſmatico, eiuſq; complicibus Eſt ergo caſus huius c. & ſequentis. Defuncto Papa Fabiano, electus eſt Cornelius vere ab oībus Cardinalibus, ſcilicet xvj. habito ſuffragio plebis, & antiquorum ſacerdotum, & bonorum virorum conſenſu. poſtea Nouatianus electus eſt a paucis, qui ſic intruſus Cornelium moleſtādo cœpit orbem peragrare, & catholicos deponere epiſco pos, & alios ſubſtituere. Scribit ergo Cyprianus martyr omnibus Chriſtianis, ꝙ ſolus Cornelius eſt verus Papa: ſed Nouatianus Papa, qui poſt illum Cornelium eſt electus, profanus eſt, & malus; nec dicitur ſecūdus, imo potius nullus, & hortatur Chriſtianos ne recipiant illum: quia licet nunc in initio ferueat, diu tamen durare non poteſt.

h ¶Quæ tunc.] Hic videtur, ꝙ abſentes non ſunt vocandi ad electionem, vt 10 q. 1. hoc ius, & extra de ſent. & re iud. cum olim. maximè ſi ſint remoti, vt extra de elect. cum inter. immo, & ſi in hortis ſunt, non videntur vocandi, vt 2. q. 6. §. biduum. ſufficit enim ad citationē pul-

Abſentes an ſint ad electionem vocandi.

pulſatio campanæ, vt extr. de offi. cuſt. c. 1. & 2. extra de ele. in cauſis, & extra de poſt. prælа. c. pe. & antep. & lex dicit, illos ſolos vocãdos, q̃ ſunt in vrbe, vt C de legatio l. vlt. li. 10. Quod autem vocandi ſint abſentes, probatur 63. diſt. quanto alioquin plus nocet contemptus vnius, quã contradictio pluriũ, vt extra de elect. q̃ ſicut, & c. cũ nobis olim. Nam remoti ſunt vocandi vbi tractatur publica vtilitas, vt C. de decur. curiales 2 li. 10. Solu. Sẽper vocandi ſunt vbi cõmode vocari poſſunt, vt extra de electi, quod ſicut. ſed ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliq poſsũt eligere, vt ibidem dicitur. tamẽ ſi aliquis nõ poteſt intereſſe, ſi ſuo iuramẽto fidem de hoc fecerit, p̃mittitur ei per procuratorem eligere, q ſit de collegio, vt extra de elec. q a propter. extra p̃uin. c iam tamen nõ ſunt vocandi, vt extra de elect. coram. quia poteſt abſens habere iuſtam excuſationẽ, vt extra vt lite. non cõteſt. q̃m frequenter. Hodie autem ſuper iſta vocatione ſufficit conſuetudo eccleſiarum, per decretalem extra de elect. in Geneſi.

g ¶ Initia. ] Arg. contra nouitios magiſtros, qui primo feruent, & poſtea deficiunt. 23. q. 4. diſplicet, & c. non inuenitur, &c. ſi eccleſia. immo a minimis eſt incipiendum, vt 48. d. ſicut.

Sti-

quorum, & bonorum virorum collegio a, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, ideſt cum locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret: quo occupato [a] de Dei voluntate, atq; omnium noſtrum conſenſione firmato [b], quiſquis iam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt; nec habeat eccleſiaſticam ordinationem [c], qui eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet iactans, & ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit; quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus [d] eſt.

a ¶ Collegio.] *Sic legitur in codicibus* Cypriani *impreſſis, & manuſcriptis, &* Polycarpo; *Ac ſimilis fere locutio eſt in ſequenti capite, &* 2 3. *q.* 8. *ſi quis membrorum. Antea erat,* conſenſu.

*Item in eadem epiſtola inferius.*

¶ Non eſt epiſcopus, qui in locum viuentis irrepſerit. C. VI.

Anſ. l. 6. c. 58.

NOuatianus β epiſcopus non eſt, qui Cornelio epiſcopo in eccleſia a ſexdecim coepiſcopis facto, adulter; atq; extraneus epiſcopus fieri a deſertoribus per ambitum nititur: & cum ſit a Chriſto vna eccleſia per totũ mundũ in multa membra diuiſa [e], item epiſcopatus vnus, epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus; ille poſt Dei traditionem poſt connexam, & vbique coniunctam catholicæ eccleſiæ vnitatem, humanam [f] conatur † eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittit, vt quædam recentia inſtitutionis ſuę fundamenta conſtituat: cumque iam pridem per omnes prouincias, & per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ętate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti; ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audet: quaſi poſsit, aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici corporis compaginem γ diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere; neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia [g] feruere, incrementa vero habere nõ poſſe: nec augere quod illicite cœperint, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. *& infra.* ¶ Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atque a ſacerdotũ collegio ſeparat; epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem; qui epiſcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.

† *conatur* ] orig.

β ¶ Nouatianus.] *Recte aptatum eſt a collectoribus hoc initium ne ſuperiora etiam afferenda eſſent. Nam apud Cyprianum ſic legitur poſt multa:* niſi ſi epiſcopus tibi videtur, qui epiſcopo in eccleſia, &c.

γ ¶ Corporis compaginem.] *Sic emendatum eſt ex aliquot vetuſtis, & Anſelmo, & ipſo originali: antea enim legebatur,* ordinis compagem.

*Idem ad Florentinum Puppianum, eod. lib. 4. epiſ. 9.*

a ¶ Quo occupato ] Ideſt, canonice ſũpto.

b ¶ Firmato. ] Ergo electio Papæ eſt confirmanda 1.

1 Hoc tñ nõ eſt verum & ſpeciale eſt in eo quia cum eligitur cõfirmatur, & confirmãdo eligitur, vt 23. diſt. in nomine Domini.

c ¶ Ordinationem.] Argu. quod quæ ab intruſo fiunt, non tenẽt, vt 12. q. 2. alienationes 9. q. 1. ordinationes.

ADDITIO. Ad hoc no. ext. de elect. nihil. in gl. in duobus caſibus. ext. de ſchiſmat c 1. ibi videas.

d ¶ Sed nullus ] Arg. q̃ nullus eſt, qui malus eſt. ſim. extra de transla. inter corporalia. ſic 2. q. 7. non omnes, & 19. diſtin. ſecundum. Arg. contra 1. q. 1. quod quidam.

e NOuatianus. ] ¶ Diuiſa. ] 24. q 1. loquitur.

f ¶ Humanã. ] ideſt, non ſpiritualem.

¶Non eſt in eccleſia, qui cum epiſcopo pacem non habet. C. VII.

Iuo p.5.c.360.

SCire debes epiſcopum in eccleſia [a] eſſe, & eccleſiam in epiſcopo; & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in eccleſia non eſſe: & fruſtra ſibi blandiri eos qui pacem cum ſacerdotib. Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt; quando eccleſia †, quæ catholica una eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa.

† al. eccleſia catholica, quæ vna.

*Idem ad Iubaianum.*

¶Suo iuri quis cedere non debet. C. VIII.

Gen. 25.

QVam periculoſum [b] ſit in diuinis [c] rebus, vt quis cedat iuri ſuo, & poteſtati; ſcriptura ſancta declarat, cum in Geneſi Eſau primatus [d] ſuos inde perdiderit; nec recipere id poſtmodum potuerit quod ſemel ceſſit.

*Idem lib. 1. epiſt. 6. ad Magnum.*

¶Perditionem ſibi acquirunt qui ab epiſcopis recedentes vnitatem eccleſiæ ſcindunt. C. IX.

3. Reg. 12.

DEnique quàm ſit inſeparabile unitatis ſacramentum, & quam ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo alium ſibi foris pſeudo epiſcopum conſtituunt, declarat in libris regnorum ſcriptura diuina, ubi a tribu Iuda, & Beniamin decem trib. ſciſſæ ſunt, & relicto rege [ſuo [e] † alterum ſibi foris conſtituerunt: [Et indignatus eſt, inquit, Dominus in omne ſemen Iſrael, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos a facie ſua; quia diſſipatus eſt Iſrael a domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabat: ] Indignatum eſſe Dominum dicit, & eos in perditionem dediſſe, quòd ab unitate diſſipati eſſent, atq; alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, ut etiam cum homo Dei ab Hieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque ultionem futurã prædiceret, panẽ quoq; apud illos edere, & aquam bibere uetaretur. Quod cum nõ cuſtodiſſet; & contra præceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſuræ maieſtate percuſſus eſt, ut inde regrediens

† abeſt ab ori.
4. Reg. 17.
3. Reg. 13.

SCire debes.] CASVS. Scribit Cyprianus ad Puppianum, ꝙ ſolus Cornelius eps: & ei obediẽtes ſunt in eccleſia. Nouatiani vero, qui cum ſacerdotibus Dei pacem non habent, & per obreptionem dignitatem arripiunt, non ſunt in eccleſia, quæ tantum vna eſt, nec poteſt eſſe diuiſa. [Cum epiſcopo non ſit:] ſcilicet in communione epiſcopi.

a ¶In eccleſia.] 6. q. 2. ſi tantum. cõtra. ſed ibi ſolutum eſt. hic dicitur eccleſia epiſcopus: alibi eſt idem quod eccleſiaſtici viri, vt ſup. 63. diſt. c. alibi ponitur pro maiori parte, vt ſu. 5 . d. Apoſtolica quandoq; pro congregatione fidelium inf. de conſe. d. 1. eccleſia. Et dic per exempla varias ſignificationes, vt ext. de teſt. relatum. & extra de ver. ſig. cum clerici. ex. de vſu. pal. c. 1.

QVam periculoſum.] CASVS. Cornelius Papa volebat renũciare papatui propter tribulationes, quas a Nouatiano ſuſtinebat: ſed Cyprianus dehortatur eum, & dicit hoc non eſſe ei faciendũ: quia ſibi eſſet periculoſum, ſi in tanta tribulatione eccleſiã dimitteret: & præterea ſi modo renunciaret, de cætero repetere non poſſet. Et hoc probat exemplo Eſau, qui ius primogenituræ cui renunciauit, repetere non potuit.

b ¶Quam periculoſum.] Argu. qui iuri ſuo renunciat, illud repetere non poteſt. inf. ea. cos. 13. q. 4. ſi illic. ff. de ſuc. edi. l. 1 §. qui ſemel & C. de pac. poſt quã [illegible] c. hoc nequaquã. & ff. de ędil. ed. quæritur, §. ſi venditor. vbi dicitur, ꝙ remittentib. actiones ſuas nõ eſt dandus regreſſus ad eas. 92. d. ſi quis eps. 18. q. vlt. dudum. & notaui. 6 q. 3. denique.

Iuri ſuo renuncians, illud repetere, non poteſt.

c ¶In diuinis.] Tẽpore periculi, vt inf. ea ſuggeſtum.

d ¶Primatus.] Ius ergo primogenituræ (vt dicunt) eſt dignitas talis. quia primogeniti prę alijs in feſtis ſacrificia offerebant, & ꝙ ſedebant ad dexteram patris. & quod cibos duplicatos recipiebãt. Et dicit Gandulphus Eſau cõmiſiſſe ſimoniam: quia illud ius ſpirituale fuerat qđ vẽdidit † . ſed eſt cõtra eũ .. quæ 1. qui ſtudet vbi dicitur ꝙ Giezi fuit primus q commiſit ſimoniã. Sed nunquid peccauit Iacob emendo? Nõ. quia gratis hoc fuiſſe daturus, vel qa redemit id quod ſibi diuinitus erat debitum. ext. de diuor. gaudemus

Ius primogeniturę an ſit ſpirituale.

† Dicit Hu. hoc eſſe falſum, qa nullum ſpũale vendidit: ſed quia in tali venditione peccauerit: vt ex eo qđ le. & not. de pœn. d. 3. Iudas.
Dicit L. ꝙ I eo ſolo peccauit qa vilem cibum exarſit. 41. d. quiſquis, & idem Hug.

DEniq.] CASVS. Hoc capitulum diuidit in duas partes. In 1. parte oſtendit Cyprianus ſchiſmaticos graui pęna eſſe puniendos. Et hoc probat trib. exẽplis. ſ. exemplo decẽ tribuũ, quas Dominus captiuauit, & retruſit vltra montes Caſpios: qa ſegregato Roboã filio Salomonis, fecerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabath & exemplo Abdo prophetæ, qui necatus eſt a leone: qa comedit panem & bibit aquam in terra decem tribuũ contra Domini prohibitionem. Et exempla Samaritanorũ, quos Dñs voluit dimitti & præteriri: qa ibi erant ſchiſmatici. In 2 parte, dicitur, ꝙ non prodeſt Nouatianis adorare vnum & eundẽ Deum, quẽ Cornelius adorat; quia Core & Dathan & Abyron adorabant eundẽ Deũ cum Moyſe & Aaron. tñ ſunt percuſſi pp ſchiſma, qđ fecerũt, & thuribula eorũ cõflata in ſignũ perpetuũ affixa ſunt altarib. Secunda pars incipit ibi, [Qđ vero ]

e ¶Rege ſuo.] Scilicet filio Salomonis. Et eſt hic arg. ꝙ filij regum de iure debent eſſe reges. argu contra 8. q. 1. Moyſes. & 93. d. legimus.

Regum filij debent eſſe Reges.

impetu, ac morſu leonis in itinere necaretur. *& paucis interiectis.* ¶Satiat adhuc *a* in Euangelio ſuo Dominus, & maiorē intelligentiæ ſuæ lucē manifeſtat, ꝙ ijdē qui[a] ſe tunc à tribu Iuda, & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis in Samariam ſeceſſerant inter profanos, & gentiles computarētur. Nam, cum primū diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit, & dixit: [In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatē ſamaritanorū ne introieritis:] & Ad Iudæos prius mittēs, gentiles adhuc præterire iubet. Addēdo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari.[b] *& poſt pauca.* ¶Quòd vero eundem, quem & nos Deum patrem, eundem filium Chriſtum, eundem ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Core, & Dathan, & Abyron cum ſacerdote Aaron, & Moyſe eundem Deum nouerant: pari lege, & religione viuentes, vnum, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione præceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerūt rata eſſe, & proficere ſacrificia irreligioſe, & illicite contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicite fuerat oblatum, ne in vſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent; iuſſu Domini conflata, atq; igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundū quòd loquitur ſcriptura diuina: [Memoriale[c], inquit, filiis Iſrael, vt an accedat quiſdam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non fit, ſicut Core.] Et tamen illi ſchiſma [d] non fecerant, nec foras egreſſi contra Di ſacerdotes impudenter, atque hoſtiliter rebellauerāt. Quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, & contra pacem, atque vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vendicare conantur.

a ¶Satiat adhuc.] *Antea legebatur,* Sed adhuc. *Emēdatum eſt ex uetuſtis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco ſecuta eſt. Hoc vero utitur etiam in libro de opere, & eleemoſynis ſic ſcribens,* deprecationes ſolas parum valere, niſi factorum, & operum acceſſione ſatientur. *Ita enim habent vetuſti codices, & cætera editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, eius verbi loco, poſitum eſt,* adiuuentur.

*Item Leo quartus Vernoni Duci Britanniæ.*

¶Non eſt defendendus, qui viuentis locum inuadit. C. X.

NOn furem[e], nec latronem, qualem Gillandum †eſſe ſentimus in Nānetica ſede, qui viuentis (quod non licuit) locum non timuit vſurpare, pro cuiuſcunque muneris donis vltra debes defenſare.

*Item Euariſtus Papa, epiſt. 20. omnibus epiſcopis.*

¶Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam dimittere. C. XI.

SIcut vir non debet adulte-

a ¶Quòd ijdē qui.] arg. ꝙ idem eſt populus qui fuit ante mille annos 1. ſic 16. diſt. habeo. & ff. de iudic. proponebat. Sed cōtra illi fuerūt ante tēpus Chriſti ultra Calpios mōtes trāſlati. Sed dic, ꝙ adhuc multi ſequebantur eos in vitijs ſuis: vnde illi ijdē dicebantur eſſe cum eis 1. q. 1. cito.
b ¶Adæquari.] 24 q. 1. nō afferamus. cōtra vbi dicit ſchiſma eſſe grauius peccatū, ſed expone grauius, ideſt periculoſius. 32. qō. 4. nemo.
c ¶Memoriale.] Hæc quæ generant materiā mali, iubentur publice exponi, vt alijs terror incutiatur, vt hic, & 19. q. 3. mādamus quandoq iubeē deſtrui, ne refricēt facti memoriam. 15. q. 1. mulier. lo.
d ¶Schiſma.] Ita magnum, ut iſti Nouatiani nouam fecerint eccleſiam.
NOn furem] CASVS Verno dux Britanniæ ꝓpter munera defendebat Gillandum, qui ſedem Nanneticam vſurpauerat viuente prælato: vnde Leo monet ipſum ducem ne decetero Gillandum defendat.
e ¶Nō furem.] Ideſt, nō inuaſorem: furtū enim non committitur in re immobili, ut inſtitu. de vſuc. §. quod autem. 2.
SIcut. CASVS. Hoc c diuidit in duas partes. In prima parte notatur ſimilitudo inter matrimonium ſpirituale, & carnale: quia ſicut vir non debet uxorem ſuam dimittere; ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam abſque incur-

1 Ad huius dicti declarationem videas qōnem ꝟ quæ incipit Bonon. intrauerunt, &c & eſt qō dn̄icalis. & inf ea. ſicut vii. in gl 2. & qđ leg. & not 32. q 4. recurrat. ver. quæ aūt peperit. Ar.

2 Quod legi. & no. ext. de ele. dudum.

*Matth. 10.*

inf. 24. q. 1. c. didicimus. §. quod vero. *Num. 16.*

Ibidem.

†*al. Giſlardum.*

Poly. l. 1. tit. 8. Burc. l. 1. c. 76. Anſ. l. 6. c. 102. Iuo p 5. c. 182.

ineuitabili neceſſitate, vel Apoſtolica mutatione, & ſicut uxori nõ licet dimittere uirũ, & adhærere alij, licet fuerit fornicatus; ſed aut ei reconciliari, aut innupta remanere: ſic eccleſia ſuum non dēt dimittere epm; & ſi dimiſerit, aut ſibi reconcilietur, aut innupta permaneat. in dimittere, ut alij adhæreat.

d ¶ Adulterata.] Ergo eccleſia põt delinquere, & etiam vniuerſitas. ar. ff de orig. iur. l. 2. illud. & eſt contra illud ff. de dolo, ſi ex dolo. vbi dicitur, ꝙ municeps non poteſt facere dolum: ſupple de facili. Sed nunquid poteſt eccleſia, vel ciuitas excõicari: dico ꝙ nõ vt 24. q. 3. ſi habes. Sed maiores de eccleſia [1] poſsũt excõicari, vt extra de ſi. veniẽs. & ff. de con. & demon. municipibus. & 44. diſ. commeſſationes. Dico enim ꝙ ſi eccleſia, vel ciuitas poſſet excommunicari, leq̃retur abſurditas. nã omnib. illis mortuis, & alijs ſubſtitutis eſt eadem eccleſia: ergo adhuc eſſet excõicata, ſi priores canonici non petijſſent abſolutionem adhuc. de hoc notaui 12. q. 2 epiſcopus qui 2.

Vniuerſitas delinquere poteſt.

Excõicari nequit eccleſia, vel ciuitas.

1 Adhoc facit qđ leg & not. ſup. ead. q. denique. & habes de hoc plures concor. ext. đ iur. pa. qm̃ quibuſdam. in gl. 1. ver. item quid ſi, &c. & de conſe diſt 1. de fabrica. Arch.

rare [a] vxorem ſuam; ita nec epiſcopus eccleſiam ſuam, id eſt ut illam dimittat, ad quam ſacratus eſt, abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, uel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut vxori nõ licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe, viuente eo, matrimonio ſociet, aut eum adulteret [b], licet fornicatus [c] ſit vir eius, ſed iuxta Apoſtolũ, aut viro ſuo reconciliari debet, aut manere innupta; ita eccleſiæ non licet dimittere epiſcopum ſuũ, aut ab eo ſe ſegregare, vt alterũ, viuente eo, accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat: id eſt alterum epiſcopũ, ſuo viuente, nõ accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimẽ incurrat. Si uero adulterata [d] fuerit; id eſt, ſi ſe alteri epiſcopo iunxerit, aut ſuper ſe alterum epiſcopum adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit; per acerrimam pœnitentiam, aut ſuo recõcilietur epiſcopo, aut innupta permaneat. *& paulo poſt.* ¶ Epiſcopũ vero oportet opportune, & importune, atque ſine intermiſſione eccleſiam ſuam ducere, eamque prudẽter regere, & amare, vt à vitijs ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eumque amare, & diligere, vt legatum Dei [e], & præconem veritatis.

1. Cor. 7.

Burc. l. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305.

e ¶ Vt legatum Dei.] Epiſcopus dicitur legatus Dei, & tamen eſt iudex ordinarius vnde patet, quod legatus Papę eſt iudex ordinarius, vt proconſul.

ECCE. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, & bene ſoluit dicens, ꝙ propter ægritudinem nõ debet alius epo ſubſtitui, niſi ipſe infirmus ſingulariter hoc poſtularet: & tunc licite fieri põt, ſi hoc in ſcriptis poſtulauerit. Et hoc probatur per capitulum ſup. c. ſcripſit. & ad hoc inducit exemplum de Augu qui poſtulante Valerio ſenectute grauato, fact' eſt epiſcopus, vt in eo. cap. no. ſup. ſed in originali quod ſequitur poſtea planum eſt.

f ¶ Sed illud Gregorij.] ſup. ea. cap. ſcripſit.

g ¶ Si vero.] Hoc habet in originali vnde hoc extractum eſt.

h ¶ Petierit.] Ergo nulli infirmo dandus eſt coadiutor, niſi hoc petat. inf. ead. qualiter & cap. quamuis, &c. ſcripſit. Argu. contra extra de ec. ædifi. ad audientiam.

*Ecce his auctoritatibus patenter oſtenditur, ꝙ epiſcopo viuente alius ſuperior ordinari nõ poteſt, nec etiam pro eius ægritudine. Sed illud Gregorij* [f] *intelligendum eſt, quando ille, qui ægrotat, alium ſibi ſubſtitui non rogat. Cæterum, quando aliquis, vel ſenectute, vel infirmitate grauatus ſuſceptum officium adminiſtrare non valet, ſi alium ſibi ſubſtitui petierit, rationabiliter fieri poteſt. Vnde in eodem cap. ſequitur* [*Si vero* [g] *idem Ioãnes a forſan pro moleſtia ſua petierit* [h], *vt ab epiſcopi honore debeat vacare, eo petitionem ſcripto dante, concedendũ eſt: aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.*] *Hinc etiam B. Auguſtinus epiſcopo ſuo nondum defuncto, ſed ſenectute grauato cathedram epiſcopalem ſuſcepit.*

ſu. ea. c. ſcripſit.

L. 9. reg. epi. 41.

*Vnde in epiſt. Paulini vnic. ad Romanum legitur.*

a ¶ Si vero idem Ioannes.] *Hæc ſunt in regeſto B. Gregorij lib. 9. epiſt. 41. & ſequuntur poſt c. ſcripſit. ſupra eadem.*

¶ Auguſtinus non tam ſucceſſit, quàm acceſſit.

C. XII.

B. Aug. epiſ. 34. & 110.

NOn autẽ tantũ hoc ſcribimus gratulandũ, ꝙ epiſcopatum Auguſtinus acceperit, ſed ꝙ hanc Dei gra-

In ſecunda parte dicitur, ꝙ ẽps debet docere, & amare eccleſiam ſuam, & econuerſo eccleſia epiſcopum ſuum. Secunda pars incipit ibi.] Epiſcopum vero.]

a ¶ Adulterare.] Id eſt, dimittere ut adulteretur cum alia.

b ¶ Adulteret.] Id eſt, dimittat fornicantem.

c ¶ Fornicatus.] Vxor poteſt dimittere virum ob fornicationem ſicut vir vxorem: quia non ad imparia iudicantur. 32. q. 1. ſi quis uxorem, ſed non poteſt cum dimittere, ut alij adhæreat.

Fornicatio parat conjes.

NOn autem. CASVS. Paulinus ſignificauit Romano, ꝙ Valerio epiſcopo Hipponen. eccleſiæ viuo, & incolumi poſtulante, coepiſcopus factus eſt ei Aug. de cuius promotione, & electione non ſolum lætatus eſt, ſed etiã lætatus quod Africana eccleſia talem meruerit habere paſtorem.

a ¶ Nouo more.] Sed contra in nullius pſona eſt omittendū, qđ ſtatutis generalibus continetur.61. diſt. miramur. Sed illud nó fit pp vtilitatē perſonæ, ſed eccleſiæ. ADDITIO. Dicit Laur. ꝙ iſtud fuit ſpeciale ad eccleſiam Hipp. quod dicit litera.

ſtia capitis oppreſſus, Romam iuit, ut ibi liberaretur: quem cum G. ad preces Ariminenſium hortaretur, vt ſi ſe melioratum ſentiret, ad eccleſiam ſuam reuerteretur: ipſe ſupplicauit, vt quadriennio expectaretur, & datæ ſunt ei induciæ quadrienij. ſed elapſo quadriennio cum

tia curam meruerit Africanæ eccleſia, vt verba cęleſtia Auguſtini ore perciperet; qui ad maiorē Dominici muneris gratiam nouo more [a] prouectus, ita cōſecratus eſt, vt non ſuccederet [b] in cathedra epiſcopo, ſed accederet [c]. Nam incolumi Valerio Hipponenſis eccleſiæ epiſcopo, coepiſcopus Auguſtinus eſt.

*Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorij, qui Ariminenſi epiſcopo dolore capitis laboranti, alterum ſubrogauit, ita ſcribens in 7. lib. regeſti ſui, indi. 2. epiſt. 49. ad Manianum epiſcopum Rauennæ.*

¶ Epiſcopo grauato infirmitate alius ſubrogari poteſt. C. XIII.

QValiter ordinati à nobis ſacerdotis, corporis, qua noſtis, impediēte moleſtia, Ariminēſis eccleſia paſtorali hactenus ſit regimine deſtituta, dudum fraternitas veſtra cognouit. Quem, dum habitatorum loci illius precibus permoti ſæpius hortaremur, vt ſi de eadē capitis, qua detinebat, moleſtia melioratū ſe eſſe ſentiret; ad ſuā auxiliante Domino reuerteretur eccleſiā; datis inducijs in hoc quadriennio [d] expectatus eſt. Quem, dum monitu cleri, ciuiumque huc venientium, noſque precibus vrgentium † inſtantius hortaremur, vt ſi valeret, cum eis auxiliante Domino remearet; data [e] in ſcriptis ſupplicatione nos petijt: vt quia ad eiuſdem eccleſiæ regimē, vel ſuſceptum officium pro eadem, qua detinetur, moleſtia aſſurgere nullatenus poſſet; eccleſiæ ipſi ordinare epiſcopum deberemus. Vnde, quia cunctarum eccleſiarum iniūcta nos ſolicitudinis cura conſtringit, ne diutius gregi fidelium deſit cuſtodia paſtoralis, illorum precibus,

Burc. l. 1. c. 189. Iuo p. 4. c. 305.

† al. arguentium.

Epi duo qñque poſſunt eſſe.

b ¶ Vt non ſuccederet.] Sic ergo vterq. inſolidum eſt eps, ſi. 21. q. 1 relatio. & vterque pōt hominē per ſe ſoluere & ligare. ff. de adm. tu. ſi plures. ff de exerc. l. 1. §. ſi plures. & ff. de offic. procon. l. 1. Sed nunquid quem unus ligat, poteſt alter abſoluere? & vr ꝙ nō, qa pares ſunt unde uidetur ꝙ ſententia pro reo teneat. ff. de reg. ius inter pares. Item ſi ſimul ferāt contrarias ſententias, cuius ſententia tenebit? Videtur ꝙ mutuo ſe impediant. ff. de uſufr. quoties. & hæc forte vera ſunt, ubi ſimul adminiſtrant [1] ſed hic forte Valerius ceſſit adminiſtrationē Auguſtino. quia facilius expeditur adminiſtratio per unū quam per plures. ff. de admi. tu. l 3. § vlt. vel dic ꝙ licet uterq. habeat dominiū, & iuriſdictionem in ſolidum, tamen vnus ſine altero nō poteſt iudicare, ad inſtar plurium judicum, vt 2. quæſt 6 §. diffiniti ua. verſicu. ſi plures. extra de offic. deleg. quamuis & cap. cauſam. niſi aliter fuerit eis conceſſum à Papa: ſicut quandoque fuit in duobus legatis Alemaniæ: ſed tamen ex hoc poſſet oriri diſcordia, vt quem vnus condemnaret, alter abſolueret. Item nunquid eodem modo poſſunt eſſe duo Apoſtolici, argu. ꝙ non. ſup. ea factus, & dominus tantum vnum conſtituit. 24 q. 1. ita loquitur & capitu. quicumque. quidam contra quòd diſpenſari non poteſt. 25. quæſt. 1. ſunt quidam præterea quia una eſt eccleſia catholica, & vnum caput, & tamen plures Imperatores fuiſſe legimus: 21. diſtin. nunc autem. ſed hoc non eſt ita, quia offenderetur iſta regula, Vnam ſanctam catholicam, & c. 23. diſtin. qui epiſcopus. Item nunquid Papa poteſt renunciare? Vtique. nam Marcellus renunciauit 21. diſtinct. nunc autem. & Clemens Papa: ſed poſt Linum & Cletum iterum recepit cathedram 8. q. 1 3. Petrus.

1 Alij dicūt, ꝙ tenet ſnīa pro reo, vt in l. prædi inter pares, niſi in caſibus quod dic vt leg. & no. extra de re iu. duob. Arch.

Papæ duo non poſſunt eſſe.

c ¶ Accederet] Videtur tamen ꝙ Auguſt. in adminiſtratione fuit minor [2] 40. diſt ante omnia. in fi. quia vt dicetur, in caſu neceſſitatis, erit unus epiſcopus vicarius alterius: ne ſit ibi monſtrum habens duo capita. extra de offic. iud. ord quoniam in pleriſque.

2 Hoc aſſertiue dicebat. L dicens quod ipſi Auguſtino datus eſt locus à Valerio.

HOC IDEM CASVS. ſu. in §. ecce. in c. non autem. dictum eſt, quòd vno epiſcopo poſtulante poteſt alius ſubſtitui. Nunc vero probatur idem auctoritate Greg. qui Ariminen. epiſcopo rogante alium ſibi ſubſtituit.

Q Valiter.] CASVS, Ariminenſis epiſcopus mole-

cum non conualeſceret, & Gre. ad preces clericorum, & ciuium ipſum inſtantius hortaretur vt rediret, renuncians ſupplicauit Papæ, quatenus ibi alium ordinaret. Scripſit ergo Gregorius Viſitatoribus illius eccleſiæ totā ſeriē rei geſtæ: & ſic admonuit clerum, & populum, vt dignum eligerent, & præcepit eis, vt illum examinent quem oēs elegerint, ſicut etiam ipſi poſtulauerunt. & ſi inuenerint eum dignum, mittant eum Romam cum decreto electionis ad ordinem ſuſcipiendum; & ibi incipit conſtitutio: Dudum veſtra fraternitas cognouit qualiter Ariminenſis eccleſia paſtorali hactenus, ac ſacerdotali ſit regimine deſtituta, impediente moleſtia corporis [Sacerdotes,]. Id eſt epiſcopi ordinati à nobis.

d ¶ Quadriennio.] Quadriennium enim datur, vt poſſit abeſſe cauſa curationis: ſed annus datur ei tantum ad experiendum ſi poſſit celebrare. ſup. 33. diſt. communiter. vel etiam 30. dies, vt inf. q 2. c. vlt. potius debuiſſet iſte epiſcopus fugiſſe Romam pro ſanitate recuperanda ſicut communis filius, vt 23. diſt. communis. & eſt hic arg quòd Romæ eſt ſanum morari. Ioan.

e ¶ Data.] Ergo in ſcriptis facienda eſt renunciatio: alias non tenet. ſu. e. q. §. ecce. Io. ꝙ falſum eſt, cum etiam ſolo facto poteſt aliquis renunciare, vt extra de app. ſolicitudinem, & extra de ijs quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. & etiam ſolis verbis, vt C. de pac. poſtquam. B.

a ¶ Com-

a ¶Compulſi.] Abſolute ponitur ille nominatiuus, & non habet verbum.

ADDITIO. Alias compulſus, & tunc vnitur cum illa dictione, nobis. & tunc ſic. viſum eſt nobis compulſis precibus illorum, &c. ſecũdum Hug. alias compulſi eſt genitiui caſus ſecundum. L.

b ¶Heptateuchi.] Heptateuchum ab hepta dr̃, quod eſt ſeptem, & teuchos, quod eſt volumẽ. vnde heptateuchum, ideſt, volumen ſeptem librorum, ſup. d. 49. hinc etenim ſunt quinque libri Moyſi, & liber Ioſue, & liber Iudicũ, qui ibi continentur.

Heptateuchum, quod dicitur.

huiuſque ex ſui impoſſibilitate renunciatione compulſi [a], viſum nobis eſt eidem Ariminenſi eccleſię debere epiſcopum ordinari: & datis ex more præceptis, clerum, plebemque eiuſdem eccleſiæ non deſtitimus admonere; quatenus ad eligendum ſibi antiſtitem concordi prouiſione concurrant. Hortamur igitur, vt fraternitas veſtra eum; quem vno conſenſu omnes elegerint, ſicut & ipſi a nobis popoſciſſe noſcuntur, ad ſe faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione diſcutite, & ſi ea, in eo, quæ in textu heptateuchi α [b] more multata ſunt, minime Domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium perſonarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti [c] pagina, veſtræ quoque addita teſtificationis epiſtola deſtinate: quatenus eidem a nobis eccleſiæ Domino diſponente conſecretur antiſtes.

α ¶Heptateuchi.] *Apud B. Gregorium in hac epiſtola, & in multis alijs locis legitur,* Eptatici, *ſicut eſt etiam in Burchardo, & Iuone, & aliquot vetuſtis* Gratiani *exemplaribu. Et de hac voce notatum eſt ſupra diſt. 15. c. ſancta Romana. in ver. Pentateuchum.*

*Item ex eodem regeſto, lib. 11. epiſt. 7. ad Etherium epiſcopum.*

¶De eodem. C. XIIII.

Bur. l. 1. c. 191. Iuo p. 5. c. 307.

QVamuis triſte [d] nobis ſit valde, quod loquitur, atque fraterna nos compaſſio flere potius vrgeat, quam aliquid de auditis definire permittat; ſuſcepti tamen ſolicitudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſijs cura proſpicere, & ne qua earum poſſit vtilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, diſponere. Peruenit igitur ad nos quibuſdam referentibus quendam epiſcopum ita paſſionem capitis incurriſſe, vt quod mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel eccleſiæ ipſius vtilitates depereant; cauta nos neceſſe eſt prouiſione tractare. Et ideo, quia viuentem epiſcopum ab officio ſuo neceſsitas infirmitatis, non crimen abducit; alium loco eius (niſi recuſante eo) nulla ſit ratio ordinari: ſed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus; ipſe data petitione, nec ad alia officia ſubuertente infirmitate poſſe fateatur [e] aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum. Quo facto, omnium ſolenniter electione, alter qui dignus fuerit epiſcopus ſolenniter ordinetur: ſic tamen, vt quouſque eundem epiſcopum in hoc ſæculo vita tenuerit; ſumptus ei debiti de eadem eccleſia miniſtrentur [f]. Enimuero, ſi nullo tempore ad ſanæ redit mentis officium: perſona fidelis, ac vitæ probabilis eſt eligenda [g], quæ ad regimen eccleſiæ idonea poſsit exiſtere, atque de animarum vtilitate

c ¶Decreti.] In q̃b. teſtetur de examinatione & vita electi. 62. d. Catinenſis, & c. epiſcopum.

QVãuis.] CASVS. Quidam ep̃s tãtam paſſionem capitis incurrit, quod factus erat mentis alienatæ. Ne ergo grex illius eccleſiæ læderetur, ſcripſit Greg. Etherico epiſcopo, & dicit, q̃ ex quo infirmitas eſt ĩ cauſa, & nõ crimẽ: non poteſt ibi alius epiſcopus ſuperordĩnari, niſi eo ſponte renunciante: & mandat ei, vt vadat illuc & ſi habeat lucida interualla, moneat eũ, vt renũciet, & ſi renunciauerit, alius loco eius ſubſtituat̃ ita tñ, vt epiſcopo donec vixerit debiti ſumptus ex eadẽ eccleſia miniſtrentur. Si vero ad ſanã mẽtem nõ redierit, eligatur ibi alius: & committatur ei omnis cura eccleſię: ſed nõ conſecret̃ eo viuẽte: ſed eo mortuo conſecretur.

d ¶Triſte.] Data petitione tẽpore infirmitatis, non tẽpore furoris, nã tunc non teneret renunciatio. 17. q. 1. Gonſaldus.

e ¶ Fateatur.] Ille æquitate ſuadẽte, licet ius deficiat, cogitur renũciare 1: cum alijs in hoc profit, & ſibi non noceat. argu ff. de aqua plu. arc. in ſumma. § idẽ Varus. & ff loc. ſi q̃s domum.

1 Contra, vt dicã, inf. ea. §. ecce quod in verbo, ſenectute.

f ¶ Miniſtrentur.] ſed pro crimine remoto non miniſtrãtur ſumptus: q̃a male meriti publica debent egeſtate laborare, vt ff. depoſiti, bona fides.

Male meritĩ debẽt egere.

g ¶Eligẽda.] Ar. cõtra. ſup. d. 79. ſi quis Papa. & ex [illegible]de pac. accepimus. & extra de cõceſ. pręb. & ec.

non va. nulla. ſed omnia illa continent ius cōmune. Vel dic ꝙ ille fuit electus ſub tali conditione, niſi ſuperſtes conualuerit. & tunc eo conualeſcente irritatur electio: eo mortuo deinde confirmatur. ar. J. e. paſtoralis. 61. d. ſtudij. ext. de elect. cum terra. 15. d. Florētinum. & eſt ſi. C de cu. fu. cū alijs. Quidam dicunt, ꝙ modo tanquā adminiſtrator eligit, ſed eo mortuo in epm.

ſed perfici per eum qui incœpit, vel per alium, ſcilicet epiſcopum, vel ſacerdotem, ſi caſus inopinatus contingat: quæ congruo ordine perfici debent. Nihil enim intereſt an per eum, an per alium compleantur. Nā cum omnes vnum corpus ſimus in fide Chriſti, nihil contrarium

cogitare, inquietos ſub diſciplinæ vinculo reſtringere; eccleſiaſticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem ſe in omnib. exhibere: qui etiam ſi epiſcopo, qui nunc ægrotat, ſuperſtes extiterit, loco eius debeat conſecrari.

2 *Ne autem huiuſcemodi paſſionibus ſacerdotib. ſubito occupatis cœptum officium inexpletum remaneat; inſtitutum eſt, vt ſacerdos ſiue pſallens, ſiue ſacrificans alios ſecum habeat, qui ſi huiuſmodi caſus interuenıat, inchoata miniſteria perficere valeant.*

NE AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua dr̄, ꝙ vbi fuerit copia ſacerdotū, ſemper debēt eſſe duo: ita ſi vnus ceciderit, & alius ieiunus incipiat vbi alter dimiſit, & finiat. Ioa. de Fant.

CASVS. Sup. in cap. quamuis. facta eſt mētio de mētis alienatione: Sed quia hęc alienatio in officio ſæpe contingit, ideo cōſtitutum eſt, vt vnuſquiſq; preſbyter alios ſecū habeat, qui miniſteria inchoata perficere valeant.

*Vnde in concilio Toletano 11. c. 14.*

¶Quiſque ſacrificans ſacerdotem ſibi vicinum habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi ei aliqua neceſſitas ingruerit. C. XV.

Illud [a] diuini oraculi monentis ſinguli præcauentes, quo ſcribitur: [Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſubleuantem;] ſummopere verendum nobis eſt, & cauendum, ne horis illis, atque temporibus, quib. Domino pſallitur, vel ſacrificatur, vnicuique diuinis ſingulariter officijs inſiſtenti pernicioſa paſſio, vel corporis quælibet inualetudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat; aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiuſmodi ergo caſibus pręcauentes, neceſſarium duximus inſtituere, vbi temporis, vel loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat quiſquis † illic canens Deo, atque ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem [a]. vt ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit †, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus [b]; a tergo ſemper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus. *Sed ſi hoc* [β] *ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.*

De conſ. d. 1. vt illud. Eccl. 4. Burc. l. 3. c. 73. Iuo p. 2. c. 126.

† al. ille.

† al. accedet.

Illud diuini. CASVS. Conſtitutum fuit in cōcilio Toletano, vt vbi loci, vel tpis, vel cleri copia ſuffragatur, quilibet ſacerdos habeat coadiutorē ſecū: qa ſi dū oſſm̄ celebratur, caſus inopinatus euenerit, qui corpus obrui faciat, mētē alienet, vel terrore confundat, ei' vices exequatur. [Copia tēporis.] i. opportunitas. Nam ſi guerra eſſet, non poſſet, vel non auderet aliū ſecum hr̄e [Loci.] Vt ſi locꝰ ſit diues. [Cleri.] Quia forte eſt ibi copia clericorum.

a ¶ Auditorē.] J. 2 1. q. 2. ſicut cōtra. Sed dicas talem coadiutorē, vel ſocium, nō prælatum, vel loquitur de eccleſijs conuentualibus, vel qñ ſufficiūt facultates. ſic 93. d diaconi 2. & de conſec. d. 1. ca. hoc quoque. & c. epiſcopus Deo.

b ¶ Eliſus.] Per hoc dicūt quidā loq de infirmo, qđ falſum eſt qa infirmus niſi cor ualuerit, non celebrabit. inf. ea. q. 2. in literis.

a ¶ Illud.] *In concilijs impreſſis legitur*, Et illud. *In codice vero Lucenſi regio*, Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, vt illud. *& ſic eſt infra de conſec. d. 1. c.* vt illud, *& apud Burch. & Iuonē.*

β ¶ Sed ſi hoc.] *Hæc ſunt impreſſa alijs characteribus, quia non ſunt in concilio Toletano, neque in pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo ſunt gloſſa ad verbum*, vicē, *& poſt verbum* prohibeantur, *additur*, vt inf. ea. q. 2. in literis tuis. *Apud Burchardum vero, & Iuonem, qui citant decreta Soteris Papæ, & infra de conſec. loco citato, horum verborum loco leguntur hæc*, & officium inceptum adimpleat.

*Item ex concilio Toletano ſeptimo, c. 2.*

¶Si ſacerdos neceſsitate præoccupatus fuerit, cœpta ſacramenta per alium expleantur. C. XVI.

Nihil contra ordinis ſtatutū temeritatis auſu præſumatur; neq; illa, quę ſumma veneratione cēſentur,

Burc. l. 3. c. 70. Iuo p. 2. c. 124.

Nihil contra] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ ſolennia Miſſarum ex quo ſunt incœpta, inexpleta remanere non debent, ſed perfici per eum qui incœpit, vel per alium, ſcilicet epiſcopum, vel ſacerdotem, ſi caſus inopinatus contingat: quæ congruo ordine perfici debent. Nihil enim intereſt an per eum, an per alium compleantur. Nā cum omnes vnum corpus ſimus in fide Chriſti, nihil contrarium format, ideſt, inducit diuerſitas perſonarum. In ſecunda parte dicitur, ꝙ nullus cantet Miſſam niſi ieiunus, ꝙ nullus niſi propter impedimentum dimittat officium imperfectum: & qui contra præſumpſerit excōmunicetur

ſetur. Secunda pars ibi, [Nullus poſt cibum.
a ¶ Soluantur ]ideſt, ne inexpleta remaneant.
b ¶ Vel presbytero. ] Presbyter ergo põt ſupplere Miſſam ab epiſcopo inchoatam. arg. hic. & 25. diſt. cap. 1. vbi dr̃, ꝙ archipresbyter ſupplet defectũ abſentis epiſcopi in

Sed nunquid pranſus poteſt ſupplere id quod alter inchoauit, non. Item uſque ad Nonam tãtum fit hæc ſuppletio. Sed Matutinis & Veſperis non expletis uſque ad qđ tp̃s poſſit fieri ſuppletio, dubitatur. Sed dic ꝙ quandocunq; expleri poſſunt ab alio. De ſacerdote quid dices, qui dum uenit ad conſecrationem, memor eſt mortalis peccati? Dico ꝙ perficere debet, licet peccet conficiendo. extra de celebra. Miſſa. de homine. Item eſt hic arg. q duo imperfecta faciũt unum perfectũ, ſic 4. q. 3. Item in criminali. §. ſæpe. de pœn d. 1. tres ſunt C. de dona. ſancimus in ſi. 16. q. 3. § poteſt. Arch. contra 23. diſt. quorũdam. & C. qui nu tute l. 1.

[Miſſa per ... inchoa ... poſſit ... alterum ... ...ari.]

vel minimo præſumptionis actu α ſoluantur[a]; cũ ad hoc tantum β fieri iuſſa ſunt; ne interrupta noſcantur, uel languoris prouentu robore ſalutis priuetur natura. Non ergo fragilitati ſolum conſulitur humanæ; ſed etiam ſacro γ honori myſteriorum Dei prouida cauetur ſolicitudine. Cenſuimus ergo conuenire, vt cum à ſacerdotibus Miſſarum tempore ſancta myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat cõſecrationis expleri myſterium, ſit liberum epiſcopo, vel presbytero[b] alteri conſecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis cõpetit; quàm aut incipientis, aut ſubſequẽtis completa benedictio δ ſacerdotis: quia nec pfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur[c] †. Cum enim ſimus omnes vnum in Chriſto, nihil cõtrarium perſonarum diuerſitas format: ubi efficaciam proſperitatis vnitas fidei repreſentat. Quòd etiam conſultum cuncti ordinis clerici indiuiduum ε, ſibi eſſe non ambigant: ſed, vt præmiſſum eſt, præcedentibus libenter alij pro complemẽto ſuccedant. Ne tamen, quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem cõuertatur; nullus poſt cibum, potumq; quamlibet minimum[d] ſumptum Miſſas facere, nullus abſque prouentu patentis moleſtiæ miniſter, vel ſacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.

[...eit. eſt ... c in l. cu ... ſanimũ ... ad Syl. & ... l. 1. ff. de ... ius nocã.]

α ¶ Actu.] *Sic eſt emendatum ex codice regio; nam in impreſſis conciliorum codicibus, et apud Burchardum, & Iuonẽ eſt*, tactu.
β ¶ Cum adhoc tantum. ] *Magna eſt hoc loco uarietas. In codice regio legitur*, cum ad hoc tantum quaqua fieri iuſſa ſunt, interrupta noſcentur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum*, cum adhuc tantum fieri iuſſa ſunt, nec interrupta noſcuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem*, cum ad hoc, & nec languoris. *cætera eodem modo.*
γ ¶ Sed etiam ſacro. ] *Hic quoque magna uarietas. In codice regio plenior eſt oratio*, ſed etiam honori myſteriorum Dei pro uidetur abunde, dum ab offenſionis caſu procuratur etiam caueri ſolicitè.
δ ¶ Completa benedictio ] *Sic reſtitutum eſt ex codice regio, cum quo aliquot editiones conueniunt: multaq; etiam alia in hoc capite emendata.*
ε ¶ Indiuiduum. ] *In codice regio eſt*, indultum.

3 *Ecce, ꝙ epiſcopo petente, precibus etiam populi, infir-*

c ¶ Cõpleantur. ] Ar. nihil credas actũ. & c. fin. 38. d. quæ ipſis. 23. diſt quorundam. Item ex eo ꝙ dicit, ordine, eſt arg. ꝙ ordo turbatus irritat factum, vt 61. d. miramur. & 63. diſt. ſicut quod verum eſt de ordine, q eſt de ſubſtantia rei.
ADDITIO. Vt extr. reſcript. cum dilecta. & de reſtit. ſpo. Piſanis.
d ¶ Minimum. ] Pranſo non licet celebrare 2. Miſſam, vt hic, & de conſ. d. 2 liquido. nec baptizare, nec ſignare. de conſ. diſt. 5 ut ieiuni, &c. ſeq. ſed eſt fortè abrogatum id quod eſt inf. de conſe diſtin. 1. ſacramenta ubi dicitur, ꝙ in cœna Domini pranſus poteſt celebrare. & intellige ſi eodem die pranſus eſt, ut dies à media nocte incipiat: & etiam ſi ante mediũ noctis comederet, & adhuc ſentiret eructationes: quia nondum eſt cibus digeſtus: quãdiu sẽtiet cibũ, abſtinebit inf. de conſe diſt. 2. tribus. medicinam fortè poteſt ſumere: quia iſta

Imperfecta duo faciunt unum perfectum.

Celebrare pranſo non licet.
a Quod no. 75. diſt. ꝙ a patribus in gl. quod ſi.

Celeb are nullus debet ante digeſtionem.

[Nõ obſtat: ... ibi loqui ... cum expleta fuit ... Miſſa ab epiſcopo: nec ... iminet ne ... ſitas. Arc.]

in cantando. Sed contra inf. de conſec. diſt. 2. c. vlt. 1. Sed dic ꝙ nouam Miſſam non poteſt incipere: ſed priorem poſſet conſumare. Incipiat ergo unus, vbi alius deſtiiit, niſi ſit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter re incipiat. Similiter ubi deficit in ſecreta: alter id in principio incipiat. Idem dic in baptiſmo, ut alter de nouo id reincipiat: quia hæc ſunt ſacramenta unitatis. De ordinatione idem credo. 24 diſt in quorundam. Similiter iudex incipiet, ubi alter terminauit. ff. de iud. edictum.

non connumeratur inter alimenta, ut ff de penu. lega. l. non omne, quod non credo: ſed nec aquam calidam poteſt ſumere, ut extra de celo. Miſſa. ex parte
ECCE. Hæc eſt 2. pars huius q. in qua dicitur ꝙ propter ſenectutem, vel ſimplicitatem datur coadiutor,: ꝙ probatur per duo cap. Io. de Fan.
CASVS. ſup in c. ſcripſit. &c. quamuis. dictum eſt, ꝙ infirmitate grauato, niſi voluerit, alius ſubrogari non debet: ſed ei coadiutor dabitur. ſimiliter ſenectute graua-

to dabitur coadiutor ; & hoc probatur perſequens capitulum.

PEtijſti vt cum. ] CASVS. H. caſum iſtum ſic ponit. Iſte archieps tria petijt à Papa, ſcilicet quod ſibi coadiutorem adiungeret, & ꝙ eligeret ſibi ſucceſſorem, & ꝙ ordinaret eum epiſcopũ in eadẽ eccleſia, vt ſic eſſet ſibi coeps in eadẽ eccleſia. Primũ ſibi concedit: quia de iure nõ potuit denegare, cum eſſet ſenectute grauatus. Secundum licet eſſet contrarium eccleſiæ, cõcedit tamẽ ei ſpeciali priuilegio: ſicut in articulo mortis eligat eum ſibi ſucceſſorem. Tertium autem ꝙ ſimiliter erat contra ius commune, ei ex toto denegat, ſcilicet ut ipſo uiuente in eccleſia debeat ipſum ordinare epiſcopum. Beneuen. vero ſic ponit caſũ. Bonifacius archiepiſcop' Moguntinus tria poſtulauit à Zacharia Papa, ſ. ut coadiutorẽ ſibi habere liceret, cum eſſet ſenectute grauatus. Secũdum, ut liceret ſibi ſucceſſorem eligere. Tertium, ut in uita ſua liceret ſibi illum cõſecrare in epiſcopũ. Sed Zecharias primum, & ſecundũ ſibi conceſſit: tertium vero concedere noluit. Sed quia litera uidetur aliquantulum diſcordare, tu aptabis eam ad caſum ſecundum, qđ melius eſt. [ Ordinabis, ] id eſt, facies, & conſtitues illum epiſcopum, id eſt, ſuperintendentẽ ijs quibus coadiutor debet intendere.

a ¶ Præſentibus. ] 8. q. 1. c. 2. contra ſed iſtud eſt diſpenſatio. Et habes 1 hic, ꝙ licet Papa det aliquibus poteſtatẽ eligẽdi ei prælatum, tamen aliorum cõſenſus eſt requirendus. ſic 21. diſt. in nouo. 8 q. 1. licet & ff. de ritu nup. generali

b ¶ Miniſtret. ] Et ita iſte eps. erit vicarius huius archiepiſcopi, vt extra de offi. iud. ord. quoniam in pleriſque.

1 Certe id quod ſequitur, ex textu non habetur cum dicit tantum præſentibus cunctis, &c. & nihil dicit de conſenſu, uel ſic cõtinebatur in forma gratiæ. Arch.

QVia frater. ] CASVS. Io. epiſcopus Narnien. eccleſiæ adeo ſimplex erat, ꝙ res eccleſiæ miniſtrare neſcie-

*mitate grauato alius poſſit ſubrogari, patenter monſtratur. Senectute autem grauato, non ſucceſſor, ſed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis ſuccedat. Sic Auguſtinus dicitur acceſſiſſe, non ſucceſſiſſe Hipponenſi epiſcopo.* ſu. ea. c. non autem,

*Hinc etiam Zacharias Papa ſcribit Bonifacio Moguntino archiepiſcopo.*

¶Senectute grauato coadiutor eſt dandus, qui morienti ſuccedat. C. XVII.

PEtiiſti, vt cum noſtro conſulto pro ſuperueniente tibi ſenectute, atq; corporis imbecillitate, ſi poteris inuenire alium in eadem ſede, in qua præes, pro tui perſona debeas collocare. Nos uero, adiutore Deo, conſilium prębemus tuæ ſanctitati, ut pro ſalute animarum rationabilium, fautore Chriſto ſedem, quam obtines, Moguntinæ eccleſiæ nequaquam relinquas. Sin vero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui poſſit ſolicitudinẽ habere, & curam pro ſalute animarũ; pro tui perſona illum ordinabis epiſcopum; eritq; in Euangelio tibi credito, & miniſterio Chriſti portando in omni loco requirens, & confortans eccleſiã Dei. *Item ad eundem epiſtola ultima.* ¶Si eundem diuina uoluerit clementia poſt tui diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua uoluntate fuerit diffinitum; ea hora qua te de præſenti ſæculo migraturũ cognoueris, pręſentibus[a] cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alijs patimur; quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus. *Item ibidem paulo ſuperius.* ¶De eo autem, ꝙ tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur epiſcopus; hoc nulla ratione concedi patimur; quia contra omnem eccleſiaſticã regulam, uel inſtituta patrum eſſe monſtratur: ſed volumus, vt tibi miniſtret[b], & ſit in Euangelium Chriſti adiutor. ¶*& infra.* ¶Nimis enim reprehẽſibile eſſe manifeſtũ eſt, vt te viuente tibi alium ſubſtituamus, ſed hoc cõmonemus, vt quamdiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere valeat.

¶*Prior pars huius capituli uſque ad verſ.* Item ſi eundem *ſumpta eſt ex epiſtola Zacharia Papa, cuius initium eſt,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuſcripta in bibliotheca Dominicana; quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, ſed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epiſtola ultima ex tomis conciliorum.*

*Item Pelagius Papa Clero Narnienſi.*† †*al. Nanarienſ.* †*al Narinenſ.*

¶Non ſucceſſor, ſed coadiutor uiuenti epiſcopo datur. C. XVIII.

QVia frater, & epiſcopus noſter Ioannes eccleſiaſticæ vtilitatis ſtudio ſuadẽte, & naturę ſuę ſimplicita

neſciebat. vnde petit a Pelagio quendam presbyterum nomine Cōſtitutum in adiutorem. præcepit ergo Pelagius clero illius eccleſiæ, quatenus principaliter Ioanni epiſcopo, ſecundario uero illi Conſtituto obedientiā præbeant competentem: ita vt in nullo eius diſpoſitionibus

re, q non poſſet fieri ſubſtitutio; ideo Grat. ea exponit, & dicit, q illud c. factus intelligitur de hæreticis, id eſt, ſchiſmaticis, q eccleſias vſurpant, ſed illud c. ſicut vir, intelligitur de illo qui cauſa ambitionis ſuā, vult eccleſiā deſerere, & non cā religionis, vel regularis mutationis, quod probat per literam eiuſdē. quā Gratianus de illo c. ſubtraxit.

f ¶ Illud vero Cypriani.] ſ̃ ca. factus. & c. Nouatianus.

g ¶ Euariſti.] ſup. ca. ſicut vir.

AMBITIONIS. Hæc eſt 4. pars huius q. in qua probat p̃ 15. aucto q nullus ſine licentia poſſit dimittere eccleſiā ſuā, & tranſire ad aliam: & ſi fecerit, reuocabit. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſ̃ in alijs autē credo, q poſſint renunciare ſi uolunt. ſup. ead. quam periculoſum, ext. de ſer. non ord eo libentius. alias videntur ſerui. quod falſum eſt. Ioan de Fant.

CASVS. Dicit Grat. q ſi quis tranſit cauſa ambitionis ad aliā eccleſiam, debet reuocari ad ſuā eccleſiam, & ſi redire cōtemnit, aliena carebit & propria. Et ad hoc inducit ſequentia capit.

h ¶ Ambitionis.] Adhuc enumerat Gratianus cauſas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit eccleſiam ſuam. Sunt autē quinque cauſæ mutationū, ſcilicet cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis [1]. vtilitatis, humilitatis. Cū cauſa neceſ-

Clericus eccleſiam mutet, quinque cauſis.

1 Qđ eſt cū p̄p̄ perſecutionem recedit. L.

te [a] laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quod ſe ingerenda patrimonij gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minimè fatetur idoneum: Conſtituti [b] presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: vt ea, quæ ſunt neceſſaria, competenti diſponente ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis iuſſione præcipimus, vt ſeruata primo [c] in loco epiſcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticæ vtilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam [d] Conſtituto competentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: imò competenti vigilantię veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica vtilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplētes: vt his ita diſpoſitis, & cōſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [e] ſunt neceſſaria compleantur.

ſup. c. factus. & cap. Nouatianus. ſup ca. ſicut vir.

*Illud vero Cypriani* [f], *de hæreticis intelligendum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare contendunt.* ¶ *Illud vero Euariſti* [g] *Papa tunc intelligendū eſt, quando nec inenitabilis neceſſitas, (perſecutorum videlicet) nec Apoſtolica, aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopum de eccleſia ad eccleſiam tranſire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio ſui capituli diceret: [Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam.] ſubſequenter adiunxit: [Abſque inenitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.*

4 *Ambitionis* [h] *enim cauſa quicunq; eccleſia ſua mediocritate deſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit, debet renocari ad propriam* †. *Quod ſi redire contempſerit, careat aliena, & propria.*

† Adde pro hoc text. in Litē eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq. vni.

nibus contradicant; & eis conſueta ſtipendia miniſtrentur. Et ſuſpenditur conſtructio vſque ibi, Conſtituti presbyteri.

a ¶ Simplicitate.] ſup. diſt 39. Petrus. contra ſed illud de ordinando. tamen iſte affectare non debuit in quo ſciuit, aut ſcire potuit infirmitatem ſuam alij damnoſam. ff. ad legem Aquiliam. idem iuris. in fine.

b ¶ Conſtituti.] Proprium nomen.

c ¶ Primo.] ſup. diſt 1 quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in ſpiritualibus: coadiutori in temporalibus. 8. q. 1. ſi Petrus.

d ¶ Obedientiam] Arg. q ſi epiſcopus præcipit alicui pro utilitate eccleſiæ ire Romam, q illud tenetur facere. 16 q. 1 vos autem [1].

1 Arg 24. q. 1. cap. ult in princ. ubi de hoc.

e ¶ Repetendus.] Ergo qui adminiſtrat res eccleſiæ poteſt agere, & conueniri, ut extra de reſcript. edoceri.

ILLVD. CASVS Supra in c quamuis. & c. qualiter. dictum eſt, q epiſcopo uiuente alter poteſt ſubſtitui. Sed quia duo c. ſuperius poſita videbantur contraria, ſcilicet c. factus eſt. &c. ſicut vir. in quibus videbatur dice-

ſitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, vt inf. ead. paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis tranſit, tūc vtraq; caret, ut inf. ea c. eos. & ſi quis epiſcopus. ſed tñ eccleſia poteſt eum repetere, vt inf. ea. cap. 1. & cogitur tunc redire, ut inf c. ſi qui uero. In cauſa leuitatis eſt vis aliquanta. H. dicit q idem ſit in cauſa leuitatis, quod in cauſa ambitionis, quod . ſ. ſine admonitione poteſt priuari ſi ex cauſa leuitatis adhæſerit alij, niſi prior eccleſia uelit eum repetere. ſi autem non adhæſerit alij, aut eccleſia habet eum pro derelicto, aut non. ſi habet puta ſi contrahat matrimonium, vel ſit miles: tunc poteſt priuari. Item ſm H. ſi defuerit per tres ſeptimanas, vel duos menſes, & ſine iuſta cauſa, & abſq; licentia p̄lati eſt in ſtudio, vel in peregrinatione in his omnibus ſine admonitione poteſt priuari, vt dicit: honeſtum tamen eſt, vt admoneatur, ut infra ea. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero & extra de coha. cler. & mul. c. ſi quiſquam. verius credo q ſemper primo admonendus eſt, vt ext. de appell. peruenit 2 & ter admonendus eſt, vt ext. de ſent. excom. in audientia. Itē arg. ad hoc ſ̃ c. peruenit

*Vnde in Nicano concilio c.15.legitur.* Et in Aquiſgr c.41.

¶Epiſcopus, vel quilibet clericus relicta ſua eccleſia non debet ad aliam tranſire. C. XIX.

Anſ.l.6.c.112. Burc.l.2.c.97. Iuo p.6.c.174.

NOn oportet [a] epiſcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare non eps, non presbyter, non diaconus transeat. Si quis autem poſt definitionẽ ſancti, & magni cõcilij tale quid agere tentauerit, & ſe huiuſmodi negocio mãcipauerit; hoc factum prorſus in irritum ducatur, & eccleſiæ reſtituatur [b], cuius fuit epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

¶*Ex duobus codicibus collectionis Anſelmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, ut uerba hæc.* Quod non oporteat epiſcopum, uel reliquos ordines demigrare *ſit rubrica & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non epiſcopus, non presbyter, non diaconus tranſeat. *In altero vero eadem rubrica eſt nigris literis ſcripta, & eſt initium capituli, unde videtur caput hoc eſſe concinnatum, quemadmodum eſt apud Gratianum, ſalua ſententia ipſius canonis.*

*Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib.5.epiſt.23. ſiue c.123.*

¶In monaſterio deputetur epiſcopus, qui in eccleſia ſua reſidere contemnit. C. XX. Anſ.li.6.c.178.

PEruenit ad nos Pimeniũ Amalphitanæ ciuitatis epiſcopum [c] in eccleſia ſua reſidere non eſſe cõtentum; ſed foris per diuerſa loca vagari. *& infra.* ¶Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt ſupradicto epiſcopo interminari non deſinas, quatenus hoc de cętero facere nõ præſumat, ſed in eccleſia ſua ſacerdotali more reſideat. Quem ſi fortè non emendari poſt tuã interminationẽ [d] cognoueris; in monaſterio eum deputare [e], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere [f] debeas, noſtra iterum præceptione cognoſcas.

*Item ex concilio Carthaginienſi 5.c.5.* Et in Africano c.83

¶Epiſcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam eccleſiam ſe transferre. C. XXI.

PLacuit, vt nemini ſit facultas, re- Anſ.l.6.c.176.

---

uenit. extra de elect. non reſi. ex parte. & ext eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendũ eſt aliquem hr̃e eccleſiam ſuam pro derelicto. extra de renun. ſuper hoc. nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiã pro derelicto, cũ põt quis ex iuſta cauſa abeſſe, ut extra ut lit. non cõt. qm̃ frequẽter. ſi autẽ non inuenitur fiat prout dicitur in illa decreta. ex tuæ. De vtilitate patet: quia cã utilitatis trãſire põt ad aliam eccleſiam auctoritate maioris, vt ĩ ca. mutationes. Item ſi cã humilitatis trãſit ad monaſteriũ, nõ poteſt eam repetere, ut ĩ ca. hoc nequaquã. Aliu modo ẽt conſueuerunt quidam diſtinguere, ut inuenies in illa gloſſa, cum quis.

¶Ambitionis.] Cũ quis ſine licẽtia prę lati recedit, de eccleſia, ſiquidẽ ex cauſa neceſſitatis, adhuc eam retinet, vt ĩ c. præſentium. ſi ex cã volũtaria, perdit eã. 21 q.2. ſi quis iã trãſlatus. ſi autẽ ex vtili cã recedit, non perdit eam, ſed punitur alio mõ a iudice. de conſ d 5. non oportet 2 & 91 diſt. clerici. Sed ſi accedit ad aliam eccleſiam, videtur renũciare primæ 1. ut ext de p̃ſi. de multa. & de conceſſ. præb. literas. in fi. populus tñ eũ ſi vult repetere poteſt. inf ca. non oportet. Si aut prælatus per tres ſeptimanas abeſt, per trienniũ ſuſpendit̃ ĩ.c. ſi qs in clero. Si p̃ duos menſes, priuat̃ eccleſia. ĩ.eo, plenitũ. Si per quinq. annos, deponit̃. extr. de cler. nõ reſi. c.2. p̃latus vero ſi diebus ſolẽnibus defuerit ab eccleſia: punitur. inſ.ea. ſi quis in clero immo & clericus ſi una hora defuerit 92 diſt c.vlt. ubi deponitur.

1 Dic vt no. ext. de cler. non reſi. ex reſi. ex tuæ. & 21 q 1.c clerici. & c. relatio. & ext. de of. vicar, c.1. Arch.

NOn oportet ]CASVS. Omnia ſequentia c. loquuntur de tranſeuntibus ambitioſè. quod ab initio ſemper præſumitur, cum ſua auctoritate hoc faciunt. Dĩ ergo hic, ꝙ nec epiſcopus nec presbyter, nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem tranſire: & ſi quis præſumpſerit, eccleſiæ ſuæ reſtituatur.

a ¶Non oportet.] Hoc reſpicit primam partem.

b ¶Reſtituatur] Eccleſiæ, ſi eccleſia eum repetit 2 inf. ea ſi quis epiſcopus. & tunc cogitur redire, ut inf. ea ſi qui uero.

2 Et ita hoc ſtatutũ eſt in fauorem eccleſię. l ꝙ põt eum repetere, ſed nõ cogit eũ recipere.

PEruenit.] CASVS. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis epiſcopus non reſidebat in eccleſia ſua: ſed foris per diuerſa loca vagabatur. Præcipit ergo Greg. Anthemio ſubdiacono, vt illum admoneat ad eccleſiam ſuam redire: & ſi contemnat, detrudat eũ in monaſteriũ: & hoc Papæ ſignificet, vt quid ſit poſtea facturus agnoſcat.

Ar. 32. q.1. de benedicto. Arch.

c ¶Ep.ſcopum.] Epiſcopus ad plus ſecundũ iura canonica per ſex menſes aberit, ut extra de cler non reſiden. ex tuæ. tamen dat annum, ut in auth. quomodo opor. epiſcopos. §. illud. colla 1.

d ¶Interminationem.] Ergo admonendus eſt

e ¶Deputare.] Hic ſubditus ſuſpendit ſuum prælatum. ſic 74. diſt. honoratus hoc etiam laicus poſſet. 32. diſt. §. uerum. & fœmina, vt 2, q.5. Mennã Sed certè in hoc non erat ſubditus: quia faciebat hoc ex delegatione domini Papæ. Idem eſt de alijs.

Prælatus quã que ſuſpenditur a ſubdito ſuo.

f ¶Facere. ]Arg. ꝙ ſi Papa mandat alicui vt excommunicet aliquem, idem non poteſt eum abſoluere, vt arg. 27. q.1. ſi homo Sed hoc verum eſt, cum hoc alicui ſpecialiter demandatur. ſi autem mandatur deciſio cauſæ alicuius iudici, & alteram partem excommunicet, poteſt illam abſoluere.

PLacuit. ] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nullus præ-

prælatus relicta cathedra principali ad aliam diœceſim ſe præſumat cōferre propter propriam vtilitatem ſuam, curam eccleſiæ poſſet negligere.

a ¶Relicta. ] Clericus inconſulto epiſcopo non poteſt dimittere eccleſiam ſuam. extra de renun. admonet. & ſi tranſit de vna eccleſia ad aliam de eodem epiſcopatu ibi ſuffi cit tacitus conſenſus epiſcopi, quia tacitus diſſenſus diſſoluit matrimonium carnale, vt 33.q.5.qui vxorem. Sed ſi ſe transfert ad aliā diœceſim: tunc quaſi liberatur a patria poteſtate, quod non poteſt fieri niſi expreſſo 1 conſenſu epiſcopi, C de emanc. liber. l. 1. & expreſſe dicitur 71.d.c.1. & 19.q.2.c.1.& 21.q.2.c.1.

1 De hoc no. 71.d.ca. 3. & 21.q.2.c.1 & hanc ſolam ſequitur V. & Tan. in p̄dic.c.admonet.

b ¶In diœceſi ] Niſi cauſa viſitandi, vt 10.q.1 placuit, ſeruato quod dicitur.inf.de conſe.d. 3. epiſcopus.

c ¶Propriæ. ] Not. quod prælatus non debet præponere ſuam vtilitatem vtilitati eccleſiæ, & ſi in hoc paſſa ſit eccleſiam damnum, illud de proprio reſarciet. 12.q.4. quicunque.

C Onſtitutum eſt. ] CASVS. Quidam interceſſores vel viſitatores tantum eccleſiarum nitebantur retinere illas eccleſias ſtudijs populorum, vel ſeditionibus. Facta eſt ergo conſtitutio, vt hoc de cætero nō fiat, ſed det operam interceſſor, quatenus intra annum epiſcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapſo remoueatur, & alius interceſſor detur.

d ¶Conſtitutum. ] Curam debet habere viſitator in electione 2 & ideo prohibetur eligi. ne poſſit malignari: ſicut tutor prohibetur ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne poſſit malignari, C. de interdict. ma. ſi tutor. ſic nec creditori licet ſi pignus ad dicere. C. qui bo. ced. poſ. l. 4. Itē viſitator non debet ſibi honorem aſſumere 8. q. 1. in ſcripturis, & ſic ratione officij aliquid prohibetur, vt 10.q. 2. hoc ius porrectum in ſi. & ff de contrahen. emptio. ſi in emptione, §. tutor. & eſt contra regulam illā, quod nulli debet ſuū officium eſſe damnoſum. extra de fideiuſſorib. peruenit, ff. de fur. ſi ſeruus communis. Iſte viſitator mortuo epiſcopo cōſtituit, & iſte debet admonere clericos vt eligant futurum epiſcopum, vt 61.d. obitum &c. Catinenſis. & ſi plures eligātur, poteſt examinare, quis ſit melior, vt 85. d. Florentinum. Itē cuſtodit reditus eccleſiæ, vt 61. diſti. quoniam. Quandoque tamen reditus eccleſiæ cuſtodiuntur ab œconomis, ſi eos habeat eccleſia, vt 75. diſt. quoniam, quidam.

2 Et ēt eliget ſm Hug. Alii contra de hoc no. 61 d. obitū. Ar.

Officiū quinque eſt dānoſum

e ¶Vt intra annū. ] ſup. 63. diſt. obeuntibus.

S I quis vero. ] CASVS. Dicitur hic quod nullus clericus relicta ſua eccleſia debet recipi in aliena eccleſia, ſed cogi debet redire, quod ſi non fecerit, excommunicetur.

---

...licta [a] principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi [b] conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutius quàm oporteat, conſtitutum, curam, vel frequentationē propriæ [c] cathedræ negligere.

Et in Africano c.41

### *Item ex concilio Carthaginienſi 5.c.8.*

¶Interceſſori, cathedram, cui datus eſt, tenere non licet. C. XXII.

C Onſtitutum [d] eſt, vt nulli interceſſori licitum ſit cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum [e] eiſdem epiſcopum prouideat. Quod ſi neglexerit, anno expleto † interuentor alius tribuatur.

† al. exempto.

### *Item ex concilio Nicæno, c.16.*

Anſ.l.7.c.107. Burc.l.2.c.92. Iuo p.6.c.175.

¶Excommunicentur clerici, qui relicta ſua eccleſia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

S I quis vero ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neq; eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue presbyter, ſiue diaconus, vel in quocunq; eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint; hi non debent ſuſcipi in alia eccleſia: ſed cum omni neceſſitate cogantur [f], vt redeant [g] ad eccleſiam ſuam. Quòd ſi permanſerint, excommunicari eos oportet.

### *Item ex concilio Antiocheno, c.3.*

¶De eodem. C. XXIIII.

& in Chalced. c.20 In Aquiſgran. c. 71. Anſ.l.7.c.170.

S I quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deſerta ſua eccleſia, ad aliam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere, vlterius miniſtrare non debet, præſertim, ſi ab epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt euocationem ſui epiſcopi, non obedierit, ſed inobediens perſeuerauerit, omni modo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando ſpem [h] reſtitutionis habere: ſi vero propter hanc culpam depoſitum, alius epiſcopus [i] ſuſce-

---

f ¶Cogantur. ] Si. ff de decur. l. 1.

g ¶Vt redeant. ] Si eccleſia vult eum repetere 3 ipſe tamen non poteſt. extra de renun. quod in dubijs. 32.q.1. de benedicto. ſi c 33.q 5. mulier Sed nōne hodie ipſo iure perdit priorem eccleſiam, vt ext. de præb. de multa? Reſpon perdit quantum ad ſe, ſed non quantum ad priorem prælatum.

3 Non tñ cogitur inf. c. ſi quis presbyter. & c. 11 q 3 eps ſm Hu.

S I quis presbyter. ] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Antiocheno quam pœnam debet pati clericus ille qui ſua auctoritate ad alienam tranſit eccleſiam Et reſpondet quòd ſi monitus ab epiſcopo ſuo non redierit, debet ſuſpendi, & ſi poſtea contumax fuerit, debet deponi ſine ſpe reſtitutionis: epiſcopus autem, qui depoſitum receperit, a coepiſcopis increpabitur.

h ¶Spem. ] Ergo reſtitui non poteſt clericus depoſitus ab epiſcopo, & hoc verum cum pro crimine deponitur. ſecus ſi pro contumacia. 50.d contumaces

i ¶Alius epiſcopus. ] Si ab vno epiſcopo quis ſuſpendit vbiq; habendus eſt ſuſpenſus, vt hic, & 4.q.5. quiſque. quia

quia quantum ad officium ſententia ius facit. Secus ſi eſt ſuſpenſus a beneficio. Sed in excommunicato idem eſt, quia cum ſit extra eccleſiam, nihil poteſt poſſidere nomine eccleſiæ. 23. q. 7. c. 2. & 3. & 8. diſt. quo iure, & ar gum. 11. q. 3. ſi quis a proprio. ſup. 70. diſt. ſanctorum. & extra de app paſtoralis. in fi. 1.

Excõicatus n hil põt poſſidere noie eccleſiæ.

1 Vbi & hoc in gl. quæ. n. ibi vide. & inf. 32. q 6 pceptũ, Arch.

e ¶In clero.] Maxime, quia laicis nõ licet: ſu. de conſec. d. 1. ſi quis, & d. 3. c. nulli.

f ¶Solemnibus.] Immo nullo tempore deerit, vt 91. d. Eleutherius, & c. clericus, & 93. diſt. cap. vlt. Sed quid ſi plures habet eccleſias vel præbendas? Tunc dicas eccleſiam

perit, & ipſe a communi ſynodo pœnam merebitur increpationis a, tanquam eccleſiaſtica iura diſſoluens.

a ¶Increpationis.] *Græce eſt*, ἐπιτιμίας τογχάνειν, *quod in alijs verſionibus eſt*, arguatur, *vel* coerceatur, *vel* puniatur.

E Piſcopum.] CASVS. Dicitur, quod nullus epiſcopus ſua auctoritate ad alienam migret eccleſiam, etiam a populis fuerit violẽter attractus, vel ei ab epiſcopis ſuadetur, ſed in ſua permaneat. Sequentia duo c. plana ſunt.

P Lacuit.] 11. q. 1. c. 1.

E Piſcopus.] CASVS. Statuitur hic, quod nullus epiſcopus debet in aliena diœceſi clericos ordinare, vel altaria cõſecrare, quod ſi fecerit, clerici deponentur: ſed altaria manebunt conſecrata, & ordinator eps vno anno ceſſabit a Miſſarum celebratione.

b ¶Amotis.] inf. 16. q. 5. c. 1. 9 q. 2. Lugdunen. contra. Sed ibi nomine alterius conſecrauit, & ille ratũ habuit, hic nomine proprio, vt 13. q. 1. c. 1. vel ibi Dominus ratam habuit ordinationem.

c ¶Alterius] Si res inanimata fuerit cõſecrata Dño, non reſtituitur, vt 14. q 6. comperimus. ſecus in re animata. 54. d. frequens, quia aĩata delinquere põt, ſed inanimata non.

Res inanimata conſecrata Dño non eſt reſtituenda.

d ¶Vno anno] 9. q. 2. nullum. cõtra. vbi pro tali culpa deponitur. Sed iſtud ex diſpenſatione.

S I quis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. dicitur, quod ſi clericus in minoribus ordinibus conſtitutus non ex iuſta cauſa in diebus ſolemnibus defuerit a ſua eccleſia, .ſ. in natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, & Pentecoſte, trienio ab officio ſuſpendatur. In ſecunda parte dicitur, quòd ſi presbyter, vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab eccleſia, ſua, eandem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.]

*Item ex eodem Antiocheno, c. 21.*

¶Non licet epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere, & ad aliam tranſire. C. XXV.

E Piſcopus de diœceſi ad diœceſim alteram nõ debere tranſire, neq; ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi a populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab epiſcopis ſuadeatur †: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & nõ ab ea alibi demigrare, ſecundum regulam ſuper hoc olim a patribus conſtitutam. 9. q. 2. nullum. Burc. l. 1. c. 72. Iuo p. 5. c. 179. † ἀναγκαζόμενος.

*Item ex Concilio Chalcedonenſi, c. 5.*

¶De eodem. C. XXVI.

P Ropter eos epiſcopos, ſiue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt, placuit definitiones datas a ſanctis patribus habere propriam firmitatem.

*Item ex concilio Carthaginienſi. c. 20.*

¶Alienæ plebes ab epiſcopo non vſurpentur. C. XXVII.

P Lacuit a, vt a nullo epiſcopo vſurpentur plebes alienæ, nec aliquis epiſcoporum ſupergrediatur in diœceſi collegam ſuum. ſu. ea. non oportet. ex Nicæna ſynodo. lib. ca. 6. c. 236. Burc. l. 1. c. 64. Iuo p. 5. c. 173.

*Item Anacletus.*

¶Alienos clericos ordinare, & altaria conſecrare epiſcopo non licet. C. XXVIII.

E Piſcopus in diœceſim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel conſecranda altaria irruere non debet. Quod ſi fecerit, amotis [b] his, quos ordinauit, altaris [c] tamen conſecratione manente, tranſgreſſor canonum vno anno [d] a Miſſarum celebratione ceſſabit. In Aurel. 3. c. 15.

*Item ex concilio Agathenſi, c. 64.*

¶Diebus ſolemnibus clericus eccleſiæ ſuæ deeſſe non debet. C. XXIX.

ij S I quis in clero [e] conſtitutus, ab eccleſia ſua diebus ſolemnibus [f] defuerit .ſ. Natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte, dum potius ſæcularibus † lucris ſtudet, quàm ſeruitio Dei parere; conuenit, vt trienio a communione ſuſpendatur. ¶Similiter diaconus, vel presbyter, ſi per tres [g] hebdomadas ab eccleſia ſua defuerit, huic damnationi ſuccumbat. † *al. ſingulari lucro.*

ſiam ſecum diſpenſaſſe, vt ad iſtud non cogatur.

g ¶Per tres.] Sup. c. præſentium, contra. ibi dr de duob. menſibus. Sed ibi factum narret, hic ius commune. Vel idem eſt in vtroque dum tñ abſit de licentia ſuperioris.

Reme-

*Item Hilarius Papa epiſcopis Tarracon. c. 3.*

Anſ.l.6.c.109.

¶Remouendus eſt epiſcopus ab eccleſia, cui irrepſerit, & ad ſuam cogendus eſt redire. C. XXX.

REmoto [a] ab eccleſia Barcinonenſi, atq; ad ſuam remiſſo Irenæo epiſcopo, ſedatis per ſacerdotalē modeſtiam uoluntatibus, quæ per ignorantiam eccleſiaſticarum legum deſiderant, quod non licet, obtinere, talis protinus de clero proprio Barcinonenſibus ordinetur epiſcopus, qualem te præcipue frater Aſcani oportet eligere, & decet conſecrare: ne ſi fortè aliter † factum ſit, non ſine obiurgatione tui maximè nominis retundat noſtra præceptio, quod ad iniuriam Dei (a quo ſpecialiter ſacerdotalium eſt gratia dignitatum) didicerimus admiſſum.

† *al. ſimiliter.*

*Item Leo epiſcopus vrbis Romæ Anaſtaſio Theſſalonicenſi epiſcopo, epiſt. 82. al. 84. c. 8.*

¶Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulſus etiam propria careat: C. XXXI.

Poly.li.1.tit.9. Anſ.l.6.c.104. Burc.l.1.c.74. Iuo p.5.c.103.

SI quis epiſcopus mediocritate ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [b] plebem ſe quacunq; ratione tranſtulerit; non ſolum a cathedra quidem pellatur aliena, ſed carebit & propria: vt nec illis præſideat, quos per auaritiam concupiuit nec illis, quos per ſuperbiam ſpreuit. Suis igitur terminis contentus ſit quiſque; nec ſupra menſuram iuris ſui affectet augeri.

*Item ex concilio Meldenſi, c. 30.*

¶Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris eccleſiæ ad maiorem aſpirat. C. XXXII.

Burch.l.3.c.48. Iuo p.3.c.52. Pann.l.2.c.45. † *al. aſpirare contenderit.*

SI quis de ordine ſacerdotali, contemptu minoris eccleſiæ ambitiosè, & improbè ad potiorem aſpirauerit †; canonica erga eum definitio cōſeruetur, hoc eſt, ut utraque careat α.

α Hoc eſt, ut utraq; careat.] *Hæc non ſunt in Meldenſi impreſſo, habentur tamen apud cæteros quoque collectores.*

*Qui vero pretio eccleſiam vacantem ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi concilio legitur.*

¶Deijciatur a clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat. C. XXXIII.

In capitular.l.7.ca.206. Burc.l.3.c.114. Iuo p.3.c.90. Pann.l.2.c.49.

SAncitum eſt, atque omnibus modis prohibitum, vt ſi quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dediſſe, aut aliā pecuniam [c] tribuere, vt alterius presbyteri eccleſiam ſurripiat, aut β vacantem pretio redimat; pro hac cupiditate, ſeu rapina, ſeu præſumptione turpis lucri gratia deijciatur a clero, & alienus exiſtat a regula.

β ¶Surripiat, aut.] *Addita ſunt iſta duæ uoces ex Burchardo: Nam viuente presbytero poſſeſſore nō poteſt dici vacans eccleſia.*

REmoto.] CASVS. Irenæus eps p ſeditionē uolebat Barcinonen. eccleſiā retinere: ſed Hilari' Papa præcepit Aſcanio Archiepo, vt inde illū remoueat, & ad ſuā faciat reuerti eccleſiā, & i eccleſia Barcinonēſi talē faciat eligi, qualē deceat illū conſecrare: ne ſi aliter fiat pęnā patiat, qđ in iniuriā Dei factu fuerit.] Retundat.] i. puniat & emēdet. vel corrigat. a¶Remoto.] Ab officio viſitationis 1, vel etiā ab ipſo epatu, quem occupauerat.

1 Hoc iō dicit, vt tāgat ſniam H. dicentis qđ iſte Irenęus eps factus erat viſitator in iſta eccleſiā Barcinonē. quē quidā volebant illum eligere in epiſcopū, alij nolebāt ꝓpter hoc ſcribit Papa metropolitano, vt eū faciat ad ſuā eccleſiā redire, & ibi aliū dignū eligi ſm H.

SI quis.] CASVS. Anaſtaſius Theſſalonicenſis eps qͣſiuit a Leone, quā pœnā pati debeat eps, qui minore ciuitate deſerta ſe transfert ad maiorē ambitioſè. Et rńdet ꝙ ſuam perdere dēt, & illam quā per ambitionē concupiuit. Idem eſt caſus ſequentis cap. b ¶Ad maiorem.] Multo fortius ſi ad parem: quia facilius diſpenſat in maiori ꝗ in pari. extra de tranſla. licet ad minorē ēt difficilius ꝗ ad parē ext. de trāſla. cum ex illo. & eſt hic p̄ſumptio canonis, qa eo ipſo ꝙ trāſit ad maiorē, pſumit eſſe ambitio potius ꝗ leuitas: quia nullus tranſit ad minorem ext. de cleri. non reſiden. c. 1.

QVI VERO. CASVS. Dictum eſt ſupra de ambientibus. Nunc vero dicit de his qui pretio vacantem eccleſiā ingrediuntur, qui ſunt deponendi.

SAncitū.] CASVS. Statutum fuit in Rothomagenſi concilio, ut quicunque pecuniā dederit, vel aliud mun' clerico, vel laico pro aliqua eccleſia vacante, ab officio ſuo repellat. c ¶Aut aliam pecuniā.] Aliā bene dicit, quia quidquid hēnt homines, pecuniæ nomine cenſēt. 1. q. 3. per totum.

ADDI-

ADDITIO. Ad idē 18.q.1. ſi infidelis, in fi.Arch.

QVOD VERO. Hæc eſt 5.pars qō.in qua ꝓbare intēdit, ꝙ de licētia Papę ex iuſta cā bene poſsūt fieri mutationes, & ꝙ unus debet eſſe ꝑlatus in una eccleſia. & hoc probat ꝑ ſex auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Iſte §. reſpicit illum § ī.eo. illud uero Cypriani. vbi facta eſt mentio de mutatione epiſcoporum, ꝙ poſſet fieri auctoritate populi, & cōi conſilio epiſcoporum. ꝓbat hoc vſq; ad §. [Hoc non ſolum.]

MVtationes.] CASVS. Docet Anterus Papa in hoc capitulo, quod mutationes epiſcoporum poſſunt fieri pro cōmuni utilitate, vel neceſſitate, & auctoritate ſedis Apoſtolicæ: & hoc probat tribus exemplis, ſ. Petri, Euſebij, & Fœlicis: qui de minorib' locis ad maiora sūt trāslati: nec dūt iſti tranſire, vel ſedem mutare, cū hoc non faciūt per ambitionem, ſed inſpecta cōmuni vtilitate, uel neceſſitate hoc faciunt.

a ¶Petrus.] 22 diſt. ſacroſancta.

b ¶Parua.] Scilicet Vercellina, & regula ze eſt, vt à minori ꝓ moueatur ad maius, vt 93.diſt. legimus in fi.ff.de mune.& hono.ut gradatim. ſed non econuerſo.

c ¶Nec transfertur.] Pręſumit em̄ canon locū non mutari, cū animus nō ſit mutatus. ſicut virgo cēſetur, cum non ſit animus corruptus, licet corpus ſit corruptū. 32.q.5.ita ne. ſic propter aīum bonū iudicat canon etiam iniuſtum factum bonū. 23.q.8. occidit. & q.7.quod autem. & 32.q. propoſito.

Virgo dici poteſt etiā corrupta.

SCias.] CASVS. Quidā dicebāt, ꝙ nec cā vtilitatis, nec cau-

*In libro 7.capitularium, c.206. eſt uerbum,* ſurripiat, *ſed deeſt alterum membrum,* aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormia habent, vt antea Gratianus,* eccleſiam vacantem pretio redimat.

5 *Quod vero communi conſilio, atq; aliorum vtilitate mutationes epiſcoporū fieri poſſint, & in eccleſijs, a quibus receſſerint, eis viuentibus alij ſubſtitui ualeant, Anterus Papa demonſtrat epiſt.7. ſcribens epiſcopis Batica, & Toleſana prouinciæ.*

¶Neceſſitatis, vel utilitatis cauſa epiſcoporum mutationes fieri poſſunt. C. XXXIIII.

Poly.l.1.tit.9. Anſ.l.6.c.94. Burc.l.1.c.77. Iuo p.5.c.183. Pann.l.3.69.

MVtationes epiſcoporum ſcitote cōmuni utilitate, atq; neceſſitate fieri licere; ſed nō propria † cuiuſquam voluntate, aut dominatione. Petrus [a] ſanctus magiſter noſter, & princeps Apoſtolorū de Antiochia vtilitatis cauſa tranſlatus eſt Romam, vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoq; de quadam parua [b] ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt in Alexandriā. Similiter Fęlix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate huius ſanctæ ſedis, & α] cōmuni epiſcoporum, & reliquorū ſacerdotum, ac populorum conſilio tranſlatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur [c] de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit; ſed aut vi à propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non ſuperbe, ſed humiliter ab alijs tranſlatus, & inthronizatus eſt. *& infra.* ¶Nam ſicut epiſcopi habēt poteſtatem ordinare regulariter epiſcopos, & reliquos ſacerdotes; ſic quoties vtilitas, aut neceſſitas coegerit, ſupra dicto modo & mutare, & inthronizare poteſtatem habent. [non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate, & licentia.] *& infra.* ¶Alia etenim † eſt cauſa vtilitatis, & neceſſitatis, alia auaritiæ, ac præſumptionis, aut propriæ voluntatis.

† al. non libitu cuiuſquam, aut dominatione

Plura ſunt uerba in originali.

† al. quoque.

α Auctoritate huius ſanctæ ſedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epiſtola Anteri, neque in Pannormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anſelmum, & in Polycarpo, & vetuſtis Gratiani exemplaribus. Idem quoque eſt de verbis illic prope finem capitis,* non tamen ſine ſacroſanctæ Romanæ ſedis auctoritate, & licentia: *qua propter hanc cauſam. virgulis ſunt incluſa.*

*Item Pelagius Papa ſecundus Benigno archiepiſcopo, epiſt.2.*

¶ Cauſa neceſſitatis mutationes epiſcoporum fieri poſſunt. C. XXXV.

Poly.l.1.tit.9. Anſ.li.6.c.97.

SCias frater dilectiſſime, alīud eſſe cauſam neceſsitatis, & vtilitatis; aliud cauſam præſumptionis, ac propriæ voluntatis. Nō ergo mutat ſedē qui non mutat mentem, ideſt, qui nō cauſa auaritiæ, aut dominationis, aut ꝓpriæ voluntatis, vel ſuæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; ſed cauſa neceſsitatis, aut vtilitatis mutatur

† al. electionis al. dilectionis.

cauſa neceſſitatis poterunt epiſcopi mutare ſedes; quare benignus archiepiſcopus quæſiuit a Pelagio, vtrum bene dicerent. Et reſpondet, ꝙ non: quia plurimorum vtilitas præferenda eſt vnius vtilitati, vel voluntati. Nec dicuntur illi tranſire, vel mutare, qui hoc non faciunt

Aquil. ſi quis fumo. ff de præſcript. ver. l. qui ſeruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille ſemper teneatur præponere vtilitatem eccleſiæ, ſuæ propriæ vtilitati, vt 12. q. 4 quicunque 1 Cum ergo detrimentum quis patitur publica vtilitate, poteſt ſuam præponere vtilitatem, 19. q. 2. duæ. 14 d. quod ait. quia ordinata charitas a ſe incipit 23. q. 5 ſi non licet. de pę. diſt. 6. quia vult. Vel dic, quod quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur communis, vt eſt in prælatura, vt arg ff. pro ſocio. l. actione, §. Labeo Vel diſtingue aut vtilitas in acquirendo conſiſtit, aut in damno vitando; tunc ſecus, vel econuerſo.

ADDITIO. De hoc no. ext. de poſtu. prælat. bonæ 1. de reg. licet. Arch.

c ¶Aliud.] Vt ſu d. 6. teſtamētum & extra quod metus cau. ſacris.

1 De hoc le. & no. ſu ea c. placuit.

Nam † plurimorum [a] vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda eſt [b]. Aliud [c] eſt enim mutare, & aliud mutari. *& infra.* ¶Nam aliud eſt ſponte tranſire, & aliud eſt coacte, aut neceſſitate venire. Vnde non iſti mutant ciuitates, ſed mutantur; quia non ſponte, ſed coacte hoc agunt. *& infra.* ¶Non ergo bene intelligunt eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis fieri poſſe, quoties communis vtilitas, aut neceſſitas perſuaſerit.

*Item in eadem epiſtola paulo inferius.*

¶Chriſtum negare conuincitur, qui neceſſitatem patientibus miſericordiam non impendit.

C. XXXVI.

OMnis, qui gemebat, & vexabatur a Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo piiſsimus, aut iuſtiſsimus Dauid ſciret [d] peccatum eſſe perſecutionem fugientes, & tranſeuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere; tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, nec in alijs ciuitatibus collocaret. Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates tranſire compellunt; non eos tantum perſequūtur, quantum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi, qm̄ non ſponte, ſed coacte [e] hoc agunt; ſed illi, qui eos perſequū tur; nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis qui eos hoc agere cogunt. *& infra.* ¶Qui neceſſitatem patiētibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & veritas. *& infra.* ¶Negāt miſericordiam neceſſitatem patiētibus, qui populis indigentib. diuinis miniſterijs †, & nō habentibus proprium epiſcopum, qui eos inſtruat, cauſa vtilitatis, atq; neceſſitatis, ex alia ciuitate licet minor [f] ſit, in eam, quæ non habet epiſcopum doctiorem [g], vel vtiliorem [h], meliori conſilio, non ſponte tranſeuntem, ſed maiorum exhortatione mutare †, aut epiſcopum eiectū, & perſecutionem patientem cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittunt.

1. Reg. 22.

† myſterijs.

† al. mutari.

*Item ex concilio Carthaginienſi. 3. c. 27.*

OMnis.] CASVS. Quidam dicebāt, epiſcopos expulſos a ciuitatib. non eſſe recipiendos, & in alijs eccleſijs collocandos. itē aſſerebant, ꝙ cā vtilitatis non debeant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exēplo Dauid eos eſſe recipiendos, qui ſi ſciret eſſe peccatum, expulſos a Saule non recepiſſet. non .n. peccāt expulſi: ſed potius q cogūt eos fugere. Similiter cauſa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorē & qui cōtradicūt miſericordiā negāt, ſcilicet qui nolunt mutare .i. mutando tradere epiſcopum cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis, vel deiectum recipere.

ciunt per ambitionem, ſed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui aſſerebant, epiſcopos non poſſe ſedes mutare cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis.

a ¶Plurimorum.] Illuc potius accedat prælatus vbi plus lucri poteſt facere, licet maior ſit ibi pœna ſua, vt inf ea. c. 1. & hic apparet ratio, quare epiſcopus non debeat fieri monachus inuitō Papa, quia ibi conſulit propriæ vtilitati tantum, vt 2. q. 7. ſancta, ſed hic communi, & propriæ, quæ duo ſunt præferenda propriæ tantum, vt 2. q. 7. ſancta.

b ¶Præferenda eſt.] Nam cum quis vocatur ad prælaturam, non preponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8. quæſt. 1 in ſcripturis, & 16 q. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. alias enim ſuam vtilitatem poteſt præferre, ff. de iudic. ſi longius, ff. de arbitr. licet autem. ff. ad legem

Vtilitatem an poſſit præferpublicæ.

d ¶Sciret.] Arg. ꝙ eo ipſo videtur aliquid bonum, & iuſtum, ꝙ a bono factum eſt, 37. d. qui de menſa, & 9. q. 2. Lugdunenſis.

e ¶Coacte] Precibus ſuperiorum. ſic ſu. ead. qualiter. vſ .n. ꝙ non poſſit cogi, vt 74 d vbi, vel dic. ꝙ poteſt quis cogi, vt de nolente fiat volens 2 vt 23 q. 4. diſplicet, & 74. d. placuit. Papa tamen abſolute poteſt aliquem cogere, vt 9. q. 3. per principalem.

f ¶Minor.] Sed nunquid tenetur minor populus ſuum epm maiori concedere cum nemo cogatur de ſuo beneficium facere. 10. q. 2. precariæ? Reſpon. ſic. ſi alium poteſt habere æque idoneum 3 vel loquitur in eo caſu cū ibi magis vtilis erit, vt ff. locati domo.

g ¶Doctiorē.] Oīa comparatiua poſitiue hic ponuntur.

h ¶Vel vtiliorem.] Scilicet illis.

2 Hoc no. ſu. 1. q. 6 ſicut, ibi videas.

3 Arg. ff. ſol. matr. l. 2 in pri ff. de cui in creditorē cum ſuis ſimil. ſm lo. de Fant.

Epiſco-

EPiſcopus.] CASVS. Conſtituit Carthaginien. concilium, quod nec epiſcopus, nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilem per ambitionem, ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus tranſeat auctoritate Papæ, & in præſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorum porrecto epiſcopis pro eo, quod debet tráſferri. Alij vero clerici transferuntur de voluntate ſuorum epiſcoporum.

d ¶Iudicari.] ff. de iuriſdi. omn. iudi. qui iuriſdictioni contra vbi dicitur, quòd nullus ſibi vel ſuis ius dicere poteſt. Reſpond iudicare poteſt maritus vxorem corrigendo eam 23. q. 4. duo iſta. ſed non verberando eam, vt C. de repu. conſenſu. quia illa aliena ſunt ab ingenuis, vt ibi

¶Non ambitione, ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

AVdacter] Hæc eſt 4. pars q. in qua dicitur ꝙ quandoque dat Deus malos plato prelatos propter peccata populi, & hoc probat per cap. iſtud & ſequens. Io. de Fan.

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. quod prælatus eccleſiæ quandoque datur bonus: quandoque malus pro meritis ſubditorum Et probat exemplo Saulis, qui non fuit electus Deo iubente, ſed prout mala merita populi exigebantur. fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo, & elegerat per Samuelem ad inſtantiam populi petētis. Fieri iuſſerat, non ſecundum uoluntatē Dei ſpontaneam, ſed extortam.

nietur. Et quòd indignus dignitatem recipere non, debeat probatur exemplo patris, qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

e ¶ Meliores.] Arg quod non plus debet pro aliquo præſumi ideo quia habet dignitatem 40. diſtin, non loca. &c.

a ¶ Arbitrium.] Approbatū, ne ſit cōtra ii.23.q.1.quod culpat. vbi dicitur, quod nō eſt poteſtas niſi à Deo iubente vel ſinente, 26.q.5.nec mirū, ſed non approbat 1, ſed permittit eos regnare. 8.6.q.1.ex merito.

b ¶ Et non per me.] comprobantem, ſed tamen iubentem. Et ita eſt argu. quod quandoque aliquid iubemus quod non approbamus. & eſt arg contra ea quæ per improbitatem obtinētur, quod illa dicunt fieri inuito dante, ut extra de reſcript. ſi quando. & C de pe. bo.ſubla.l.1. & 7 q 1. ſcias. vbi hēs, quod qui inuitus aliquid facit, potius dicitur pati quam facere, vt ſup.d.6.teſtamentum.

c ¶ Per conſilium.] Id eſt, approbationem.

1 Scilicet omnem poteſtatē: quia aliqua eſt mala. ſed tamen permittit. Deus regnare eam propter peccata populi. Vnde Iob. Facit Deus regnare hypocritā propter peruerſitatē populi, ſub intelligitur puniendam vel vindicādā ſecundū H. & Lau

& eccleſiæ iudex per Dei arbitrium[a] datur: ſed prout merita noſtra depoſcunt. Si mali ſunt actus noſtri, & operamur malignum in conſpectu Domini; dantur nobis principes ſecundum cor noſtrum. Et hoc tibi de ſcripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit: [Fecerunt ſibi regem, & non per me[b]: principem, & non per conſilium[c] meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo: quem vtique ipſe Dominus elegerat, & regē fieri iuſſerat. Sed quoniā nō ſecundum uoluntatem Dei, ſed ſecundum peccatoris populi meritum fuerat electus; negat eum cum ſua uolūtate, vel conſilio cōſtitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in eccleſijs fieri: quod pro meritis populi, aut in uerbo, & opere potens à Deo tribuit rector eccleſiæ: aut malignum faciat populus, in conſpectu Domini[α]; talis eccleſiæ iudex datur, ſub quo famem & ſitim populus patiatur; non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini. Oſea 8.

α ¶ Domini.] *In vulgatis ſequebatur*, & tales perſeuerent, *quæ ſunt inducta auctoritate manuſcriptorum, homiliæ ipſius, & gloſſa ordinaria. In uno autē manuſcripto ſunt gloſſa interlinearis.* Amos 8.

*Item Auguſtinus tractatu 46. ad c. 10. Ioannis.*

¶ Non ſunt filij, ſed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt. Cap. XIX. Auſ.l.7.c.149. Phil.2.

SVnt in eccleſia quidam præpoſiti, de quibus Paulus apoſtolus dicit; (Sua quærētes, non quæ Ieſu Chriſti. Quid eſt, (ſua quærentes?) non Chriſtum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia cōmoda ſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur, à præpoſito, & propter hæc[d] ſeruitur Deo; quiſquis talis eſt, mercenarius eſt; inter filios ſe non computet.

*Non ergo qui præficiuntur, ſemper cæteris meliores intelliguntur.*

*Vnde Hieronymus ad Titum, c. 1.*

¶ Ex electione non præficiuntur epiſcopi, ſed comprobantur. Cap. XX. In cōm. ad cū locū] Si quis eſt ſine crimine.]

ILlud inferendum eſt aduerſum eos, qui de epiſcopatu intumeſcūt, & putant ſe non diſpenſationem Chriſti, ſed imperium conſecutos: quia non ſtatim omnibus his meliores[e] ſint, quicumque epiſcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipſi electi ſunt, ſe magis exiſtiment comprobatos: ſed intelligat propterea quoſdam à ſacerdotio remotos; quia eos vitia liberorum impedierint. ſi autem peccata filiorum iuſtum ab epiſcopatu prohibent[f]; quan

SVnt in eccleſia.] CASVS. Auguſtinus dicit, quod quidam prælati ſunt in eccleſia, qui ſeruiunt Deo non propter Deum, ſed propter temporalia cōmoda, qui magis dicendi ſunt mercenarij, quàm prælati Et ita datur intelligi, quod Deo tantum permittente tales eliguntur. Sequēs § per ſe patet

d ¶ Propter hæc.] Argu pro re temporali non eſſe ſeruiendū alicui, niſi ſecundario, vt 75.diſtin.cap. vlt.& 61.diſtin. quid proderit. & 74. diſt. Obtulit. 59. diſt. c.ſi officia.

ILlud.] CASVS quidam putabāt ſe ei ſe vel officij meliores eo ipſo quod eligebantur ad epiſcopatum: ſed Hieronymus dicit, quod propter hoc non ſunt meliores. & oſtendit, quod ſi quis ſcit ſe eſſe indignum, non debet recipere dignitatem: quia quanto potentior eſt, tanto magis pu-

& c.multi & 2 q.7 quæritur & diſt 9.ergo ſolus.ar. contra 11.q.3.abſit.& 61.diſt. miramur. in fi.

f ¶ Prohibēt.] propter negligētiam 2, vt ſu.47.diſt.§.nec eſſe,

a Sub q facit pe cū porp argu.7 §.cur vel tali

Qua-

QValis.]CASVS. Dicitur hic, ꝙ non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi, ſed etiam quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in ſermone, & vitę conuerſatione. quia vbi laici ſunt meliores, nulla poteſt eſſe ædificatio.

a ¶Ma-

to magis vnuſquisque conſiderans, & ſciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet ſe ab hoc, non tam honore, quam onere, & aliorum locum, qui magis digni ſunt, non ambiet occupare.

In comm. ad locū] Nemo te contēnat]

*Item eiuſdem ad Titum, c. 2.*

¶Pro gradu ſui officij quemque meliorem eſſe oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit diſcipuli, ſi ſe intelligat magiſtro eſſe maiorem [a]? Vnde non ſolum epiſcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præſident conuerſatione, ſermone, & ſcientia præcedant; verum etiam, & inferior gradus, exorciſtæ, lectores, æditui, acolythi [a], & omnes omnnino, qui domui Dei ſeruiunt: Quia vehementer eccleſiam Criſti deſtruit, meliores [b] laicos eſſe, quam clericos.

In comm. ad ea verba [Sed hoſpitalē.]

a ¶ Acolythi.] *Eſt hæc dictio in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

*Item ad Titum, c. 1.*

Matth. 12.

¶Populus iudicabit epiſcopum ſua officia non agentem. C. XXII.

VEreor [c], ne quomodo Regina Auſtri veniens a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis iudicatura [d] eſt homines temporis ſui, & viri Niniuitæ acta pœnitentis ad prædicationem Ionæ condemnabunt [e] eos [f], qui maiorem Iona ſaluatorem audire contempſerunt; ſic plurimi in populis epiſcopos iudicent [g] ſubtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu, & ea, quæ epiſcopo non conueniunt exercentes.

*Item Ambroſius in increpatione ad populum, ſer. 83.*

¶Qui clericos ſuos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum poſſitis me vno ſermone conuincere [h]? conuincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligētes. Quomodo enim poſſum corrigere filios, cum fratres [i] emendare non poſſim? aut qua fiducia ſuccenſeam [k] laicis, cum a conſortibus pudoris verecundia conticeſcam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: ſunt certe quidam deuoti, ſunt & alij negligentes. Ego neminem [l] nomino: conſcientia ſua vnumquemque conueniat.

Simile quidam auctor operis imperf. in Matth. hom 40.

*Item Beda ſuper Matthęum.*

re, vt C. de profeſſ. & medi. magiſtros, lib. 10 & erit talis magiſter cuius comparatione ſui diſcipuli paleæ dicantur. vt a 5. diſt. §, criminis.

b ¶Meliores. &c.] Ideſt, clericos eſſe deteriores quam laicos. ſufficit enim clerico, ſi eſt bonus.

VEreor.]CASVS. Dicit Hiero. ſe timere ne plures laicorum iudicent epiſcopos male ſua officia exercētes per cōparationem melioris vitæ, ſicut regina Auſtri, q̄ venit de finibus terræ audire ſapientiā Salomonis, iudicatura eſt hominēs ſui temporis in die iudicij comparatione melioris vitæ, & Niniuitę conuerſi ad prædicationē Ionæ, iudicaturi ſunt illos Iudæos, q Chr̄m maiorem Iona contempſerunt.

c ¶Vereor.] ideſt, verecundor.

d ¶Iudicatura.] Nō poteſtate iudicij 1, quia illud fœminæ non habent. 3. q. 7. §. tria ff. de regulis iur. l 2.

1 Dicas iudicaturam in die iudicij compatione melioris vitę.

e ¶Condemnabūt] melius viuendo.

f ¶Eos] .ſ. Iudæos.

g ¶Iudicent. [ſu. d. 28 c. vl. cōtra ſu. di. 21. nolite. cōtra 6 q. 1. oues cōtra. ſed nō dñr ſubditi corrigere ſiue iudicare plātos ptāte officij: ſed vitæ comparatione, vt 13. q. 1. nonne.

QVid autē.]CASVS. Ambr cū increparet populum delinquētem, dixit, ꝙ populus poterat eū conuincere vno ſermone. & ſibi pudorem inferre, cum clericos hēat incorrigibiles, qđ emēdare nō poſſit, nec eos vult nominare, cum peccata eorum ſint latētia, ſed vnuſquiſque conſulat ſuam conſcientiam.

h ¶Conuincere.] Et ruborē incutere ex hoc, ꝙ laici meliores ſunt clericis non enī poſſet ob hoc reprehendi 47. d. qđ

a ¶Maiorem.] Sic ſup. 96. diſt. ſi quis dubitet & ſup. diſtinct. 61 ſtatuimus. & c. quid proderit. vnde quidam diſcipuli in hoc decepti nimis feſtinant ad cathedram, & dum delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs auctores ruinæ, vt 48. diſt. quoniam cum magiſter faciat cathedrā, non cathedra magiſtrum, vt 40. d. c vlt. magiſtri enim moribus, & ſcientia, & facundia debent alios præcede

ad nos. quia non criminis relatione, ſed innocētia reus purgatur. ff. de pub. iud. qui.

Reus innocentia purgatur.

i ¶Cum fratres] Alias ſocij dicuntur 10. q. 3. cauendū.

k ¶ſuccenſeam] ideſt, iraſcar.

l ¶Neminē] Contra, ſu. 5 q. 5. nō vos, ſed hic loquitur qñ crimē nō pōt probari, ibi qñ pōt; o cculta. n crimina non habent vindictam. 6. q. 1. ſi omnia. 23. d. erubeſcāt.

NEc efficere.] CASVS. Quidam prælati putabant ſufficere ſi adæquarentur laicis, & negligentibus in fide, vel in operibus: ſed dicit Beda hoc non ſufficere, niſi præcellant eos ſcientia & doctrina.

a ¶Credendi.] Quantum ad articulos fidei. laicis tamē ſufficit pictura pro doctrina, de conſec. d. 3 perlatum.

NE ERGO. CASVS. Concludit Gratian' ex ſupradictis dicēs: ne prælati malos ſibi eligerent ſucceſſores, iō ſtatutum eſt, vt nemo ſibi eligat ſucceſſorem.

QVod aūt.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an amicorum patrocinia cōualeſcere debeant in electione aliquorum. Et certe ſi cōſiſtant in pecunia, vel obſequio, ſimonia eſt, vt ſup. 1. q. 1. ſunt nonnulli. In precibus diſtinguitur: aut enim ſunt carnales, aut ſpirituales. Carnales ꝓ digno nō inducūt ſimoniam, vt prima q. 1. quibuſdam. pro indigno ſic, vt prima q̄ſtione prima, de ordinationibus. Spirituales vero valent, nec per eas inducitur ſimonia, vt prima quęſtione prima, latorem. In obſequio etiā conſueuit diſtingui, vtrum ſit honeſtū, vel non: & ſi honeſtum, vtrū exprimatur, vel deducatur in pactū, ꝙ ſeruiat, vt præbēda ſibi conferatur.

b ¶Patrocinia.] Patrocinia aut conſiſtunt in pecunia, vel obſequio: & tunc ſit ſimonia: aut in precibus; & tūc aut ſunt carnales, aut ſpūales, ſi ſpūales, valēt: nec per eis ſimonia committitur 1, vt prima quæſtio. prima, latorem. carnales etiam pro digno ſunt recipiēdæ, vt 1. q. 1. quibuſdā in fi. ſed preces carnales pro indigno factæ, inducunt ſimoniam. 1. q. 1. de ordinationib. & dic vt ſup. c. Moyſes.

Simonia an inducatur p amicorū patrocinia.

1 Ad idē 90. diſt. clerico vbi de hoc.

c ¶Patrocinia.] Niſi dignus ſit ille pro quo petitur, vt ſu. 1. q. 1. nullus itaque, & c pueri. & c. quibuſdam. in fi.

d ¶Patrocinio.] Sed nonne ſuffragium patris prodeſt filio ff. quod cuiuſque vniuer. illud, ſed illud quantum ad numerum eligentium.

## ¶Epiſcopo ad ſalutem non ſufficit moribus, & vita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc ſufficere nobis ad ſalutem arbitremur, ſi turbis negligentium, vel quorumlibet inductorum, fide, vel actibus adæquemur; quibus, ſacris literis vnica eſt credendi [a] pariter & viuendi regula præſcripta.

*Ne ergo (vt ſupra dictum eſt) tales ſui officij ſucceſſores aliquis ſibi quęreret, prohibentur epiſcopi alterum pro ſe ſucceſſorem ſibi ſtatuere ac deſignatis nominib. in locum ſuum alium ſubrogare.* ſup. Apoſtolica.

## QVAESTIO II.

*QVod autem amicorum patrocinia [b] in aliquorum electione conualeſcere nō debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in ſecundo libro Regeſti, ind. 11. epiſt. 22. ſeu cap. 62. ſcribit Antonio ſubdiacono dicens.*

## ¶In electione epiſcopi non numerum datio, vel aliquorum patrocinia conualeſcant. C. I.

Poly. l. 2. tit. 1. Iuo p. 5. c. 129.

I [1] llud quidem præ omnibus tibi curæ ſit, vt in hac electione nec datio quibuſcunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia [c] conualeſcant. Nam, ſi quorundē patrocinio [d] fuerit quiſquam electus, voluntatib. eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur [e]: ſicque fit, vt & res illius minuantur eccleſiæ, & ordo eccleſiaſticus nō ſeruetur. Talem ergo, te admonente, perſonam debent ſibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deſeruiat; ſed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

*Idem ad clerum Mediolanenſem, li. 2. Indict. 11. epiſt. 29. ſeu c. 68.*

## ¶In electione antiſtitis communi vtilitati, non ſuo lucro quiſque proſpiciat. C. II.

Polyc. ibidem. Iuo p. 5. c. 130.

DIlectiſſimi filij, officij noſtri cenſuræ commoniti ſuademus, vt in hac ſuſcipiēdi antiſtitis cauſa nullus veſtrum neglecta vtilitate cōi, ſuo lucro proſpiciat; ne, ſi quiſquam propria commoda appetit, friuola æſtimatione

ILlud.] CASVS. Præcipit Gregorius Antonio ſubdiacono, cum quædam epiſcopalis eccleſia vacaret, vt nullam perſonam eligi permittat per pecuniam, vel per preces carnales amicorum: quia qui aliter ſublimatur, illis compelluntur obedire quorum preces, vel pecunia interuenerunt: & ſic per eos res eccleſiæ dilapidantur. Talis ergo in illa eccleſia eligatur perſona, quæ ſit vita & moribus decorata: & tanto ordine digna.

e ¶Compellitur.] Quia ad antidora tenetur, vt ff. de petit. hær. ſed & ſi §. conſuluit. & 83. diſt. nihil. & extra de teſta. cum in officijs. humanū. n. eſt, vt quis exhibeat ei reuerentiam a quo percepit beneficium, vt 16. quæſt. 2. viſis.

Beneficij latori reu[erentia] debet[ur]

DIlectiſſimi filij.] CASVS. Vacante eccleſia Mediolanen. vnuſquiſq. clericorum nitebatur amicum ſuum præficere inſpecta tantum vtilitate propria, & neglecta communi. ſed docet Gregorius, vt hoc nō faciant ne friuola æſtimatione fraudentur, ſiue fallantur: quia mens quam cupiditas ligat, perſonam præferendam nō examinat iudicio recto: quare præcipit, vt ante electionem

ctionem ſubtiliter iudicantes talem eligant, cui debeant ſemper obedire: quia poſt electionem non poterunt iudicare de ipſo.

a ¶ Libero.] Sic 83 diſt. nihil. ſic 11. q. 3. quattuor.

ADDITIO. Et c. pauper per quæ infra & hic habeẽ arg. quod iu-

pepigit, quod poſſit electionẽ præſtaret iuſurã vt inf. ea. Attaldus. Si vero ante electionem iuret, vel pactũ faciat, ſimonia eſt, vt inf. e. c. talia. & hæc vera ſunt, cum minoribus, & ſubiectis præſtatur iuramentum. præſtare, autem ſuperiori ante electionem, non videtur ſimonia: arg. ſup. 100 diſt. optatum.

fallatur: quia nec libero [a] iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Penſantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obediẽtiam præbete. Iudicari [b] namque à vobis vltra non debet ſemel prælatus; ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt.

## QVAESTIO III.

*Quod autem [c] ſimoniacus habendus nõ ſit qui poſt electionem pro indemnitate eccleſię iuramentum præſtitit, facile probatur. Aliud enim ante electionem iuramentũ facere, vel ſe facturũ paciſci ad hoc vt eligatur: aliud eſt nulla præcedente conuentione poſt electionem huiuſcemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impenſum deijcit: hoc autem cõſecrando nullum impedimentum generat.*

*De priori caſu ſcribit Pelagius Papa clero Catinenſi.*

¶ Qui in epiſcopum eligitur, de rebus eccleſiaſticis aliquam ſecuritatem nulli faciat. C. I.

Anſ. l. 9. c. 40. Poly. l. 2. tit. 3.

Talia quidem iam dudum ad fratrem, & coepiſcopũ noſtrum Eucarpum de viſitatione Catinenſi eccleſię ſcripta dereximus, vt in eis iudicium noſtrũ potuiſſetis agnoſcere. Verumtamen, quia quoſdam ibi non ſana intẽtione, ſed prauis ſtudijs diſſenſiones ſuſcitare, veſtra etiam relatione cognouimus, qui ſcientes ſe ad epiſcopatum nec ætate, nec ſcientia, nec vitę meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare eccleſiam volunt vt ſibi de his, quę ex ipſa pręſumpta ſunt, impunitatem [d]

c ¶ Quod autem.] & ante & poſt electionem licite ſecũdum quoſdã petitur cautio, quæ habetur ex iure uel conſuetudine. 63. diſtin. quia. 1. q. 3. quæſitum. extra de præben. ſignificatum. A ſuperiore uero qualiter cautio peti poteſt. 28. diſt. de Syracuſanæ. 10 q. 3. c. vlt. 18. q. 2. Eleutherius. 100. diſtin. optatum & c. contra morem. Quidam tamen dicunt, quod ante electionem nulla cautio poteſt peti & ſi præſtetur, ſimonia eſt: quia videtur eã facere, vt eligatur inf. ea cap 14 loẽ eſt ſi promittat ante electionem ſe iuraturũ poſt electionem, ut 1. q. 2. quam pro. ſed poſt electionem bene poteſt 2. quia tũc nihil ſperat ab eis: ſed à ſuperiore, dixi, poteſt peti, & ei præſtari tale iuramentũ, ſiue ante electionem ſiue poſt. 100. diſtin. optatum. 28. diſ. de Syracuſane. & 23. diſt. quamquam. tamẽ id quod prius dixi uerius videtur maxime ſi quilibet canonicorum ita iurat: Ego iuro, q̄ ſi fuero factus epiſcopus, nihil alienabo de rebus eccleſiæ: quia tutor eligitur ſub tali conditione. ſi ſatis dederit, vt ff. de tute. muto. §. 1. extra de elect. ſignificaſti. nec tñ uidetur eſſe conditio, ſed potius admonitio quædam, ut dicit illa l. muto ſed ex perſona contrahentium præſumi debet contractum ſiue promiſſionem eſſe ſimoniacam, vel non ſicut & præſumitur circa vſurarium contractum ex perſona contrahentis, vt extra de pig. c. illo. in fi.

Cautio iuratoria an poſſit peti ab eligendo uel electo.

2 Scilicet præſtari iuramentum ſubditus, nec tũc peccat, nec ipſi poſſunt venire contra electionem ſiue ſit confirmatus ſiue non, ſm̃ II. B. & La. extra de el. publicato. Arch.

quòd iudex pecunia vel alia affectione corruptus non poteſt recte iudicare ſecundum Hugo.

b ¶ Iudicari] Arg. q̄, electum quem ſemel comprobaſti, non potes poſtea reprobare 2. vt inf. 32. q. 5. horrendus. arg. extra de his, quæ ſi à maio. parte cap. ex ore in fi. ſup. di. 4. erit & cap. in iſtis. ſup. e. q. pxi. c. licet ſimile ff. de decur. l. pe. in fi. & arg. ff. de pact. dot. conuenire. ff. de neg. geſt. Pomponius. ar. contra C. de lib. cauſa non idcirco & j. non mutant. & C. de profeſ. & medi. l. grammaticos. lib. 10. extra de elect. cum dilectus contra vbi patientia non ęquiualet electioni. contra id quod eſt ff. de pup. ſi ego §. 1. Sol. electus ſemel aprobatus non poteſt amplius reprobari ab eligentibus, niſi ex cauſa noua, vel de nouo ad eorum notitiã ueniente. tũc enim bene poteſt ab eis reprobari, vt extr. de offic. deleg. inſinuante. & extra de excep. paſtoralis. & ff. de mune. & ho. vt gradatim §. reprobari & ita intelligitur illa decr. & illa lex grammaticos.

...lectus ſe ...d appro...us, an ...ſit po... reprobari. ...rgu. ad ...ext. de ...n. impu...llis ij §. ...vbi de ... & ex... de reg. ...noſtrã. ...videas I...1. Ad i...extra ...de ele. ...Arch.

Quod autem.] Hic intitulatur tertia quæſtio, qua quæritur, utrum ſit ſimoniacum præſtare canonicis iuramentum poſt electionem pro indemnitate rerũ eccleſiæ. Et reſpondet quod non, niſi ante electionem

Talia.] CASVS Pelagius facit Eucarpum viſitatorem Catinenſis eccleſiæ, & ei ſignificauit q̄ debe ret fieri circa electionem epiſcopi: ſed poſtea Elpidius diaconus electus eſt fere ab omnib. pauci tñ eius electioni conſentiebant niſi iuraret ſe illi præſtare impunitatem de rebus eccleſiæ, quas vſurpauerant. quod totum cum audiſſet Papa relatione clericorum, & Leonis viri magnifici, de cuius teſtimonio non erat dubitandum præcipit Pelagius clericis Catinenſibus, vt Elpidium diaconum cum decreto electionis & cũ viſitatoris epiſtola Romã perducant, & monet eũ, vt clericis reſiſtentibus ſibi, nec iuramentum nec promiſſionẽ faciat aliquã: quia ſi fecerit tamquã indignus repelletur,

d ¶ Impunitatem.] Vt remitteret eis ea, quæ abſtulerant. illud enim eſt ſimonia. remittere enim eſt dare,

 vt ex-

vt extra de teſtibus veniens ; ff de calum. quinetiam. diſſe tale quid intelligendum eſt, ꝙ ipſe ſciat a. ſic in Auth. de hæc. & ſal. §. ſancimus. in fi. §. ſi vero. in coll. 1. Quod

a ¶ Viri. ] Argu. teſtimonio vnius credi, vt ff. de dote præle. Teopompus ſupra. 97. diſ. nobiliſſimus ſup. diſt. 86. tā ta inf. 23 q. 4. inter q̄ relas 20. q. 3. præſens ar. contra, 33. q 1. ad monere.

futurus promittat epiſcopus, & fiat rapinę ſecuritas, epiſcopatus ambitio; hoc etiam vos diximus commouendos vt decretū in Elpidium diaconum factum, & ſubſcriptū ab omnibus, quos veſtra relatio deſignauit, ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola, & cum eodem diacono maturetis, Deo propitiante, perducere. *& poſt pauca.* Cum igitur huc filius noſter magnificus vir Leo prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis, q̄ ibi mota ſunt, & quomodo vota prope totius ciuitatis in Elpidio diacono concordarent. Vnde quia de memorati uiri [a] teſtimonio dubitare omnino non poſſumus; idcirco, ſicut dictum eſt, Elpidium diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius, vt admonitio ad eum noſtra debeat deſtinari. † Quem tamen hoc per veſtram dilectionem in præſenti iuſſione ſpecialiter admonemus, ne cui ſe aliquid dare vel daturum eſſe promittat; ſed neque de eccleſiaſticis p̄teritis cauſis aliquam ſecuritatem cuiquā audeat facere ſiue ꝓmittere, aut quaſi factus epiſcopus ea quę direpta ſunt non repetat; ſed apud eos, à quibus direpta ſunt per manere libere patiatur: ſciens, quòd ſi tale aliquid fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino permittitur valere ipſa promiſſio, & cum iudicij [b] noſtri quod de ipſo habuimus damno [c], paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

† *al. iurari.*

Emendatus, eſt hic locus ex Anſelmo, & Polycarpo,

*De ſecundo vero caſu in geſtis Vrbani ſecundi legitur.*

¶ Poſt electionem pro indemnitate eccleſiæ licet electo iuramentum præſtare. C. II.

ARtaldus Arelatenſis [a] epiſcopus, Narbonenſis eccleſiæ ſuffraganeus Romam conſecrandus ad dominum Papam Vrbanum venit: ſuus quippe archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quoniam poſt electionem ſuam propter bona eccleſiæ conſecranda canonicis iurauit. Conſecratus itaque eſt à domino Papa Vrbano, ante purgatus huiuſmodi iuramento [d]. De iuramento, quod canonicis noſtræ eccleſiæ feci poſt electionem, nullam conuentionem ante, vt eligerer [e], feci. Narbonenſis vero archiepiſcopus, nullius [f], præter id, criminis cauſa, conſecrationem noſtram omiſit: me ſciente [g], neque mihi criminis conſcius ſum, propter quòd à ſacra † me vnctione repellat.

† *al. ſacerdotio me repellas.*

a ¶ Arelatenſis.] *In manuſcriptis etiam ſic habetur. Sed viſum eſt ſubeſſe mendum, quia hic epiſcopus vocatur ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis: in concilio autem ſecundo Arelatenſi Arelate refertur ad prouinciam Viennenſem. Et quamuis Guilelmus Durandi in ſpeculo de auctor. & vſu pallij hoc eſſet, vt oſtēdat Arelatenſem archiepiſcopum ſubeſſe Narbonenſi, tamen Ioannes Andreas in notis adductū locum expreſſe ſcribit in hoc capitulo non agi de Arelatenſi archiepiſcopo. vt valde probabile eſt pro Electenſi, ſeu Elatenſi, qui vere eſt ſuffraganeus archiepiſcopi Narbonenſis, corrupte ſcriptum fuiſſe,* Arelatenſis.

b ¶ Iudicij. ] Id eſt quod circa eum fecimus, nos mutabimus.

c ¶ Damno. ] Quia retractabimus quod fecimus

ARtaldus. ] CASVS. Artaldus fuit electus in epm̄ Arelaten. eccleſiæ, poſt electionem pręſtitit iuramētum canonicis de indemnitate rerum eccleſię, propter quod archiepiſcopus Narbonen. noluit eum conſecrare, ideoque Romam iuit, & cōſecratus eſt ab Vrbano: prius tamen præſtito iuramento, quod nullā conuentionem fecerat ante electionem ad hoc vt eligeretur, & ꝙ propter nullum aliud crimen ipſum repellebat. Et ſunt verba notarij ſcribentis geſta Vrbani.

d ¶ Iuramento ] Argumentum, ꝙ ſolus epiſcopus ſola manu ſe expurgat, vt 2. q. 5. quanto. ſed illud obtinet cum non habet compurgatores.

e ¶ vt eligeret. ] Arg. contra, 28. diſtin. de Syracuſanæ.

f ¶ Nullius. ] Ex hoc verbo dixit Ioā. Fan. quod infamatus de vno crimine, expurgabit ſe de omnibus alijs ſed certe hic nō fuit generale iuramētū, ſed ſolū iurauit quod nullius criminis conſcius erat, & quòd archiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Sed quare Papa conſecrauit illum pendente adhuc obiectione archiepiſcopi? Sed dic, quod archiepiſcopus in forma iudicij nihil obiecit ei.

g ¶ Me ſciente. ] Ar. bonum ad interpretandum negatiuę dicta teſtium, vt cum teſtis iurat ſe non ui

1 Obtinet vbi aliter læditur: vel in forma iudicij non agitur ſecundum Hug. Vel dic ut not. in glo. vnde non tenet, &c. de hoc 18. diſt. placuit & 80. diſt. tāta. Arch.

Negatiua teſtis depoſitio eſt benigne interpretanda.

a Ad hoc cit ꝙ ne ... tra q̄ ele... nę me... rię, in glo... eſſet, & ... in ...

Vòd autem.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an prælatus ſit defendus ante ſniam condẽnationis; ſiue feratur ſnia ab hoie vel a canone. Et dr̃, ꝙ non vt J.c vno & J.17.q.4. ſi qs ſuadente.

a Quod

tio tenet quam fecit: ſed ſi tempora appellationis ſunt lapſa & non eſt proſecutus appellationem, idem eſt ac ſi non appellaſſet: & ſm hoc non eſt excõicatus, vt diſtinguitur ff de his qui not.infa furti §.1.& ti.de iniuſto rup. teſt. ſi quis.§.antepen.Io.Ego credo, ꝙ pendente appellatione clerici debeãt ei obedire, cum pẽdente appellatione, vt lite nihil ſit innouãdum, vt ſ 2 q 6. appellatione interpoſita. & ext. vt lite pen.nihil innouetur, per torũ. ff.ad Turpil.l 1.in fi. & excõicatio tenet, cum ſtatim trahat ſecum ſuam executionem, vt extra de app paſtoralis Bart.

interim poſſit ſubditum excõicare.

## QVÆSTIO IIII.

Vòd autem [a] clericis ante ſententię tempus ab epiſcopo ſuo diſcedere non liceat, probatur auctoritate Symmachi a Papa dicentis.

a ¶Symmachi.] *Citatur libellus Ennodij nomine Symmachi Papæ. cuius rei reddita eſt ratio ſupra d.ſt.31.c.omnino.& 40. c non nos.*

¶Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab epiſcopo ſuo diſcedere. C. I.

Iuo p.6.c.340. & 341.

NOnne directa ſunt verba canonum β: [Quicunque clericorum ab epiſcopo ſuo ante ſententię [b] tẽpus dubia ſuſpicione diſceſſerit manifeſtam eum manere cẽſuram?] & infra. ¶Lex eccleſiaſtica pontificem ab alijs accuſatum, priuſquam [c] ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui.

β ¶Canonum] *Sic emendatum eſt ex vetuſtis codicibus, Ennodio ipſo, & Iuone, cum prius legeretur; Decreti. Citare autẽ Ennodius voluit canonẽs, qui ante Symmachum de hac re editi erant. Qui vero in gloſſa citantur ſunt ex epiſtolis Pontificum Symmacho poſteriorum. In Carthaginienſi quidem concilio inſerto in codice canonũ eſt undecimus canon; qui citatur inf.11.q.3.ſi quis presbyter: et decimus nonus relatus ſup.4.q.5.c.quiſquis epiſcoporum: & vigeſimus quartus citatus, ibidem. c.placuit ad quos & præcipuè ad primum videtur ſpectaſſe Ennodius.*

## QVÆSTIO V.

† al. Apoſtolici.

Ine literis Apoſtolicis † epiſcopus accuſatus & a ſancta ſede vocatus, ad ſuam non reuertatur eccleſiam.

*Vnde Sixtus Papa ait epiſt.2.c.2.*

¶A ſede Apoſtolica vocatus epiſcopus ad domum non reuertatur, niſi purgatus, & Apoſtolicis literis inſtructus. C. I.

Anſel.li.3.c.9.

QVilibet fratrũ pulſatus, atq; ab hac ſancta ſede vocatus, cum ſe nobis repreſentauerit [d], ad eccleſiam tamen ſuam non prius reuertatur, quàm literis Apoſtoli-

NOnne] CASVS. Symmachus Papa docet in hoc c ꝙ nullus clericus dẽt deſerere ſuum prælatũ ante ſniam, quãuis ſit accuſatus: & ꝙ contra fecerit, pœnam patiatur.

b ¶Sententiæ.] Sola ergo accuſatio non conſtituit aliquem reũ vel crimino ſum vt 15.q.vl.c.vl. vnde de reo accuſato poteſt ſolui id qđ ei debetur, vt ff. de ſolu. reo ſola.n noĩatio nõ ſufficit, vt 2.q 1. multi. & lex dicit, ꝙ ſi cõdemnatus appellauit, ſtatus eius inteer. eſt. ff. nil inno. pen.ap.l unica. nec inter infames interim habẽdus. de his qui no.infam. furti. impedit ſñ interim ab honoribus. vt 81. diſt.tantis 2.& extra de accu.Deus omnipotens. nec procurator eſſe poteſt. C de procur.reum.

Solui poteſt reo accuſato.

a Adde ad hoc gl. opp. in § ſi quis. aũt in gl 1. inſtit.de ſuſpe.tut.

c ¶Priuſquam.] Sic extra ut lite pend c. 2 ũ 33. q.2. ſeculares & 35.q.6 multorũ & 15.q.ult.c.vlt.

a ¶Quòd autem.] Clerici ante ſuſpenſionem vel depoſitionem prælati non negabunt ei obedientiam. 16.q.4. volumus. 15.q.vlt.c vlt Nec obſtat 32.diſt. nullus 8.diſtiu.ſi quis & 16.q.vlt ſanè. quia ibi de ſuſpenſis a canone loquitur. nã in illis tribus criminibus eſt ſpeciale, ſcilicet in ſimonia, & in hæreſi. & in notorio fornicatore 1.ſed de ſimonia occulta vr̃ correctũ ext. de tẽpo. ordi.c.vlt Sed nunquid ſtatim poſt ſnĩam recedent ab ipſo. cum adhuc poſſit appellare, & appellatio extinguit pnunciatũ: itẽ quia ſnĩa nõ eſt ſtatim executioni mandanda, ut ext. de ſent. & re iud. quod ad conſolationẽ. Ecõtra vr̃, ꝙ ſtatim per ſnĩam amittit dignitatem ſi.de pœ.qui vltimo. & l. quod ſtatũ. Itẽ quid ſi pendente appellatione excõicat ſubditũ ſuum an eſt ille excõicatus? Diſtingue quia ſi eſt proſecutus appellationem ſuam, tũc licet appellatio ſit pronũciata iniuſta, excõmunica-

Prælatus ſnĩaliter depoſitus ſi appellauit, an

Ine.] CASVS. Hic ponitur 5.q. qua quæritur vtrum eps accuſatus vocatus ad ſedem Apoſtolicam ſi ſententia pro eo feratur, debeat ad eccleſiam ſuam ſine literis Papæ reuerti. Et reſpondetur, quòd non, vt inf c.ſeq.

QVilibet] CASVS. Sixtus Papa, docet hic qđ ſi epiſcopus accuſatur coram Papa ſi non poteſt ſibi crimen probari, non debet ad eccleſiam ſuam reuerti ſine literis Apoſtolicis, in quibus cõtineatur qualiter ſuam cauſam finierit, & poſt reuerſionem ſuam vicini epiſcopi hoc cognoſcere poſſint: quoniam epiſcopi ſicut ab Apoſtolis ſunt inſtituti domino diſponẽte, ita a ſancta ſede Apoſtolica debent defendi, diſpoſitioni cuius omnia maiora ſunt iudicia reſeruata.

d ¶Repreſentauerit.] Clericus etiã ſe non repreſentabit Papæ ſine literis ſui epiſcopi, vt C.de epiſc. & cler. ſi qua

ſi qua per calumniam: & in Auth. quomodo oportet ep.ſcopos.§.non aliter.coll.1.

a ¶Ambiguitate.] Si ext.de off.ordi.ex parte. extra de fide inſtr.quod ſuper.

b ¶Eorum] ideſt, Apoſtolorum.

vt infra ea.ordinationes.Rufinus tñ & Ioañ. Fauentinus dicebant, ꝙ epiſcopus, qui recipit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, ideſt, ordinem epiſcopalem, quia poſt illum nullus eſt ordo, ordinem conferre non poteſt, & qui ordinatur a tali, nihil recipit: ſe-

licis, vel formatis, pleniter inſtructus, atq; purgatus ſit; ſi fuerit vnde: vt poſtquam domũ reuerſus fuerit, cognoſcant vicini ſui qualiter ſuã, aliorumq; cauſam hic finierit: quatenus eam abſq; ambiguitate [a] vlla nunciare, & prædicare omnibus poſſit. Ab hac enim ſancta ſede a ſanctis Apoſtolis tueri, defendi, & liberari epiſcopi iuſſi ſunt: vt ſicut eorum [b] diſpoſitione, ordinante Domino, primitus ſunt conſtituti: ſic huius ſanctæ ſedis (cuius diſpoſitioni, eorum cauſas, & iudicia ſeruauerunt) protectione: futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemper liberi. Vnde culpantur ij, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius ſedis rectoribus placere cognouerint.

# CAVSA NONA.

*Sententia excõmunicationis [c] notatus quidã archiepiſcopus aliquot clericos alterius metropolitani ordinauit: quendã capellanum ſui ſuffraganei, illo inconſulto, depoſuit; atque alium in loco eius ordinauit.*

1 *Hic primum quæritur, an ordinatio, quæ ab excommunicatis facta eſt, aliquo modo poſſit rata haberi.*

2 *Secundo an liceat epiſcopo, archiepiſcopo, primati, vel patriarchæ clericos alterius ſine propriis literis ordinare.*

3 *Tertio, an archiepiſcopus clericos ſuffraganei ſui, illo inconſulto, damnare valeat, vel damnatos abſoluere.*

## QVAESTIO I.

*Quòd ordinatio [d], quæ ab excommunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam conſecratio appellanda ſit, teſtatur Gregorius libro 3. epiſt. 20. dicens.*

Sententia excommunicationis.] CASVS. Supra in viij. cauſa oſtenſum eſt de epiſcopis qui vſurpant ſibi eligere ſucceſſores. Nunc vero vult tractare de epiſcopis excommunicatis, qui præſumunt clericos ordinare, & de archiepiſcopis, qui damnãt clericos ſui ſuffraganei inconſulto illo; quæ oĩa vt competẽtius oſtendat, thema proponit, & tres inde elicit quæſtiones.

c ¶Sententia excommunicationis.] In ſuperiori cã dictum eſt, quod epĩ quandoque vſurpant ſibi aliquid de iure ſuorũ clericorum, qñque ſibi conſtituunt ſucceſſorẽ: hic agit qualiter vſurpãt qñque de iure vicinorũ epiſcoporũ, & oſtendit hic ꝙ nemo ordinabit clericos alterius epĩ eo nõ requiſito, nec ẽt iudicabit, & ꝙ metropolitanꝰ clericos ſui ſuffraganei non poteſt iudicare. & ut hæc & alia, &c.

Quòd ordinatio.] CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, vtrum ordinatio facta ab excommunicatis poſſit rata haberi. Et certè de hoc ita dicit H. quod quilibet epĩs ſiue excõicatus, ſiue non; ſiue catholicus ſiue non, ſiue vltimam manus impoſitionẽ recepit in eccleſia, ſiue ext. ordinem confert, & ordinati ab eo ordines recipiũt, dũmodo in forma eccleſiæ hoc fiat, & ſi illi alios ordinauerint, ordinati erunt, & ſic in infinitum, vt 1.q.1 quod quidã & inf ca.ordinationes. idem dicit de corpore Chriſti arg. de conſec. diſtinct 4. oſtenditur ſicut in ſacramentis. 1.q 1. Dñs declarauit. Sed in hoc eſt differentia, quia ordinati ab eo qui recepit vltimã manus impoſitionẽ in eccleſia, ſiue ſcienter, ſiue ignorãter, ſi digni ſunt tolerãtur ex miſericordia, vt inf. c.2 & 3 niſi in quatuor caſibus notatis in apparatu Sed ſi ab eo qui nõ recepit in eccleſia, ſi ſciẽter, nõ tolerantur, ſi ignoranter, & hoc probauerint, tolerañ, ſecus ſi intra eccleſiam recipiat vltimam manus impoſitionem. De corpore Chriſti dicebant, quod nullus extra eccleſiam conſtitutus conficiebat arg 24 q.1. ſchiſma. & fortè Gratia fuit huius opinionis, vt inf. ea.§.ſed excommunicati. & 1.q.1.§.ſed opponitur. Ib. tamen poſt hanc opinionem ponit Gratianus catholicam veritatem & videtur hic primo probare Grat. quod talis ordinatio non valet.

d ¶Quod ordinatio.] Hic quæritur an ordinatio facta ab excommunicato ſit rata. Excommunicatus hic dicitur præciſus ab eccleſia propter hæreſim, vel ſchiſma, vel aliquam aliam cauſam. Dicit Ioan. Fan & Rufinus, ꝙ qui

Ex cõicat[is] prælatis [...] poſſit ord[i]nes cõfer[re]

¶ qui recepit vltimam manus impoſitionem, ideſt, ordinem epiſcopalē in eccleſia, ordines confert, ſed non executionem ordinis. Si autem extra, nihil confert, nec ordinem, nec executionem, cum tales nihil habeant: argu 1.q.7.Daibertum.19.diſt. cap.propter.1. quæſt. 1.ſi quis rint ordinari ab eis 2 vt 1.q.7.conuenientibus. Si autem ſunt ordinati ab epiſcopo, qui extra eccleſiam recipit manus impoſitionem, ſi ſcienter, nunquam tolerantur. ſi ignoranter, & hoc ꝓbauerint, tolerantur, vt inf. c. ordinationes. Hæc ergo ſit fides tua, ꝙ hæretici, & excōmunicati, & depoſit. vera ſacramenta cōferūt, & verū corpus Chriſti conficiūt, vt no. 1 q. 1. dominus declarauit. Io. Quod Io. dicit de depoſito, non credo eſſe verum, vt 50.d.c. accedens. B.

2 Cum poſſint ordinari a fidelibus & iſtū caſū ponit H. penitus alienū a ſuperiori c. .ſ. ſi ad ſubuerſionem, & c. vt dicit H. 1.q.7.conuenientibus & q. 1. ſi quis hæreticę, vbi hoc notauit.

¶Non poteſt appellari conſecratio, quæ fit ab excommunicatis. C. I.

Poly.l.6.tit.39. Iuo p.14.c.74. & p.5.c.134.

NOs conſecrationē [a] dicere nullo modo poſſumus, quæ ab excommunicatis [b] hominib. eſt celebrata [c].

PALEA. C. II.

EXcommunicati illicite manus imponūt: quia poteſtatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita eſt manus impoſitio, vulnus infligitur. Vnde reiterari neceſſe eſt, quod minime probatur eſſe collatum.

¶*Hæc, & ſequens Palea abſunt a pleriſque vetuſtis exemplaribus: habentur tamen in vno valde emendato, in quo paucæ habeti ſolent. Prior autem hæc videtur eſſe ſumma quædam ſequētis.*

[*Vnde Damaſus Papa epiſt. 4. ait.*]

Su. 1.q.7.per illicitā

PALEA. C. III.

PEr illicitam manus impoſitionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe, habebāt; & vbi vulnus infixum eſt, neceſſe eſt medicinam adhibere, qua infixa ſanetur, macula, ideſt, reiterari neceſſum eſt, quod legitime actum, aut collatum minime probatur; ſi perfectum eſse debebit. Nam quomodo honorem poſſit retinere, qui ab illo acceperit, qui poteſtatem dare legitime nō habuit, inuenire non poſsum.

Su. c. nos conſecrationem.

*Sed excommunicati hic intelligendi ſunt, qui in ipſa ſua ordinatione pęnam excōmunicationis contraxerūt; qui nunquam in numero catholicorum fuerunt. Cæterū, qui inter catholicos prius deputati ſunt, ſi poſtea excommunicationis ſententia notati fuerint; ordinationes tamen eorum ab eccleſia miſericorditer tolerantur.*

*Vnde Vrbanus Papa ſecundus ſcribit dicens.*

¶Ordinationes ab excommunicatis non ſimoniace factæ, ex miſericordia tolerantur. C. IIII.

Anſ.l.12.c.74. Iuo p.6.c.406.

AB excommunicatis, quondam [d] tñ catholicis epiſcopis ordinatos, ſi quidem non ſimoniace ordines ipſos acceperunt, & ſi ipſos epiſcopos ſimoniacos non

NOs.] CASVS. Iſtius capituli patet, & intelligitur de eo qui præter formā eccleſiæ ordinem cōfert, vel in odiū conſecrantium ſicut dictum eſt, vel ſecundū Ruſinum, & Io. Fauen & Grat. intelligitur de eo qui vltimam manus impoſitionem recipit extra eccleſiam

a ¶Nos conſecrationem.] ſu. 1.q.7 conuenientibus, & c. Daibertum.

b ¶Ab excommunicatis.] ideſt, hæreticis, vel ſchiſmaticis, tales enim ipſo iure ſunt excōmunicati.

c ¶Celebrata] Præter formam eccleſię. Vel dic, ꝙ in odium eorum hoc dictum eſt, ſicut eccleſia per pactionem cōſecrata potius dr̄ execrata quàm conſecrata, vt 1.q.4 eccleſia. 24. q. 1. pudenda.

SED EXCOMMVNICATI. CASVS. videt hic Grat. ponere opinionem Ruſi & Io Fauentini, dicens ꝙ ordinationes eorū qui nunquam fuerunt catholici, irritæ ſunt; ſed ordinationes eorum qui fuerunt epiſcopi catholici, licet poſtea fuerint excommunicati, miſericorditer ab eccleſia tolerantur, & ad hoc inducit ſequens c.

3 Vnde dicit Hug ꝙ illud verbū, quondā & c. additur potius, vt offendat dña indiſpēſatione. nā cum ordinatis ſciēter ab illis q nunquā fuerunt catholici, epī non diſpenſent, vt iſ.c. & c. ſcđm Hu.

quia confugerit. ſed hæc opinio reprobat. 1 q 7. conuenientibus. inf ea. ordinationes 1 Dicas ergo, ꝙ ſiue quis recipiat vltimam manus impoſitionem in eccleſia, ſiue extra dum tamen forma eccleſiæ ſeruetur in ordinando, ſemper ordinem conferri, ſed non ſemper executionem, & hoc ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ordinentur ab eo. Sed in hoc ſolo eſt differentia, ꝙ ordinati ab epis, qui recipiunt vltimam manus impoſitionem in eccleſia, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter, ſi aliàs digni fuerint, poſſunt tolerari, vt inf. ea c 2. & 3. niſi in quatuor caſibus. Si ſunt maculati iterata vnctione, vt 1.q.7. ſaluberrimum, in fi. Vel ſi ſunt ordinati ſimoniace a ſimoniaco, vt inf. ca. ab excommunicatis, vel ſi ſūt rebaptizati, vt de conſec. diſt 4. eos. Vel ſi ad ſubuerſionem fidei adhæſerint hæreticis, & in contemptum eccleſiæ volue-

Quod leg. not. ſup. 1 .§. opponitur.

AB excommunicatis] CASVS. Quidam catholici epiſcopi excommunicati fuerunt, & in tempore ſuæ excommunicationis quoſdam clericos ordinauerunt. Quæſitum fuit ab Vrbano vtrum poſſent in ſuis ordinibus tolerari. Et reſpondet, quòd ſic, ſi ſint bonæ vitę, & non ſint ordinati ſimoniace, vel non conſtat epiſcopos eſſe ſimoniacos: ſed de cætero nō aſcendant ad ordines ſuperiores, niſi neceſſitas, vel vtilitas exegerit.

d ¶Quondam.] Hic habuit Io. Fan. fomentum ſui erroris, & pro ſe inducit 1.q 1. ſi quis inquit, & 1.q.7. Daibertum, & extra de ſchiſma. ca. 1. & 2. ſed hoc ideo dicitur, quia facilius diſpenſatur cum ordinatis a talibus 3 qui vltimam manus impoſitionem receperunt in eccleſia, & ca-

ſia.& capitula quæ inducit, intelligo cum non fuit forma ſeruata, & cõtra eum expreſſe eſt inf. de conſec. diſt. 4. oſtẽditur, & c. quomodo. & 1. q. 1. quod quidam. Videtur autem hic ꝙ ſiue ſcienter, ſiue ignoranter ordinetur quis ab hæretico, præciſo, & ſimoniaco, non debeat cum eo diſpenſari, quod verum eſt, nec obſtat 1. quæſt. prima, ſi qui a ſimoniacis. vbi innuitur ſi ignoranter a talibus quis ordinatur, ꝙ poſſit ſecum diſpenſari, ſed illud intelligimus cum G. de prælato tolerato ab eccleſia, hic de p̃ciſo, vel ibi non fuit ſimoniacus, & hęreticus, hic aũt ſimoniac⁹ & hęreticus. Si qs ergo eſt ordinatus a ſimoniaco etiã ignoranter, executionem non recipit, cum ſimoniacus ſit ſuſpenſus ipſo iure, vt 1. q. 1. reperiuntur. extra de ſim. tãta. Sed qd faciendum eſt huic, ſi ſuus epiſcopus quē ſcit eſſe ſimoniacũ, vult ipſum promouere. H. dicit ꝙ qui promouetur a ſimoniaco p̃lato ſuo adhuc tolerato, non peccat, & libere poteſt ſuum officium exequi, ſed cõtrariũ legitur extra de ſimo. per tuas. De hoc dixi ſupra 1 q. prima. ſi qui a ſimoniacis

Ordinatus a ſimoniaco caret executione.

præciſi. Vel forte Romæ a Papa fuerant præciſi, & antequàm fama crebreſceret, fuerunt aliqui ordinati ab eis, aliàs in his quæ publicè fiunt, non poteſt quis ignorantiam allegare. 16. diſt. ꝙ dicitis. Et eſt hic argu. ꝙ qui allegat ignorantiã, ipsã probabit. 3. q. 9. iudicas. 1. q. 1. ſi qui a

Ignorant... allegans... pbare d...

SED ET ILLVD. CASVS. Supra in §. ſed excommunicati. dicitur, ꝙ illud cap. nos cõſecrationem, intelligitur de his q nunquam fuerũt de numero catholicorum. Nunc vero oſtendit, ꝙ poteſt intelligi d̃ nominatim excõmunicatis, quorum ordinationes ſcienter receptæ nõ tolerantur, quo ad executionem.

fuiſſe conſtiterit; ad hæc, ſi eorum religioſior vita, & doctrinæ prærogatiua viſa fuerit promoueri, pœnitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipſis, quos acceperunt, ordinibus permanere permittas. Ad ſuperiores autem cõſcendere non concedimus, niſi neceſſitas, vel vtilitas maxima flagitauerit, & ipſorum ſancta conuerſatio promeruerit.

*Sed & illud Gregorij de nominatim excommunicatis intelligitur: quorum ordinationes ſunt irrita, ſi eorum damnatio non erat ordinandis incognita.* ſup. c. nos. conſecrationem,

*Vnde idem Vrbanus ait in ſynodo Placentina, c. 9. & ſequentibus.*

¶Qui nominatim excommunicati ſunt, & qui aliorum ſedes inuadunt, alios ordinare non poſſunt. C. V.

ORdinationes, quæ ab hæreſiarchis [a] nominatim excommunicatis factę ſunt, & ab eis, qui catholicorũ adhuc viuentium epiſcoporum ſedes inuaſerunt irritas eſſe iudicamus; niſi probare [b] valuerint, ſe cum ordinarẽtur; eos neſciſſe [c] damnatos. ¶Qui vero ab epiſcopis quõdã catholice ordinatis, ſed in ſchiſmate ad Romanę eccleſiæ vnitatem redierint, ſeruatis proprijs ordinibus miſericorditer ſuſcipi iubemus: ſi tamen vita, & ſcientia eos commendat. ¶Amodo vero, quicunque a prædictis ſchiſmaticis, ſanctæque Romanæ eccleſiæ aduerſarijs ſe ordinari permiſerit, nullatenus hac venia dignus habeatur. ¶Quamuis autem miſericordiæ intuitu, magnaque neceſſitate cogere hanc in ſacris ordinibus diſpenſationem cõſtituerimus; nullum tamen præiudicium ſacris canonibus fieri volumus: ſed obtineant proprium robur, & ceſſante neceſſitate, illud quoque ceſſet, quod pro neceſsitate † factum eſt. Vbi enim multorum [c] ſtrages iacet, ibi ſubtrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt [a] addatur amplius charitati.

Poly. l. 7. tit. 16. & l. 2. tit. 38. C. 9. & 10. — C. 11. — C. 12. — C. 13.

† Cõcor. te... in li. liber... rum cum ... ff. de his q... no ff. & te... l l. r. in pri... C. d cad. ...

a ¶Vt addatur, &c.] *Hæc ſunt addita ex concilio ipſo.*

*Electio quoque, niſi a catholicis facta fuerit, irrita eſſe probatur.*

ORdinationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ illi qui receperunt ordines ab epiſcopis ordinatis in hæreſi, vel ab intruſis, non tolerantur in ſuis ordinibus quo ad executionem, niſi probent ſe neſciuiſſe in tempore ordinationis eos fuiſſe damnatos. In ſecunda parte dicitur, quod illi qui receperunt ordines a ſchiſmaticis quondam tamen catholicis epiſcopis, ex miſericordia in ſuis ordinibus tolerantur, ſi boni ſunt, propter neceſſitatem, ſed ceſſante neceſſitate ſacri canones proprium robur obtineant. Secunda pars incipit ibi, [Qui vero.]

a ¶Hæreſiarchis.] Ideſt præciſis ab eccleſia, qui nunquam catholici ep̃i fuerunt. De aliis habes ſup. ca. proxi.

b ¶Niſi probare.] Iſti forte erant pueri, cum illi erant qui a ſimoniacis. extra de elec. innotuit. 82. diſt. propoſuiſti, & hic manifeſte reprobatᷓ diſtinctio Ioan. & Rufi. hic enim diſtinguitur inter ordinatos ab illis, qui receperũt vltimam manus impoſitionem in eccleſia, & ordinatos ab illis, qui receperunt vltimam manus impoſitionem extra eccleſiam, & tam hi, quàm illi recipiunt ordinem, ſcilicet characterem, ſed non executionem.

b ¶Neſciſſe.] ff. de probat. verius. contra. Sed hic præſumebatur eos ſcire. ſic 82. d. propoſuiſti. in fi.

c ¶Multorum.] Simile ſup. 44. d. comeſſationes, & ſu. d. 50. vt conſtitueretur.

ELECTIO CASVS. Dictũ eſt ſu ꝙ ordinatio hæreticorũ irrita eſt. Nũc dicit G. ꝑ electio facta a non catholicis irrita eſt, ſicut habetur in ſeq cap. cuius caſus planus eſt.

Nos

a NOs.] Simile 24.q 1 aperte, & c miramur.
b ¶ Eligitur ] conſtat ꝙ ſuſpenſus non poteſt eligere, vt extra de conſue.cum dilectus & extra de ætа.& qual. cũ bonæ. Sed quid ſi maior pars fuerit excõicata, an poſſint alij eligere ſine ea?arg.ꝙ non.ext.de conceſſ. præb,

NVllus ] CASVS. Calixtus Papa docet hic, ꝙ nullus epiſcopus debet terminos alterius vſurpare, vel alterius parochianum ordinare, damnare, vel excõmunicare : quia talis ordinatio, damnatio, & excõmunicatio irrita erit:& quod hoc fieri non debeat, probatur auctoritate Deuteronom. & Prou dicentis: Ne tranſgrediaris, &c.

*Vnde Gregorius ſcribit Mediolanenſibus, li.8.epiſ.65.*

¶ Irrita ſit electio, quæ non à catholicis facta probatur. C. VI.

poly.l.2.tit.1.
† *catholicis, et maximè à Longobardis.*] orig.

NOs[a] in hominem, qui non à catholicis †eligitur[b], nulla præbemus ratione conſenſum: nec, ſi alicuius præſumptionis vſurpatione factus fuerit, in locum vel ordinem illum ſacerdotis ſuſcipimus.

## QVAESTIO II.

*QVòd autem[c] epiſcopus, vel quilibet ſuperiorum clericos alterius ſine proprijs literis ordinare non debeat.*

*Calixtus Papa ſcribit epiſt.2.ad epiſcopos Galliæ dicens.*

¶ Alterius eccleſiæ parochianum nullus iudicare præſumat. C. I.

Anſel.l.6.c.120.
Iuo p.14. c.72. & p.5.c.236.
† abeſt ab orig.

NVllus alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare[d], [vel ordinare †, aut excommunicare præſumat : quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata[e] erit, nec vires vllas habebit : quoniam nullus alterius iudicis, niſi ſui; ſententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus loquitur dicens : [Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.]

Deut.19.
Prou.22.

[ *Vnde a Vrbanus Papa.*]

a ¶ Vnde.] *Antea erat,* Idem, *hoc eſt Calixtus : quia, cum Palea hæc nondum eſſet inſerta, ſequebatur* c. nullus primas. *quod eſt Calixti. Hanc autem paleam citat Gratianus ex Vrbano ſecundo, infra de pœnit.diſt.6.c.fin.*

d ¶ Iudicare ] Niſi in caſibus, vt de pœnit.diſt.6. placuit. & 6. q 3. c vlt & 3 q.6. peregrina. & c.1. & 10 q.3 nec numerus. 2. q.5. Mennam. & q 7. nos ſi incompetenter. & in caſibus vbi quis ſortitur forum. 2 & cum quis negligit ſuũ locum cõuertere ad fidem. 16.quæſt 3 placuit 2. & cum epiſcopus ſolus eſt in vna prouincia, vt 65.diſt. ſi fortè, in fine.

2 Qui no 3. q.6. in prin.

e ¶ Rata.] Sed queritur ſi vnus iudex sẽtentiam excõmunicationis latã ab alio ratam habere poſſit, arg ꝙ ſic, ĩ ea. Lugdunen. & 3.q.6 hæc quippe.63.diſt. Salonitanæ nam factum falſi procuratoris poſſum ratum habere, extra de off. delega. cum olim ff de iudi. licet & electionem quæ nulla eſt, poſſum ratã hr̃e.ext de elec. quod ſicut. Itẽ adoptio iniuſta põt confirmari. ff de adopt. adoptio. Item ſentẽtia fœminæ. & ſerui confirmat, licet nulla ſit, vt 3.q.7. infamis, §.tria, in princ.

Snia nulla an poſſit ratihabitione confirmari.

præb.& ec.non va. quia diuerſitatem Item quid ſi vnus eſt excommunicatus, & eligit cum alijs, an tota electio 1 vitietur? non, niſi ipſi communicent conſentiendo, extra de ſent.& re iudic.ad probandum. vbi caſſatur ſententia iudicum; quia vnus iudicum fuit excommunicatus. Et arg.ad hoc extra de offi.deleg.cum ſuper, & ff.de receptar. Prędius. arg. contra ff. quod cum fal.tut. l.1.§.1.vbi dicitur, quod non obeſt, ſi tutor falſus interponit auctoritatem ſuam cum tutore vero ; quia tenet quod actum eſt. ſuſpenſus autem hodie eligit, vt extra de cler.excom.n.min.ſi celebrat.

1 Tota.dic vt Panor c. de proc.

QVod aũt.] Hæc q.diuiditur in duas partes, in prima quarũ quæritur, ſi quis debet ordinari ab extraneo epõ ſine literis; & reſpondet, ꝙ non: & hoc probat 6.auctorit. Scđa ibi, [His auctoritatibus.] Ioan.de Fant.

CASVS. Hic ponitur 2. q. qua quæritur an epiſcopus vel archiepiſcopus poſſit ordinare clericos alterius epiſcopi ſine proprijs literis. Et reſpondet, quod non, vt probatur per ſequentia cap.

c ¶ Quod autem ] Certum eſt, quòd nullus epiſcopus debet ordinare, vel recipere clericos alterius epiſcopi ſine literis ſui epiſcopi, vt 71.diſt. per totum nec ſufficiunt ad hoc literæ archidiaconi, vt extra de offic. archi. ſignificaſti.

Epũs clericũ alterius epi ordinet.

NVllus primas, nullus metropolitanus,[a] nulluſq; reliquorum epiſcoporum, alterius adeat ciuitatẽ; aut ad poſſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi eſt parochiæ) ſuper cuiuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cuius iuris eſſe dignoſcitur, aut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut iudicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit; damnabitur, & non ſolum illi, ſed cooperatores, eique conſentientes: quia ſicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare[b] non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus proculdubio iudicabit[c], aut iudicare poterit.

Poly. l. 2. tit. 14. Burc. l. 1. c. 66. Anſel. l. 6. c. 119. Iuo p. 5. c. 101. Pann. l. 4. c. 18.
infra epiſcopum. ver. nam ſi.

*Item ex concilio Nannetenſi, c. 1.*

¶ De eodem. C. IIII.

IN Dominicis, vel feſtis diebus presbyteri, antequam Miſſas celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero ibi Miſſam velit audire. Quem ſi inuenerint; ſtatim ab eccleſia abijciant, & ad ſuam parochiam redire compellant.

ext. de paroc. c. 2. Burc. l. 2. c. 92. Iuo p. 2. c. 122.

¶ *Hoc & ſequens caput abſunt a ſex vetuſtioribus & emendatioribus Gratiani exemplaribus. In cæteris autem habentur ſine nomine Palea, quemadmodum & in excuſis. Extat autem vtrumque in concilio Nannetenſi, & ex eo citatur hoc primum in Decretalibus, tit. de paroch. c. 2. & à Burchardo & Iuone ſic emendatum eſt, cum antea citaretur ex concilio Meldenſi.*

*Item ex concilio Nannetenſi, c. 2.*

¶ De eodem. C. V.

NVllus presbyter, aut diaconus a alterius plebanum † (niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit) ad Miſſam recipere audeat.

Et in capitu. l. 1. c. 153. Burch. l. 2. c. 91.
† *al. plebeſanum*] *al. parochianum.*

a ¶ Aut diaconus.] *Iſta duæ voces neque in concilio, neque in capitularibus, neque apud Burchardum leguntur.*

*Item ex concilio Antiocheno, c. 13.*

¶ Ad ordinationem clericorum, vel eccleſiarum alterius epiſcopi, niſi ab eodem inuitatus, non accedat epiſcopus. C. VI.

NVllum epiſcoporũ audere debere ex alia prouincia ad aliam tranſitũ facere, & ordinare aliquos in eccleſijs, aut proferre ad ſacrum miniſterium. Nec † ab alijs illuc trahatur epiſcopis: niſi forte per literas rogatus abierit, non ſolum à metropolitano[d], ſed & ab his, qui

Burch. l. 1. c. 108. Iuo p. 5. c. 210. & ſimile p. 5. c. 180. ex epiſt. Bonifacij.
† *al. nec alios, il lud attrahat epiſcopos.*

habiturũ; tunc põt talis ordinatio confirmari per ratihabitionẽ, vt ĩ. c. Lugdunẽſi. ſecus ſi nõ poneret ſpem in ratihabitione illius, vt ff. de ſol. ſi quis offerenti. in ſentẽtia aũt dici põt, ꝙ ſi aliquis noĩe alterius tulit ſñiam, ꝙ tũc poſſit ratificari. lo. Quid iuris ſit de hoc, & de ſenté. excom. notaui in quæſtionibus. B.

NVllus primas.] CASVS. Cęleſtinus prohibet in hoc ca. ꝙ nullus patriarcha vel archiepiſcopus, vel epiſcopus iudicet, ordinet, vel diſponat aliquid in parochia alterius, niſi fuerit inuitatus. Siuero pręſumpſerit, dãnabitur cũ cooperãtibus & cõſentientibus ei. Nam ſi ordinare non poteſt, nec iudicare poterit. idẽ dicitur de epiſcopo in duob. ſequẽtibus ca. ſ. quod irrita erit talis ordinatio, & ipſe damnabitur.

a ¶ Metropolitanus] Si metropolitan⁹ nõ poteſt intrare diœceſim. ſuffraganei ſui, niſi vocatus, vt hic dr̃, qualiter ergo viſitat diœceſim, & recipit ibi ꝓcurationes, vt ext de cẽſib. ſopitę, ext. de præſcr. cũ ex officij? Sed illud intelligo in eo caſu qñ per negligẽtiam deuoluit ius ad metropolitanũ, vel etiã per appellationem.

Maius non licet, cu nõ licet minus.

b ¶ Ordinare.] Ar. ex quo minus nõ licet nec maius, vt 44. diſ. nulli, 16 q. 2. viſis. & ſm hoc minus eſt ordinare, quàm iudicare: quia ſolus poteſt ordinare, ſed nõ ſolus iudicare ad depoſitionem, ĩ. quæſtio. 7. ſi autem & ca. Fœlix, & ca. vltimo.

c ¶ Iudicabit] Sæpe tamẽ iudicat q non poteſt ordinare, vt archidiaconus, vt 25. diſt. perlectis & extra de tempo. ordin. cum in diſtribuẽdis.

d NVllũ] ¶ A metropolitano.] Hoc intelligas in ardu is

cum eo ſunt, omnibus ipſius prouinciæ epiſcopis. Quòd ſi nullo modo inuitante inordinate ſuperueniat, & aliquos, vel ordinare præſumpſerit, vel quoslibet actus illi eccleſiæ competentes, qui ad ſe minime pertinent, vſurpare tentauerit; vacua [a] quidem & inania erunt omnia, quæ geſſerit: ipſe uero huius indiſciplinati auſus, & irrationabilis cœpit dignas cauſas expendat †, tanquam depoſitus a ſancta ſynodo, & propter huiuſmodi præſumptionem iam prædamnatus.

† al. excipiat.

*¶ Hæc eſt priſca verſio Dionyſii autem interpretatio, quæ & conciliorum tomis eſt inſerta, & a Burchardo, & Iuone affertur, aptius exprimit ſententiam canonis Græci. Tamen, quoniam neque ipſa omnibus locis omnino reſpondet, viſum eſt verba græca nona cum verſione apponere.*

Μηδένα ἐπίσκοπον τολμᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν μεταβαίνειν καὶ χειροτονεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ τινὰς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ συνεπάγοιτο ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ παρακληθεὶς ἀφίκοιτο διὰ γραμμάτων τοῦ τε μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο. εἰ δὲ μηδενὸς καλοῦντος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ τινῶν, καὶ καταστάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἄκυρα μὲν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένα τυγχάνειν, καὶ αὐτὸν δὲ ὑπέχειν τῆς ἀταξίας αὐτοῦ καὶ τῆς παραλόγου ἐπιχειρήσεως προσήκουσαν δίκην, καθῃρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

† ideſt, ſacri miniſterij.

Nullus epiſcopus audeat ab vna prouincia in aliã tranſire, & in eccleſia aliquos ordinare ad pmotionẽ liturgiæ †, nec ſi alios vna ſecum adducat; niſi accitus venerit per literas metropolitani, & eorum, qui cum illo, epiſcoporum, in quorum regionem accedat. Quod ſi nemine vocante inordinate aduenerit, vt aliquos ordinet, ac negotia eccleſiaſtica ad ſe minime pertinentia conficiat irrita quidem ſunto, quæ ab eo geſta fuerint: verum & ipſe ſuæ impudentiæ, & iniqui incœpti iuſtam pœnam ſubeat, hinc iam a ſancta ſynodo depoſitus.

*Item ex eodem Antiocheno, c. 22.*

Burc. l. 1. c. 72. Iuo p. 5. c. 178.

¶ Ad ordinationem eccleſiæ, quæ ſibi commiſſa non fuerit minimè accedat epiſcopus. C. VII.

Epiſcopum nõ debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur non eſſe ſobiecta, neq; in regionem, quæ ad eius curam minime noſcitur pertinere, ad aliquid α ordinandum [b], neque presbyteros, aut diaconos conſtituere, ad alios epiſcopos β pertinentes, niſi forte cum voluntate, & teſtimonio [c] γ propriæ regionis epiſcopi. Quòd ſi quiſpiam, horum quid tale facere voluerit, irrita quidẽ erit huiuſmodi ordinatio: & quæ male δ vſurpauerit, a ſynodo arguantur. Nam ſi ε ordinare non potuerit; nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat.

ſup. nullus primas.

α ¶ Ad aliquid.] *In hoc etiam canone Dionyſii verſio purior eſt: hic autem habet, ſuper* ordinatione cuiuſquam: *ꝙ Græcè eſt,* ἐπὶ χειροτονίᾳ τινός. vt quempiam ordinet.

duis negotijs: aliter ſufficit voluntas epiſcopi, vt ſup. c. prox.
a ¶ Vacua.] Quantũ ad executionem altaris, tamen conſecratio manebit, vt 7. q. 1 epiſcopus in diœceſi.
b Epiſcopum. Ordinandũ.] tamen ſuum ſubditum alibi excommunicare, vſ, ꝙ tenet, 11. qõ. 3 ſi eps ſicut Paulus abſens excõicauit Corinthium, & facit ad hoc 7. q. 1 ſi quis presbyter & c ũ quis vero ſine reſpectu tamen pro tribunali non poteſt ibi ferre ſententiam, vt arg. extra de off leg. nouit. ff. de off prę. l. 3 ff de iuriſd om. iu. l. vl ff. de off. procõſ. & leg. l 2. De hoc plenius dixi ext. de off. leg. nouiſ.
c ¶ Et teſtimonio.] Nunquid hoc teſtimonium ſufficit iſti vt non iterum examinetur ab illo epiſcopo? Arg ꝙ ſic. 19. q. 2 duæ 47. d de Petro. & 16. q 2. ſi quis epiſcoporũ. ſicut tutori dato in teſtamẽto ſufficit teſtimoniũ patris. vt inſti. de ſatiſd tut. §. 1 Arg contra 73. diſt. ſanctiſſimo. ſed ibi de collocando in eccleſia ſecunda. Itẽ nunquid ſufficiunt literæ archidiaconi: nõ. ext. tra de off. archid. ſignificaſti, ſed hoc verum eſt, vbi non eſt cõſuetudo pſcripta, inf. e. q. 3 cõqueſtus.

t Et totam prouinciam contingentibus, vt dixi in litera.

Tutor teſtamẽtarius nõ tenetur ſatiſdare.

Epiſco-

EPiſcopi.] CASVS Statuitur in hoc c. ꝙ qlibet epiſcopi ſuas regant eccleſias vel parochias, & ad alienas nõ accedant ſed quilibet in ſua prouincia diſponat quæ diſponenda sũt a ¶ Diœceſim. ] .i. prouinciam ſiue regionem. ſic econtra nomen regionis pro diœceſi ponitur ſup. c. prox ſic & inf. pro xi q. p ſingulas 2. valet hoc conſiderare ad inſtrumenta & diuiſiones prouinciarũ. vt 6 q. 3 ſcitote.

Diœceſi pro regione ponitur, & contra.

NOn inuitati] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ epiſcopi nõ debent ire ad alienas parochias ſup ordinandis aliquib. vel diſponendis eccleſiaſticis cauſis: ſed vnaquæque ſynodus ordinet intra ſuã prouinciam quæ diſponenda ſunt, ſicut in concilio Niceno ſtatutum eſt.

HIS. Hæc eſt ſecũda pars quæſtio. ſecundum Io. de Fan.

CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, quod nullus epiſcopus clericos alterius ordinare dẽt, ꝙ quærit incidentes, ſi cõtingat clericos ordinari ab epiſcopo nõ ſuo: an poſſint ĩ ſuis ordinibus tolerari a ſuis epiſcopis. Et reſpondet quod ſic, vt dicitur in proxi. cap. Lugdu.

β ¶ Alios epiſcopos.] *Eodem ferè modo Dionyſius. Græcè legitur: εἰς τόπους ἑτέρῳ ἐπισκόπῳ ὑποκειμένους, ideſt,* in locis alteri epiſcopo ſubiectis.

γ ¶ Et teſtimonio.] *Græcè tantum eſt, μετὰ γνώμης, quod Dionyſius vertit,* cum conſilio, & voluntate.

δ ¶ Et quæ male.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis exemplarib. & cæteris editionibus conciliorum, præter hanc poſtremam quatuor tomorum. Dionyſius habet,* & ipſe puniatur a ſynodo. *qđ Græcè καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν, ideſt,* & ipſe coerceatur a ſynodo.

ε ¶ Nam ſi. ] *Tota hæc clauſula in Græco canone, cuius tria exemplaria manuſcripta collata ſunt, minimè habetur: ſed & priſca verſio, & Dionyſiana habent. Similis ſententia legitur ſupra cap. nullus primas.*

*Item ex ſynodo Conſtantinopolitana prima, c. 2.*

¶ Non accedant epiſcopi ad eccleſias, quæ ſunt extra eorum diœceſim. C. VIII.

EPiſcopi, qui extra diœceſim [a] ſunt, ad eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant, neq; confundant, & permiſceant eccleſias. Secundum ζ regulas ſtatutas, Alexandriæ quidẽ epiſcopi ea, quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi ſolius orientis curam gerant; ſeruatis tamen honoribus primatus eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ ſynodi continentur. Sed, & Aſianæ diœceſis epiſcopi, ea, quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem epiſcopi Ponticæ tantummodo Thraciæ.

ζ ¶ Secundum.] *Mutata eſt interpunctio, vt magis reſpondeat Græco canoni, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας, &c. quod Dionyſius vertit,* ſed iuxta canones Alexandrinus antiſtes, &c. *In editione autem conciliorum in tribus tomis deerant hæc verba,* ea quæ ſunt in Aegypto tantummodo gubernent. Orientales autem epiſcopi.

*Item ex eodem, c. 3.*

¶ De eodem. C. IX.

NOn enim inuitati vltra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquibus, vel quibuſcunque diſponendis eccleſiaſticis cauſis, ſeruata regula η. quæ ſupra ſcripta eſt de vnaquaque diœceſi. Manifeſtum namq; eſt, ꝙ per ſingulas quaſq. prouincias prouincialis ſynodus adminiſtrare, & gubernare omnia debeat, ſecundum ea, quæ ſunt in Nicæa definita.

η ¶ Seruata regula.] *Ita in omnibus editionibus huius priſcæ verſionis; ſed in Græco canone hic eſt initium periodi, & quæ ſequuntur ex ipſo pendent: quemadmodum Dionyſius vertit,* ſeruata vero quæ ſcripta eſt de gubernationibus † regula manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam, ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet, &c.

† περὶ τῶν διοικήσεων.

2 *His auctoritatibus prohibentur quilibet epiſcopi clericos alterius ordinare. Sed quæritur, ſi contingat eos aliquibus ſacros ordines diſtribuere, an ordinati ab epiſcopis ſuis in proprijs ordinibus recipi poſſint.*

*De his ita ſcribit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunenſi archiepiſcopo.*

LVgdunenſis] CASVS. H. Lugdunen. archiepiſcopus quæſiuit ab Vrbano vtrum in ſuis ordinibus poſſet tolerare quoſdam clericos ſuos ab alijs epiſcopis ordinatos cum eis diſpenſando. Et reſpondet quod ſic, ex miſericordia, ſi bonæ vitæ ſint: & ſi ſine prauitate fuerint

QVòd autem.] CASVS Hic intitulatur 3 quæſtio, qua quæritur, an archieps̄ poſſit abſoluere, vel damnare clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto & certū eſt ꝙ non, niſi cū appellatur ad eum: vel habetur de conſuedine, vel ſi eps̄ decederet, & res arbitrio archiepiſcopi diſpēſari voluerint clerici, vt inf. ea. conqueſtus. vel niſi epiſcopus ſit negligens, vt inf. c. cum ſimus, vel niſi controuerſia ſit inter epiſcopum & ſuum clericum, vt ſ. 11. q. 1. ſi clericus, vel niſi diſſenſio eſt de electione epi, vt ſup. 63. d. ſi forte. Sed hoc hodie corrigitur per cōſtitutionē Innocētij Papæ. Sed q̄a communia negotia prouinciæ, vt ſynodū cōgregare, epm̄ examinare pōt facere: non tñ ſine conſenſu aliorū, vt inf. c. 1. 2. 3. 4. & 5. Et procedit hoc ordine. Primo probat ſuperficialiter, ꝙ archieps̄ poteſt abſoluere & damnare parochianos ſui ſuffraganei illo inconſulto, vſq; ad §. [Sed contra.] deinde probat contrarium vſq; ad §. [ſola.] in quo tractat de excellētia Papæ. & hoc vſq; ad § [vltimū.] in quo ſoluit contrarietatē. Dicit ergo ꝙ ſicut eccleſiæ totius epiſcopatus ſunt in poteſtate epi, ſic eccleſiæ totius archiepiſcopatus ſunt in poteſtate archiepi: ita ꝙ epo nō licet aliquid agere ſine cōſilio metropolitani ſed ītellige in ijs, quæ pertinent ad generalem ſtatum prouinciæ totius epiſcopatus.

¶Clerici ab epiſcopo alterius parochiæ ordinati a proprio in ſuis ordinibus recipi poſſunt. C. X.

Suo p. 6. c. 412.

LVgdunenſis parochiæ † clericos, quos contra ſtatuta canonum ab alterius parochiæ epiſcopis ordinatos literarum tuarum ſignificatione monſtraſti, cum graduum ſuorum honore recipere religionis tuæ prudentiā poterit [a], ſi eos alias canonice, & ſine prauitate aliqua ordinatos conſtiterit: ſi tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ proſpexeris promereri. Legimus quippe ſanctum Epiphanium epiſcopum ex diœceſi ſancti Ioannis Chryſoſtomi quoſdam clericos ordinaſſe: quod ſanctus vir [b] omnino non feciſſet, ſi ei † detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua [c] arbitrata fuerit; iniuncta, & ſatisfactionis gratia, propter eccleſiam, quam offenderunt, congrua pœnitentia, miſerationis intuitu in ſuo quemque honore recipies, ſalua in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

Socrates. l. 6. Hiſto. c. 12. & 13. Triper. l. 10. c. 11. Nice. l. 13. c. 13.

## QVAESTIO III.

*QVòd autem [d] archiepiſcopus clericos ſui ſuffraganei illo inconſulto damnare valeat, vel abſoluere; ſic videtur poſſe probari. Sicut totius epiſcopatus eccleſiæ in poteſtate ſunt epiſcopi; ſic & eccleſiæ totius archiepiſcopatus ad diœceſim pertinent archiepiſcopi. Vocantur enim epiſcopi a metropolitano in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Sic quippe vices eis impertit, vt poteſtatem ſuam ſibi nō adimat. Vnde & ſine eius conſilio nihil eis agere licet, ſicut in concilio Martini Papæ legitur, c. 4.*

In capitulis Martini Bracharenſis, c. 4.

¶Nec epiſcopi ſine metropolitani conſenſu, nec ille ſine eorum conſenſu aliquid agere debet. C. I.

PEr ſingulas prouincias oportet epiſcopos cogno-

rint ordinati: iniuncta eis pœnitentia competenti. Et hoc probat exemplo Ioan. Chryſo. qui clericos ſuos ordinatos a ſancto Epiphanio tolerauit: & in ſuis ordinibus recepit: quod non feciſſet, ſi ſciret eos non recepiſſe ordines.

a ¶Poterit.] Argu. quòd ſequens ratihabitio confirmat quod primo fuit inutile, vt 63. d. Salonitanæ. & 16. q. 1. cap. vlt.

b ¶ Quod ſanctus vir.] Sic ſu. 37. d. qui de menſa. 7. q. 1. omnis. Sed nonne iſte epiſcopus deliquit ordinādo clericos alterius: quomodo ergo ſanctus fuit; Omiſſis multis ſolutionibus dic. ꝙ excuſatur ideo quia vtiliter geſſit: & quia credebat hoc Io. placere 1. ſicut non facit furtum qui credit hoc placere domino, vt inſtit. de oblig. quæ ex qua delic. naſcuntur. § 2.

Quod no. ſup. e c. 1. in gl. in ſi. Idem tenet Bar. in l. in rē oēs. § re cauit. de fur.

c ¶ Moderatio tua] Permittitur hic epo diſpenſatio canonis, vel criminis pœnalis. ſi eſt. ſup. 1. q. 5. c. vlt. in ſing. ſed non permitteretur ſi ſimoniace fuiſſent ordinati. 1. q. 1. erga. de pœnitentialibus non eſt dubium, quia hoc pōt quilibet ſacerdos, vt 25. q. 7. tempora pœnitudinis.

d ¶Quod autem.] Metropolitanus epiſcopo inconſulto non poteſt iudicare clericos ſuos, niſi in caſibus ſpecialibus; ſcilicet quando cauſa per appellationem defertur ad ipſum, vt inf. ea. conqueſtus. vel niſi cauſa ſit inter epiſcopum, & clericum, vt 11. q. 1. ſi clericus. Item cum diſſenſio eſt de electione epiſcopi, vt 63. diſt. c. vl. hoc vero non tenet hodie per id quod eſt extra de elect, quia propter 3, item cum ſuffraganeus eſt negligens, vt inf. ead. cum ſimus. Item oīa male acta poteſt punire & retractare, vt 26. q. 5. quicuque & 12. d. de his. Item ſi de cōſuetudine aliquid obtinuit. aut ſi epiſcopus deceſſit, vt inf. ea conqueſtus. Aliter de ſpecialibus negotijs epiſcopatuum ſe nō poteſt metropolitanus intromittere: ſed cōmunia negotia, quæ non magis pertinent ad vnū, quā ad alium, ſed ad ſtatum totius prouinciæ, ut congregare ſynodum, examinare epiſcopū & ordinare hoc poteſt: non tamen ſine conſilio aliorum epiſcoporum, vt infra ead. c. 1. 2. 3. 4. & 5.

Metropolitanus clericos ſuffraganei iudicare nō poteſt.

3 Verſ vt is collatiōe habita eligāt, &c. quaſi dicat licet cognitio electionum, & electorū pertineat ad metropolitanū: non tñ gratificatio: ſed cū eliget in quem oēs, &c. vt ibi. Arc.

PEr ſingulas.] CASVS. Dicitur hic ꝙ epiſcopi in ſingulis

gulis prouincijs debent recognoſcere ſuum metropolitanum, ſibi obediendo: & nihil agere de communibus negotijs ſine metropolitani conſilio. Similiter nec metropolitano licet ſine conſilio epiſcoporum aliquid [illegible] cere de negotijs communibus. tenet. vt ibi innuitur H. dicit non tenere talem ſententiam, cum metropolitanus fert in ſubditos ſuffraganei quia metropolitanus iudex alienus eſt reſpectu ſubditorum ſuffraganeorum, vt 6. q. 3 ſcitote. & 3. q. 6. peregrina. ſicut abſoluere non poteſt niſi appelletur ad eum. extra

a ¶ Cognoſcere.] Id eſt, reuereri, id eſt, diligere, vt ibi Non noui vos 7. q. 1. ſicut vir in fine.

b ¶ Agere] Quod ad ſtatum communem pertinet, vt inf. ea. archiepiſcopus, ſic ſu. 80. d. Non debere.

ſcere [a] metropolitanum † ſuum; & ipſum primatus cauſam ſuſcipere: nihil autem agere [b] reliquos epiſcopos pręter eum; ſecundum quòd antiquitus a patribus noſtris cõſtitutum continetur in canone. Propter quod metropolitanus epiſcopus nihil præſumptiue aſſumat abſque conſilio cæterorum.

† *al. primatũ metropolitani epiſcopi*

Apoſt. can. 34.

† *al. ſibi aſſumat.*

## *Item ex concilio Antiocheno.*

¶ Sine metropolitani conſcientia extra ſuam diœceſim nihil agat epiſcopus. C. II.

ij Per ſingulas [c] prouincias epiſcopos ſingulos ſcire oportet, epiſcopum metropolitanum, qui præeſt, curam & ſolicitudinẽ totius prouincię [d] ſuſcepiſſe. Propter quod ad metropolitanam ciuitatem ab his, qui cauſas habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil vltra ſine ipſo reliquos epiſcopos agere ſecundum antiquum patrum noſtrorum canonem, niſi hoc tantum quod vnicuique eccleſiæ per ſuam diœceſim competit. Vnumquemque enim epiſcopum oportet habere ſuæ diœceſis poteſtatem, ut regat, & gubernet ſecundum competentem ſingulis [e] reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt ciuitate: ita ut etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili iudicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſis cum moderatione & pondere diſceptare. Vltra autem nihil agere permittitur citra metropolitani epiſcopi conſcientiam α: nec metropolitanus ſine cæterorum aliquid gerat conſilio ſacerdotum.

Apoſt. can. 34.

α ¶ Conſcientiam.] *Gracè eſt, δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μὴ δ' ἑαυτὸν ἄνευ τῆς λοιπῶν γνώμης. itaque eadem voce, γνώμης, vtitur canon tam in conſenſu metropolitani, quã ſuffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba Græca cum verſione noua.*

*Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας· ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ,*

Per ſingulas.] CASVS. In Nicæno concilio fuit ſtatutum, vt archiepiſcopus per ſingulas prouincias curam gereret, & ad archiepiſcopum appelletur. ſine cuius cõſilio epiſcopi nihil agere poſſũt niſi de his, quę ad ꝓprias eorum parochias ſpectãt: & ecõuerſo metropolitanus ſine conſilio epiſcoporum nihil agere poteſt.

c ¶ Per ſingulas.] Simile 2. q. 7. metropolitanum.

d ¶ Totius prouinciæ.] Hic videtur ꝙ archiepiſcopus eſt iudex ordinarius [a] totius prouinciæ i. uam habet procurationẽ & viſitationem totius diœceſis, vt extra de præſcrip. cum ex officij. & quia unus eſt iudex prouinciæ, vt 7. q. 1. in apibus. ex quo enim archiepiſcopus eſt iudex epiſcopi, ergo eſt iudex diœceſis ſuæ. argu. ff. de pecu. ſeru. ſi ſeruus meus. Nam ex eo ꝙ vicarius eſt in peculio ordinarij, ergo & peculium vicarij, vt ibi dicitur: & præterea hic dicit, quod omnes, q cauſas habẽt concurrãt ad metropolitanũ. Item quia determinat cãs delatas ad ipſum per querelã, vt 10. q. 3. quia cognouimus. Sed licet poſſet dici, quod ſit ordinarius, ſed tamẽ non põt ſe intromittere de cauſis ſubditorum, niſi in caſibus exceptis, vt extra de off. ordi. paſtoralis. in prin. ſi tamen ferat ſententiam aliquam in ſubditos ſuffraganei ſui, bene tenet: cum ſit iudex ipſorum. argumen. in authen. de defen. ciuil. & iudicare. & §. ſeq. vbi dicitur ꝙ præſes, vel maiores iudices non poſſunt ferre ſententiam vltra ſummam ccc. aureorum, ſi tamen tulerint, extra de ſent. excom. per tuas. ext. de off. dele. cum contingat. Item quia dicitur, quidquid fecerit, irritum eſt, vt j. ea. nullus. Hoc ſcias, ꝙ de cauſis epi põt per ſolã querelam cognoſcere. 11. q. 1. ſi clericus aduerſus. Ioa. quod dicit [illegible] verum eſt, vt ext. de off. ord. paſtoralis B.

[a] Hoc verũ eſt ſm L. vt not. 3. q. 6. c. 1. in gl. 2. vbi dixi de hoc Arch.

Archiepũs an ſit iudex ordinarius totius prouinciæ.

e ¶ Singulis.] Poteſt ergo anathematizare aliquem inconſulto metropolitano: immo & quilibet ſacerdos in

ſcio

ſelo ſuo epiſcopo, vel extra de off. ord. cum ab eccleſiarum nec tenet quod legitur 11.q.3. nemo epiſcoporum. NISI FORTE. CASVS. Dictum eſt ſupra, quod archiepiſcopo nihil agere licet ſine conſilio epiſcoporum: quod verum eſt, niſi epiſcopi poſt annunciationem contempſerint in ſuis eccleſijs œconomos ordinare, vt probatur ſequenti cap.

CVm ſimus.] CASVS. Statutum fuit in ſynodo Conſtantinopolitana, vt omnes regulæ ſanctorum patrum cuſtodiantur: & præcipuè illa, quæ præcipit œconomos debere eſſe in vnaquaque eccleſia: quòd ſi metropolitanus facere neglexerit, licentiam habeant epiſcopi in ſua eccleſia œconomum ordinare. & econuerſo. idem ſeruandum eſt in monaſterijs.

καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις· ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου· μηδὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

¶ περιττὸν.

Epiſcopos, qui in vnaquaque prouincia ſunt, noſſe oportet eũ, qui metropoli præeſt, vniuerſæ quoq; prouinciæ curam ſuſcipere, eo quòd in metropoli vndiq; conueniũt omnes, quicunque negocia habent. Quapropter placuit, & honore ipſum pcellere, & reliquos epiſcopos nihil aliud† ſine ipſo facere (ſecundum veterem, qui viguit, patrum noſtrorum canonem) quàm ea ſola, quæcunque ad cuiuſq; parochiam, ſubiectaſq; parochiæ regiones pertinẽt: In cuiuſq; enim epiſcopi poteſtate eſſe propriam ipſius parochiã, vt eam adminiſt. et pro ea, quæ cuiq; conuenit, integritate, & vniuerſæ regioni, quæ ſuæ ciuitati ſubiecta eſt, pſpiciat, conſulatq; ita vt & presbyteros, diaconoſq; ordinet, & ſingula quæq; cum iudicio explicet. Præterea vero nihil quidpiam facere aggrediantur, ſine metropolitani epiſcopi, neque ipſe ſine reliquorum ſententia.

*Niſi fortè epiſcopi ipſi œconomos in eccleſia ſua ordinare contẽpſerint. Vnde in ſeptima ſynodo, c. 11. legitur.*

¶ Metropolitanus conſtituat œconomos, quos epiſcopus habere neglexerit. C. III.

Iuo p. 5 c. 374. Cõc. Chalced c. 26. ſupra diſt. 89 quia in quibuſdam. & inf. 16. q. 7. quoniam in quibuſdam.

CVm ſimus debitores omnes ſacras regulas cuſtodire & eam, quæ dicit in vnaquaq; eccleſia œconomos [a] eſſe debere, modis omnibus inuiolabilem cuſtodire debemus. Et, ſi quidem vnuſquiſq; metropolitanus in ſua eccleſia conſtituerit œconomum [b], bene vtique eſt. Sin autem ex auctoritate propria Cõſtãtinopoleos epiſcopis [c] licentia eſt præponendi œconomos in eius eccleſia. Similiter & metropolitanis, ſi epiſcopi, qui ſub eis ſunt nõ ſategerint œconomos ſtatuere in ſuis eccleſijs. Id ipſum autem ſeruandum eſt etiam in monaſterijs.

a ¶ Oeconomos.] Oeconomus dicitur cui res eccleſiæ gubernãda mãdatur, vt C. de ſacroſan eccle. iubemus. — *Oeconomus quid.*

b ¶ Oeconomũ.] Qui clericus erit. & de ꝓprio clero debet eſſe, 89 diſt. cap. quia & 16. q. 7 in nona actione. De hoc notaui 16. q. 7 quoniam.

c ¶ Epiſcopis.] Ergo ſicut ſuperiores inferiorum, ſic inferiores ſuperiorum ſupplent defectum, vt extra de concel. preben & eccle non vacan nulla. & 89. diſt. volumus.

*Probatur illud idem exemplo Apoſtoli, qui fornicatorem Corinthum impœnitentem ſatanæ tradidit: poſtea pœnitentem eccleſiæ reconciliauit, hoc tãtum ſcribens Corinthijs in prima; & ſecunda epiſtola, vt excommunicato non communicarent, & reconciliato ſocia charitate copularentur.*

1. Cor. 5. 2. Cor. 2.

PROBATVR. CASVS. Adhuc probat, quod archiepiſcopus inconſulto ſuffraganeo ſuũ poſſit parochianum abſoluere, exemplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium fornicatorem tradidit ſatanæ: & poſtea reconciliauit.

d ¶ Corinthium.] Et in hoc ſupplenit negligẽtiam Apollinis, vt infra ead cap. vlt.

*Sed contra probatur auctoritate multorum.*

*Ait enim Higinus Papa, epiſt. 1. c. 2.*

SED CONTRA. Nunc probat Grat. cõtrarium ſcilicet quod metropolitanus non poteſt diſponere de negocijs epiſcoporũ ſine conſenſu ipſorũ & omnia cap. vſque ad [§. ſola.] intelliguntur de communibus negocijs vel de ſpecialibus, cum epiſcopi non ſunt negligentes, ſed diligenter agunt quæ debent. H:

& Iulius c. 4. Burc. l. 1 c 65. Iuo p. 5. cap 99. & 174.

¶ Metropolitanus ſine epiſcoporum cõſenſu, vel præſentia alicuius eorum non audiat cauſas. C. IIII.

SAl-

SAluo.] CASVS. quæſitũ fuit ab Eugenio vtrũ archiepũs poſſit cognoſcere de cauſis criminalibus epiſcoporum ſine conſenſu alio-

ſu aliorum epiſcoporum, & reſpondetur ꝙ non: ſaluo Romanæ eccleſiæ priuilegio.

a ¶ Saluo.] Debet quis ius ſuum proteſtari, ne fiat ei præiudicium. ſic 28. diſt. diaconi. & 7. q. 1 pōtifices. ff. qui bus mo. pig. vel hypo. ſol. l. ſi debitur. §. ſi venditione.

ergo in prima, ꝙ nullus primas vel metropolitanus debet ſe intromittere de ſpecialibus negocijs ſui ſuffraganei abſque eius licentia vel voluntate: qđ ſi fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipſe deponetur. In ſecunda parte dicitur, quod primas vel metropolitanus non debet

uo [a] in omnibus Romanæ eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſque cęterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia [b], aliquorum [c] audiat cauſas † [d]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in cōſpectu eorum omnium vētilatæ, & ipſe, ſi fecerit, coerceatur a fratribus.

† al. cauſas eorum.

*Item Anicetus Papa epiſcopis Galliæ, c. 1.*

¶ De eodem. C. V.

ARchiepiſcopus [e] nihil de epiſcoporum cauſis, aut de alijs communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum, abſq; cūctorū illorū agat conſilio, nec illi aſſumāt, niſi quantū ad ſuas parochias ptinet, ſine ſuo cōſēſu: qm tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

Can Apoſt. 34.

*Item in eadem epiſtola, c. 3.*

¶ De eodem. C. VI.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium præſentia, vel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut aliās cauſas, (niſi eas tātum, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinēt) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus diſtricte corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis, eiſque inobediens [f] apparuerit: ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporum iudicia referri † præcepta ſunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

Poly. l. 2. tit. 24. Burch. l. 1. c. 63. Pann. l. 4. c. 26.

† al. terminare.

*Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ, epiſt. 2. c. 3.*

¶ De eodem. C. VII.

NVllus primas, vel metropolitanus diœceſani eccleſiā vel parochiam, aut aliquem [g] de eius parochia præſumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid [h] agere abſque eius conſilio, vel iudicio: ſed hoc obſeruet, quod ab Apoſtolis, ac patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum: id eſt, ſi quis me

Concor. Lucius epiſto. 1. c. 3. Poly. ibidem c. 6. Burc. l. 1. c. 66. Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72. Pann. l. 4. c. 27.

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his q ſpō. mune ſub. lib. a. li. 10. ſed ar. contra. ff. de cond. inſt. quod quis ff. de act. & oblig. obligationū. §. placet. de hoc le. & not. 28. diſt. c. 1.

b ¶ Inſtantia.] Id eſt, præſentia.

c ¶ Aliquorum.] Scilicet epiſcoporum.

d ¶ Cauſas.] Scilicet criminales, vt 3 q. 8. ſuggero. Et no. ꝙ cū cauſa eſt inter clericum & epiſcopum, quod metropolitan' in ſynodo comprouinciali tractabit cauſam. 11. q. 1. ſi clericus. niſi velis dicere, ꝙ hodie ſolus metropolitanus obtinet vicem ſynodi quantum ad illud. 18. di. c. 1. & 10. q. 3. qui 1. De hoc dixi 6 q. 2. epus.

Cum inter epiſcopū & clericum coram quo dēat tractari.

ARchiepiſcopus.] CASVS. Anicet' Papa ſtatuit vt archiepus de cauſis epiſcoporum, aut cōmunibus. i. criminalib. nihil agat ſine conſilio ſuorum ſuffraganeorum, nec epiſcopi ſine conſenſu archiepiſcopi aliquid agant, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet.

e ¶ Archiepiſcopus.] Hoc ca. exponit præmiſſa.

SI autem.] CASVS. Quæſitum fuit ſi archiepiſcop' ſuperbe vult de cauſis criminalibus, vel ciuilibus epiſcoporū cognoſcere ſine eorū volūtate, vel eos in aliquo grauare, quid ſit faciendum. & reſpondetur, ꝙ corrigi debet à ſuffraganeis: & ſi fuerit incorrigibilis, ſignificetur Papæ, quatenus per ipſum ſic puniatur, vt cæteri timorem habeant.

f ¶ Inobediens.] Hic habemus ꝙ metropolitanus poteſt coerceri à ſuffraganeis ſic ſupra ca. ſaluo, in fin. ſimile 63. diſt. ſalonitanæ. Sed qualiter ſubditi poſſunt eum coercere? Reſpondetur reprehendere ſ. poſſunt ex charitate. 2. q. 7. præſumunt. & c. ſecuri. Iſte autem qui defert querelam ad metropolitanum, ſine appellatione patiatur diſpendium litis. arg. in auth. coll 3 de defen ciu. circa medium §. non habente in fin. hoc ideo quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1 inoliſa lo.

Metropolitanus à ſuffraganeis reprehēdi poteſt.

ſ Dic ꝙ eſt triplex reprehenſio, vt no ſup. 21. d. nolite. in fi.

NVllus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de ſpecialibus negocijs ſuffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur bet agere cauſas criminales, vel communia negocia ſine conſenſu epiſcoporum, nec ipſi ſine conſenſu metropolitani vel primatis debent aliquid agere, niſi de his quæ pertinet ad propriam parochiam, vt omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, [Sed quidquid.]

g ¶ Aliquem.] Licet non poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, poteſt tamen de epiſcopo iudicare. 11. q. 1. ſi clericus. Et ſic fallit illa regula. Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. de acceſſionibus. §. 1. Item fallit. ff. qui potio. in pigno. habean. Claudius, etiam libertus liberti mei, non meus libertus. vt ff. de verb. ſignifi. Modeſtinus. & non omnes quæ ſunt cum ſorore mea, ſorores meæ ſunt. 81. diſtin. legitur.

Si vinco vincentē te, vinco te, fallit.

h ¶ Vel aliquid.] Ergo nec abſoluere poteſt excommunicatum a ſuffraganeo ſuo. extra de ſent. exc. per tuas. epiſcopus tamen abſoluere poteſt excommunicatum ab archidiacono. quia archidiaconus eſt vicarius epiſcopi,

Excōicat ab epo, abſ [illegible] chieps.

epiſcopi, vt extra de off. Arch. cap. 1. ſed epiſcopus non eſt archiepiſcopi vicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi 65. d. perlectis.

a ¶ Irritum.] i. irritandum ſi dicas quòd habet iuriſdictionem ordinariam prouinciæ. ſed ſi ſiet proprie, tunc erit

effet ibi principiũ capituli, vt dicit Hug. Dicit ergo Beda exponẽs verba Ioannis, & dicit ꝙ Io ſcribit illc epiſcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata ſubditorum eius, vt eſſet diligens: ne ſine eius conſilio de ſuis ſubditis iudicaret, niſi eſſet negligens.

Anſ. l. 3. c. 88.

tropolitanus epiſcopus (niſi quo ad ſuam ſolũmodo propriam pertinet parochiam) ſine conſilio, & voluntate omnium comprouincialium epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit; gradus ſui periculo ſubiacebit, & quod egerit, irritum [a] habeatur, & vacuum. Sed quidquid de prouincialium coepiſcoporum cauſis, eorumque eccleſiarũ, & clericorum, atque ſæcularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc communi † conſenſu comprouincialium agatur pontificum; nec aliquo dominationis faſtu, ſed humillima atque concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: [Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare & alibi: [Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.] Similiter, & ipſi comprouinciales epiſcopi cuncta cũ eius conſilio (niſi quantum ad parochias proprias pertinet agant, iuxta ſanctorum conſtituta patrum. *& infra.*

† *al. cum omnium.*

*Matth. 20.*
*Matth. 23.*

¶ Vt vno animo, vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula.

## *Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi archiepiſcopo.*

¶ In ſuffraganei parochia nihil abſque eius conſilio metropolitanus agat. C. VIII.

Conqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus archiepiſcopus [b] Narbonenſis, quòd clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuũ venire compellas, & de reb. ad eccleſiã ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas: cũ hoc nec antiquitas (cui patres ſanxerunt reuerẽtiã) habeat; & auctoritas ſacrorum canonum penitus interdicat: niſi forte pro cauſis, quæ apud ſe terminare non poſſunt: ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint [c]; vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit; res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [d] diſpenſare voluerint. Primates enim, vel patriarchas nihil priuilegij habere prę cęteris epiſcopis, niſi quãtum ſacri canones [e] cõcedunt, & priſca cõſuetudo [f] illis antiquitus contulit, definimus: ita vt ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: præterquam ſi Apoſtolica ſedes ali-

Iuo p. 5. c. 56.
Pann. l. 4. c. 29.

b ¶ Archieps.] Hic patet quòd archiepiſcopi ſubſunt primatibus & patriarchis, vt 21. diſtinct. cap. 1. & 65. diſtin. de perſona. 17. diſtinct. multis.

Archiepiſcopi ſubsũt patriarchis.

c ¶ Prouocauerint.] Hic patet ꝙ nec archieps, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporum, niſi ꝑ appellationẽ deuoluantur ad ipſum. 11. q. 1 peruenit & ext. de off. deleg. cũ non ignoretis. Idem dico in legato Papę, vt dixi 2. q. 6 ca. 3 præter hoc caſus eſt alter 12. d. de his. itẽ cũ ſ, abſolutus ab archiepiſcopo non vult parere epiſcopo. extra de off. ord. ad reprimendam. Item cum eſt cauſa inter epiſcopum & clericum. 11. q. 1. ſi clericus. & ſu. 9. quæſt. 2. capit. 2. & hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi eſt actor, nõ videtur, ꝙ archiepiſcopus ſit iudex rei, vt ex. de off. ord. paſtoralis. Item cum epiſcopus non vult abſoluere excõmunicatum, vt extra de appellat. quã frõte. Item cum archiepiſcopus prouinciã viſitat. extra de præſcript. cũ ex officij. ſed illud nõ dico eſſe generale, niſi vt dixi ſup. ca. quæſtio 2. nullus primas. Item cum euidens eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de appel. ſolicitudinẽ.

Archieps de cauſis ſubditorũ epi cognoſcere nõ poteſt.

ſ Illud, itẽ, reſpicit textũ. nã in iſto caſu ſequentibus archiepiſcopus eſt iudex competens.

erit hic arg. ꝙ metropolitanus non habet iuriſdictionẽ ordinariam totius prouinciæ. Quid iuris ſit de hoc, notaui ſup. c 2.

Conqueſtus eſt] CASVS. Archiepiſcopus Narbonenſis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen qui erat ſuus patriarcha, ꝙ ipſe compellebat clericos ſuos eo inuito ad ſuum iudicium venire; & res ad ſuam eccleſiam pertinentes eo inconſulto diſponebat. præcipit ergo ſibi Nicolaus, vt de cætero hoc nõ faciat, niſi fuerit ad ipſum appellatum: vel niſi mortuo epiſcopo clerici voluerint res eccleſiæ diſpenſari per ipſum: quia primates nil priuilegij ſuper epiſcopos habẽt, niſi quantum canones concedunt, vel cõſuetudo antiqua: vel niſi Romana eccleſia aliquem voluerit ſuo priuilegio decorare. [Epiſcopo ſcribit.] hæc ſunt verba Bedæ. [Et angelo Epheſi,] &c ſunt verba Ioannis. Vñ melius

d ¶ Iudicio tuo.] Aliter enim non poteſt. 12. quæſt. non liceat.

e ¶ Canones.] Sic 18. q. 2. hoc tantum.

f ¶ Conſuetudo.] Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, vt 18. q. 2. ſeruitiũ. ff. de pub. & vect. licitatio. § earum. ff. communia prædi. venditor. Arg. contra. 10. quæſtio. tertia quia. Item ratione diuturnitatis ꝓbatur negatiua: quia aliter non probatur ff. de prob. ſi arbiter. Item diuturnitas conſtituit ius. ff de aqua quo. & æſti. l. hoc iure § aquæ. extra de his. de quæ fi. à præl. ſi cõlen. cap. ca noſcitur & argum. 8. quæſtio. 6 hoc quippe. Item cõſuetudo dat iuriſdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & extra de arb. dilecti. Item cõſuetudo dat priuilegium 2, vt hic, & 62. diſtinct quia. Arg. contra. 93. diſtinct. illud 100. diſtinct. cõtra morem. hoc proſecutus ſum ſup. diſ. 8. ſ multa.

Conſuetudo multa tribuit.

2 Alias conſuetudo parificatur priuilegio ext. de iu. nouit. vbi de hoc.

a ¶Speciali.] Ergo Papa intotum poteſt auferre priuilegium vni eccleſiæ, & alij concedere, vt 16.q.1. frater noſter.
b ¶Et angelo.] Hæc ſunt verba Ioa. in Apoc. & deberet eſſe initium cap.
c Epiſcopo. Hæc ſunt verba Bedæ.
SOLA. CASVS. Hactenus oſtenſum eſt ꝙ archiepi & primates ſubiectos ſuffraganeorũ ſuorum iudicare nõ poſſunt illis inconſultis, niſi in caſibus cõceſſis. ne autem credatur idem eſſe in Papa, dicit nũc aliud eſſe in eo. Sola enim Ro. eccleſ. poteſt de oĩbus iudicare: ſed nullus de ea poteſt iudicare: & ad hoc inducitur. c. ſeq.
PAtet] CASVS. Dr̃ in hoc ca. ꝙ nullus dẽt tractare, vel iudicare de iudicio ſe. Apoſ. quia ſirmũ debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicola⁹ duobus exemplis. ſ. Inn. & Gelaſij.
d ¶Patet.] Ab hoc loco vſq. in finẽ agitur de excellẽtia Papę, & omnia c quaſi idem dicunt.
e ¶Iudicare.] Nam talis crimen ſacrilegij incurrit, vt 17.q.4.§. qui autem.
f ¶Innocẽtius.] Familiaris eſt hęc probatio, ꝙ vnus Papa inducit alium in teſtem: ſed hoc iõ, qa de ipſorum teſtimonio nõ eſt dubitandũ 1: ſicut Dñs mala Sodomę per angelos probauit. 2. q. 1. Deus.
Papa Papam inducit in teſtem.
1 Ad hoc, 8. q. 1. talia.
g ¶Intulit] Qui manus intulit ꝑpoſito, vel cõtumax eſt erga ducem, vel præfectum, capite punitur. ff. de re. mil. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & cõtume'ia parentis capite punitur 86. d. non ſatis in fine.
FVit] CASVS. Dr̃ in hoc c. ꝙ ſemper fuit licentia ſedi Apo. iniuſte damnatos, vel excommunicatos reſtituere: & eos qui iniuſte damnãt, vel excommunicant punire.
h ¶iniuſte. ¶Et infra 35. q. 9. Gregorius.
ANtiquis.] CASVS. In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in vicina quis appellet in cauſa ciuili, vel criminali, nihil debeat innouari antequam cauſa ad Apoſtolicum deferatur.

quam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali [a] priuilegio decreuerit honorare.

*Item Beda ſuper Apocalypſim,* [*& Angelo* [b] *eccleſia Epheſi ſcribe.*] — Glo. ordi ad eum locum Apoc. 2.

¶De eodem. C. IX.

EPiſcopo [c] ſcribit, de cuius manu peccata ſubditorum requirit: ne ſine eius conſenſu ſubditos iudicare debeat.

¶*In gloſſa ordinaria ſic legitur,* Et angelo, ] ideſt epiſcopo ſcribit: de manu cuius peccata ſubditorum requirit, & ſine cuius cõſenſu ſubditos iudicare nõ prę́ſumit ipſe Ioannes.

*Sola enim Romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnib. de ea vero nulli iudicare permittitur.*

*Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem imperatorem in epiſtola, cuius initium* [*Propoſueramus.*]

¶Apoſtolicæ ſedis iudicium a nemine eſt retractandum. C. X.

PAtet [d] profecto ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium a nemine fore retractandũ: neque cuiquam de eius licere iudicare [e] iudicio: iuxta quod Innocẽtius [a] [f] Papa Ruffo, & cęteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait: [Nemo vnquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit [g]: nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari] & beatus Papa Gelaſius. [Nec de eius iudicio: (ideſt Romanæ (eccleſiæ) canones vnquam prę́ceperunt iudicari: ſententiamque illius conſtiauerunt nõ oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt.] — Anſ. l. 1. c. 75. Iuo p. 5. ca. 9. Pann. l. 4. c. 11. inf. eac ipſi ſunt. §. nec de eius.

¶*Caput hoc apud cæteros etiam collectores, multis verbis omiſſis in ſummam quandam redactum eſt.*

a ¶Innocentius.] *In epiſtola Nicolai. & apud reliquos collectores eſt,* Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij, neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur. In ea vero epiſtola Nicolaus refert etiam alia quadam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.*

*Item Athanaſius patriarcha Papæ Fœlici II.* — In tomis conc.

¶Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Aopſtolica ſoluit auctoritas. C. XI.

FVit ſemper veſtrę ſanctę Apoſtolicę ſedi licentia iniuſte [h] damnatos, vel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus. — Iuo p. 5. c. 13. Iuo ibidem.

*Item ibidem paulo inferius.*

¶De eodem. C. XII.

ANtiquis regulis ſancitum † eſt, vt quid- — † *al. cenſitum.*

tur, vt per ipſum ſententia confirmetur, vel infirmetur. Seq. cap. patet.

a ¶ Vt quidquid.] Id eſt, vt ſi appellatur Romam, vel à remotis, vel a vicinis partibus: nil attentaretur ante ſententiam Papæ, ſupra, diſt. 17. multis.

b ¶ NEmo.] Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. q. 7. nos ſi. & in cauſa hæreſis. 40. diſt. ſi Papa. & cum ſubmittit ſe confeſſori ſuo, tenetur ei parere: & ligabit eum ſententia illius. Arg. contra eſt quod dicitur de dedicatione eccleſiarum, extra de pœn. & remiſ. quod autem. Item cum Papa peccat, poteſt eius peccatum etiam eccleſiæ denunciari ſecundum admonitionem Euangelij, vt ſu. 2. q. 1. ſi peccauerit. hoc determinatur 40. diſt. ſi Papa.

Papa confeſſori ſuo parere debet.

b ¶ Nequid[a] (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quam ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductũ, vt huius auctoritate iuxta quod α fuiſſet faciendũ, pronunciatio infirmaretur; aut firmaretur.

α ¶ Iuxta quod.] *Iuo legit.* iuxta quod fuiſſet pronũciatio, infirmaretur, aut firmaretur, *In corpore cõciliorum*, iuſta quæ fuiſſet pronunciatio, &c.

*Item Innocentius Papa.*

Silueſter in conc. Romano, c. 20.

¶ Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat. C. XIII.

Poly l. 1. tit. 16. Deuſdedit. p. 1. Anſ. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.

NEmo[β] iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem β. Neq; enim ab Auguſto, neque ab omni clero,[c] neque à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur.

¶ *In omnibus vetuſtis Gratiani exẽplaribus citatur ex Innocentio. Sed fere eadẽ habentur in concilio Romano ſub Sylueſtro, cap. 20. & ex ipſo citant indicati collectores.*

β ¶ Iuſtitiam temperare deſiderantem.] *Sic etiam in Pãnormia ex Sylueſtro. Sed in vulgata cõcilij editione eſt*, quoniã omnes ſedes a prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari.

*Item Symmachus Papa.*

In lib. Ennodij.

¶ De eodem. C. XIIII.

Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 24. Iuo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8.

ALiorum hominum cauſas Deus voluit homines terminare; ſed ſedis iſtius præſulis† ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Voluit B. Petri Apoſtoli ſucceſſores cœlo tantum debere innocẽtiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis† non habere formidinem[d], quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Nõ habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio: replicabo[e], vni dictum: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & quæcũque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.] Et rurſus ſanctorum[f] voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius, factam toto orbe venerabilem: dũ illi, quidquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur: dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam[g]: [Si hæc humiliatur[h], ad cuius cõfugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam veſtram?]

† al. præſulum.

† al. de inquiſitoribus.

Matth. 16.

Eſa. 10.

*Item Anterus Papa ad epiſcopos prouinciarum Baticæ, & Toletanæ.*

c ¶ Neque ab omni clero.] Arg. quod concilium non põt Papam iudicare, vt extra de elec. ſignificaſti. vnde ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negocio contra Papam, videtur quod ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. Arg. contra: quia orbis maior eſt vrbe. 93. diſt. legimus.

ALiorum.] CASVS Quæſitum fuit a Symmacho vtrũ cauſa ſedis apoſt. poſſit ab homine iudicari. Qui reſpondet dicens quod Deus aliorum cauſas voluit per homines terminari: ſed Romanum Pontificem ſuo examini reſeruauit: apud quem non habebit aliquis de allegationis nitore ſubſidium: quia idem ſcilicet Deus erit iudex & teſtis, ſed alij omnes a Papa iudicantur, cui per Petrum datæ ſunt claues ligandi, & ſoluendi: cum ipſe ſit caput omnium, & auxilium omnium, ut dicitur per Eſaiam prophetam. Seq; duo capitu. plana ſunt.

d ¶ Formidinem.] Immo ſine venia debet puniri, ſicut diabolus, qui maximus cõparatione aliorum creatus eſt, vt inf. de pœn. diſtin. 2. principium.

Papa delinquens dẽt ſine venia puniri.

e ¶ Replicabo.] Hoc eſt dicere, cum ipſe ſit maior omnibus. grauius punitur cum peccat. 11. quæſtio. 3. præcipuè.

f ¶ Sanctorum.] Id eſt, in ſanctis cõcilijs confirmantur.

i De iſta hẽ ſu. 32. diſt. §. ecce 2. q. 7. §. de his ẽt. 24. q. 1. quia i qua ſignificabit ſedes Romana.

g ¶ Prophetã.] Eſaiã.

h ¶ Si hæc humiliatur.] De archa fœde-



ris

ris loquitur propheta quam Iudæi ferebant ad bella.

a ¶ Acta. ¶ Corrumpunt. ſup. 6 q. 1. ex merito, &c. deteriores.

b ¶ Ipſi ſunt canones ]Sicut Imperator eſt lex animata in terris, vt in auth. de conſulibus, in fi. coll. 4

Cuncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod eccleſia Romana de omnib. iudicat; ipſa vero à nemine iudicatur. Itē quod ad Papā de omni parte mundi appellatur: ab eo vero nullus appellat. In ſecunda parte dicitur, quod eccleſia Romana ſemper habuit poteſtatem, & habebit quoſlibet abſoluere, & damnare nul la ſynodo congregata. Secunda pars incipit ibi, [Sed nec illa.] Sequ c. planum eſt.

c ¶ De qualibet ]Ergo a legato appellatur, vt extra de ſen & re iudic. c. vlt. & extr. de of. leg. licet. Sed nūquid à laico appellatur ad Papam? Non, niſi in his quæ ſpectant ad iuriſdictionem eccleſiæ, vt ext. de app. ſi duobus.

d ¶ Nemo.] A principe enim & à ſenatu appellari non valet, vt ff. à quibus ap non li. l. 1.

Fratres.] CASVS. Epiſcopi Hiſpaniæ auctoritate regū quoſdam iniuſte dānauerant, quos Sixtus Papa reſtituit, & præcepit epiſcopis, vt omnia eis integre reddant. niſi ipſi & principes eorum velint ab eccleſia ſeparari.

Nunc

¶ De eodem. C. XV.

Facta ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶ Deteriores ſunt qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt[a], his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt.

Poly ibidem. Anſ. l. 1. c. 53. ſup. q. 6. q. 1. c. ex merito, cum ſeq.

*Item Gelaſius Papa ad Fauſtum legatum.*

Nicolaus ad Michaelem. epiſ. 7.

¶ De eodem. C. XVI.

Ipſi ſūt canones[b], qui appellationes totius eccleſiæ ad huius ſedis examen voluere deferri. Ab ipſa vero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare; ipſam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præceperūt iudicio iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandarunt.

Anſ. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9.

Sup. c. pater in fi.

*Idem omnibus epiſcopis.*

¶ De eodem. C. XVII.

Cuncta per mūdum nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidē ad illam de qualibet[c] mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo[d] eſt appellare permiſſus. ¶ Sed nec illa præterimus, quòd Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præcedente: & ſoluendi, quos ſynodus inique damnauerat, damnandi, nulla exiſtente ſynodo quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro ſuo principatu, quem beatus Petrus apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit.

In epi. ad epos per Dardaniam conſtitutos. Poly. l. 1. tit. 8. Anſ. l. 1. c. 47. & l. 2. cap. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

QVia res] CASVS. Iſte dupliciter poni ſolitus eſt. Et primo ſic Reus poſſidebat rē litigioſam; quæſitum eſt a Gelaſio, vtrũ actor poſſit exigere penſiones. Et reſpõdetur ꝙ non, ante legitimæ cognitionis euentum. ſed res debet apud reum permanere, donec apparuerit cui res potius debeatur: & ſi quid factum fuerit lite pendente in præiudicium alterius partis, nihil valeat. & ſecundum hoc expone, [Non finiatur,] ſupple niſi ſit poſſeſſor. Poteſt etiã alio modo poni, vt Beneuentanus ponit. Cum de quadã re inter actorē & reũ litigium verteretur, nec aliquis eorum eſſet in poſſeſſione illius rei: quæſitum fuit quis debeat de illa re recipere, & exigere penſionem. Et reſpondet Gelaſius Papa, ꝙ nec actor, nec reus: ſed res debet permanere in eodem ſtatu in quo poſita eſt, vſque ad ſententiam diffinitiuã: caſſatis omnibus priuilegijs, vel reſcriptis, quæ contra hoc poſſunt dari lite pendente.

b ¶Quia res.] Nec etiã actionem põt quis cedere alij, poſtquam res eſt deducta in litigium, vt C.eod.l.2.nec valet priuilegium impetratum tempore litis, vt ext. de teſt.cauſam.16 quæſt. 6.placuit. C.vnde vi.auctoritate m

SEd ponatur.] Hæc q diuiditur in x. partes, in quarum prima probat per xv. ca. ꝙ ſententia paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta timendæ eſt. Secũda ibi, [Verum hoc.] Tertia ibi, [Sed hoc.] Quarta ibi, [De his,] Quinta ibi, [Si ergo.] Sexta ibi, [Cum ergo.] Septima ibi, [Idem eſt,] Octaua ibi, [Quod autem.] Nona ibi, [Excommunicationis.] Decima ibi, [Presbyteris] Io de Fant

CASVS. Hic intitulatur tertia quæſtio, vbi quæritur, ſi hæc culpa digna non ſit ſuſpenſione, ſcilicet, ꝙ propter hoc non debeat ſuſpendi, quod traxit clericum ad iudicem ſæcularem: ſi autem ſuſpenſus fuit propter hoc, & poſt ſuſpenſionem diuina celebrauit: vtrum debeat deponi? Et reſpondet quod ſic, vt inf. ead ſi quis presbyter & c ſi quis epiſcopus. Et procedit hoc ordine Gratia in hac quæſtione. Primo probat, quod ſententiæ epiſcopali parendum eſt ſiue iuſta, ſiue iniuſta: & hoc vſque ad §.[Præmiſſis.] Deinde probat contrarium, & reſpondet allegatis. tandem dat ſolutionem, Primum au-

cem cap. huius quæſtionis planum eſt.

a ¶Sed ponatur. ] Hic quærit an ille ſit dignus depoſitione, qui excommunicatus, vel ſuſpenſus celebrat? Et certe ſic, vt inf. ea. ſi quis presbyter, & ext. de cle. excõ. mi c. 1. 2. & 3. & beneficio poterit priuari. eod. tit. c. iraternitati. niſi diſpenſetur cum eo, vt 63. diſt. Salonitanæ. Magiſter tamen proſequitur aliã quæſtionem, ſcilicet, vtrum ſententia teneat ſiue iuſta, ſiue iniuſta. Tribus autem modis dr̃ ſnĩa iuſta ſiue iniuſta, vt inf. ea. §. ſi ergo. ſcilicet ex animo cum malo, vel bono zelo ſententiat. Ex cauſa, ſcilicet cum certa cauſa ſubeſt vel non ſubeſt. Ex ordine cum ſeruatur vel prætermittit ordo iuris. Item ſentẽtia alia eſt condemnationis, alia excõicationis, alia ſuſpẽſionis alia præcepti: quæ tñ impropriè dr̃ ſnĩa. Sententia cõdemnationis ſemper tenet, niſi ſit iniuſta ex ordine: tunc nõ valet, vt 11. quæſt. 6. diffinitiua † aliàs ſemper tenet, niſi appelletur ab ea. Item ſentẽtia excõicationis ordinem requirit, & etiã cauſæ cognitionem, vt 2. q. 1. nemo epiſcopus. ext. de appel. reprehenſibilis. ext. de ſent. excomm. ſacro. ſiue tamen ſit iniuſta ex cauſa, vel ex animo, vel ex ordine, ſemper tenet, vt inf. ead. ſi eps. Forte nec releuatur per appellationẽ, niſi quo ad cognitionem, vt extra de ſentent. excom. per tuas. Sentẽtia autem mandati vel præcepti non ligat, niſi id quod præcipitur ſpectet ad officium præcipientis. 7. q. 1. quia frater noſter. Primo aute probat Grat. vſq; ad §.

Snĩa dr̃ iuſta vel iniuſta tripliciter.

Sententia eſt multiplex.

† Sub. exceptis. ẽt caſib. poſitis ſub c. § diffinitiua

Excõicationis ſnĩa in duob. caſib. non eſt timẽda.

a Hãc ſnĩam ſequit Go. in hac decr. cũ a quorundã dicẽs, ꝙ hic eſt caſus ſpãlis in quo n tenet ſnĩa a iudice lata. S d Bar. Bri. ibi notat cõtrarium intelligẽs cum alia ꝙ illa decr. cotinet indulgentiam.

*tur* [a], *quod hac culpa ſuſpenſione digna non fuerit; quæritur, vtrum ſit deponendus qui officium contra prohibitionem epiſcopi celebrare auſus eſt. Sed ꝙ ſententia epiſcopi ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit timenda ſit, Gregorius homilia 26 in Euangelio teſtatur dicens.*

¶Timenda eſt ſententia paſtoris. C. I.

SEntentia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt [b].

¶*Ipſa prorſus B. Gregorij verba leguntur inf. ead. cap. non ſolum, verſ. vtrum iuſte.*

*Item ex concilio Antiocheno* † *c. 6.*

† Et in Aquiſgr. ca. 72.

¶A ſuo epiſcopo excommunicatus, non eſt ab alio recipiendus. C. II.

SI quis a proprio epiſcopo extommunicatus eſt; nõ eũ prius ab alijs [c] debere ſuſcipi, niſi aut a ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut concilio [d] facto epiſcopis [a] occurra, & reſpondeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit, ꝙ ſtatuerit [e] ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes, qui in clero ſunt, conuenit obſeruari.

Burc. l. 11. c. 17. Iuo l. 14. c. 27. & 108. Pann. l. 5. c. 101. Deuſdedit p. 4. † *al. ſatisfecerit, ſtatuimus.*

a ¶Epiſcopis.] *Apud auctores indicatos prior tantum pars huius canonis refertur, & ex verſione Dionyſij; quæ etiam in toto hoc loco longe melior eſt,* aut certe (*inquit*) ad ſynodum, quæ congregatur occurrens pro ſe ſatisfaciat, & per ſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. *Græcè enim eſt.* τύχοι τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν.

*Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epiſtola, cuius initium:* [*Audito.*]

¶Excommunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat. C. III.

PRæcipue Gualdradæ pellicis tuæ, & iamdudum a te repudiatæ cõionem declina: excommunicata eſt enim, & vſq; ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quamobrrm cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro vnius mulierculæ paſſione vinctus, & obligatus ad perenne traharis exitium. Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipſi crudelius, quam cæteri

Anſ. l. 12. c. 66. Regino chron. l. 2.

[Præmiſſis ] inf. in c. ſi epiſcopus, ꝙ ſententiæ epi etiam iniuſtæ ſit parendum: deinde probat eam quemquam apud Deum non ligare: de hac materia plenius habetur 2. q. 1. in ſumma.

b Sententia.] ¶Timenda eſt.] niſi in duobus caſibus ſcilicet cũ ſententia eſt poſt appellationem lata: & cum continet intolerabilem errorem, extra de ſentẽ. excommunicatio. per tuas. tertium caſum apponunt quidam, cum pro indebitis exactionibus aliquis excommunicatur, vt extra de exceſſ. prælat. cum a quorundam. 2.

SI quis a proprio. ] CASVS. Quæſitum fuit in Nicæno concilio, vtrum clerico a proprio epõ excommunicato ſit ab alijs cõmunicandum? reſpondet ẽt ꝙ: non niſi a proprio epiſcopo fuerit abſolutus, vel niſi in ſynodo ſatisfaciens fuerit reconciliatus, quod non ſolum circa clericos, ſed etiam circa laicos eſt obſeruandum.

c ¶Ab alijs.] Similiter qui ſuſpenſus eſt ab vno, ſuſpenſus eſt quantum ad omnes, vt 7. q. 1. ſi quis presbyter, & 4. q. 5. quiſquis.

d ¶Concilio.] Hodie ſolus metropolitanus cognoſcit de cauſa excommunicationis, vt ext. de ſent. excommu. per tuas.

e ¶Quod ſtatuerit ] Scilicet ſynodus.

PRæcipue.] CASVS. Lotharius dimiſſa Theberga vxore legitima, Gualdradam ſuperduxit, quã legitimã eſſe dicebat vxorẽ. ſed lata ſententia diuortij inter eos, cum Gualdrada nollet ſententiæ parere, fuit excõicata, poſt quam excõicationem ferebatur Lotharius ei occulte

ſulte cōicare.ſcribit ergo Nicolaus & monet Lothariū, vt eius communionem declinet:qđ ſi non fecerit duob. vel tribus teſtibus adhibitis cū ea poſt mucrone ſententiæ percelletur: & ꝙ debeat abſtinere,probat quia fortius puniuntur prælati, quam alij: quia grauius peccāt: quia per eorum delicta exempla perditionis magis trāſmittuntur ad ſubditos,quam per aliqs.

a ¶Puniuntur.] Inf. 25 q. 1 nulli fas.

b ¶Duos.] Ergo in cauſa denunciationis idem poteſt eſſe iudex,accuſator & teſtis. extra de ſim licet. Item eſt hic arg. ꝙ Euangelica admonitio nō ſolum habet locum in occultis, ſed etiā in manifeſtis, 2. q. 1. peccauerit 1.

Conc.tex. in l moris. §.iſte fere.ff. de pœn. & in l. nemo. C de ſum. Trin.

Paſtor. p.3.c.5.

puniuntur [a] †, vt ait beatus Gregorius:[Scire etenim prę lati debent,quia ſi peruerſa vnquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exēpla tranſmittunt. Vnde neceſſe eſt, vt tanto ſe cautius a culpa cuſtodiant,quanto per praua,quæ faciunt,non ſoli moriuntur.] *& infra.* ¶ Cæterum præcaue, ne quando nobis ſecundum Domini præceptum duos [b], aut tres teſtes adhibeamus,immo vero ne hoc ſanctæ eccleſiæ dicamus,& (quod non optamus) de cætero fiat cunctis ſicut ethnicus,& publicanus.

Matth. 18.

† Hic dicit Io.de Pan.ꝙ ex iſta litera detur intelligi, ꝙ vbi dictum eſt, ſi peccauerit in te frater tuus, & c.dictū eſſe de notorijs.Nam prout ipſe no.2. q.1 ſi peccauerit t delictū illius erat notorium, vt c. q. 2. Lotharius. Arch.

¶*Sumptum eſt caput hoc ex epiſtola Nicolai,qua incipit.* Audito reuerente miſſo veſtro,*& extat Romæ in monaſterio Dominicanorum: eſt autem quaſi in epitomen redactum multis vrbis omiſſis. Huius epiſtolæ bonam partem refert Regino libro ſecundo chronicorum.*

Et in Afri.c. 101.

*Item ex concilio Sardicenſi,c.17.*

Poly.l.7 tit.1.
Anſ.l.3.c 71.
Iuo p.14.c.15.
Pann,l.5.c,127.

¶De eodem. C. IIII.

SI epiſcopus quis forte iracundus [c] (quod eſſe non debet) cito [d] & aſpere [e] commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit; prouidendum eſt,ne innocens damnetur,aut perdat communionem. Et ideo habet poteſtatē [f] is,qui abiectus eſt,vt epiſcopos finitimos interpellet [g],& cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. ille epiſcopus,quia aut iuſte,aut iniuſte eum abiecit,patienter accipiat,vt negotium diſcutiatur.vt vel probetur ſententia eius a pluribus,vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur; eum qui fuerit a communione ſeparatus,ante cognitionem nullus alius debet præſumere,vt communioni ſociet.

¶*Canon hic eodem fere modo refertur in concilio Africano, cap. 101.vſque ad verſ.*Tamen. *Sed, Græcus Sardicenſis, qui eſt decimus quartus paulo copioſior eſt, & aliquot locis diuerſa etiam ſententia. Propterea viſum eſt verba græca cum verſione noua apponere.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως αἰ πικρῶ πρεσβυτέρῳ, ἢ διακόνῳ κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶν μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον καταχρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας καταφυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετὰ ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τοῖς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσιν. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον,

S I eps quis forte] CASVS Quidam eps iracundus iniuſte ſuum clericū excōicauit. quæſitum fuit in concilio Sardicē.quid ſuper hoc ſit faciendum?& rñdet ꝙ excōicatus vicinos epiſcopos dēt interpellare, vt cognoſcatur vtrū iuſte vel iniuſte ſit excōicatus:& eps qui excōicauit, patienter ferat, vt eius ſententia probetur, vel reprobetur. ſed anteꝗ cauſa diligenter examinetur, nullus excōicato cōmunicet. Hoc autē hodie per nouas cōſtitutiones corrigitur: quia excōicatus ſtatim abſoluitur p metropolitanū,& nō recurritur ad ſynodū: ſed ad metropolitanū.

c ¶Iracundus] id eſt, vt ex animo ſit iniuſta.

d ¶Cito.] i.nō ſeruato ordine iuris.

e ¶Et aſpere] Quia non adſit cauſa.

f ¶Poteſtatē] Auctoritate huius canonis.

g ¶Interpellet.] ſm hæc iura quilibet excommunicatus audiebatur, qui volebat ſe probare iniuſte excōicatum: hodie ſecus, niſi ſit poſt appellationē excōmunicatus. vel niſi dicat errorē expreſſum in ſententia. vt extra eo.tit. c tuas. Si quis ergo conqueritur metropolitano de iniuſta excōicatione.aut appellauit ad eum,aut non. Si appellauit, primo præſtabit cautionem abſoluēdus,ꝙ ſtabit iuri:deinde in optione habet, an velit eum abſoluere,vel remittere abſoluendum ei a quo appellauit, vt extra de ſentent. excom-

Excōicatus conquerens metropolitano, an poſſit ab eo abſolui.

*γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἡ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἡ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν.*

Oſius epiſcopus dixit Quod autem me vndequaque cõmouet, tacere non debeo. Si quis epiſcopus exiſtat ad iracundiam procliuis (quod quidam a tali viro longe abeſſe debet) & cito aduerſus presbyterum, vel diaconum commotus, ex eccleſia quemlibet eijcere voluerit prouidendum eſt, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eijcitur, facultatem habeat confugiendi ad epiſcopum metropolis eiuſdem prouinciæ: ſin autem metropolitanus abſit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipſius cauſa diligenter cognoſcatur. Minime enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille vero epiſcopus, qui iure, vel iniuria iſtum eiecit generoſe ferre debet cauſam cognoſci, ipſiuſque ſententiam, vel confirmari, vel corrigi. Verum priuſquam diligenter, ac fideliter ſingula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante cauſæ cognitionem non debet ſuo ſibi iure communionem vendicare.

*Item ex concilio Carthaginienſi ſecundo, c. 8.*

De eodem. C. V.

2 SI quis presbyter ab epiſcopo α ſuo correptus [a] fuerit debet vtique apud vicinos epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendum ſe ab epiſcopi ſui communione dixerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit; anathema habeatur, & locum amittat. Atſi β querimoniam iuſtam habuerit aduerſus epiſcopum, inquirendum eſt †.

Burc. l. 2. c. 194. Iuo p. 6. c 239. Anſ. l. 12 c. 33. Poly. l. 7. tit. 8.

† al. erit.

α ¶Epiſcopo.] *In ſecundo Carthaginenſi, c. 8. cum Alipius proponit, ita legitur*, Si quis forte presbyter ab epiſcopo ſuo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab vniuerſis epiſcopis confertur loco epiſcopi affertur nomen præpoſiti, & ita in Carthaginienſi codicis canonum, c. 11. legitur*, a præpoſito ſuo correptus, *Græce eſt*, *ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ καταγνωσθῇ*, *id eſt*, in † ſua vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.*

† al. in ſua conuerſatione condemnatur.

β At ſi.] *In codice canonum, & Carthaginienſi Græco, & apud collectores nihil hic eſt interiectum: Verum in exemplaribus concilij impreſſis, & manuſcriptis ante iſtam clauſulam, hæc inſeruntur.* Nihilominus, & de ciuitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorantes, vel ſimpliciter viuentes ſerpentina fraude decipiat: quoniam ſecundũ Apoſtolum eccleſia vna eſt, vna fides, vnum baptiſma, Et ſi querimoniam, &c.

Eph. 4.

γ ¶A. ſi querimoniam.] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem.* Si querimoniam iuſtam aduerſus epiſcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græce eſt. σκοπουμένου μή ποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχοι δικαίαν. id eſt.* hoc conſiderato, nunquid aduerſus epiſcopũ iuſtam habeat expoſtulationem.

*Item ex concilio Antiocheno, c. 4.*

¶De his, qui damnati a ſynodo ſacra miniſteria contingunt. C. VI.

3 SI quis epiſcopus damnatus α a ſynodo, vel presbyter, aut diaconus a ſuo epiſcopo auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſiue

Et Aquiſgra. c. 47. extra de cle exc. depo. c. 1. & 2. ■ c. Papa epiſt. 8. Poly. ibid. Burc. l. 1 c. 199. Iuo p. 5. c. 362. Anſ. l. 12. c. 26.

exco per tuas. Si nõ appellauit ad eũ: ſecundum priora iura debet remittere abſoluendum: & ſi ille noluerit abſoluere, tunc metropolitanus poterit eũ abſoluere, vt extra de offic. ord. ad reprimendã. ſi tamen viderit ſententiam excommunicationis euidenter iniuſtam, poteſt pronuntiare ipſam iniuſtam, licet nõ ſit appellatum ad eum, vt extra de app ſolicitu. fine. Ita econuerſo, ſi eſt appellatum ad eum, & viderit iuſtam eſſe cauſam excomunicationis, tenetur eũ remittere abſoluẽdum, vt ext. de ſent. excom. per tuas in fine, hodie aũt licet nõ appellet ad ſuperiorẽ: ſi tñ ẽ periculum in mora, põt eũ ſtatim abſoluere, vt ext. e. ſacro.

SI quis presbyter.] CASVS. Quidam epiſcopus ſuſpendit quendam ſuum presbyterũ ab officio & ſacramẽtis: quæſitũ fuit qualiter ſuper hoc ſit procedendũ? Et rñdet, ꝙ ſuſpenſus apud vicinos epiſcopos conqueri debet, vt ꝑ eos ſuo epiſcopo reconcilietur ſi vero inflammatus ſchiſma faciẽs diuina cõtra ſuſpẽſionẽ ꝓſumpſerit celebrare, anathematizetur, & poſtea deponatur.

a ¶Correptus.] i. ſuſpenſus, vel excõicatus minori excõicatione, vt patet ꝑ id quod ſequitur, anathematizetur.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicit in hoc

hõc c. ꝙ ſi epiſcopus presbyter, vel diaconus fuerint excõicati, non audeant in excõicatione manentes diuina officia celebrare: quod ſi præſumpſerint, ſpẽ reſtitutionis non habeant. communicantes vero cum eis ſciẽter, debent ab eccleſia ſeparari. Idem eſt caſus ſequẽtis c. ſed.

ſa; poſſet tamen dici, ꝙ epiſcopus cum talibus poſſet diſpenſare: & expone ꝙ ſpem, &c. i. ipſi ſic delinquentes non debeant habere ſpem reſtitutionis: quia ſibi incluſerunt. ſic 7 q. 1. ſi quis presbyter, ſup. 82 diſt. plurimos. in fi. conſtat tamen ꝙ ipſe poteſt in caſibus talibus diſpenſare.

epiſcopus iuxta præcedentem conſuetudinem, ſiue presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei, nec in alia[a] ſynodo reſtitutionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis: ſed & communicantes ei omnes abijci de eccleſia [oportet †]; & maxime[b], ſi poſtquam didicerint aduerſum memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint.

† abeſt è multis.

a ¶ Damnatus.] *Græce eſt,* ἐκκαθαιρεθεὶς, *id eſt,* Depoſitus.

In capitulis Martini Bracharenſis.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 37.*

¶ Sine ſpe ſit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præſumit. C. VII.

iiij. SI quis epiſcopus in concilio excommunicatus fuerit, ſiue presbyter, aut diaconus à ſuo epiſcopo, & poſt excõmunicationem prǽſumpſerit, ſiue epiſcopus ille aut presbyter, aut diaconus facere oblationem, vel matutinum, aut veſpertinum ſacrificium, quaſi in officio ſuo agere ſicut prius; non liceat ei nec in alio concilio ſpem reconciliationis habere, nec vltra recolligi †: ſed etiam eos, qui ei communicauerint, omnes ab eccleſia reſpui; maxime eos, qui ſciebant eum eſſe deiectum. Si autem permanſerit turbans, & concitans eccleſiam per forinſecã[β][d] poteſtatem; oportet eum ſicut ſeditionarium ab omni plebe expelli.

† al. reconciliari.

β ¶ Forinſecam.] *In aliquot Gratiani & concilij codicibus, eſt, foraſticam. In canone quinto concilij Antiocheni, vnde hoc ſumptum eſt, legitur* διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας *quã Dionyſius vertit* per poteſtatem exteras:

Et in Vormac. c. 14.

*Item ex concilio Agathenſi, c. 3.*

¶ De epiſcopis, qui innocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommunicant. Cap. VIII.

EPiſcopi, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocentes, aut minimis[e] cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis[γ] feſtinantes fortaſſe recipere noluerint: vicinis epiſcopis eiuſdem † prouinciæ, literis moneantur: & ſi parere † noluerint; cõio illis vſque ad tempus ſynodi à reliquis epiſcopis denegetur[δ]: ne forte propter excõicationis † peccatum[f] excommunicati longo tempore morte præueniantur.

Burc. l. 11. c. 11. Iuo p. 14. c. 16. & 81. Pan. l. 5. c. 128. † al. cuius libet. 6. q. 2. c. ſi paulo aliter apud Burch. & Iuonem, c. 81.

γ ¶ Baptiſmatis.] *Sic etiam in manuſcriptis: & doctores eã vocem agnoſcunt. Verum ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathenſi, quã in*

b ¶ Maxime.] Id eſt tantum. ſic 12 d. illud. 28 diſ. peruenit. 16 q. 13. ꝑ ſingulas.

c SI quis.] Videtur quod illi clerici, qui communicãt excõmunicato in diuinis officijs, pari excommunicatione ligẽtur, vt extra de ſẽtentia excõmunicationis, ſignificauit.

d ¶ Per forinſecã.] Id eſt, manu laicali. ſi. ſupra. 17. diſt. nec licuit.

EPiſcopi ſi ſacerdotali.] CASVS. Quidam epi quoſdã innocentes vel pro minimis cauſis culpabiles excommunicauerunt: & ad baptiſmum feſtinantes recipere neglexerũt: quæſitum fuit quam pœnam propter hoc patiantur? Et reſpõdetur, ꝙ ſi à vicinis epiſcopis commoniti parere noluerint, ab aliorum epõrum cõione vſq; ad tempus ſynodi ſeparentur: & non maiori tẽpore: ne in excõicatione diu manentes, morte præueniãtur. Sequentia patet.

e ¶ Minimis.] Ergo pro minoribus cauſis non eſt quis excommunicãdus: quod verum eſt, vt inf. e. nullus. Sed cõtra: nõne pro ſola contumacia eſt quis excõmunicandus, vt infra eo. ca. certũ 1. ergo ſiue crimen ſit magnũ, ſiue paruum nunquam eſt excõicandus aliquis niſi ſit cõtumax? Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ab homine non aliquis excõicandus niſi pro contumacia, ſed à canone bene, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente. hoc non eſt verum: quia quã

Excõicatio an pro ſola contumacia fertur.

1 Et ſupra 5. q. 2 cap. 2. ſed forte hic loquitur de excõicatione, quæ pro diuerſis cauſis infertur, arg. 86. diſt. tanta.

Moriuntur boni & mali

2 id eſt de hac vita 25. q. 4. hæc autem vita.

c. ſed in eo additur, ꝙ ſi talis incorrigibilis mãſerit eccleſiam concitando, expelli debet per ſæcularem poteſtatem tanquam ſeditionarius ab omni plebe & intellige, maxime id eſt tantum.

a ¶ In alia.] Ergo epiſcopi non poſſunt diſpenſare cum talibus, qui poſt excommunicationem celebrant, cum nec concilium hoc poſſit. Arg. contra 2 q. 5. quæ de cauſa;

doq; excommunicatur aliquis pro contumacia. quandoque pro crimine, vt extra de verbo. ſigni. ex parte. Ioan. Sed certe illa decre. dicit, ꝙ pro offenſa fit aliquis excõicandus, cum non vult ſatisfacere: & ita pro contumacia quare alia diſtinctio eſt melior.

f ¶ Peccatum.] Arg. ꝙ citius moritur quis propter peccatũ, vt 12. q. 3. ca. 2. & tollit Deus malos de medio 2. ne.

*Vormacienſi, c. 14 (vbi caput hoc reperitur) & à Burchardo, & Iuo ne abeſt ea dictio. Et cum hic de excommunicatis agatur, videtur eſſe locus iis tantum, qui ſunt baptizati, & ad gratiam, ideſt, ad reconciliationem cum ſuo epiſcopo feſtinant.*

d ¶ Denegetur.] *Sic habet Iuo, & Pannormia, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: videturque huic ſimile, quod legitur ſupra 6. q. 2. cap. fin. ſed in recentioribus editionibus eſt,* non denegetur.

*Item ex concilio Africano.*

¶ De his qui tempore ſuæ excommunicationis communicare præſumunt. C. IX.

Placuit vniuerſo cōcilio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu[a], ſiue epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuę ante audientiā communicare † præſumpſerit; ipſe in ſe damnationis iudicetur ſententiam protuliſſe. — Burc. l. 1. c. 200. Iuo p. 5. c. 314. Anſ. l. 12. c. 27. Poly. l. 7. tit. 1. — † al. communionem.

*¶ In concilio, quod hodie inſcribitur Africanum, caput hoc non habetur: ſed in Carthaginienſi inſerto in codice canonum, & in Græco, cap. 29. & refertur in quinta ſynodo, ſeſſ. 7. in epiſt. Vigilii.*

*Item Nicolaus Papa.*

¶ Deponantur epiſcopi, qui excommunicatis communicant. C. X. — In ſynodo Romana, c. 2.

Teugualdum † Treuerenſem, & primatem Belgicæ prouinciæ, & Gūthariū Agrippinæ Coloniæ archiepiſcopos, nunc coram nobis, & ſancta ſynodo ſub geſtorum † inſinuatione, qualiter cauſam Lotharii regis, & duarum mulierū eius, Teibergæ ſcilicet, & Gualdradæ, recognouerint, & iudicauerint[b], ſcriptum ſuper hoc propriis manibus roboratum offerentes; nihil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis affirmātes, & ſententiam, quam à ſede Apoſtolica in Engeltrudem vxorem Buſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & cæteri coepiſcopi noſtri periuerāt emittēdam, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonice ꝓtuleramus, publice ſe viua † voce violaſſe confitentes, in qbus omnibus inuenimus eos Apoſtolicas, atq; canonicas ſāctiones in pluribus exceſſiſſe. & æquitatis normā nequiter temeraſſe, omni iudicamus ſacerdotii officio manere penitus alienos, ſancti ſpiritus iudicio, & B. Petri per nos auctoritate, epiſcopatus exutos regimine conſiſtere definientes. Prædictis aūt depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi, & cōicandi, ſicut laici, & loquēdi ſuas vtilitates[c], non autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſolicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum aūt ad epale miniſtérium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo iam decreuiſſe conſtat.

† al. Thietgandum. Iuo p. 5. c. 226. † al. ſuggeſtorum. † al. vna.

*¶ Caput hoc Iuo citat ex Nicolao epiſcopis & archiepiſcopis per Galliā, Italiam, Germaniā, atq; per vniuerſas prouincias cō ſtitutis. In qua epiſtola videtur retuliſſe, quid in concilio à ſe Romæ habito de Metenſi ſynodo penitus abolenda, & depoſitione Thietgandi & Guntharii ſtatutū fuerit. De quo quidem concilio, & horū epiſcoporū depoſitiōe Rhegino lib. 2. chronicorū accurate hæc ſcribit.* Interea Thietgād9, & Gūthari9 archiepiſcopi Romā ꝓfecti ſunt, ea ait intentione, ut Regē innoxiū in ꝓdicto

peccatum eorum augeatur. 23. q. 4. ea vindicta & tollit bonos ne malitia malorum immutet intellectū eorum. de pœ. d. 4. ſi ex bono.

a ¶ Placuit.] ¶ Neglectu.] videtur ergo ꝙ pro negligentia aliquis excommunicetur, ſicut pro negligentia aliquis deponitur 1. vt 81. diſt. dictum eſt.

a Sic neglectus culpam geminat. 27. q. 1 ſi cuſtos. in fin.

Teugualdum Treuerenſem.] CASVS. Nicolaus Papa delegauit cauſam inter Lothariū & Teibergam & Gualdradam Teugualdo & Gunthario Archiepiſcopis; qui amore Lotharii corrupti Gualdradam pellicē adiudicauerunt legitimam vxorem eius eſſe, & à petitione Theibergæ eundem Lotharium abſoluerūt: & Engeltrudam excommunicatam, quia fauebat Gualdradæ contra Theibergam, iniuſte abſoluerūt. poſtea, cum citati à Papa Romam veniſsēt, hæc omnia proprio ore coram ſynodo ſunt cōfeſſi: & quia Nicolaus Papa dictos archiepiſcopos inuenit in hoc & in aliis pluribus exceſſiſſe: ideo eos ab epiſcopali depoſuit officio; ita tamen, ꝙ eis liceat eccleſiam ingredi, & communicare ſicut laici: ſed non liceat eis eccleſiam perturbare: & debes ordinare conſtru[illegible]nem. Nos iudicamus Teugualdum & Guntharium archiepiſcopos, &c.

b ¶ Iudicauerint.] ſic patet quod punitur iudex qui male iudicat, vt d. xi. 2. quæſt. 6. hoc etiam

c ¶ Vtilitates.] quod nulli prohibetur, vt 4. q. 6. omnibus.

Si

facto demonſtrarent, ac ſe cum cæteris coepiſcopis Eccleſiaſtica, atque Apoſtolica exercuiſſe decreta: ſtultitiæ quidem elogio decorandi, qui illam Petri ſedem aliquo prauo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe feſellit, nec ab aliqua hæreſi vnquam falli potuit. Itaque cum in præſentiam Nicolai Papæ veniſſent, libellum obtulerunt, in quo continebantur geſta ſynodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis ſtatuta fuerant. Qui cum a notario corã omnibus recitatus eſſet, interrogauit Pontifex, ſi hæc ſcripta verbis conſumarent? Reſponderunt inconueniens videri, vt quod proprijs manibus roborauerant, verbis infirmare mallent. Et ſic nec repulſa nec admiſſa eorum aſſertioni iuſſi ſunt ire ad hoſpitia ſua, quouſque reuocarentur. Paucis interpoſitis diebus ad ſynodum, quam Papa congregauerat, ſunt accerſiti: vbi eorum damnata, & anathematizata ſunt ſcripta, & ipſi omnibus adiudicantibus epiſcopis, presbyteris, & diaconis ſunt depoſiti, & omni eccleſiaſtica dignitate priuati.

a ¶Conſiſtere:] *In ſecundo capite concilij locus hic ita habet.* conſiſtere: Diffinientes, quod ſi iuxta præcedentem conſuetudinem tanquam epiſcopi auſi fuerint aliquid ſe ſacro miniſterio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia ſynodo reſtitutionis, ſpem aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes eis omnes abijci de eccleſia: & maxime, ſi poſtea quam didicerint aduerſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentauerint, *& ſunt verba ſumpta ex capite, ſi quis epiſcopus damnatus, ſupra eadem ex concilio Antiocheno.*

### *Item Clemens epiſtola tertia omnibus epiſcopis.*

¶Clerici & laici, qui non obediunt epiſcopis, infames efficiuntur: C. XI.

Clemens epiſt. ad Iacobum. & Alexander. epiſt. 1.

SI autem vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omneſq; reliqui populi; non ſolum infames, ſed extorres a regno Dei, & conſortio fidelium, ac a liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt.

### *Item Petrus in ordinatione Clementis.*

¶In Chriſtum peccat, qui veritatis doctorem contriſtat. C. XII.

Et in conc. Aquiſgran. c. 9.

QVicumque contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat Deum; propter quod & vita carebit.

† *al. affectatione.*

### *Item Ambroſius libro ſecundo de officijs. c. 24.*

¶Simulata virtutum affectione †, obedientia epiſcopo non denegetur. C. XIII.

† *al. affectatione.*

† Cócor. eſt hoc tex. iuncta ſua gl. 1. l. nam hoc, ff. de cond. indebi. & l. nec auus. C. de eman. li.

SI quis vero non obediat epiſcopo, extollere atq; exaltare ſeſe deſiderans, quęrens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut miſericordiæ; is a vero deuius ſuperbit: quoniam veritatis ea eſt regula, ut nihil facias commendandi [b] tui cauſa †, quo minor alius fiat: neque ſi quid boni habes, id ad deformationem [c] alterius, & vituperationem exerceas. ¶Non defendas improbum, & ſancta in-

SI autẽ.] CASVS. Docet hic Clemẽs, ꝙ oẽs clerici & principes & populi ſi epis non obediãt, infames erunt: & ab eccleſia repellũtur. Sequens c. patet.

a ¶Principes.] Ergo Imperatores ſubſunt epiſcopis, & ab eis poſsũt excõicari 96. diſt. duo mitius tñ cum eis 1. agendum eſt, quam cum alijs, vt 12. q. 2. de rebus. & ſi in plurib. epõpatib. habet Imperator domicilium quilibet poteſt eum excommunicare. ff ad muni. aſſumptio.

Imperator ab epõ excõmunicari poteſt.

1 Adde arg. cõtra ſu. e. q. pcipue. ver. deterius. 25. q. 1. nulli. Arch.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima parte dicit, ꝙ nullus dẽt ſuperbire cõtra ſuum epm exultando: nec aliqd facere ſimulãdo, vt eius auctoritatẽ obumbret quia regula veritatis eſt, vt nullus faciat aliquid cõmendãdi ſui cauſa, vt alius vituperetur. In ſecunda parte dicit ꝙ improbus defendi non debet, nec improbo ſancta debent cõmitti. In tertia parte dicit, ꝙ iterũ redargui & impugnari nõ debet, cuius crimẽ eſt incognitũ. Scda pars incipit ibi. [Non defendas improbum] Tertia ibi, [Neque iterum.

b ¶Cõmẽdandi.] Nã aliorũ honores alijs nõ debẽt eſſe occaſio nocendi, vt C. de ſta & ima l. vlt. nec aliqs dẽt illud appẽtere, per qd honor aliorũ minuat, vt 99. d. nullus: nec tibi debes cõlulere cũ alterius iniuria 22. q. 3. primũ. nec aliqd facias ĩ domo tua, qd vicino noceat: vt ff. reg. iur domum. ſi tamẽ facias aliqd eo propoſito, vt tibi pſit, licet alij noceat: non peccas arg ff. de aqua pluia arcen l. 1. §. [Denique.] ff de danno infecto, fluminũ. §. vl & l. ſeq.

c ¶Ad deformationem.] C. de ſta. & ima. l. vlt.

a ¶ Iterum arguas.]ideſt, multoties.

ABſit ]CASVS. Quidam ſubditi propter ſuſpicionē dilectorum ſuis epiſcopis non obediebant. vnde quæſitum fuit ab Antero Papa, quam pœnam pati deberent. Et reſponſum eſt, quod in veteri lege tales lapidabantur, vel decapitabātur ſed in nouo teſtamento debent anathematizari.

b ¶ Siniſtrū.]Hoc eſt verū in his quæ poſſunt trahi ad bonū & ad malum: vbi ſ. in meliorem partē eſt interpretandum, vt 41. diſt. cap. 1. & extra de reg. iur. eſtote. Si ergo cleric⁹ amplectitur mulierē, interpretabit quod cauſa benedicendi eam hoc faciat, vt 96. diſt. in ſcripturis. tamen quandoque canon ſolam contabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 12. q. 1. nec aliqua.

Clericus amplectens mulierem præſumitur bene agere.

c ¶ Aut gladio.]Hic habes, quod olim inobedientia capite puniebatur. ergo & hodie repelleretur a promotione. 54. d. multos. non tñ quælibet inobedientia capite puniebatur: ſed ſola illa, quæ ſchiſma inducebat, vt 7. q. 1. denique. & in fi. & de hoc notaui. 4 q. 1. in prin.

Inobedientia an ſit capite punienda.

d ¶ Dæmonū.] Hoc olim fiebat ad literam 1. hodie tamen Satanę traditur, vt citius conuertatur, vt inf. c. audi in princi. & c. omnis Chriſtianus.

1 Vt 45. diſt. §. Salomon.

qui ſcelerate. qñque infligitur a ſacerdote loco pęnæ cū vult pœnitere, qñq; a canone. ſ. cum quis cōicat excōicato. in his duobus caſibus eſt neceſſaria reconciliatio, vt inf. ea. excellentis ſimus. 50. d in capite. Si ergo quis ſit excōmunicatus, ſemꝑ a ſuo excōicatore eſt abſoluendus,

Excōicatus a quo eſt abſoluendus.

digno committenda † non arbitreris. ¶ Neque iterum [a] arguas †, & impugnes eum, cuius crimen non deprehenderis.

† al. committendo arbitreris.

† al. vrgeas.

## *Item Anterus Papa epiſcopis Hiſpaniæ.*

Hieronymus ad Heliodorum.

### ¶ Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur. C. XIIII.

ABſit, vt quidquam ſiniſtrum [b] de his arbytremur †, qui Apoſtolico gradui ſuccedētes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos nos etiam Chriſtiani ſumus: qui claues regni cœlorum habentes, ante † iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicumque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur a populo, aut gladio [c] ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore †. Nunc vero inobediens ſpirituali animaduerſione † truncatur, & eiectus ab eccleſia rabido dæmonum [d] ore diſcerpitur.

† loquar.]orig.

† quodammodo ante] Hiero.

Deut. 17.

† mucrone] Hier.

† Adde ad hoc text. in l. 3. §. qui ... tionis & § in bello. ff. de re milita...

## *Item Petrus in ordinatione Clementis.*

### ¶ Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus. C. XV.

SI inimicus [e] eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis; vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, &c. *vt ſupra in tractatu ordinandorum. vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.*

Clemens epiſt. 1.

Anſ. l. 1. c. 6. Iuo p. 13. c. 22. d. 93. inimicus.

## *Item Fabianus epiſcopus, epiſt. prima.*

### ¶ Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat. C. XVI.

SIcut Apoſtoli [f] ſtatuerunt dicentes: [Cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis, auerſando † [g] regulas, ſcienter ſaltem [h] in domo [i] ſimul locutus fuerit, vel orauerit [k]; ille communione [l] priuetur.]

can. Apoſt. 11. Barc. l. 11. c. 35. Pann. l. 5. c. 95.

† al. auertendo.

SI inimicus ]CASVS. Dicitur hic, quod ſi Papa eſt alicui inimicus omnes debent eum vitare, nec debent expectare, vt ipſi moneantur a Papa. Hoc planius habetur ſupra 93. d. ſi inimicus.

e ¶ Si inimicus ]Ab hoc loco incipit tractare de duplici excommunicatione. Et no. quod quædam excommunicatio eſt ſimplex ſiue minor, quæ ſeparat a ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ. Alia ſolennis, quæ proprie dicitur anathema, quæ ſeparat etiā a cōione fidelium. De vtraque iſtarum hēs 3 q 4. Angeltrudā. Maior excōicatio imponitur, vel pro maiori cri mine, vel pro cōtumacia. Minor infligitur ꝑ quolibet mortali, vt inf. ea. audi. & imponitur ſiue pœnitenti, ſiue nō pęnitēti: vel a ſeipſo 2, vel a ſuo ſacerdote loco pœnę: pœnitens tñ melius facit ſi auctoritate ſacerdotis abſtinet a ſacramentis, vt de pœn. diſt. 1. in actione. Impœnitenti autem imponitur quandoque a Deo: ſ. quando eſt in mortali peccato tunc n. quantum ad Deum priuatus eſt ſacris, vt infra ea. audi qñq; a ſeipſo, & male, ſ. cum non vult pęnitere & ceſſat a ſacramentis, quia hoc ſibi putat ſufficere pœnam ſine pœnitentia, vt de pœn. diſt. 1. ſunt qui arbitrantur ſed ſi non putat ſibi ſufficere, ſed abſtinet quia putat ſe indignum, benefacit, vt de conſecr. dimidium,

Excōicatio duas habet ſpecies.

2 Vt de pœ. d. 1. porro alias incipit, facilius. inf c §. euidenter Arch.

dus, niſi vel ſit appellatū ab eo, vel ipſe ſit negligens, vt dixi ſu. ea ſi epiſcopus forte. Sed ſi canone eſt excommunicatus, poteſt abſolui a ſuo ſacerdote, ſecundum diſtinctionem, extra de ſent. exc. nuper. Hæc autem pœna eſt non ſeruantis excommunicationem. Si clericus eſt, deponitur, vt ſup. ead. ſi quis presbyter. ſi laicus, tardius abſoluitur infra ea. qui iubente.

SIcut Apoſtoli.] CASVS. In hoc c. & tribus ſequētib. fere idem dr̄, ſ. quod cum excōicatis ſcienter non cōicetur ſi q. vero eis cōicauerit, vel palam, vel occulte, ſi clericus eſt, deponatur, ſi. laicus eſt, excōmunicetur.

f ¶ Sicut Apoſtoli.]Paulus ſtatuit 2. q. 1. multi. & Ioan. 24 q. 1 omnis.

g ¶ Auerſando.]ideſt, contemnendo.

h ¶ Saltem.]Nedum alibi.

i ¶ Domo.]ideſt, ſub eodē tecto, vt 35. q. 6 epiſcopus in ſynodo. largius ſumitur domus. ff. ad Sill. l. 1. §. e.

k ¶ Vel orauerit.] Si ergo excommunicatus intrat eccleſiam, omnes exibunt, vt 24. q 1. omnes, qui. ſacerdos tamen ſi incipit Miſſam, non exibit, quia nō relinquet officium inexpletum, 7. q. 1. nihil.

Excōicatus non intret eccleſiam.

l ¶ Communione ] Scilicet maiori, quia iam inciderat in minorem, ſup. ea. q. ſi quis presbyter.

Excom-

...ſcöicatus ...poſſit ab ...u aduer- ...o igno- ...te.
...At. ad hoc ...tra. lib.6. ...e app. Ro- ...ana. §.ſen ...ntia. quia ...entia cau- ...rum, &c. ...tra de in ...tegr. reſt. ...m ex litte ...ri, Arch.

a Excommunicatos. [vtriuſq.] Scilicet, excommunicätis & excommunicati. Per hoc cap. dixerunt quidam, quod ignorante aduerſario non poſſet excommunicatus abſolui: quod falſum eſt, vt extra de ap. quæ fronte, niſi pro crimine ſit excommunicatus. tunc enim oportet vt primo ei ſatisfaciat, vt extra de verb ſig. ex parte 1. in ſi. Vel dic, quod ſi iudex ad querelam alicuius excommunicauit aliquem; tunc non abſoluet eum antequam ab aduerſario intelligatur, an ſit pro manifeſto delicto excõicatus, vel nõ, vt inf. e. ſeruetur. ſi autem iudex non ad alicuius querelam excommunicauit aliquem: tunc ſuperior ipſum ſtatim poteſt abſoluere, vt in conſt. Inno. ex de app. cum ſpeciali.

α ¶ Saltem.] *In epiſtola Fabiani eſt*, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis conſentire cum canone Apoſtolico*, εἴτις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω, *quæ Dionyſius vertit*, Si quis cũ excommunicato, ſaltem in domo orauerit, iſte communione priuetur.

## *Item Calixtus Papa epiſtola ſecunda, cap. 2.*

¶ De eodem. C. XVII.

Polyc. l. 7. tit 1. Anſ. l. 12. c. 14. Burc l. 11. c. 38. Iuo par. 14. cap 23. & 102. Pann. l. 5. c. 94. can. Apoſt. 11.

*al. quoſque.*

Excommunicatos quoſcumq, † à ſacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſque [a] partis iuſtam examinationẽ: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo cõmunicet; nec aue [b] eis dicat: quia quicunque in his, vel alijs prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit; iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excõmunicationi ſubiacebit.

## *Item Iſidorus in regula monachorum, c. 18.*

¶ De eodem. C. XVIII.

Polyc. ibidem. Burch. l. 11. ca. 31. & 32. Anſ. l. 12. c. 16. Iuo p 14. ca. 95. & 96.

Cvm excõmunicato neque orare, neq; loqui (niſi quę ad eandem excommunicationem pertinent) nec veſci liceat. Si quis enim β cum eo aut palam, aut abſconſe locutus fuerit; ſtatim [c] cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

¶ *Prior pars huius capituli vſq; ad verſ.* Si quis enim *habet̃ in regula ſancti Iſidori* (*quæ miſſa eſt ex Hiſpania*) *cap. 18 ex qua citat hoc* Smaragdus *in expoſitione regulæ ſancti Benedicti, c. 26. excepta tamen iſta clauſula*, niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Iſidori legitur, neque apud Smaragdum.*

β ¶ Si quis enim.] *Hæc vſq; ad finem refert Smaragdus ex quodã magiſtro monachorum, quod notabitur infra ea. c. ſi qs frater.*

## *Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 73.*

¶ De eodem. C. XIX.

Polyc. ibidem. Anſ. l. 14. c 18. Burc. l. 11. c. 44 Iuo par 14. cap 28. & 108. Pann. l. 5. c. 99.

Qvi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato; ſi laicus γ eſt, excommunicetur [d]; ſi clericus, deponatur.

γ ¶ Si laicus.] *Ita apud Burchardũ, & Iuonem par. 14. c. 108. & in Pannormia. Sed in concilio ipſo cũ varijs codicibus collato, & apud Iuonem eadem parte. c. 28. legitur*, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur.

## *Item ex decreto Honorij Papæ.*

¶ *Burchardus etiam, Anſelmus, & Iuo p. 14. c. 113. citant ex decretis Honorij. ſed idem Iuo eadem parte, c. 65. hoc ipſum tribuit Ioanni octauo in concilio apud Rauennam.*

Polyc. ibidem. Anſ l. 14. c. 18. Burc. l. 11. c 44. Iuo par 14 ca. 65. & 118.

*al. omnium.*

¶ Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palam, & publice annuncientur. C. XX.

Cvræ ſit omnibus epiſcopis [e] excommunicatorũ omnino † nomina tam epiſcopis vicinis, quàm ſuis pa-

b ¶ Nec aue.] 24. quæſt. 1. omnis qui recedit.

c Cvm excõmunicato. ¶ Statim.] Ergo eſt canon iſte latæ ſentẽtiæ minoris excõmunicationis 2. præterea ſi non corrigit ſe, excommunicatur per ſententiam, vt inf. ea c. proxi.

2 Sic inf. ſic quis frater. Arch.

d Qvi communicauerit ¶ Excommunicetur.] Si communicat in crimine & criminoſo, eſt pari excommunicatione cum ipſo ligatus, nec põt abſolui niſi ab excõicatore: ſed ſi communicat ei ſed non in crimine: tunc poteſt à ſolo ſacerdote abſolui. ex tra ea. nuper.

Cvræ.] CASVS. Dr̃ hic ꝙ epĩ nomina excõmunicatorũ debent tã vicinis epĩs q̃ ſuis parochianis idicare vt eis nõ communicent. debẽt etiam ex præ foribus eccleſiæ ponere, vt nec ſui parochiani nec extranei poſſint aliquo modo prætendere ignorantiam, & excõmunicati eccleſiaſtico aditu excludantur.

e ¶ Epiſcopis.] Hic habes ꝙ literis epĩ creditur, & habes expreſſe extra de proba poſt ceſſionem. & inſtrumẽtis aliorum principium creditur ſi conſuetudo regionis hoc habet, vt extra de fi. inſtru cum dilectus. Sed obijcitur cum viua vox potior ſit quã mortua, quare non creditur verbo epĩ in talibus, vt 6. q. 2 ſi tantum. & c placuit. nec Papa epõ credit, qui dicit ſe excõicaſſe aliũ, vt extra de reſtit. cum

Literis epiſcopi an ſit credendum.

tu ãli. qñq; .n. elogia ex mala fide ſcribuntur vt ff. de cuſto. & exhi. re. diuus nec ſcripturæ tabellionis creditur, niſi habeat teſtium ſubſcriptionem, vt in authen. de hære. & fal. §. ſancimus. coll. 1. nec inſtrumento procuratoris. extra de procu. cap. 1. nec inſtrumento iudicis, Primo qñ quis anathematizatur. ſicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quem tradidit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius in die iudicij ſaluaretur, quod non ſolum per Apoſtolos, ſed per eos qui in eccleſia præſident, fit quotidie: & dũr homines tradi ſatanæ,

1 Hæc decr. loquitur in ciuitate Beneuentana, vbi notarij dñr iudices & hoc eſt veritas ſm Innocen.

vt extra de teſtibus, cum à nobis. 1. Et H. dicit ꝙ ſemper ſtatur ſigillo epi, quia obtinet vicem publici inſtrumenti extra de fide inſtru. ſcripta. & de fideiuſ. peruenit. Alij dicũt, ꝙ non creditur ei niſi redactũ ſit in publicam formam, vt in authen. vt nulli iud §. ſi vero. colla 9. & C de don. in donationibus. Vel niſi habeat ſubſcriptionẽ teſtiũ, & ſi nõ ſi per publicam manum factum quia forte ibi non ſunt publicæ pſonæ, vt 26. q 2. § poteſt. Hodie expeditum eſt circa ordinem iudiciorũ, quod non præſumitur pro iudice niſi quantum alias probari poteſt. extra de proba. quoniam contra. in omnibus alijs præſumo ꝓ ſententia iudicis, i. quod ſit iuſta ex animo & ex cauſa, & quãtum ad ius ligatoris vt conſtitutione, cũ ſpeciali extra de appel.

a ¶ Excommunicatis.] Arg. quod contra ea quæ publice facta ſunt, nemo poſtmodũ audiẽdus eſt, vt 8. q. 1. licet. 54. diſt. nulli, 16. diſt. quod dicitis. 12. qõ. 4 qui & humanis Arg. contra 82. diſt. propoſuiſti in fi.

VERBVM. Hæc eſt ſecũda pars q in qua vult probare, ꝙ non tenemur vitare oẽs excõicatos, ſed illos ſolos, qui ſunt excõicati nominatim: & ponit multos modos excommunicationis. & hoc probat per 7. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

rochianis pariter indicare †, eaque celebri loco poſita præ † foribus eccleſiæ cunctis cõuenientibus inculcare: quatenus in vtraq; diligentia, & excommunicatis [a] vbique eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis cauſa omnibus auferatur. † *al. pro*

*2 Verũ hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excõmunicationis enim pęnã dupliciter ſubimus & dũ reatum incurrimus & dum ſententia notamur.*

*Vnde Hieronymus in librum Iudicum, homilia ſecunda.* Origen hom. 2. in c. 2. Iudicum.

*¶ In hoc & ſequenti capite citatur B. Hieronymus, quòd ipſe has Origenis homilias Latinas fecit, ſicut etiam ſupra diſt. 36. c. ſi quis. eſt adnotatum.*

¶ Duobus modis aliquis ſatanæ traditur. C. XXI.

AVdi denique Apoſtolum dicentem de eo, qui peccauerat: [Tradidi, inquit, huiuſmodi hominem ſatanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat,] Vides ergo, quia non ſolum per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum; ſed & per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolum ſoluendi, ſed etiã ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparãtur. Et vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de eccleſia in poteſtatem zabuli. Vno modo quo ſuperius diximus, cum delictum eius manifeſtum ſit eccleſię, & per ſacerdotes de eccleſia pellitur, vt notatus ad omnibus erubeſcat: & cõuerſo cõueniat illi illud, quod ſequitur, [vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti] Alio aũt modo quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifeſtum non eſt hominibus: Deus autem qui videt in occulto, perſpiciens eius mentem, & animam, vitijs ac paſſionibus ſeruientem, & in corde eius non† ſe diligi, ſed aut auaritiam aut libidinem, aut iactantiam, vel alia huiuſmodi; iſtum talem ipſe Dominus tradit ſatanæ [b]. Quomodo cum tradit ſatanæ? Diſcedit à mẽte eius, & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis, & deſiderijs indignis, & relinquit domum cordis eius vacuam. 1. Cor. 5. Ibidem. †*non ſolum amorem ſaculi, ſed orig.*

*Cum ergo per ſentẽtiam quis nominatus fuerit; cũ eo communicare non debemus. Cum autẽ ſolo reatu, occultè excommunicationis contraxerit pœnã; nõ eſt ab eius cõmunione ceſſandũ. Vnde Dominus in Euãgelio tunc demũ peccatorem dixit habendum ſicut ethnicũ & publi-* *Matth. 18.*

CASVS. Dictum eſt ſu. quod excõicatis non eſt cõicandum. Nunc vero dicit hoc eſſe intelligendum de nominatim excõicatis, quibus non eſt cõicandum. Et oſtẽdit Gra. quod dupliciter qui excõmunicatus ſit, ſ. à communione fidelium, cui nunquam eſt cõicandum, & à corpore Chriſti propter mortale peccatum quoſt egit, cui quãdiu toleratur ſine peccato communicamus, quod probat per ſequens c.

AVdi deniq;] CASVS Oſtendit Hieron. in hoc cap. quod dupliciter dr̃ quis excõicari, & tradi ſatanæ. tanæ, cum à tota eccleſia ſeparantur. Secundo non excommunicatur quis vel traditur diabolo. cum per occultum peccatum, quod ſolus Deus in abſcondito videt, ſeparatur à Deo. [Vacuam] à gratia Dei.

b ¶ Satanæ.] Satanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet poteſtatem quaſi in pecore ſuo, vt 24. q. 1. § his. auctoritatibus in fine.

CVM ERGO CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis c. quod cum nominatim excõicato communicare non

† Conco tex. in l. m numentori cum gl. C. religio. ſump. fu. .I. infra & rõnes C. d probatio.

non debemus. quod probat duabus auctoritatibus, ſ. Euangelij & Pauli Apoſtoli: cum eo vero, qui propter mortale delictum quod commiſit, eſt excõicatus, poſſumus communicare: & hoc probat auctoritate Vrbani. a ¶ Quidam.] Infra 24. quæſt. 2. cap. 3. Nolite ſiue de terra promiſſionis vſque ad hodiernum diem, qui ſpiritualiter ſignificant malos Chriſtianos, quibus eccleſia communicat. Et auctoritate Euangelij, vbi dr, ꝙ zizania non ſunt eradicanda. vel eruenda a frumento, ne ſimul eradicetur & triticum, per quam zizaniam deſignatur, ꝙ occulti peccatores debẽt ab eccleſia tolerari, de quibus dicit: Nolite mittere ſanctũ canibus, neque margaritas ante porcos. Manifeſti autẽ peccatores ſi incorrigibiles ſunt, non debent in eccleſia tolerari. [Patiamini,] tolerando malos manifeſtos. [Faciatis] eijciendo malos occultos. Beneuent. tamen dixit in caſu ſuo, quod occulti & manifeſti peccatores ſunt tolerandi, ſed litera contradicit Beneuent.

b ¶ Oſtendat] Supple qui hoc ad literã vt intelligere.

ADDITIO Nec ſemper etiã ad literam intelligendę ſunt auctoritates. de cõſecr. diſtin. 2. acceſſerunt. 37. diſt. relatum. 33. quæſt. 4. ecce argum. extra de verb ſignif. præterea ff de leg 3. non aliter 26. qo 5. nec mirum. Archid.

c ¶ De zizanijs.] Id eſt de occultis peccatoribus.

d ¶ Vtraq; creſcere.] Id eſt, malos eſſe cũ bonis.

e ¶ Triticum.] Arg. ad quæſtionem, vbi vnus interfectus eſt ab vno de tribus. ſi dubitat a quo: quod ratione dubitationis omnes debeant promoueri: quia ratione dubitationis vitioſa & ſuperflua tolerantur. 13 q ſecunda, non æſtimemus. extra de ſepul. ſacris. ſimile 14 q 5. denique. & ſanctius eſt impunitũ, &c. ff. de pœn. abſentem. arg. contra de pœn. diſ. 5. ſi quis vero. ff. ad le. Aquil. ita vulneratus, 6. q. 2. ſi tantum, & cap placuit. Item eſt hic argum quod ratione connexionis permittitur, quod aliàs non licet. ſic 32. diſt. tantis, & c. cum omnibus. & ff. de min denique. & l verum, & l. etiam. & quid iuris ſit de hoc, quæſtionibus notaui. B.

f ¶ Neque margaritas.] 5. 43. diſt. in mandatis.

1. Cor. 5. Vide infra eo. cap. ad menſam.] in notatione. 24. q. 2. ſanè quod.

*canum, cum eccleſiam audire contempſerit. Apoſtolus quoque non ait: ſi quis frater eſt fornicator: ſed, ſi quis frater nominatur fornicator, &c.) ſententia nominationem intelligens. Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo epiſcopo: (Sane quod ſuper Ricardo) Require in cauſa: (Quidam [a] epiſcopus in hæreſim lapſus.) Hinc etiam Chriſtus in Euangelio zizania dixit eſſe tolleranda vſque ad meſſem.*

Matt. 13.

Origenes hom. 21. ad c. 15. Ioan.

*Hinc etiam Hieronymus.*

¶ Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt.

C. XXII.

† al. vſque in hodiernum diem

AD mẽſam.] CASVS. Io. Chryſoſtomus oſtendit hic, quod cũ paganis, licet ſint peccatores, & à Deo ſeparati, comedere poſſumus, & alias communicare: ſed cum Chriſtianis anathematizatis nõ poſſumus. & hoc utruq; probat auctoritate Apoſtoli. [O quanta,] ironicè loquitur.

c ¶ Permittimus.] ad hoc, vt eos lucremur 23 q. 4. infideles. cũ Iudæis tñ non poſſumus comedere, vt 28. q. 1. omnes. ſed nec hodie cum paganis licitũ eſt comedere, cũ & ipſi diſcernant cibos ſicut Iudęi. Hæc ergo eſt cauſa, quare poſſumus cõicare paganis, & non excõicatis; cum tamen & illi 1 ſint membrũ diaboli, vt eos lucri faciamus: tamẽ ideo quia non multũ curarẽt, licet eos vitaremus: ſed excõmunicati erubeſcunt, ſi non cõmunicatur eis, vt ĩ. ead. c. audi denique.

1 Scilicet pagani. Excommunicatis cõicari nõ poſſumus, ſed bene paganis.

& fidei noſtræ ſecretioribus ſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnant nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De iſtis ergo dicitur; quia non potuerunt filij Iuda eijcere Hiebuſæum de Hieruſalem vſque in hodiernum diem.

*Item idem ſuper duodecim prophetas.* — Hierony. in Amos prophetam, c. 5. circa medium.

¶ Porcis & canibus ſancta, non ſunt committenda. C. XXIII.

QVando [a] ergo vir eccleſiaſticus, & prudens, atque intelligens multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei, eſſe cognouerit, & non ſolum multas, ſed & fortes, & quæ opprimere poſſint iuſtitiam, & in tantum doctorum rabiem proceſſiſſe, vt accipiant [b] pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deuitent in portis, & audire contemnant; taceat in illo tempore, ne det ſanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui conuerſi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem, [Solus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum:] & illud in Pſ. [Singulariter ſum ego, donec tranſeam.] *Matt. 7.* *Hier. 15.* *Pſal 149.*

*Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 25. ad cap. 11. epiſt. ad Hebræos.*

¶ Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet. C. XXIIII.

AD menſam quippe paganorum ſi volueris ire, ſine vlla prohibitione permittimus. [c] *& infra.* ¶ Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem ſimpliciter intellige, non monachum tantum. Quid autem eſt quod facit fraternitatem, niſi lauacrum regenerationis, quod facit poſſe vocari Deum patrem? *& infra.* [¶ Si quis, inquit, nominatus [a] fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus: cum huiuſmodi nec cibum ſumere.] Cum autem de paganis ageret, non ita: ſed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos ſignificans,) & vultis ire, omne, quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebrioſus, &c.] O quanta integritas †. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos, participantes cum eis. *1. Cor. 5.* *† al. diligentia ἀκρίβεια*

a ¶ Nominatus.] *Gratianus putauit Chryſoſtomum eo modo interpretari iſtam vocem, quo ferè interpretatus eſt Auguſtinus ſupra 2. q. 1. c. multi. Locus integer Græce ſic habet.*

Καὶ οὐδὲ γὰρ Παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βουλοίμεθα, ἀκωλύτως συγχωρήσαντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα; ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ, φησι. ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν· ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός· ὁ δὲ πιστός, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. εἴ τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗ-

EVI-

τος. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως. ἀλλ' ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἕλληνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους. ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτοὺς,[†] μεθέξοντες τῶν παρ' αὐτῶν. id eſt.

† In Veronenſi eſt πρός.

Et neque Paulum veritus es; ad menſam quidem græcorum ſi voluerimus ire, non prohibentem ad menſam autem auarorum, & aliena auferentium nec volentes quidem permittentem: [Nam ſi quis, inquit, qui frater nominatur inter vos.] fratrem hoc loco dicens omnem fidelē ſimpliciter, non monachum tantum. Quod autem eſt, quod facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id ꝙ poſſumus Deum vocare patrem. Proinde, qui cathecumenus eſt, etiam ſi monachus ſit, non eſt frater: qui vero fidelis eſt, etiam ſi ſæcularis ſit, frater eſt: [ſi quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim veſtigium tunc monachi erat: ſed omnia ad ſæculares loquebatur tunc beatus Paulus:] Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibum ſumere.] Cum autem de græcis ageret non ita, ſed: [Si quis vocat vos infidelium.] græcos ſignificans: [& vultis ire: omne quod vobis apponitur: manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, ſit ebrioſus] Papè quāta diligentia. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos, ſed etiam abimus ad eos, vna ſumpturi quæ ab ipſis.

1. Cor. 5.

1. Cor. 10.

*Euidenter itaque ex præmiſſis apparet, quòd eorum communionem vitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt. Sed ipſius ſententiæ notatio multipliciter intelligitur. ¶ Aliquando enim arcetur quis a liminibus eccleſiæ, & a communione corporis, & ſanguinis Chriſti, vel teſte [a] conſcientia, iuxta illud Apoſtoli: [Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit.] Item illud Proſperi: [Facilius ſibi Deum placabunt, &c.] require infra cauſa 33. Maleficiis impeditus, quæſtione [b] prima de pœnitentia [c]. Vel ſententia eccleſiaſtica ſicut pœnitentes, quibus tempore præfinito [d] beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia [e] excommunicatio vocatur: quia a communione corporis, & ſanguinis Chriſti notatum prohibet: ſicut & Adā ab eſu ligni vitæ excommunicatus eſt, Domino dicente: [Videte, ne forte ſumatis de ligno vitæ.] Qua ſententia non ſeparatur quis a conſortio fidelium. Eſt & alia ſententia, quæ anathema vocatur: qua quiſque ſeparatur a conſortio fidelium, de qua ſupra: [Cum excommunicatis nolite communicare.] ¶ Hanc diſtinctionem licet cuique aduertere ex auctoritate Ioannis Papæ: [Engeltrudem [f] vxorem Boſonis, &c.] require ſupra in cauſa: [Quidam epiſcopus a propria ſede deiectus.] Item*

1. Cor. 11.

Gen. 3.

ſup ead. multis capitibus habetur ſententia. 3. q. 4. c. ſi.

EVIDENTER ITAQVE. CASVS. Concludit Gra ex ſupradictis, ꝙ eorum peccatorū cōionem vitare nō cogimur, qui nō ſunt ſnia notati. Et oñdit, ꝙ notatio trib modis itelligit. Primus modus qn aliquis committit mortale delictū ꝑ ꝗ quod ſentit ſe indignum cōione corporis, & ſanguinis Chriſti: iſte notatus eſt conſcientia teſte. Secūdus modus eſt, qū iniungitur alicui pœnitenti, vt vſque ad certum tp̄s a corpore Chriſti abſtineat, vt poſtea reconciliet: & cu illis duobus generib. hoīum poſſum⁹ cōicare. Tertius modus eſt, qū aliquis anathematizatur, cū quo ñ eſt cōicandū: & hāc triplicem ſniam excōicationis ſiue notationis probādam inducūt quædam capitula, q̄ iā habuimus & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnib. excōicatis abſtineamus iam eſſet falſum quod dr̄ ſup. 6 q. 2 c. ſi tantū, & c. placuit. Primus incipit ibi, [Aliquando enim.] Secūdus ibi, [Vel ſententia.] Tertius ibi, [Eſt & alia.

a ¶ Vel teſte.] Ergo aliquis cōtra ſeipsū fert ſniam, vt 21. di. nunc autem. arg cōtra quia nemo ſibi imperare pōt, vt ff. de arbi. l. pen. melius tñ eſt, ſi hoc faciat auctoritate ſuperioris inf. de pœ d. 1. in actione. B.

Imperare ſibi nemo pt.

b ¶ Quæſtione.] i. diſtinctione. nam tractatus de pœ per diſtinctiones diuidit.

c ¶ De pœnitentia.] inf. de pœ. d. 1. § itē ſicut.

d ¶ Tp̄e præfinito.] in Cœna Domini. [1]

e ¶ Snia.] Sic iudex ſæcularis poteſt aliquem excōicare. i. a legitimis actib. prohibere, vt ff. de pœn. l. minoris.

f ¶ Engeltrudē.] ſupra 3. q. 4. c. vlt.

1 Vt 50. diſ. capite de cōſec. d. 2. in cœna aliàs incipit a quibuſdam. Arch.

a ¶ Si

a ¶Si quis domum.] 17.q.4.quiſquis §.ſi quis domum ſup.5.q 1.
b ¶Ab ingreſſu] G.vř hic ſentire, ꝙ q. clericũ verberat tm̃ eſt ſeparatus a ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ: nec obſtat ille canon, ſi qs ſuadente.17.q.5. q a anathema ibi eſt idē q̃ ſeparatio: hoc tñ non tenet eccleſia, & cõtra eum eſt extra de app.peruenit 1 loſ. Fauen.voluit eú corrigere, & dixit talē eſſe excõicatum, ſed nõ vitandũ antequã denuncietur: ſed expreſſe contra eũ eſt ext de ſent.exc.cum non ab homine.

1 Vbi Vin. idē nõ ꝓhic dř. Archid.

tus, nullus ei cõicare præſumat. ſi vero contrafecerit & ipſe excõicetur, & hoc verum eſt de præſentib.vel etiam de abſentibus qui nouerunt clericum, vel laicum anathematizatum. [Excõicetur,] Ideſt pro excommunicato habeatur quo ad ſacramenta eccleſiæ.

*ex auctoritate eiuſdem: [Si quis domum[a] Dei violauerit, &c.] require infra in cauſa xvij. [Quidam presbyter infirmitate grauatus.] ¶Item ex auctoritate Silueſtri Papæ: [Præſenti decreto cenſemus, &c.] require ſupra in cauſa: [In infamiã cuiuſdam epiſcopi.] Iuxta igitur hanc diſtinctionem intelligenda eſt illa auctoritas Innocẽtij Papæ ſecundi: [Si quis ſuadẽte diabolo, &c.] vt infra in cauſa: [Quidam presbyter.] vt iuxta etymologiam vocabuli anathemati, ideſt ſeparationi ſubiaceat, qui in edictum illud inciderit, qui a corpore, & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu[b] eccleſiæ ſe alienum facit: qui impius manus in clericum iniÿcere auſus fuerit: qui etiam a nullo epiſcoporum abſolui, ideſt more pœnitentiũ reconciliari poterit: niſi primum Apoſtolico conſpectui ſe repræſentare curauerit. ¶Illud autem Petri de Clemente: [Si inimicus eſt iſte Clemens, &c.] de ſententia notatis intelligendum eſt, ſicut & illud Vrbani[c]. [Quib. epiſcopi non communicant. &c.] vt infra in ead[em] cauſa. Cæterum[d] falſum eſſet illud Vaſenſis concilÿ ſecundi: [Si tãtum[e] epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit.] Itẽ, & illud: [Placuit, vt ſi quando epiſcopus, &c.] require ſupra in cauſa. [Duo fornicatores, & infamia notati.]*

i ¶Epi- 17.q.4.quiſquis, §. idem. ſi quis domum. 5.q.2.c.2. 17.q.4. ſup.ca[p]. 6.q 2. Ibidem.

c ¶Vrbani] inf. ca. quibus epiſcopi.
d ¶Cæterum.] Q d. bene diſtinguo inter excõicatos ſimpliciter, & anathematizatos, vt ſ. illi ſint vitandi, iſti non.
e ¶Si tm̃.] Su.6.q.2. placuit.c & vlt.
f ¶Item Greg.] Contra id quod dixerat ſimpliciter excõicatos nõ eſſe vitãdos, modo ſo oſtendit omnes excõicatos eſſe vitandos.

*Item Gregorius[f] clero, & populo Salonitano a.*

a ¶Salonitano.] *In regeſto B. Gregorij, lib.5.c.148. leguntur hæc verba in epiſt.48. ſcripta clero, nobilibus, ac populo Iaderæ conſiſtentibus*, al. Iadertino.

¶Communicare non licet ijs, qui excommunicatis communicat. C. XXV.

ROgo[g], hortor, & moneo, vt a prohibitæ vos communionis conſortio per omnia ſuſpendatis: ne cuiquam ſacerdoti, ſupraſcripto Maximo communicanti[h], contra animam ſuam quiſquam veſtrum communicare præſumat.

ROgo.] CASVS. Maximus nominatim excõicatus erat ſicut dicitur. 63. d. Salonitanæ. & 93. d.c.miratus. ſed quidam presbyteri ei cõmunicabant. Præcepit ergo Greg. clero, & populo Salonitano, vt illi ſacerdotibus non cõicent: & intellige, ꝙ cõicabãt ei in crimine, vel erat excõmunicatus cum omnib ſuis fautoribus iſte Maximus.

g ¶Rogo.] Verbum rogãdi hic præceptiue 2 ponitur mone mus, .n. quos habemus charos, vt 28.q.1. ſic .n & alibi rogo, non ponitur deprecatiue.ff. de neg. ge. ſi ſerui mei rogatu ſed ponitur rogare pro mandare. ſic ponitur mandare ꝓ rogare.21.q.4.Guiſ ſartus.

Rogo qualiter ponitur. 2 Et ita ponit contra ꝓpriam ſignificationē ipſius verbi, ſic aliàs ex æqualitate cõtractus verba accipiuntur contra propriam ſignificationem, ff. de cui Lucius.in ſi tt. loc.& cond. l ex cõducto § l apin. vbi de hoc. Arc.

*Item ex concilio Toletano primo, c.15.*

¶Nullus clericorum, vel laicorum ad domum excommunicati accedat. C. XXVI.

vj SI quis laicus abſtinetur; ad hunc, vel domum eius, vel clericorũ, vel religioſorũ nullus accedat. Similiter, & clericus ſi abſtinetur; a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehenſus: etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc ptineat ad eos clericor, qui eiuſdem epiſcopi[i] ſunt, & ad omnes, qui commoniti[k] fuerint de eo, q abſtinetur, ſiue laico quolibet, ſiue clerico,

Ivo p 14.c.30.

h ¶Communicanti] In ſacris, ſm̃ Hug vel dic, ꝙ Maximus fuit excommunicatus cum omnib. ſuis fautoribus, vel iſti communicant ei in crimine: aliàs excommunicatio non deſcenderet vſque ad tertiam perſonam. inf. ea. quoniam multos. nec ob 19. diſt Anaſtaſius, quia ibi communicabant ei in crimine hæreſis.

SI quis laicus] CASVS. Statutũ fuit in concilio Toletano, ꝙ ſiue clericus ſiue laicus ſit anathematiza-

i ¶Epiſcopi.] Iſti enim non poterant ignorare ſententiam ſui epiſcopi, vt 12.q 2.qui humanus.
K ¶Commoniti.] Ar. ꝙ ſufficit, ſi alicui dictũ eſt de excõicatione alicuius, vt ipſum teneat vitare, vt ex. de ele. venerabilē vltra mediũ, in parte deciſa, & de poſtu prælat ad hæc ar cõt. ext de cler. exc. min. illud? Reſp. prima ſnia vera eſt, qñ excõicatio alicuius peruenit ad alium per famã publicã, aliàs forte ſecus eſſet, vt in contrario.

Excõic[atus] vita[ndus]...

SED

SED HOC. Hęc eſt tertia pars q. in qua dr̃, ꝙ hæc regula de vitandis excõicatis habet locum in excõicatis noĩatim, & ad hoc probãdum inducit ix. c. lo. de Fant. CASVS. Supra dictũ eſt in c. 1ogo. ꝙ clericus Salonitanus nõ communicaret ſacerdotibus communicantibus Ma-

ſacerdotibus, qui licet non fuerint nominatim excommunicati. fuerunt tamen anathematizati pariter cum Maximo nominatim excommunicato. ſic enim dixit Greg. excommunico Maximum cum omnibus ſibi fauentibus. & ad hanc ſolutionem probandam inducit

3 *Sed hoc* [a] *ſpecialiter in his, qui excommunicatis nominatim communicant. Vnde Vrbanus:* [*Sane quod ſuper Richardo, &c.*] *infra in cauſa:* [ *Quidam epiſcopus in hæreſim lapſus.* [b] ] *Item Nicolaus Papa in cap.* [*Excellentiſſimus* [c] *Rex Carolus, &c.*] *infra circa finem huius cauſæ.*

24. quæſt. 2.

. *Item Vrbanus omnibus epiſcopis, &c.*

¶Sententia paſtoris timenda eſt, licet iniuſte liget.

C. XXVII.

Poly. lib. 6. tit. 1. Anſel. l. 6. c. 145. & l. 12. c. 25. Burch. l. 11. c. 1. Iuo p. 14. c. 74.

QVibus epiſcopi non communicant, non communicetis [d] : & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim eſt timenda ſententia epiſcopi, licet iniuſte liget [e].

*Item ex octaua ſynodo.*

¶ Excommunicationis contrahit pęnam, qui excommunicatis communicat. C. XXVIII.

ſupra ead. cum excommunicato. Burch. l. 11. c. 32. Iuo p. 14. c. 96.

vij SI quis frater aut palam, aut abſconsè cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione; ſtatim cum eo excõmunicationis contrahat pœnam.

¶ *Canon hic neque habetur in octaua ſynodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neque in alia, quæ & ipſa nominatur octaua ſub Ioanne octauo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur. Multa vero, quæ à Gratiano ex octaua ſynodo citantur, in regulis Baſilij, Iſidori, & alijs ſcriptis ad monachos pertinentibus inuenta ſunt. Hoc quidem ſupra ead.* cum excommunicato, *fuit tributum Iſidoro, quemadmodum etiam à Burchardo, & Iuone. Sed Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, c. 26. cum antea egiſſet de monacho à ſuo præpoſito excommunicato, hæc ſcribit valde ſimilia,* Hinc quidam magiſter Monachorum ait: [Si quis vero frater aut palam, aut abſconſe cum eo fuerit locutus, aut coniunctus, communem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.] *quæ lectio conuenit cum lectione Burchardi & Iuonis.*

*Item ex concilio Carthaginienſi ſecundo, c. 7.*

¶ De eodem. C. XXIX.

Poly. c. 7. tit. 1. Burch. l. 11. c. 43. Iuo p. 14. c. 28. & 107. Pana. l. 5. c. 91.

QVi merito facinorum ſuorũ ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo epiſcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari [f] cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens *a* [g] ſui epiſcopi regulare iudicium.

*a* ¶Refugiens.] *In concilio cum multis impreſſis, & manuſcriptis codicib. collato legitur,* refugientes. *apud Burchardum vero, & Iuonem,* refugientibus, *quod conuenit cũ canone Græco, qui eſt nonus. omnia vero hæc verba,* refugientes. ſui epiſcopi regulare iudicium, *in recentioribus conciliorũ editionibus non*

duas concordantias. Sequentia duo c. plana ſunt. [Excommunicationis.] Id eſt ſuſpẽſionis à ſacramẽtis & ingreſſu eccleſiæ. Ita dicit Hugo.

a ¶Sed hoc.] vult dicere, quod Maximus fuit excõmunicatus cũ omnibus ſuis fautoribus. Nec obſt. in 24. q. 2. c. 3. & ĩ ead. excellentiſſimus.

b ¶Lapſus.] 24. q. 2. ca. 3.

c ¶Excellẽtiſſimus] infra ead. excellentiſſimus.

d QVibus epi.] ¶Non cõmunicetis] Sim. 7. q. 1. ſcire debes. 93. diſt. c. 1. Nec obſt. 6. q. 2. ſi tantũ quia hic loquitur cũ conſtat de ſentẽtia: 1 ſed ſcitur eam eſſe iniuſtam.

1 Sub. quæ eſt iuſta ex ordine iudiciario.

e ¶Liget.] Dum tamen error nõ ſit expreſſus in ſententia. extra ead. per tuas.

QVi merito.] CASVS Quæſitum fuit in cõcilio Carthagin. quã pœnam pati debeat epiſcopus presbyter, vel clericus, ſi ſic ẽter communicent excõmunicatis. Et reſpõdetur, ꝙ pari crimine obnoxius teneri debet. quod intelligit H. quo ad ſacramenta, & ingreſsũ eccleſiæ. Sequentia duo c plana ſunt.

f ¶Pari.] Quid ergo ſi eps coicat alicui excõicato à ſimplici ſacerdote? iam ligatus eſt, à canone. Sed à quo abſoluet? Decret. dicit, ꝙ coicans excõicat à ſuo prælato, id eſt à metropolitano. Sed dicas, ꝙ à ſimplici ſacerdote abſoluendus. ext. de pęni. & re miſſ. ꝙ autẽ. & ita poteſt abſolui niſi cõmunicet ei in crimine, ext. c.

Excommunicato communicans à quo abſolui debet.

Maximo nominatim excõicato, propter quod videtur, vt etiam ab illis, qui non ſunt nominatim excommunicati ſit abſtinendum. Soluit autem hoc Gratia. & dicit quòd illi ſacerdotes non fuerunt nominatim excommunicati cum Maximo. ita dicit Hug. Gratia. ſentire. vel ſecundum Ben. illud cap. 1ogo. intelliguntur de illis

nuper. videtur tñ ꝙ ſic in ſuſpenſo à iure poſt pœnitentiam non requirit aliqua abſolutio. ſic nec in excõicato à canone: quod non eſt verum, vt in c nuper, in fine. Sed quid ſi Papa cõicet excõmunicato? ille non eſt ligatus: quia non ligat ipſum canon. 25. q. 2. §. his ita.

g ¶Refugiens] Id eſt, contemnens.

Clericus

a Clericus.] Intellectum huius c. habes ſupra e.q. ſi epiſcopus forte.

b Nemo.] ¶ Sed Chriſtus] ex hoc c. dicit P. Hiſpanus haberi cauſam, quare non poſſit appellari à ſn̄a excõicationis, cum Chriſtus eum liget, à cuius ſn̄ia nõ põt appellari. Alia eſt ratio, quia nemo excommunicatur niſi pro cõtumacia 1. infra e nemo. & nõ auditur contumax appellãs, vt 2 q 6. §. eſt autem quando. ver. ſunt etiam quorum. Quidam autem illã aſſignant rationem, quia excommunicatio ſecum trahit executionem ſuam. ext. de ap. paſtoralis. vnde ſicut ab executore non appellatur, ita nec ab hac ſn̄ia. Sed hoc non valet: quia q̃nque appellatur ab executore, cum ſ excedit modũ, & ſentẽtia qua quis abſoluitur ab alio, ſecum trahit executionem: tamẽ appellatur ab ea. extra de ap. qua fronte.

Appellari non põt ab excõmunicatione.

1 De hoc no. ſup. ea. epiſcopi ſi.

pit ligare 2. 24. q. 3. notandum. in fi. ſed ideo maxime eſt timenda, quia maxima eſt pœna, vt 24. quæſt. 3. corripiantur.

2 Ad hoc ſupra e. §. ergo in fi.

Presbyteri.] CASVS. Require caſum huius c. ſup. 2. q. 6. placuit. Sequens capitulũ planum eſt. Irrita.] id eſt,

*ſunt hoc loco ſed poſt verſ.* ſuſcepti, *A Sorienſi autem codice regis catholici omnino abſunt.*

### *Item ex concilio Carthaginienſi quarto, c. 66.*

¶ Qui ſententiam epiſcopi putat eſſe iniuſtam, recurrat ad Synodum. C. XXX.

Clericus [a], qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

### *Item Ioannes Chryſoſtomus, hom. 4. ad c. 2. epiſtolæ ad Hebræos.*

¶ Vnicula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda. C. XXXI.

ij Nemo contemnat vincula eccleſiaſtica. Non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus [b], qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tãti honoris. — Iuo p. 14. c. 48. Pann. l. 5. c. 88.

p

### *Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 68.*

¶ *Sic etiam citat Iuo p. 14. c. 50. ſed p. 2. c. 94. coniunctè cũ multis alijs verbis videtur citare ex libris de vnico baptiſmo.*

¶ Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur. C. XXXII.

Omnis Chriſtianus, dilectiſſimi, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſatanæ [c] traditur †: quomodo? ſcilicet, quia extra eccleſiam [d] diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica commmunione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat. — Iuo p. 2. c. 94. & p. 14. c. 50. † *al. tradi dicitur.* 1. *Tim.* 1. 1. *Cor.* 5.

### *Idem tractatu 27. ad c. 6. Ioannis.*

¶ De eodem. C. XXXIII.

Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari [e] à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti; non eſt membrum eius. Si non eſt membrum eius; nõ vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem inquit Apoſtolus, ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. — *Rom* 8.

*Itẽ Hieronymus* [a]: [*Quorũ remiſeritis peccata, &c.*] *Id eſt, quibus eccleſiã interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint; ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit.* — *Matth.* 16. Iuo p. 14. c. 51.

a ¶ Hieronymus.] *Hæc non ſunt inuenta apud B. Hieronymum, ſed in epiſt 2. Eutychiani, quem citat Iuo.*

### *Item ex concilio Mileuitano, c. 22.*

¶ Vicini epiſcopi audiant eos, qui de iudicijs epiſcoporum ſuorum queruntur. C. XXXIIII. — Et Afric. c. 92.

Presbyteri [f], diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs epiſcoporũ ſuorũ queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos, — 2 q 6 placuit, vt presbyteri.

Omnis.] CASVS. Dicit in hoc ca. quòd omnis qui excommunicatur, ſatanæ traditur: q̃a ſicut extra eccleſia eſt diabolus ita in eccleſia Chriſtus. vnde qui ab eccleſia remouetur, quaſi diabolo traditur, & ſic exponit eccleſia de traditis ſatanæ ab Apoſtolo.

c ¶ Satanæ.] Dum tamẽ iuſta de cauſa excommunicetur, vt 23 q. 3. ſi q̃s nõ recto.

d ¶ Extra eccleſiã.] argum. quod qui ſemel excommunicatus eſt, amplius excõmunicari nõn poteſt quia qui extra eccleſiam eſt, non põt magis eſſe extra eam argu. contra 3. q. 4. Engeltrudã. De hoc ibi notaui.

Nihil.] CASVS. Dicit hic Au. ꝙ Chriſtianus nihil. debet magis timere, q̃ ſeparari à corpore Chriſti, q̃d eſt eccleſia: q̃a ſi ab eo ſeparatur, non eſt membrũ eius, nec ab eo vegetatur. Et hoc probat duabus auctoritatibus, Pauli ſcilicet & Hieronymi [ſic] Id eſt, tantum.

e ¶ Quàm ſeparari.] iuſte, alias non obeſt, vt extra eo. à nobis inf. ea. quid obeſt. tñ. ſi contemnitur, ſtatim inci-

eſt, irritanda de facto, ſi eſt ipſo iure irrita. ſed non facit hoc c. directe ad propoſitum Gratia.

f ¶ Presbyteri.] Hoc c. habetur ſupra 2. q. 6. placuit.

quidquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quod ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

*¶ Huic capiti in vulgatis codicibus præpoſitum erat nomē Palea: ſed in omnibus ve uſtis Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem ſupra 2.q.6 placuit.*

3 q 6. Irritam. ex Fœlice.

*Item ex concilio Carthaginienſi 4.c.28.*

¶ Iniuſta epiſcoporum damnatio, irrita eſſe cenſetur. C. XXXV.

IRritam eſſe iniuſtam † [a] epiſcoporum damnationem, & idcirco a ſynodo retractandam [b].

† al. & iniuſtam.

*Item ex concilio Carthaginienſi 5.c.12.*

Et in Afri.ca. 46. & Vorma.c. 71.

¶ Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocentiam ſuam aſſerere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat. C. XXXVI.

RVrſus [c] cōſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, vel [a] confeſſis in aliquo crimine, vel ꝑꝑ vtilitatē eorū, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi forte cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere; intra annum excōicationis hoc faciant. Si vero intra annum cauſam ſuam purgare contēpſerint; nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

Polyc.l.7.tit.1. Burc.l.2.c.182. Iuo p.6.c.232.

a ¶ Vel.] *In omnibus locis indicatis legitur,* & *Sed manuſcripta Gratiani exemplaria concordant cum vulgatis. In aliquibus tamen eſt,* conuicti clerici, vel confeſſi. *Apud Iuonem vero legitur,* vt aliquoties clerici conuicti, & confeſſi, *&* vocem, aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

*Item Gelaſius.*

¶ Audientiam ſibi negat, qui excommunicationis ſuæ cauſam agere intra annum differt. † C. XXXVII.

Poly.l ibid. Anſ l 12.c.24. Burc.l.11.c.47. Pann.l.5 c.136.

† al. diſſimu[lat].

QVicunque intra anni ſpatiū ciuiliter, ſiue publicè [d]

a IRitam ] ¶ iniuſtam.] irritandam. Vel prout ſonat.
b Retractandum ] De facto ſi eſt ipſo iure irrita, vt extra de app ad præſentiam.

RVrſus.] CASVS. Beneuētanus ſic ponit hunc caſum, Quidam clerici fuerunt de quibuſdam criminibus accuſati: citati noluerunt venire, propter quod fuerunt excommunicati, quæſitum fuit in concilio Carthaginienſi qualiter vlterius ſit procedendum? Et reſpōdet, ꝙ quamuis contumacia faciente ſint conuicti, vel confeſſi, tamen vt eorum parcatur verecundiæ, ad euitandam inſultationem hæreticorum, vel gentilium, intra annum expectantur, intra quem, ſi venerint, cauſam ſuam defendant: ſi vero non venerint intra annum, poſtea nullo modo audientur. Idem ſentit Hug & Io. quia qui ſtat in excommunicatione per annum, iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine ſuper quo accuſatur, nec de eo auditur vlterius: ſed de excōicatione, vel contumacia quandocunque voluerit ſatisfacere auditur, iuxta illud, In qua cunque hora peccator, &c.

26.q.6.c.cognouimus. [Purgare.] Ideſt, venire ad iudiciū, vt de cauſa cognoſcatur, vt ſic purgetur, vel condemnetur. Quidam tamen intelligunt hoc cap. de clericis infamatis, qui ſe purgare contemnunt

c ¶ Rurſus.] ideſt, poſt alia ſtatuta. Sic pone caſum. Quidam accuſatur: de crimine legitimè fuit citatus, noluit venire, excommunicatur pro contumacia. ſi intra annum venerit, auditur ſuper crimine. poſtea nō: quia habetur pro conuicto, vel cōfeſſo iuris interpretatione. nā qui excommunicatus eſt ꝓ ſuſpicione hæreſis, poſt annum pro hæretico habetur, vt extra de hęre. excōmunicamus. circa prin. non ob. 3.q. 9 decernimus: quia ibi loquitur cum lis eſt cōteſtata. Vel ibi nō punitur de crimine. ſed pro cōtumacia. Sed P Hiſpanus propter hoc verbum purgare, intellexit hoc c de clerico infamato, qui ſi citatur, vt ſe purget, & contumax fuerit iuris interpretatione pro cōuicto habetur. 24. q.3. de illicita. Vel dic quod temperat rigorem illorum canonum, qui dicebat quod ſi clericus contemnit excōicationem, ſtatim deponēdus eſt. ſu. ca ſi quis presbyter, & ca. ſeq. ſed hic propter inſultationem hæreticorū datur eis annus ad ꝓbandum innocentiā ſuam ſed ſi ꝑ annū ſteterit excommunicatus, tūc primo deponitur Vel dic, ꝙ etiam poſt annū poteſt audiri de crimine quantū ad hoc vt oſtendat innocentiā ſuam: ſed non quantū ad hoc vt recuperet bona ſua, C de requir reis l.2 quod tamen hic dicitur de anno, videtur correctum extra de cler non reſid. ex tuæ. Sed dic. ꝙ non habetur pro conuicto ſpatio minori quàm anno, vt hic dicitur, ſed tamen in minori ſpatio poteſt priuari beneficijs, vt ibi Et not. ꝙ ſequens cap loquitur de ciuili negotio, & criminali, hic autem in criminali tantum.

1 Ita ꝙ lite ſte agatur de crie in quo caſu loquitē hoc c & ſeq. & 3 q 9. decernimus. & iſta c. loquitur lite conteſtata ſm P. quē dic vt no. ex. de dolo. & contu ve- ritatis in gl. hoc patet. & 3.q.9 in ſūma. Arch.

QVicunque.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quicunque fuerint excōicati propter ciuilem, vel criminalem cauſam, ſi intra annum cauſam non peregerint coram ſuis excōicatoribus poſtea non audiantur: ſi vero in excōicatione fuerint mortui, iuxta ſententiam B. Leonis, eis mortuis cōicare non debemus, ſicut eis viuis non cōmunicauimus: ſed diuino iudicio reſeruentur.

d ¶ Siue publicè.] ideſt, ſiue criminaliter.

a ¶ Ex-

a ¶Excommunicatorib.] Excommunicandus eſt reus, cum talis eſt cauſa ꝙ actor non poteſt mitti in poſſeſſionem, vt extra vt lit. non conteſt. tuæ.
AUDITIO. Et intelligitur hoc cap. quando non liquet, nec liquere poteſt de cauſa: alias eſt diſpenſatio ſecundum Hug. ꝙ ſententiæ excommunicationis ſiue iuſtæ ſiue iniuſtæ parendum eſt. Modo allegat contrarium, & rñdet illis duobus cap. ſententia paſtoris, & capit. quibus epiſcopi non communicant, & dicit, quod loquuntur de ſententia iniuſta, quæ non eſt ſeruanda, ſed timenda, quod allegan-

cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus [a] non peregerint; ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe [b] videantur. Quod ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint; nos eorum cauſam, iuxta beati Leonis [c] prædeceſſoris noſtri ſententiam, diuino iudicio reſeruantes, quibus viuis non communicauimus †, nec mortuis communicare debemus.

24. q. 2 c. 21.

† al. mortuis communicare non poſſumus.

PALEA. C. XXXVIII.

QVi vero excommunicato ſcienter communicauerit, & amodo ſaltem in domo ſimul orauerit, atq; latebras †, quominus ad ſatisfactionem perducatur præbuerit; donec ab excommunicatore pœnitentiam accipiat; corporis, & ſanguinis Domini communione priuatum ſe eſſe cognoſcat.

Poly. ibidem. Ani. ibidem. Burc. l. 11. c. 48. Iuo p. 14. cap. 112. ex eiuſdem Gelaſij decretis.

† al latebras defenſionis.

*Item ex concilio [d] Hilerdenſi, c. 10.*

¶Tardius recipiatur ad veniam, qui ſacerdote iubente de eccleſia exire contemnit. C. XXXIX.

QVi iubente ſacerdote pro qualicunque culpa ab eccleſia exire contempſerit; pro noxa contumaciæ † tardius [e] recipiatur ad veniam.

† al. contumelia.

*Sed quæritur, ſi ante damnati abſolutionem epiſcopum mori cõtigerit; vtrum damnatus poſtea valeat abſolui.*

*De his ita ſtatutum eſt in concilio Epaunenſi c. 28.*

¶A ſucceſſore ſoluatur, qui poſt mortem epiſcopi manet ligatus. C. XL.

ij SI epiſcopus ante damnati abſolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem ſucceſſori, [f] licebit abſoluere.

Burc. l. 11. c. 50. Iuo p. 14. c. 114. Pann. l. 5. 121.

*Præmiſſis auctoritatibus, quib. iniuſtæ ſententiæ vſq; ad examinationem vtriuſq; partis parere iubemur, ita reſpondetur. Gregorius non dicit ſententiam iniuſtè latã eſſe ſeruandam, ſed timendam ſicut & Vrbanus [g]. Timẽda eſt ergo, id eſt nõ ex ſuperbia contemnenda. Reliqua vero auctoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad ſynodum venire contempſerunt, vel calliditatibus aduerſantium occurrere neſcientes, iniuſtam ſententiam a iudice reportauerunt, vel qui neglectu ſuæ vitæ ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittentes, ſententiã in ſe exceperunt. Hos ſi quidem ſolos excommunicationis ſententia ferire licet.*

Et in adiecti s capitulatibus Caroli filij Ludouici.

*Vnde in Meldenſi concilio, c. 56.*

b ¶Clauſiſſe.] Quãtũ ad cauſam poſſeſſionis, ſed non proprietatis, vñ mitius agitur in ciuili quã in criminali cauſa, vt dictum eſt ſup. c. prox. & ext. vt lit. nõ conteſt. qm̃ frequenter. Vel loquitur de actore contra quem bene proceditur lite non conteſt. vt extra de dolo, & contumacia, cauſam.
c ¶Leonis.] 24. q. 2. ſane, & c. de communione.
d ¶Itẽ ex cõcilio.] hę ſunt paleæ B.
e QVi iubente.] ¶Tardius.] hoc in laico: clericus enim deponitur ſupra ead. ſi quis epiſcopus, & iudex poteſt alicui negare iuſtitiam propter delictum ſuum, vt ff. ex quibus cau. ma. ſed & ſi. §. actio immo quandoque duplicatur alicui pęna propter contumaciã ſuam, vt ff de pœn. authen damnum. §. quiſquis, & eſt ſimile ſup. 18. diſ. ſi quis autem.
SED QVÆRITVR. CASVS Sup. in cap. quicunque dictũ eſt, ꝙ mortui in excõmunicatione ſoli Deo reſeruantur. Nũc vero quæritur, ſi quis epiſcopus excõmunicator primo moriatur, qs debeat abſoluere excõmunicatum? Et reſpõdetur ꝙ ſucceſſor: qđ probat ſeq. ca. cuius caſus patet.
f SI epiſcopus.] ¶Succeſſori.] Huic eſt ſimile ff de iu. mortuo. Eſt ergo hic arg. ꝙ ſucceſſor põt corrigere, & tenetur confirmare facta anteceſſoris ſui.

Succeſſor facta anteceſſoris confirmare tenet.

25. q. 9. quod quis. extra de precar. cap. 2. & 16 q 9. illud. 12. q 2. quicunque, & in authen. vt nulli iud. § & hõc vero iubemus. ſucceſſor autem delegati non poteſt abſoluere, vel reſtituere poſſeſſionem adiudicatam, niſi ſuccedat in honore, & onere, extra de off. ord. paſtoralis. §. præterea
PRAEMISSIS. CASVS. Hactenus probauit legando dicit. Alia vero cap. intelliguntur de contumacibus, & negligentibus: qui licet peccata, de quibus impetuntur, non commiſerunt, tamẽ excommunicationis ſententia licite feriuntur: quod probat per ſequentia c. Sequens, §. planus eſt. [Hos ſolos.] i. contemptores, vel negligentes.
g ¶Sicut, & Vrbanus.] Sup. ead. quibus epiſcopi.

Nemo.

NEmo.] CASVS. Hoc ca: diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, ꝙ nullus epiſcopus dēt ſuū parochianum excommunicare, niſi propter manifeſtam cauſam peccati. In ſecunda parte dicitur, ꝙ nullus debet anathematizari ab epiſcopo, niſi ꝓꝓ contuma- cerdos, & c. eccleſiæ. ſed hoc non eſt verum 1. vt extra de ver. ſig. ex parte. Vel dic, ꝙ tunc demum quis poteſt excommunicari pro crimine, cum eſt incorrigibilis, cū aliter non poſſit corrigi. 24. q. 4. ſorte. Ioan.

d NVllus.] ¶Et leuibus] Simile ſu. e. epi. Vel intellige de venialib. vt inf. de conſ. d. 2. quotidie. & c. panem de altari.

1 Ad hoc ſa. e. cui merito de conſ. d. 2. ſi non ſunt. ibi de hoc. & no. ſu. ca. excōicatos. & 17. q. 4. de presbyterorum. Arch.

¶Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione priuandus. C. XLI.

Burc. l. 11. c. 10. Iuo l. 14. c. 80. Pann. l. 5. c. 93.

a NEmo epiſcoporum quemlibet ſine certa & manifeſta peccati cauſa communione [a] priuet eccleſiaſtica. Sub anathemate *a* autem ſine conſcientia [b] archiepiſcopi, aut coepiſcoporum nullum præſumat ponere, niſi vnde canonica docet auctoritas: qa anathema eſt æternæ mortis [c] damnatio, & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.

*a* ¶Sub anathemate.] *In concilio Meldenſi, & adiectis capitularibus Caroli filij Ludouici legitur*: Anathema autem ſine conſenſu archiepiſcopi, aut coepiſcoporum, prælata etiam euangelica admonitione, nulli imponat. *Cæteri autem collectores parum a Gratiano diſcrepant.*

*Item ex concilio Aruernenſi.*

*¶In concilio Aruernenſi, quod extat, non habetur; ſed in Aurelianenſi 5. c. 2. & in Vormacienſi, c. 13.*

¶Pro paucis & leuibus cauſis nullus communione priuetur. C. XLII.

NVllus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus [d] cauſis a communione ſuſpendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri [e] ab eccleſia iuſſerunt committentes.

*Item ex concilio Triburienſi.*

¶Pro his tribus criminibus quilibet communione priuetur. C. VLIII.

Poly. l. 7. tit. 1. Burc. l. 11. c. 74. Iuo p. 14. c. 122. Pann. l. 5. c. 112.

CErtum † eſt pro his tribus [f] criminibus aliquem excommunicari debere: cum ad ſynodum canonicè vocatus venire contemnit: aut ſi poſtquam illuc venerit, ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis; aut ſi ante finitam [g] cauſæ ſuæ examinationem a ſynodo abire † præſumit.

† al. Decretum. † al. profugus abire.

4 *De his [h] inquam, & huiuſmodi, præmiſſæ auctoritates loquuntur, non de iniuſte ſuſpenſis. Quod autem iniuſtæ ſententiæ parendum non ſit, multis auctoritatibus probatur. Quarum prima eſt illa Hieronymi ſuper Matthaeum, lib. 3.*

In com. ad c. 16.

¶Sententia paſtoris reum, vel innocentem non conſtituit, vel facit. C. XLIIII.

Poly. l. 7. tit. 3. Ans. l. 7. c. 130. Iuo p. 14. c. 7. Pann. l. 5. c. 86.

QVomodo [i] ſacerdos mundum leproſum nō facit; ſic

e ¶Arceri.] Ideſt, excōmunicari. i. Baz. tamen intelligit, ꝙ quicunq; eſt in mortali peccato, non debet ingredi eccleſiā, per id quod eſt 33. q. 4. vir cum propria. ſed nō eſt verum, vt ibi dixi, & J. de pœ. d. 5. falſas & 1. q. 1. qui ſtudet. Io.

CErtū.] CASVS. Quidam clerici vocati ad ſynodum venire contemnebāt; aut ſi veniebāt, non obediebant, vel ſi obediebant ad tēpus ante finem cauſæ a ſynodo recedebant. quæſitum fuit de iſtis, vtrum pro his tribus criminib. ſint excommunicandi. Et rādet ꝙ ſic.

f ¶Trib.] i. pro contumacia iſtorū idem eſt de quolibet alio crimine.

g ¶Ante finitā.] Sic inf. de conſec. diſt. 1. miſſus.

DE HIS. Hęc eſt 4. pars quæſt. in qua ꝓbare intendit magiſter ſuperficialiter, ꝙ ſententiæ iniuſtæ non ſit parendum... quod neminē ligat apud Deum. ſupple niſi contemnatur. alias contra 24. q. 3. notandum. Hoc tamen intēdit probare per 19 ca. quæ aliter intelliguntur, q̄ in ſententia excommunicationis. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc dicit Grat. ꝙ de talib. contumacib. loquuntur ſupradictæ auctoritates. quib. non eſt cōmunicandum: ſed non loquuntur de iniuſte ſuſpenſis, cui iniuſtæ ſententiæ probat ſophiſticè non eſſe parendum multis auctoritatibus, quarum prima eſt, &c.

h ¶De his.] Ideſt, de contumacibus.

QVomodo.] CASVS. Oſtendit hic Hiero. ꝙ ſicut ſacerdos vet. teſt. mundum non faciebat leproſum: ſic hodie prælatus non ligat per ſuam ſententiam innocentes, nec ſoluit noxios: ſed ex officio ſuo ſcire debet quis ligandus ſit, & quis ſoluendus.

i ¶Quomodo.] Si quis enim dicebatur leproſus, ducebatur ad ſacerdotē, & ſi ille iudicabat illū leproſum, vel mun-

tumaciam mortalis peccati. nec ſine conſcientia archiepiſcopi, vel ſuffraganeorum.

a ¶Communione.] Sacramentorum.

b ¶Sine conſcientia.] Hoc eſt verum, cum illud delictū tangit totam prouinciam, alias non tenet, vt 9. q. 3. c. 2. & c. archiepiſcopus.

c ¶Mortis.] Sed cum ſit perpetua damnatio, qualiter dicitur medicinalis, vt 2. q. 1. multi? Reſpond. cum contemnitur, eſt damnatio, alias non, vt 24. q. 3. notandū in fi. Item videtur hic, ꝙ nemo ſit excommunicandus niſi pro contumacia, vt 45. diſt. ſed illud. & 24. q. 3. tam ſa-

Sententia nō dat nouum ius.

mundum, ita habebatur, vt inf. de pœn. diſt. 1. §. ex his itaque Et ſic patet, ꝙ ſententia non dat nouũ ius, ſed vetus declarat, vt ff. ſi ſer. ven. ſicuti. § 3. tñ ſi ſententia fuerit lata pro reo, ꝑ hoc nō tollitur obligatio, vt ff de cōd. inde. Iulianus. ſed ſi pro actore feratur, dat ei nouã actionem, vt C. de rebus cred. actori.

a ¶ Non alligat. ] Quãtum ad Deum, ſed quantũ ad eccleſiam, vt 24. q. 3. ſi quis non recto.

b ¶ Nec ſoluit noxios. ] Talis abſolutio non prodeſt quãtum ad eu, qui quæſit indiſcretũ ſacerdotem, vt eum per imperitiã abſoluat, vt infra. de pœn. d. 6. qui vult.

c ¶ Scit ] Ideſt, ſcire debet, vt iudex. 10. de Fant.

C Vi. ] CASVS. Dioſcorus hæreticus Alexandrinus patriarcha quoſdam excõicauit, qui eius ſnia credebant ſe eſſe ligatos. quæritur a Gelaſio, vtru a tali ſnia ſint ligati, & rñdet, ꝙ non: nec indigent abſolutione, ſed deponant illam opinionẽ, & erit ſententia nulla.

d ¶ Illata ] a Dioſcoro hæretico, cuius ſnia nulla fuit. Sed quid ſi aliam tuliſſet ſententiam in ſuos ſubditos? Dico, ꝙ tenet, qa illi, qui ſunt ext. eccleſiã, bene habẽt iuriſdictionem, vt 22. q. 5. ſi ꝑpea. & 3. q. 7. c vlt. Alij contra ſentiũt, vt 24 q. audiuimus. ſed illud non tenet cũ excommunicatus eſt, vt extra de ſent. & re iud. ad probandum.

S Ecũdũ ] CASVS. Dr hic, ꝙ naturæ Dei. ſ. homini, non pōt aliquis iniuſte nocere: nec ipſa pōt iniuſte & ſine cauſa nocere: qa Deus nō patitur quẽquam iniuſte nocere. Seq capitula plana ſunt vſque ad c. in cunctis.

e ¶ Nec naturæ Dei. ] Ideſt, Deo.

f ¶ Nec natura Dei nocere: ] Qui puniat

C malefactorem, vt 23. q. 4 nemo.

g C Oepiſti. ] ¶ Dirumpit. ] Vt 15. q. 6. auctoritatem.

a ¶ Se-

epiſcopus, vel presbyter, non alligat [a] eos, qui inſontes ſunt, nec ſoluit noxios, [b] ſed pro officio ſuo cum peccatorum varietates audierit, ſcit qui ligandus ſit, qui ſoluendus.

¶ *Varie hic locus legitur apud collectores. Apud B. Hieronymum ſic habet.* Legimus in Leuitico de leproſis, vbi iubentur, vt oſtendant ſe ſacerdotibus, & ſi lepram habuerint, tunc a ſacerdote immundi fiant: non quod ſacerdotes leproſos faciant. & immũdos: ſed quod habeant notitiam leproſi & nō leproſi, & poſſint diſcernere, qui mundus, quive immundus ſit. Quomodo ergo ibi leproſum ſacerdos mundum, vel immundum facit, ſic & hic alligat, vel ſoluit epiſcopus & presbyter: non eos, qui inſontes ſunt; vel noxij; ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quive ſoluendus.

[*Item Auguſtinus ſuper Matthæum.*

PALEA. C. XLV.

Ridiculum eſt, vt eũ mundum eſſe dicimus, qui vinculis peccatorum ſuorum ligatus eſt, propter hoc ſolum, quòd epiſcopus dicitur habere huiuſmod poteſtatem, vt ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cœlo. ſit ergo irreprehẽſibilis, qui alterum ligat, aut ſoluit.

*Item Gelaſius Papa epiſcopis Orientalibus de damnatione Dioſcori* [a].

Sentẽtia habetur aliqua ex parte in tomo Gelaſij de anathematis vinculo.

a ¶ Damnatione Dioſcori. ] *Sic etiam in manuſcriptis. Apud Iuonem eſt,* de communione Achatij vitanda. *Et Dioſcorus quidem in Chalcedonenſi ſynodo, & a S. Leone primo damnatus eſt: Achatius autem a Fœlice tertio, & Gelaſio ipſo.*

¶ Non eſt petenda abſolutio, cum inique fertur ſententia. C. XLVI.

Iuo p. 14. c. 8.

Cvi eſt illata [d] ſententia, deponat errorem, & vacua eſt, ſed ſi iniuſta eſt, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & eccleſiam eius neminem poteſt iniqua grauare ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.

*Item Auguſtinus de ſummo bono.*

¶ Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuſte. C. XLVII.

l. 9. de natura boni, cap. 39.
Iuo p. 14 c. 9.

Secundum catholicam fidem, & ſanam doctrinam, & intelligentibus perſpicuam veritatem, nec naturæ Dei [e] nocere poteſt quiſquam, nec natura Dei nocere [f] iniuſte cuiquam, vel nocere iniuſte † patitur quemquam. Qui enim nocet (ait Apoſtolus) recipiet illud, quod nocuit.

† *Impune*] uera le *Coloſſ* 3. & 10.

*Item ſermone 16. de verbis Domini.*

¶ Iniuſta vincula dirumpit iuſtitia. C. XLVIII.

Iuo p. 14. c. 4. Pann. l. 5. c. 85.

Coepiſti habere fratrem tuum tanquã publicanum, ligas illum in terra, ſed vt iuſte alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit [g] iuſtitia. Cũ aũt correxeris, &

a ¶ Solueris.] Quaſi dicat. ſi iuſte ligas, erit legatus & in cœlo. & econuerſo, vt de pę.d.1 quem pœnitet.

b ¶ Temerarium.] Plerumque.] Nocet enim ſi contemnatur.

c ¶ Vt noceat.] Quia ſi per imperitiam iudicat, facit litem in totã litis æſtimationẽ 1.C.de pœ.iu qui male iu.l.2. eodem modo ad intereſſe punitur qui iniuſte excommunicauit aliquem, niſi errauerit ex cauſa probabili. vt extra de ſenten.excom.ſacro.

d ¶ Quid obeſt.] ¶ Tabula] 2.q.1.c nomen.

…r male … iter pu…

1 De hoc no. 2. q 6. hoc etiam. extra li 6. de re. iud. cum æterni. quæ eſt in no. 4.

concordaueris cum fratre tuo, ſoluiſti illum in terra, cum ſolueris [a] in terra, ſolutus eris & in cælo.

α ¶ Cum autem.] *Emendatus, & locupletatus eſt hic locus ex originali, & Iuone, & Pannormia.*

*Item de ſermone Domini in monte, lib. 2. c. 29.*

¶ Temeritas iudicandi non ei, qui iudicatur, ſed iudici nocet. C. XLIX.

Iuo p. 14. c. 10.

TEmerarium iudicium plerumque [b] nihil nocet ei, de quo temere iudicatur. Et autem, qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt, vt noceat [c].

*Idem ad clerum Hipponenſem, epiſt. 137.*

¶ Non obeſt homini iniuſta ſententia. C. L.

Poly. l. 7. tit. 1. Iuo p. 14. c. 11.

QVid obeſt homini; quod ex illa tabula [d] non vult eum recitari humana ignorantia, ſi de libro viuorum non eum delet iniqua conſcientia?

*Item in libro contra Secundinum Manichæum, c. 1.*

¶ De eodem. C. LI.

Iuo p. 14. c. 12.

SEnti [e] de Auguſtino, quidquidlibet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.

*Item Gregorius Conſtantino Mediolenſi epiſcopo, libro 6. epiſt. 14. ſen. c. 178.*

¶ Quos conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeant. C. LII.

Nic. epiſt. 2. ad. Michaelẽ imp.

IN cunctis, quæ in hac vita aduerſa proueniũt. ſola eſt ſicut noſtis, omnipotentis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor ſemper proprium recurrẽdum, vt nullius nos ibi lingua [f] implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim cõſcientia defendit; & inter accuſationes liber eſt, & liber, vel ſine accuſatione [g] eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit † [h], conſcientia accuſet. De veſtra igitur ſanctitate abſit à Chriſtianorũ iudicio, ea quę maledicorum [i] hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo ſuſpicionis adduci, quia ex ſacri eloquij teſtimonio tenemus, vt maiora mala α, cum forſitan dicuntur, niſi, probata [k], credi non debeant; ſed probata [l] citius vlciſci. [m] *& infra.* ¶ Hæc igitur dixi, vt nimiæ eſſe leuitatis oſtenderem; ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Vnde ſanctitas veſtra debet mẽtem ſuam à maledicorum hominum rumoribus, atque obtrectatione diſiungere, & ſola, quæ æternæ vitæ ſunt, atque ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare.

al. audit.

α ¶ Maiora mala.] *Sic emendatum eſt ex originali, & Nicolao: & ſapę in hac epiſtola repetitur,* mala grauia. *Antea legebatur,* mala maiorum.

e ¶ Senti.] inf. ca. nõ ſunt. contra. 12. q. 1. nolo. de conſe. d. 1 iubemus. in illis c. dr̃ quod non ſufficit conſcientia, ſed requiritur bona fama quãtum ad alios ſed illa. c. loquuntur quãdo ſumus inter tales qui parati ſunt imitari, & non reprehẽdere, vnde ne tales corrumpamus exemplo niti debemus, vt fama noſtra luceat coram eis. ſed hic loquitur cum ſumus inter tales, qui non curant imitari, ſed reprehẽdere. tunc ſufficit nobis quantum ad eos conſcientia bona.

Fama bona cum conſcientia requiritur.

IN cunctis.] CASVS. Cõſtantinus archiepiſcopus Mediolan. infamatus erat à quibuſdam maledicis ſuper quibuſdam criminibus, & ideo corrigere ſubiectos prætermittebat; nec etiam prædicabat quia credebat vera eſſe quæ dicta ſunt de eo. Papa vero ſcribit ei, vt propter hoc non dimittat vtilitatẽ ſubditorum, ſed ſolã cõſciẽtiam mũdã retineat apud Deũ & dicit ſe talia nunquã credidiſſe, cũ ſacri eloquii teſtimonia dicãt mala non eſſe credenda niſi probentur.

f ¶ Lingua] Ablatiui caſus, ſ. vt propter nullius linguam credat ſe aliquis implicitum & reum.

g ¶ Accuſatione.] Interiori.

h ¶ Addicit.] Id eſt. condemnat.

i ¶ Maledicorum.] arg quod iſamia orta ab inimicis non inducit purgationẽ. extra de pur. can. cũ in iuuentute. & 2. q. 5. omnibus 2. nec ẽt a leuibus perſonis. nec ab illis, qui de facili credunt.

k ¶ Niſi ꝓbata.] inf. 30 q. 5. nullum ante.

l ¶ probata.] Aliàs prolata.

m ¶ Vlciſci.] i. puniri, q̃ citius fieri põt, vt 23. q. 4. cũ quſq;

litem ſuam, vt inſt. de obli. quæ ex quaſi deli. na. §. 1. ſed ſi per dolum, incurrit infamiam, & præterea punit

ET ſi ad tempus.] CASVS. Dicit Aug. quod quamuis homo dãnetur in hoc ſæculo iniuſte à terrena poteſtate, vt Cyprianus martyr: non eſt tñ curandum qm̃ à ſuperiori iudice recipiet coronam. & ſm H. eſt in litera. [Proconſul.] & ſecundum hoc erit ibi, [Addixerit.]

& duces cæcorum. Et auctoritate Pauli, qui præcepit Romanis, vt quantum in eis eſſet, cum omnibus hominibus pacem haberent, licet ſcandalizati ſint de hoc Secunda pars incipit ibi, [Vocandi tamen.]

c ¶ Ne forte.] Hæc fuerunt verba Chriſti, cum peteretur

a ¶ Cyprianũ.] Martyrem.

b ¶ Sella.] Id eſt, ſedes iudicis.

c ¶ Coronam] Si ſententiam patienter ferat, vt inf. c. q iuſtus.

CVſtodi.] CASVS. Dicit hic, φ licet falſum teſtimoniũ faciat alicui iuſto ꝑiudiciũ apud ſacerdotes, non tñ apud Deum præualebit, cum Deus erit iudex. & ſola conſcientia teſtis: & ideo in anima debet innocentia cuſtodiri, vbi cauſa iuſti nõ opprimit.

d ¶ Cuſtodi.] Quia corpori vis poteſt neri, non animæ. 32. q. 5. §. 1. 23. q. 5. in prin. Io. de Fant.

INter verba.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod ſiue laudamur ſiue vituperamur, ſēp eſt ad mentem recurrendum & ſi bonum quod dicitur, non eſt in nobis, triſtari debemus. Si vero malum, quod homines de nobis loquuntur, non eſt in nobis, multum gaudere debemus. nam licet mala de nobis dicantur; conſcientia tamen apud Deum nos liberos eſſe demonſtrat quod probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Pauli & Iob. Stulti vero bonis detrahẽtes, puluere peccati in oculos ſuos ſufflãt: qa magis ſibi nocẽt q̃ alij ſicut in puluerem ſufflãs magis nocet ſibi quã alijs. In ſecunda parte dicitur, quod infamãtib. eſt ſatisfaciendum ſi parati ſunt recipere ſatisfactionẽ: ne forte ſcandalizẽtur: qđ probat exẽplo Chriſti, quia ne Iudæi ſcandalizarentur, ſoluit tributum. ſi autem

*Item Auguſtinus in pſal. 36. concione. 3. ad ver. [Nec damnabit eum.]*

¶ Fruſtra damnatur ab homine, quem Deus iuſtificat. C. LIII.

ET ſi ad tempus a damnaris ab homine, & ſi dixit ſententiam proconſul in Cyprianum a alia eſt ſella b terrena, aliud tribunal cœlorum. Ab inferiore accepit ſententiam, à ſuperiore coronam c. Iuo p. 14. c. 13.

a ¶ Et ſi ad tempus.] *Apud B. Auguſtinum de diuino iudicio agentem ſic legitur.* Quando ergo ventum fuerit ad illud iudicium, non eum damnabit: & ſi ad tempus videtur damnari ab homine, & ſi dixit ſententiam, &c.

*Idem in pſalmum 37. ad ver. [Quoniam in te ſperaui.]*

C. LIIII.

CVſtodi d intus innocentiam tuam, vbi nemo opprimit cauſam tuã. Præualebit † in te falſum teſtimoniũ ſed apud homines. Nunquid apud Deum valebit, vbi cauſa tua dicenda eſt? Quando Deus iudex erit; alius teſtis, quàm conſcientia tua non erit. Inter iuſtum iudicem, & conſcientiam tuam noli timere, niſi cauſam tuam.

Iuo p. 14. c. 14. † *al. præualuit.* Et in epiſtola Sixti iij.

*Item Gregorius Papa Palladio presbytero, li. 8. epiſ. 45.*

¶ Non hominum linguas, ſed conſcientias curare debemus. C. LV.

INter verba laudantium, ſiue vituperantium ad mẽtem ſemper recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de nobis † dicitur; magnam triſtitiam generare debet: & rurſum ſi in ea non inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiã proſilire. Quid enim, a ſi homines † laudent, & conſcientia nos accuſet? aut quæ debet eſſe triſtitia, ſi oẽs accuſent & ſola conſcientia liberos nos eſſe demonſtret? Habemus Paulũ dicentẽ: [Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ.] Iob quoq; dicit: Ecce in cœlo teſtis meus.] Si ergo & nobis teſtis in cœlo, teſtis in corde; dimittamus ſtultos foris loqui quod volunt. Quid aliud detrahentes faciunt, niſi in puluerem ſufflant, atq; in oculos ſuos terram excitant? vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamẽ etiã ſunt ipſi, & tranquille admonendi, eiſq; ſatisfieri modis omnibus debet: ſcientes, quid de Iudæis veritas dicit: [ne forte e ſcandalizemus eos.] Si aũt ſatisfieri ſibi ex veritate noluerint habes conſolationẽ, quã in ſancto Euangelio conſpicias. Cum enim Dño dictũ fuiſſet: Scis, quia Phariſæi audito-

† *al. vobis.* † *al. omnes.* 2. *Cor.* 1. *Iob.* 16. *Matth.* 17.

nolunt ſatisfactionem recipere, de ipſorum ſcandalo non eſt curandum. Et hoc probatur duabus rationibus, ſcilicet exemplo Chriſti, qui cum audiſſet Phariſæos ſcandalizatos, eo quod docebat cibos non diſcernendos, non curauit; ſed ait, Sinite illos: quia cæci ſunt, & duces cæcorum. Et auctoritate Pauli, qui præcepit Romanis, vt quantum in eis eſſet, cum omnibus hominibus pacem haberent, licet ſcandalizati ſint de hoc. Secunda pars incipit ibi, [Vocandi tamen.]

c ¶ Ne forte.] Hæc fuerunt verba Chriſti, cum peteretur ab eo tributum, dixit Petro: Vade ad mare, & piſcem, qui tibi prius occurrerit, tolle. & quod inueneris in ore piſcis, des pro me & pro te, vt 23. q. 1. iam nunc Et eſt ar. quod aliquid omittitur ratione ſcandali. diſt. 50. de his vero.

Chriſtus t... butum ſc... uit.

a ¶ Verbo

a ¶Verbo.] Non quod intrat in os, ſed quod procedit ex ore coinquinat hominem: tunc dixerunt diſcipuli: ſcis quia phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt? phariſæorum enim erat religio in cibis diſcernendis.
b ¶Scandalizati ſunt.] Ideſt indignati 1 ſunt.
c ¶Præ- eſt curandum de detractionibus malorum. Sed dicit Grat. quod hoc intelligẽdum eſt de illis, qui parati ſunt reprehendere, & non imitari, apud quos ſola conſcientia ſufficit: apud vero illos, qui parati ſunt audire, conſcientia & fama eſt neceſſaria: quod probat ſequens c.

1 Forte melius diceret dedignati: ſm id quod leg. & no. 45. d. vera iuſtitia. Arch.

*Matth.* 15.

verbo [a] hoc ſcandalizati ſunt [b]] reſpondit: [Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum.] Paulus quoque apoſtolus admonet, dicens: ] Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt cum omnibus hominibus pacem habentes.] Dicturus quippe,] Cum omnibns pacem habentes.] quia hoc difficile eſſe proſpexit, præmiſit [c]: [ſi fieri poteſt.] Sed tamen adiunxit, quod poſſit fieri, cũ dixit: [quod ex vobis eſt.] Quia ſi nos in mente charitatem erga odientes ſeruare cupimus, & ſi illi nobiſcum pacem non habent, nos tamen cũ illis [d] ſine dubio habemus.

*Rom.* 12.

e ¶Quid enim.] *Addita ſunt nonnulla ex epiſtola B. Gregorij, & partim Sixti tertij: in qua idem fere repetitur.*

*Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident, parati ſemper reprehendere, nanquam imitari. Apud alios autem conſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis.*

*Vnde Auguſtinus libro de bono viduitatis, c. 22.*

¶Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria. C. LVI.

22. q. 1. nolo, vt aliquis.

NOn ſunt [e] audiendi ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicunt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiam: exiſtimationem hominum non ſolum impudenter, verum etiam crudeliter contemnentes, cum occidant † [f] animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam Dei [g] (quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum) ſiue etiam cum excuſatione [h] imitantium, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis a criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam fama, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra.

† *al. occidunt.*

*Item Hieronymus ſuper epiſtolam Pauli ad Philemonem.*

¶Apud Deum maledicitur, qui morib. diſſonam profert ſententiam. C. LVII.

Ad locum] Gratias ago Deo.

8 SI quis [i] dixerit [k] iuſtum [l] iniuſtum, & iniuſtum iuſtum, abominabilis vterque apud Deum eſt. Similiter, qui ſanctum dicit eſſe non ſanctum, & rurſum non ſanctum aſſerit ſanctum; abominabilis [m] apud Deum eſt.

Iuo p. 14. c. 6.
Pann l. 5. c. 24.
*Prou. 17 ſecundũ 70.*

*Idem ibidem paulo ſuperius.*

NOn ſunt audiendi.] CASVS. Quidam ſancti viri, vel fœminæ cum infamarẽtur a quibuſdam, non curabant, dicentes ſolam conſcientiam mundam ſibi ſufficere apud Deum, quæſitũ fuit ab Aug. vtrum bene dicerẽt? & reſpon. quod non: quia cõſcientia noſtra nobis eſt neceſſaria: alijs vero fama noſtra. Vel etiã cũ excuſatione, verbi gratia: Videbant mali iuſtum ex cauſa infirmitatis frangere ieiunia: qui neſcientes cauſam reprehendebant: vnde non debent hoc facere in publico: vel forte prælatus malum parochianum propter ſcandalum tolerat in peccato, quod alij neſcientes reprehendunt: & ideo cãdẽt eis dici. Sequens capitulum patet.
e ¶Non ſunt.] Infra 2. q. 1. nulo.
f ¶Cum occidant] exemplo, vt 2. qõ. 7. Paulus.
g ¶Viam Dei.] ideſt, Chriſtianam religionem 3.
h ¶Cum excuſatione.] Vt ſi viderẽt aliquem ſoluere ieiunium iuſta de cauſa, ipſi idem faciũt exẽplo eorum: cũ tamẽ ignorent cãm quare illa faceret: & ſic ſe excuſant per alium.
i SI quis.] Hic reuertit Grat. ad propoſitũ, ad oſtendẽdum. ſ. quod ſnĩa iniqua nocet ei. q eam protulit, non aut ei contra quẽ prolata eſt põt etiam hoc intelligi de reb. ipſis, ideſt, ſi quis vitia dixerit eſſe virtutes, vel econuerſo.

3 Sub. in qua iſti viuunt, qui tñ talia faciũt, vel q veniunt in malam ſuſpicionẽ: ſicut ſi alios ſanctus hõ intret ſolus ad publicas meretrices, vt eis prædicaret, & eas corrigeret. Arc.

c ¶Præmiſit.] Arg. ex ordine verborum argumentandum, ar. 43. d. c. 1. in fi. extra de reſcrip. cum dilecta.
d ¶Cum illis] Arg. quòd fides eſt illi ſeruanda, qui eã non vult ſeruare 33. q. 5. quod Deo. 22. q. 4. innocens. cõtra arg. extra de iureiu. peruenit. in fi. 2. & eſt huic ſimile. ff de arb. Celſus. §. idem.
HOC INTER EOS. CASVS. Dictum eſt ſupra in c. inter verba, q dimittendi ſunt ſtulti foris loqui: nec

2 Ad idẽ 95. diſt. eſto. vbi de hoc.

K ¶Dixerit] Iudicando.
l ¶Iuſtum.] Abſoluendo.
m ¶Abominabilis.] Qui mortaliter peccat: & conſonat ei quod dicit Auguſt. ſuper primam epiſtolam ad Corint quòd errare in rebus, eſt mortale peccatum, ſcilicet cum putat quis id opus eſſe bonũ quod eſt malũ: vel conuerſo. nam quilibet adultus tenetur ſcire hoc eſſe bonum, illud malum. Vel dic, dixerit, ideſt firmiter

Error q̃nq. eſt peccatum mortale.

miter aſſeuerauerit, cum non ſit certus.

SI quis hominem.] CASVS. Redit Gra. ad propoſitum ſuum, ſcilicet ad probandum iniquam ſententiam nocere ei, qui eam tulit: & non illi cōtra quem lata eſt: & ita non eſſe ei parendum. Eſt ergo caſus huius c. Quidam dicebant iuſtum hominem eſſe iniuſtum: alij dicebant iniuſtum eſſe iuſtū. quæſitum fuit à Hiero. vtrū iſti ſint mali? & rñdet ꝙ ſic: & hoc probat auctoritate Eſaiæ dicentis: Væ his, qui dicunt dulce amarum.

a ¶ Crediderit.] .i. aſſeuerauerit.

b ¶ Errat.] Non opinando, ſed ſtulte aſſerendo.

VÆ qui dicitis.] CASVS. Eſaias docet in hoc c. ꝙ q dicit malum eſſe bonū, & econuerſo, habebit pœnam temporalem & æternam. & hoc probat exemplo Iſraelitici populi, q nō ſolū captiuus ductus eſt i Babylonē, ſed etiā infernus dilatauit animam ſuā, vt eos reciperet & os ſuum abſque termino aperuit: q i hoc deſcēderūt, ad eū.] ideſt, ad infernum. Et poſſunt hæc duo c. intelligi nō ſolum de perſonis, ſed etiā de reb. ſcilicet de vitijs & virtutib vt ſi aliquis dicat vitium eſſe virtutē, vel econuerſo. Seq duo capit. plana ſunt.

c ¶ Eius.] Ideſt, Hieruſalem.

d ¶ Dilatauit.] Loqtur humano more.

e ¶ Homo.] i. minor.

e ¶ Homo.] Ideſt ſuperbia.

f ¶ Vir.] .i. maior.

f ¶ Vir.] Ideſt, ſuperbus.

g ¶ Exaltabitur.] .i. altus apparebit.

h ¶ Sanctificabitur] .i. ſanctus apparebit, vt ibi, [Sanctificetur nomen tuum.]

i ¶ Ipſe.] ¶ Priuat.] .i. mereтur priuari 1. ſic 12. q. 2. ſæpe fit, vel proprie, quia priuilegium non conceditur ad abuſum.

¶ Ideſt, facit g p ꝙ debet priuari. & eſt ſi. 55. d. pœnitens. i h. 52. d plurimos iuxta ſi. 4. q. 5. quiſquis.

tianus ꝙ prælatus non debet abſoluere delinquentem, niſi prius videat à Domino peccatum ſibi eſſe remiſſū. Et hoc probat exemplo Lazari mortui quatriduani: quem diſcipuli non abſoluerunt prius quam viderunt ipſum à Chriſto viuificatum. Seq. duo c. patent.

¶ Chriſtum violat, qui ſanctum non ſanctum, vel non ſanctum ſanctum eſſe crediderit. C. LVIII.

ix SI quis hominem, qui ſanctus, non eſt, ſanctum eſſe crediderit [a], & Dei eū iunxerit ſocietati; Chriſtū violat, cuius corporis omnes membra ſumus. *& infra.* ¶ Omnes credentes, ſecundum Apoſtolum, Chriſti corpus efficiuntur. Qui in Chriſto corpore errat [b] & labitur, aſſerens membrum eius vel ſanctum eſſe, cum nō ſit, vel nō ſanctum eſſe, cū ſit, vide quali crimini obnoxius fiat. [Væ (ait Eſaias) qui dicūt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.] Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum, quod ſanctimoniæ contrarium eſt. *Rom. 13.* *1. Cor. 6.* *Eſ. 5.*

*Item Eſaias. c. 5.*

¶ Aeternum væ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit. C. LIX.

VÆ, qui dicitis malū bonum, & bonum malum, ponētes tenebras lucem, & lucem tenebras. *& paulo ſuperius.* ¶ Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles eius [c] interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit [d] infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino, & deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſublimes, glorioſique eius ad eum, & incuruabitur homo [e], & humiliabitur vir [f], & oculi ſublimium deprimentur, & exaltabitur [g] Dominus exercituum in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur [h] in iuſtitia. *Eod. c.*

*Item Gregorius homilia 26. in Euang.*

¶ Ligandi ſoluendique poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſte exercet. C. LX.

IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat [i], qui hanc pro ſuis voluntatibus, & non pro ſubiectorum moribus exercet. *inf. c. plerumq.* *Pol l. 7. tit. 1.* *Iuo p. 14. c. 3.* *Pann. l. 5 c. 79.*

*Item ibidem paulo inferius.*

¶ De eodem. C. LXI.

IVdicare de ſubditis digne nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua [k] vel odia, vel gratiam ſequuntur. *Iuo ibidem.* *Pan. l. 5. c. 80.*

*Item ibidem paulo inferius.*

¶ Non eſt vera præſidentis abſolutio, niſi ſequatur arbitrium interni † iudicis. C. LXII. *† al. æterni.* *inf. c. plerumq.* *Iuo ibidem.* *Pann. l. 5. c. 81.*

TVnc vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni † [l] ſequitur arbitrium iudicis [m]. Quod bene quatri- *† æterni orig.*

k ¶ Iudicare.] Sua.] Vt inf. ea. quatuor.

TVnc vera eſt.] CASVS. Inducit hoc c. Gratianus, ꝙ & iniuſta abſolutio non prodeſt: & à contrario ſē ſu: nec iuſta condēnatio. Eſt ergo caſus. Oſtēdit Gratianus

l ¶ Interni.] Ideſt, conſcientiæ, vel Dei.

m ¶ Iudicis.] Ideſt, Dei. hic vult dicere, quòd ſacerdos neminem abſoluit, niſi præceſſerit abſolutio Dei ideſt, contritio.

Pri

PRiuilegium.] Hæc eſt pars illius ſup. diſt. 74. vbi iſta ꝙ cap. geſta.

a ¶ Priuilegium.] Perditur priuilegium propter abuſum, vt hic 1. Propter delictum 25. q. 2. ita nos. Item propter contrarium factum. extra de priuile. ſi de terra. & extra de conſti. cum acceſſiſſent. Item propter negligentiam. ff. de nundinis. l. 1. Item propter enorme damnum ſuperueniens. extra de deci. ſuggeſtum. Sed nunquid eccleſia perdit priuilegium ſi delinquant canonici, vel monach? Videtur quod ſic: quia & ciuitas perdit ſi deliquerint ciues 25. q. 2. ita nos. Item nauis eccleſiæ publicatur propter delictum C. de ſacroſ. eccl. iubemus. argu. extra. de priu. l. cum & plantare. in fin. Sed dicas quod non arg. extra de arct. cap. cum tempore.

b NOn debet.] Pœnam.] Si ergo conſtet ibi, ꝙ ſententia iudicis eſt iniqua, potes iudici violenter reſiſtere. extra de appel. ſignificauerunt. 61. diſt. cap. nullus inuitis. Eſt ergo hic arg. ꝙ ſi quis celebrat poſt excõicationẽ iniuſte latam, ꝙ nõ debet ſuſtinere aliquam pœnã: q̃a qui probat ſniam excõicationis eſſe iniuſtam, non eſt cogẽdus ad aliquam ſatisfactionem extra off. ord. ad reprimendam. arg. ſup. ead. cui eſt. ſed hoc nõ eſt verum, vt ſup. ca. ſi eps forte & c. ſeq. [2]

Excõicatus iniuſtè celebrans an ſit puniendus.

Concor. in l. libe ff. de pe & in l. q. ff. de geſt.

Ioan. 11.

duani mortui reſuſcitatio illa ſignificat, quæ videlicet demonſtrat, quia prius mortuum Dominus ſuſcitauit, & viuificauit dicens: [Lazare veni foras.] & poſtmodũ is, qui viuens fuerat egreſſus: à diſcipulis eſt ſolutus, ſicut ſcriptum eſt.

Simplicius Papa. epiſt. 2.

*Idem in regeſto.*

¶ Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur.

C. LXIII.

Anſ. l. 4. c. 3. Burc. l. 1. c. 29. Iuo p. 4. c. 140.

Concor. l. Chriſtianos, de paga. & temp. liberam. de pec.

PRiuilegium [a] omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate †.

¶ *In regeſto B. Gregorij, ex quo citatur, non eſt inuentum. Habetur autem in epiſtola ſecunda Simplicij Papæ, cui etiam Nicolaus primus in epiſtola ad Hincmarum cuius initium eſt,* Epiſtolam beatitudinis tuæ. *& Burchardus & Iuo. & aliquot vetuſta Gratiani exemplaria tribuunt ſupra etiam diſt. 74. c. vbi. § nam priuilegium. citatur ex eodem* Simplicio. *Simile eſt quod B. Auguſtinus ſermone de tempore 247. ſcribit.* Iudicio. n. legũ, iure ab obtenta dignitate deijcitur, qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur.

*Item Gregorius Antonio ſubdiacono, lib. 2. indict. 11. epiſtola 9.*

¶ Is, in quem canonica non fertur ſententia, pœnam non debet ferre canonicam. C. LXIIII.

NOn debet is pœnam [b] ſuſtinere canonicam, in cuius damnatione non eſt canonica prolata ſententia.

ſu. ca. cui eſt.

*Ex his datur intelligi, quòd iniuſta ſentẽtia nullũ alligat apud Deum; nec apud eccleſiã eius aliquis grauatur iniqua ſentẽtia, ſicut ex Gelaſij capite habetur. Nõ ergo ab eius communione abſtinendum eſt, nec ei ab officio ceſſandum, in quẽ cognoſcitur iniqua prolata ſentẽtia. Cur ergo capitula Carthaginiẽſis [d], & Africani, [e] atque aliorum conciliorum, prohibent iniuſtè damnatum in cõmunione recipi ante iudicij examinationem? cur & illud in concilio Moguntinenſi ſtatutum eſt † ?*

ſu. ca. ſi epiſcopus.] & [Placuit.]

† In Toletano 4. c. 27.

¶ Qui damnatur à ſynodo, quomodo in ſecunda innocens reparetur. C. LXV.

Burc. l. 2. c. 192. Anſ. l. 8. c. 27. Poly. l. 2. tit. 36. Iuo p. 5. c. 367. & p. 6. c. 247. Pann. l. 3. c. 80.

EPiſcopus, presbyter, aut diaconus à gradu ſuo iniuſtè deiectus, ſi in ſecũda ſynodo [f] innocens reperiatur †, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſcopus eſt, horarium [g], annulum, & baculũ; ſi presbyter horarium, &

EX HIS. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ iniuſta ſnia nec apud Deum, nec apud eccleſiam quenquã ligare põt. Et ad hoc probandum ſophiſtice inducit cap. Gelaſij Papæ. ſup. ca. cui eſt illata. & ideo dicit ab eius cõione nõ eſſe abſtinendum. Sed poſtea huic ſolutioni obijcit duo ca. ſcilicet Carthaginienſis concilij, & Africani. ſup. eo. clericus. & ca. placuit. obijcit etiam cap. Moguntinen. concilij, vt infr. eo. c. proxi.

2 Sed hoc ſophiſticũ ẽt q̃a illud ca. cui eſt. intelligit de ſnia q̃ ipſo iure nulla eſt: q̃a data à non ſuo iudice: q̃a ab hæretico damnato Hug.

c ¶ Ex Gelaſij.] Sup. ead. cui eſt.

d ¶ Carthaginienſis.] Sup. ca. ſi epiſcopus.

e ¶ Et Africani.] Supra ca. cap. placuit.

EPiſcopus.] CASVS. Quidam epiſcopus, vel presbyter vel diaconus iniuſte fuit degradatus. quæſitum fuit in concil. Moguntin. verũ poſſit exercere officium ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpondetur ꝙ non, niſi inſignia graduũ recipiat coram altari de manu epiſcoporũ, ſicut prius amiſerat. Idem eſt de reliqs clericis. hodie ſol' Papa reſtituit dpoſitos, vt ſu. 2. q. 6. iõ 2. vñ hoc c. eſt correctũ. vel loqr ſm antiqua tpa: vel de dlegatis a dño Papa.

f ¶ Synodo.] Hodie conciliũ nõ deponit epiſcopum, ſed ſolus Papa, nec concilium reſtituit epm, ſed ſolus Papa, vt 2. q. 6. ideo. Et hic eſt ar. ꝙ eps poteſt reſtituere clericum depoſitum: quod verũ eſt cũ dicit depoſitionẽ nullã quia per falſos teſtes, vel per allegationes eſt conuictus: licet ſit ar. cont. ff. de q. l. 1. in fine.

Eps deponitur, & reſtituitur à ſolo Papa.

ADDITIO. Vbi dr ꝙ præſes prouinciæ illum, quem dãnauit, reſtituere non põt: ſed illud intellige cum petitur reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Arch.

g ¶ Horarium.] Id eſt, ſtolam.

a ¶ Planetam.] Id eſt, caſulam.
b ¶ [Reliqui] Hic patet, ꝙ æque deponit aliquis à minoribus ordinibus ſicut a maioribus, vt 24 diſtin. c. vlt. & 26. q 1. ſi quis epiſcopus. licet ſit ar. contra 25. d eps. SI ERGO. Hæc eſt 3. pars, in qua facit diſtinctionem, &c. Io. de Fan.

cat tamen qui expectat remunerationem, ſicut fœnerator, vt 14. q 3. cap. 1. Sed nunquid peccat qui iudici dat pecuniã vt iuſte iudicet? Dicunt quidam. ſi dans hoc exprimit, ꝙ ideo det pecuniã vt ꝓ eo ferat ſnĩã, turpiter facit nec tunc repetet qđ dedit. ſed ſi ſimpliciter det ei vt iuſte

Iudici da… pecunam … iuſte iudic… an peccet.

planetam [a]; ſi diaconus, orariũ, & albam, ſi ſubdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui [b] gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ cum ordinarentur, perceperant.

¶ *Hoc habetur in concilio Toletano 4. c. 27. ex quo citãt Iuo par. 6. c. 367. & Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Iuo par. 6. c. 237. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autem Panormiæ & Moguntino, & Toletano.*

§ *Si ergo iniuſte deiecti, nec etiam per epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorum recipiant quę amiſerant; quomodo ſua auctoritate cuiq; licet iniuſte ligatis cõmunicare, & eis, nõ petita abſolutione, ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire? Ad hoc reſpondẽdum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine & cauſa: aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa ſed non ex ordine: aliquãdo iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa. Cũ autem ex cauſa iniuſta fuerit, aliquando nullum in eo omnino, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum: aliquãdo non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia: ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis, in adulterum, vel in quemlibet criminoſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus ſententiã profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait. ¶ [Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur.] quia qui iratus in aliquem ſententiam profert, & ſi illo, quantum ad ſe [d] iuſtã reportet ſententiam; iſte tamen, qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitabitur.*

Mutatis verbis ſed ſalua ſententia, *Iac. 1.*

*Item Gregorius.*

¶ Sententia iuſtitiæ non eſt pro præmio ferenda. C. LXVI.

QVi recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat [e]; fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis male vtũtur, qui iuſte pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem nõ iuſtitię defenſio, ſed amor præmij † prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt. Acceptio nummorum †, præuaricatio veritatis eſt. Vnde & pro iuſto dicitur: [Qui excutit manus ſuas ab omni [f] munere, iſte in excelſis habitabit.]

Iſidorus ſententiarum de ſummo bono, l. 3. c. 58. Beda in ſcintillis, c. 71. Burc. l. 16. c. 28.

† *al. pecunia.*

† *al. munerum.*

*Eſa.* 33.

¶ *Apud B. Gregoriũ non eſt inuentum; ſed apud Iſidorum lib. 3. de ſum. bono, cap. 58. quẽ citãt Burchardus, & Beda in ſcintillis.*

CASVS. Concludit Gra. ex c. ſup. prox. dicens, ꝙ ſi iniuſte degradati non poſſunt eſſe quod fuerũt, niſi de manib. epiſcoporum recipiant quod iniuſte amiſerunt, ap paret ꝙ iniqua ſententia excommunicationis ligat. Sed ſtatim reſpondendo facit triumembrem diuiſionẽ iniuſtæ ſnĩæ: dicens ꝙ ſententia quãque iniuſta eſt tantũ ex animo: qñq; tantum ex ordine: qñq; tantum ex cauſa. Et ad probandum iſtam diuiſionem ſequentia cap. inducit: & dicit; quod in omnibus caſibus iſtis eſt parendum ſententię.
c ¶ Ex cauſa.] ff. de lib. & poſth. ſed etſi. & l. poſthumus. §. vl. & l. idem & ff de cond. & demon. cum tale. § falſum. & §. ſi. & l. falſa.

IRA. CASVS Quidam ſeruato ordine iudiciario quendam delinquentem ex odio condemnauit: quæſitum fuit an recte iudicauerit? Et reſpondetur quod ſic quantum ad condemnatum: ſed tamen condemnans Dei iuſtitiam non imitabitur, in quem non cadit perturbatio, cum hoc ex odio fecerit.
d ¶ Quantum ad ſe.] Not. ſententiam quo ad vnum tenere, quo ad alium non, vt 23. q. 5. miles. & cap. cũ miniſter. ſic 49. diſt. c. vlt.

QVi recte.] CASVS. Quidam iudex ordine iudiciario ſeruato iuſtam tulit ſnĩam pro pretio tñ. quæſitum fuit à Greg. vtrum talis iudex debeat dici bonus? Et reſpon. ꝙ nõ. quia non amor iuſtitiæ, ſed pecunia illud ad veritatem prouocauit: cui ſi ſpes nummi non adeſſet, a iuſtitiæ tramite deuiauit: ſed bonus iudex ab omni munere excutit manus ſuas: qui pro recto iudicio vitam accipiet ſempiternam.
e ¶ Expectat.] Arg. ꝙ licet non interceſſit pactio, pec-

iuſte iudicet, vel vt iuſte teſtet, non peccat. & tunc repetet qđ dedit 1. 14. q. 5. non ſane. Pleriq; doctores legũ dicunt: qualitercumque det, non repetit: quia voluit corrumpere iudicem, vt ff. de condi. ob tur. cauſam. l. 1. & venales ſententiæ nullæ ſunt 2. q 6 § venales.
f ¶ Ab omni] Sup. 1. q. 1, ſunt nonnulli.

1 Ad h… ff. de co… ob turp… cau l. 3. S… ſi ob tur… Arch.

Illa-

ILla.] CASVS. Mauritius Imperator furioſè delinquẽtes feriebat quandoque. quare Greg. ex hoc eum redarguit: quia tẽpore commotionis iudex putat eſſe iuſtum quod facit, & tamen eſt iniuſtũ. vnde iudex iudicare non debet, niſi mente tota tranquilla & pacifica.

a ¶ Com-

b ¶ Coercere.] Iudex non debet plus iuſto excãdeſcere in eos, quos malos putat. ff. de off. præſid. obſeruandum.

c ¶ Vindicantes.] Repercutiendo. 23 q. 1. §. 1. aliàs poſſumus vim vi repellere. ff. de iuſt. & iure, vt vi. & C. vnde vi, l. prima. 1

*Item Gregorius lib. 8. epiſt. 12. ad Guidiſcalcum.*

¶ In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vendicet. C. LXVII.

Burch. l. 15. c. 29. Iuo p. 16. c. 30.

ILla præpoſitorum ſolicitudo vtilis, illa eſt cautela laudabilis; in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vendicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt: nec quidquam agendum prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis [a] tempore iuſtum omne † putat, quod fecerit.

† *al. ira*

*Item Ambroſius libro de S. Ioſeph, cap. 13.*

¶ Grauiter delinquit, qui ex ira ſententiam profert. C. LXVIII.

IRa ſæpè etiam innocentes in crimen adducit: quia, dum iuſto amplius iraſcimur, & volumus alienũ coercere [b] peccatum, grauiora peccata committimus. Ideo Apoſtolus ait: [Non vos ipſos vindicantes [c] chariſſimi: ſed date locum iræ.] hoc eſt, declinemus eam: ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Ieſus dimittens ad euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga: id eſt, vt & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.

*Rom. 12.*

*Luc. 9.*

*Item ex libro vndecimo eccleſiaſticæ hiſtoriæ Rufini [c] cap. 18.*

¶ Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum eſt. C. LXIX.

CVm apud Theſſalonicam ſeditione exorta, quidam vir ex militaribus impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuncij atrocitate ſucceuſus ad ludos Circenſes inuitari populum, eique ex improuiſo circumfundi milites, atque obtruncari paſſim vt quiſque occurriſſet, gladio iubet, & vindictam dari non crimini, ſed furori; ob hoc, cum a ſacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamque lacrymis profeſſus, publicam pœnitentiam in conſpectu totius eccleſiæ egit †; & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſque regali faſtigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit. Lege ſanxit in poſterum, vt ſententiæ principum ſuper animaduerſione [d] prolatæ, in diem vigeſimum ab executoribus differrentur, quo locus miſericordiæ, vel, ſi res tuliſſet, pœnitentiæ non periret.

† *al. exegit*

† *al. Gregorius*

*Item ex † dictis Gregorij.*

CVm apud.] CASVS Quidã miles impetu furentis populi apud Theſſalonicã fuit iterfect⁹: quo audito Theodoſius Imperator, atrocitate ſceleris cõmotus, ad ludos Circenſes iuſſit populũ conuocari: & præcepit militibus vt populũ indifferenter obtruncarent. Super quo facto cum ab epiſcopis Italiæ redargueretur, in conſpectu eccleſię, inſtrumentis regalibus depoſitis publicam pœnitentiam egit: & ſtatuit, vt ſentẽtiæ principum ſuper capitali cauſa prolatæ, ab executoribus vſque ad dies triginta differantur, vt locus eſſet miſericordiæ, ſi videretur expedire, vel æquitati conſonare.

1 Vt ſup. 1. diſt. ius naturale. & ſic hoc verbum Apoſtoli eſt conſiliũ, ſed ſubtilius intuentibus vĩ eſſe præceptum, ſecundum Lau.

d ¶ Animaduerſione.] In ciuilibus cauſis ſi actio eſt perſonalis, vſque ad quatuor mẽſes nõ mandatur ſententia executioni. extra de offic. delega. querenti. ſi eſt realis, ſtatim mandatur executioni, vt Inſtit. de offic. iud. §. 1. Sed ſi ſentẽtia ſit lata ſuper crimine, ſtatim manda tur executioni, vt 2. q. 1. ſicut. C. de pœnis cum reis. niſi in caſibus, ſ. cũ princeps ex iracũdia tulit ſententiam, vt hic, & C. de pœn. ſi vindicari. Itẽ cũ ſnĩa lata eſt cõtra mulierẽ prægnantẽ, differẽ executio vſq; ad tps partus. ff. de pœn. prægnãtis. Itẽ ſi eſt lata in ſeruũ, differt executio quouſq; dño reddiderit ratiocinia C. de bon. preſcri. l. 1. Itẽ differt qñ inſula eſt aſſignãda à principe. 2. q. 6 biduũ. §. ſi quidem. Item differtur cũ quis eſt confeſſus de crimine 2, donec appareat an velit in confeſſione perſeuerare. C. de cuſto. re. l. 2. Hæc habentur in his verſibus.

In perſonali poſt menſes quatuor, in re.
Protinus eſt omnis ſententia perficienda.
Sic in criminibus: ſed caſus excipe quinque:
Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula, ſeruus.

Snĩa intra qđ tempus mandet executioni.

Snĩa ſuper crimine lata ſtatim mandatur executioni; preter quã in caſib. quinque.

2 Hoc ideo quia nõ ſtatur cõfeſſioni, niſi confitens perſeueret. ff. de quæſt. l. 1. §. diuus, & §. ſi quis vltro, Archid.

a ¶ Commotionis.] Iudex ergo cum offenditur, debet dare inducias, argum. 23. q. 5. c. 2. & 5. q. 2. relatum, in fi. & q. 3. qui ambulat.

IRa.] CASVS. Docet hic Ambroſ. quòd prælatus in corrigendo delinquentes, iram debet à ſe remouere. Et hoc probat duabus auctoritatibus, ſcilicet Chriſti, & Pauli.

Sum-

SVmmopere.] CASVS. Quidam rectores eccleſiæ, vel ſæculares iudices ex leuitate, vel furore ſententias proferebant. Sed Greg. docet hoc non eſſe faciendum: ſed re pleniter inueſtigata, ſine acceptione perſonarum ſecundum leges & canones dicit eſſe diffiniendum: & hoc probat exemplo Moyſi, qui querelas populi ad Deum referens iuxta Domini præceptũ iudicabat: inſtruens vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto Dei condemnationis & abſolutionis ſententiã proferamus. Sequẽ. duo c. plana ſunt.

etiam ſumptus petit, vt 4. q. 3. venturis. Ordinarius autem iudex non poteſt expenſas petere, cum ei certi ſunt redditus ſtatuti. 23. q. 1. militare. 3

f PAuper.] 23. q. 4. ne amiſſo.

g ¶ Exiſtimat.] Simile diſt. 50. ſi lapſis.

## ¶ In dictandis ſententijs rectores nullo furore ducantur. C. LXX.

SVmmopere præcauere debent rectores eccleſiarum, & qui publica [a] iudicia exercent, vt in dictandis ſententijs nullatenus leuitate, aut furore [b] ducti ſint præcipites, ſed cauſis prius diligenter ventilatis, cum res, quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit, tunc diuina & humana lex reſoluatur † [c], & tunc ſecundum [d] quod ibi conſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia. Hinc eſt, quòd Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum tabernaculum ingreſſus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat, nimirum nos inſtruens, vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino condemnationis, vel iuſtificationis ſententiam proferamus.

Burch. l. 16. c. 2. Anſel. l. 13. c. 25.

† reuoluatur

Exo. 33.

*¶ De non præcipitanda ſententia leguntur nonnulla apud B. Gregorium. lib. 19. Moral. cap. 23. ad ea verba Iob:* Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam, *& lib. 12. regiſtri, epiſt. 26. & alibi.*

### *Item Auguſtinus ad Macedonium epiſt. 54.*

## ¶ Iuſtum iudicium vendi non poteſt. C. LXXI.

NOn licet iudici vendere iuſtum [e] iudicium, & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium.

inf. 14. q. 5. c. 28.

*¶ Propria verba B. Auguſtini referuntur infra 14. q. 5. cap. fin. verſ. ſed non ideo.*

### *Item Iſidorus lib. 3. de ſummo bono, c. 58.*

## ¶ De eodem. C. LXXII.

PAuper [f] dum non habet quod offerat, non ſolũ audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur †. Cito violatur auro iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat [g].

Burch. l. 16. c. 28.

† Addeas pauperi teneat aduocatus impẽdere gratuitũ patrocinũ: & dic q̃ ſic, vt no. Alberic. de Roſa. in l. 1. C. de poſt.

*Huic itaque ſententiæ, quæ non amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa fertur in quemquam, humiliter obediendum eſt.*

Et in Aquiſgr. c. 42.

### *Vnde in Niceno concilio, c. 5.*

## ¶ Non recipiantur ab alijs, qui ſuorum epiſcoporum contrahunt offenſam. C. LXXIII.

SEruetur iſta ſentẽtia, vt hi, qui ab alijs excõmunican-

Burc. l. 11. c. 36. Iuo p. 14. c. 100. Poly. l. 7. tit. 1.

a ¶ Qui publica.] Id eſt, ſæcularia.

b ¶ Aut furore.] 2. q. 1. Deus omnipotens, & 30. q. 5. iudicãtem.

c ¶ Reſoluatur.] Id eſt, aperiatur.

Iudex an ſm cõſcientiam debeat iudicare.

d ¶ Et tunc ſecundum.] Tamen bene tenetur iudex iudicare ſm q̃ ſibi vr̃, vt in Auth. iuſiuran. q̃d præſtatur ab his, §. 2. coll. 2. ff. de arb. qualem. Et eſt arg. q̃ ſecundũ allegationes potius q̃ ſecundum conſcientiam ſit procedendum, vt ſupra 3. q. 7. iudicet.

e NOn licet.] ¶ Iuſtum.] Multo magis iniuſtum. 14. q. 5. non ſanè. Gan. dixit, quod aduocatus, vel iuriſperitus non debet vendere vel conſilium vel patrocinium: quia ſi cauſa eſt iniuſta, nõ debet iudex eam aſſumere: immo ſemper acceptam vel aſſumptã deſerere debet. C. de iudic. rem non nouã. ſi eſt iuſta. gratis tenetur conſulere vel patrocinari. & dicit Auguſtinum hic loqui ſecundum leges. Sed tu dicas, q̃ tales operas bene poteſt locare quis. 1 nemo enim de ſuo cogitur facere beneficium. 10. q. 2. precariæ. Tamen dico, quod ſi ſine labore poſſunt dare conſilium, non reuoluendo libros, nec laborando in prælegendis allegationibus, tunc gratis 2 tenentur ſubuenire. De iudice delegato dicas, q̃ nihil poteſt petere niſi expenſas. extra de vi. & hon. cler. cum ab omni, modica tamen xenia poteſt petere vel accipere: dum tamen talia ſint, quæ iudicantis animum non immutent. argum. extra de ſimo. & ſi quæſtiones, quia illa non computantur inter lucra. ff. de offi. procõnſul. l. ſolet. §. vlt. nec huiuſmodi xenia debent excedere in anno 100. aureos. ff. ad l. Iuliam repetun. l. ca. in ha. tellis

Aduocatus an poſſit operas ſuas locare.

1 Adde, an & qñ aduocatus poſſit paciſci de ſalario glo. 2. in l. ſũptus, ff. de pac. & l. ſi q̃d aduocatorum. & ibi Cyn. C. de poſt.

2 Contrariũ tenet Ioann. And. in Mercur. Fr. Purpurat. in l. ſi me & Titiũ, in princip. ſi cert. pet. Hic Cagn. char. 46. col. 2. de offic. aſſeſſ. niſi pauperi. Alber. l. 2. C. de poſtu.

3 Si vis de iſta materia plenam habere notitiam, videas q̃ not. in Spec. l. 1. de ſalarijs. §. 1. & de aſſeſ. §. ſalarium. Arch.

HINC ITAQVE. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis cap. dicens, q̃ quamuis ſententia non feratur amore iuſtitiæ, tamen ei humiliter eſt obediendum.

SEruetur.] CASVS. Quæſitum fuit in Niceno cõcilio, vtrum illi, qui ſunt excõmunicati ab epiſcopis ſuis, ſint ab alijs epiſcopis recipiendi? Et reſpon. q̃ non. ſed requirendum eſt, vtrum iuſte vel iniuſtè ſint excõicati, vt ſi iniuſtè fuerint excõmunicati, abſoluantur. Illi vero qui iuſte fuerint excommunicati, à cæteris epiſcopis habeantur excommunicati quouſque reſipiſcant.

a ¶ Ab

a ¶Ab alijs.] Licet etiam priuilegiati ſint aliqui: tamen tenentur vitare excommunicatos.
b ¶Epiſcopi.] Extra. de ſen. excom. nulli.
c ¶Abſtenti ſint.] Ideſt excommunicati ſint.
ADDITIO. ſic ſup. ead. ſi quis laicus in princ.
d ¶Epiſcoporum.] Ergo ſi ex iuſta cauſa epiſcopus aliquem excõicauit ſuperior non debet abſoluere eũ: ſed debet eum remittere abſoluendum ad epiſcopum etiam ſi appellatũ ſit ad ipſum: qđ verũ e. t. cũ euidẽs ẽ ipſã ſniam eſſe iuſtam, ext. de ſen. excõ. c. per tuas, in fine alioquin ſecus vt eadẽ. decr. tu. ca. ſi epiſcopus forte.

Ad

tur, ab alijs [a] ad communionem non recipiantur. Requiratur ſane, ſi forte ex aliqua indignatione † animi, aut cõtẽptione, aut qualibet tali commotione † epiſcopi [b] ſui abſtenti, † ſint [c]. *& infra.* ¶Vt ita demum hi, qui ob culpas ſuas epiſcoporum [d] ſuorũ offenſas merito contraxerunt; digne etiam a ceteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque epiſcopo ſuo *a* viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam.

† μικροψυχίᾳ.
† ἀηδίᾳ.
† al. excommunicati ἀποσυνάγωγοι.

*a* ¶Epiſcopo ſuo.] *In priſca verſione, quæ eſt in collectione Iſidori, & huic valde ſimilis eſt, legitur,* quouſque in communi, vel ipſi epiſcopo ſuo: *nec multo aliter in altera vulgata verſione. Græce eſt* μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ, *ideſt,* quouſque communi epiſcoporum videatur.

*Item ſententia eſt iniuſta ex ordine, quando non ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa damnatur.*

*Vnde Gregorius ſcribit Conſtantino Mediolanenſi epiſcopo, lib. 8. epiſt. 30.*

¶Res dubia definiatur certa ſententia.

C. LXXIIII.

GRaue [e] ſatis eſt, & indecens, vt in re dubia certa detur † ſententia.

† al. dicatur.

*Item Auguſtinus in libro de pœnitentia* †, *c. 3.*

† al. pœnitentiæ medicina.
Iuo p. 5. c. 247.
Pann. l. 4. c. 214.

¶Non credantur quæ certis indicijs non demonſtrantur. C. LXXV.

¶facile ſunt.] ori. Aliquot verbis mutatis.
q. 5. ſi qs [illegible] ex [illegible]

QVamuis vera ſint quædam, non tamen iudici [f] ſunt † credenda, niſi certis indicijs demonſtrentur.

*Item Damaſus Papa epiſtola ſexta.*

¶Antequam examinentur, aliqui non iudicentur. C. LXXVI.

Anſ. l. 3. c. 51.

EOrũ, qui accuſantur, cauſas diſcutere nõ licet priuſquã canonice vocati ad ſynodum veniãt, & pręſens per præſentem agnoſcat veraciter †, & intelligat [g], quę ei obijciuntur. Quod bene, & per ſapientiam Salomonis *α* dicitur; [Antequam ſcruteris, ne reprehendas. Intellige [h] prius, & tunc increpa. Antequam audiaris, ne reſpõdeas] Et licet apertiſſima [i] ſit contrariorum [k] reprehenſio, veruntamen oportet ab his, qui dati † ſunt ad eorum examinationem, ordinem ſeruari.

al. veritatem.
Eccl. 11. ſecundũ 70.
† al. deputati.

*β* ¶Salomonis.] *Citat librum ſapientiæ Sirach, ideſt Eccleſiaſticum, nomine Salomonis. Et ſic citatur etiam a B. Greg. 1. q. 1. non eſt putanda, & a Cypriano lib. 3. ad Quirinum, c. 20. & a Clemente Alexandrino Stromatum lib. 7. & ab Origene hom. 18. in Numeros: & ab Hilario in pſ. 67. & ab alijs patrib. cuius rei rationẽ reddit B. Auguſtinus l. 2. de doctr. Chriſtiana, c. 8. & alibi.*

*Item ex octaua ſynodo.*

¶Qui falſum de alio profert, & is qui crimina credit, vterque reus eſt. C. LXXVII.

Iſido l. 3. de ſum. bono c. 59.

NOn ſolum [l] ille reus eſt, qui falſum de alio profert; ſed & is, qui aurem cito criminibus præbet.

ITEM SENTENTIA. CASVS. Hic Gra. oſtendit ſecundum membrum d. .ſ. φ ſententia tunc eſt iniuſta ex ordine quando iudicario ordine non ſeruato aliquis propter culpam ſuã condemnatur; φ nõ eſt faciendum, & hoc probat per ſeq. c Duo ſequentia ca. plana ſunt.
e GRaue.] ſup. d. 33. cap. vlt. de hoc notatum eſt ſed vbi ius dubiũ eſt, bene fertur ſnĩa certa 30. q. 3. c vlt. quãque ẽt in dubio facto certũ ius ſtatuitur. ext. de ſpon. iuuenis.
f QVamuis.] ¶Iudici.] Ar. φ iudicandum eſt ſecũdum allegata, & non ſecundum opinionem iudicis.
EOrum.] CASVS. Quęſitum fuit a Damaſo Papa, vtrũ crĩa aliquorum ſint examinanda, vel puniẽda antequã canonice vocentur ad ſynodum. Et reſpõdet φ non, qđ probat auctoritate Salomonis & quãuis obiecta crimina ſint manifeſta non tamen iudici tã quam iudici, & ideo ſemper examinatio facienda.
g ¶Intelligat.] Nã niſi intelligat, non dĩ fieri eo præſente. ff. de verb. ſignifi. corã.
h ¶Intellige.] Alias dicitur: ſicut praue intellexiſti, ſic praue reſpondes. de conſecra. d. 2. c. 1.
i ¶Apertiſſima.] .i. aperta, & manifeſta: non tñ vt iudici notoria. Vel ĩtellige cũ iudici eſt manifeſta.
K ¶Contrariorum.] ideſt. aduerſariorum
l NOn ſolũ.] Sup. 86. d. ſi quid ſu. ca.

ſup.ea.q.c.in cunctiſe& cap.ſi quis dixerit.

CVM ERGO. Hæc eſt ſexta pars q.in qua probat, ꝙ ſi ſententia excommunicationis ex ordine nulla fuerit: tamen ſeruanda eſt[1], etiam ſi ſit ex cau ſa iniuſta: quia ligatur propter contemptum, & hoc probat per 22.auctor.Ioan. de Fant.

*¶De hac inſcriptione octaua ſynodi notatum eſt ſupra eadem q. 3.ſi quis frater.*

6 *Cum ergo ſententia ex ordine iniuſta eſt; nec tunc ab ea recedēdum eſt: quia etiam, antequā ſententia daretur in eum; pro qualitate reatus ſui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter ſententiam pro ſacrilegio* [a] *reportet, cuius reatum in conſcientia nō habet* [b]*. Hac ſententia, & ſi iniuſta ſit, quia non eſt in eo crimen, ſuper quod lata eſt ſententia; tamen iuſte ab eo reportata eſt, quia ex reatu adulterij iamdiu apud Deū excommunicatus fuerat. Et in hoc caſu intelligenda eſt illa auctoritas Gregorij.* [*Sententia paſtoris, &c.*] *Iuſtam ſententiam vocat, quādo crimen ſubeſt, ſuper quod fertur: iniuſtam, quando illud non ſubeſt; quæ tamen timenda, vel ſeruanda eſt: quia ex alio iam dudum damnandus erat. Vnde, cum præmiſiſſet Gregorius:* [*Vtrum iuſte an iniuſte obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt,*] *ſubſecutus adiecit;* [*Ne is, qui ſubeſt, & cum iniuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam ex alia culpa mereatur. Paſtor ergo vel abſoluere indiſcrete timeat, vel ligare. Is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat vel iniuſte; nec paſtoris ſui iudicium temere reprehendat: ne, & ſi iniuſte ligatus eſt, ex ipſa tumida reprehenſionis ſuperbia, culpa, quæ non erat, fiat.*] *¶Aliquando nullum ſubeſt crimen: & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum oppoſitā ſibi ſententiam damnationis in ſe excipit.*

sup.ead.c.1.

Hom. 26. in Euan.

*Vnde Gregorius ait.*

¶Quot modis humanum iudicium peruertitur. C. LXXVIII.

Isidorus l.3.de ſum. bo no,c.58.

QVatuor [c] modis peruertitur humanum iudicium: timore [d], dum metu poteſtatis alicuius veritatē loqui pertimeſcimus: cupiditate, dum præmio animum † alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduerſarium † molimur: amore, dum amico [e], vel propinquo complacere contendimus.

Burc.l.16.c.28.

† al. muneris alicuius corrūpimur] Iſid.

† al. aduerſa.

*¶Apud Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum (quem citat Burchardus) & paulo etiam, & plenius; & ſequitur nonnullis interiectis poſt caput qui recte ſupra ead.*

*Quàm vero graue ſit vel odio, vel amicitia, vel me-*

CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, ꝙ licet ſentētia ſit iniuſta ex ordine ei tñ eſt obediendū. & allegando quandā falſam rationem aſſignat, dicens aliquādo contingere, ꝙ aliquis ligatus eſt apud Deū pro alieno reatu: & tamen pro reatu alio, quem non fecit, condemnatur: velut ſi adulter de crimine ſacrilegij qđ non fecit, non ſeruato ordine iudiciario condemnatur: q̄ tamen ſententia tenet non ſacrilegij ratione qđ non fecit, ſed rōne adulterij, ꝓ quo iamdiu apud Deum fuerat excōicatus. Et ad hoc probandū inducit c.Greg.ſu c.ſētentia, & exponit c. illud qualiter intelligi debeat.

a ¶Pro ſacrilegio] G. male intelligit illud c.ſupra ead.c.1. innuit enim hic, ꝙ etiam eſt tunc timēda ſententia paſtoris quando, vel illud crimen pro quo eſt excōmunicatus, vel aliud eſt in eo: aliàs ſi nullum eſt in eo crimen, nulla eſt vel nō eſt timenda ſentētia, & fuit deceptus ex illo verbo. ſiue ex alia culpa mereatur ſed Greg. vocat aliā culpam, q̄ de nouo quærit, contemnendo.ſ. excommunicationem 1 Vel dicas eum allegando 2 hoc dicere.

1 Et hoc patet in fin.§. ibi fiat culpa.

2 Ad hoc dictū facit inf. ea.ff. hęc & ſi.&c. vbi patet, ꝙ ita intellexerit, vt dictum eſt. Arch.

b ¶Non habet.] Sic 24.q.3. notandū. in fine: vbi dicitur, ꝙ iniuſta excōicatio non nocet niſi contemnatur ſic ext.de ſent. excom. per tuas, ſic nec denunciatio iniuſta eſt contemnenda, extra de noui operis nunc.c.ex iniuncto.

ALIQVANDO. CASVS Hic proſequitur tertium membrum.ſ.quando ſententia eſt iniuſta ex cauſa.ſ.nullum crimen ſubeſt: ſed odio iudicis, vel machinatione aduerſariorum ſeruato ordine iudiciario condemnatur, quod probat ſequenti cap.

QVatuor.] CASVS Docet hic Grego quòd quatuor ſunt, quibus humana iudicia peruertuntur ſ timor, cupiditas, odium, & amor. & de quolibet ponit exemplum.

c ¶Quatuor.] Eſt & quintus, modus quando iudex pauperibus miſeretur vt 23.q.4.eſt iniuſta. & c. ne amiſſo. Item ſunt alij duo modi: nimia ſeueritas: & nimia remiſſio, vt 45. d. diſciplina: non enim eſt conſtans iudex cuius animi motum vultus detegit, ff. de offi. præſi. obſeruandum. Item eſt & alius modus quando per imprudentiam male iudicat. inſtitu. de obli. quæ ex quaſi deli. nal.§.1.

d ¶Timore.] Sed nunquid tenet ſententia, quam iudex per metum tulit? ſic: ſed elidi poteſt per exceptionem 3 25.q.1.omne ff.de iure interdum.§ 1. Arg. contra ff de acqui hær e l.6 §. vlt. ſententia autem quæ per præmiū lata eſt, nulla eſt, vt 2 q 9.venales, ſed ſi odio, vel amore lata eſt: bene tenet, ſed irritatur, ff. ad Trebel.l ſeruū, §.cum prætor.Io.

3 Subau ſic debe telligi in iniuſtum de hoc Io. de Fa

e ¶Dum amico.] De hac amicitia, vel inimicitia nota. 3 quæſt.5 c.1.

Qui-

a Qvicumque.] ¶ Inimicitijs ] Videtur ꝙ iudex æquè poſſit recuſari propter nō capitales ſicut propter capitales inimicitias, vt 3 q. 7 iudices. ext. de app. ad hoc. vnde patet, ꝙ pro minori cauſa recuſatur iudex quàm teſtis, vt dixi 3. q. 5. accuſatores. ſed ideo, quia facilius

occultat, & qui mēdacium dicit: quia ille prodeſſe non vult: & iſte nocere deſiderat.
b ¶ Occultat.] Tunc ſcilicet cum inducitur in teſtem: aliàs bene poteſt: & etiam debet quandoque quis occultare veritatem, vt 22. q. 2. primum ver. ſeptimum. & ca. ne quis. & 43. diſt. in mandatis. & cum à Chriſto quæreret quid eſt veritas, non reſpondit. 1

Recuſatur iudex facilius quàm teſtis.

*tu, vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere, teſtatur Hieronymus in Amos, cap 6. dicens.*

Similis apud Iſidorum eod. l. 3 c 57. & apud B. Hieron. in Amos, c. 6 ad illud, [Quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium.]

¶ De ijs, qui aliquo modo iudicium peruertunt.

C. LXXIX.

QVicūque aut conſanguinitate, aut amicitia, & econtrario vel hoſtili odio vel inimicitijs [a] in iudicando ducitur; peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

Iſid. ibid. c. 59.

*Item Auguſtinus ad Caſulanum.*

¶ De ijs, qui metu poteſtatis veritatem occultant.

C. LXXX.

QVisquis metu cuiuſlibet poteſtatis veritatem occultat [b], iram Dei ſuper ſe prouocat, quia magis timet hominem, quàm Deum. *Et poſt pauca.* ¶ Vterque reus eſt, & qui veritatem occultat [c], & qui mendacium dicit, quia & ille prodeſſe [d] non vult, & iſte nocere deſiderat.

Deuſdedit p. 1: Burch. l. 16. c. 12. Extra de crimi. falſi. c. 1.

*¶ Caput hoc non eſt inuentum apud B. Auguſtinum, cuius poſteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Auguſtini. Simillima leguntur in eodem libro tertio Iſidori, c. 59.*

*Item.*

¶ De eodem. C. LXXXI.

iij NEmo peritorum, aut prudentium putet, ꝙ minus ſit periculū in verbis, lingua [e] mentiendo, quam manibus ſanguinem fundendo. Melius [f] eſt autem pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

*Item Pelagius Papa I I. epiſtola 2. Benigno archiepiſcopo.*

¶ De eodem. C. LXXXII.

VNicuique prouidendum eſt, ne aliquem iniuſtè perſequatur, iudicet, vel puniat; ne leſum [g] perſequatur iudicet, vel puniat.

*Hic quoque qui veritatem pro pecunia negat, vel falſum teſtimonium contra aliquem dicit: Deum negare, vel vendere probatur.*

*Vnde Beda ad c. 14. Marci.*

Et ad cap. 26. Matthæi.

¶ Qui falſum teſtimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, ſceleris Iudæ participes ſunt.

C. LXXXIII.

*Mar. 14. Matt. 26.*

ABijt Iudas ad ſummos ſacerdotes, & conſtituerunt ei pecuniā ſe daturos.] ¶ Multi hodie ſcelus Iudæ, qui[a] Dn̄m, ac magiſtrum, Deumq; ſuum pecunia vendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent; nec tamen cauent. Nam cum pro muneribus falſum contra quemlibet teſtimoniū dicunt; profecto, quia veritatē pro pe-

c ¶ Occultat.] ff. de fal. ſi qs obrepſerit.
c ¶ Occultat.] Contra 22 q. 2. ſi quis arbitretur.
d ¶ Prodeſſe.] Aliquis ergo cogit alij prodeſſe, cū ſibi non obeſt. ff. de aqua pluuia arcē l. 2. §. Item Varus.

1 Adde hoc qđ dicā 22. q 2. §. item quod dicit. Archid.

NEmo ] CASVS. Quæritur quis magis peccet, an qui mētitur, an qui ſanguinem effundit? Et reſpondit, ꝙ æqualiter peccāt. vnde non debet aliquis mētiri: ſed melius eſt pro veritate pati ſuppliciū, quàm pro mendacio beneficium. [Melius,] electiuè ponitur. Sequens ca. planum eſt.
e ¶ Lingua.] Mētiendo de aliquo, ꝓpter quod ipſe perdit vitā, talis enim dr̄ homicida. J. de pœnit. diſt 1 periculoſe. 50. diſt. ſi quis viduam.
f ¶ Melius.] Electiuè, vt J. c. iniuſtum. 22. q. 1. conſiderat.
g VNicuiq;.] ¶ Ne leſum:] 7 q. 1. omnis qui gemebat.

HIC QVOQVE. CASVS. Dictū eſt ſ. in ꝓced. c. ꝙ qui iniuſtè aliquē condēnat, Deū negat. dicit nunc Gratia. ꝙ ſic Deum negat, qui veritatem occultat ꝓ pecunia, vel falſum teſtimoniū dicit. quod probat per ſeq. capit.

ABijt Iudas.] CASVS. Beda i hoc ca. primo ponit verba Marci Euāgeliſtæ, quę durāt vſque ibi, [Multi.] Poſtea dicit, ꝙ multi hodie abhorrent ſcelus Iudæ, qui Deū pro pecunia vēdidit: & tā

cilius habentur mille iudices, quàm vnus teſtis. extra de appel. poſtremo.

QVisquis.] CASVS. Docet Auguſt. quòd excuſari non debet qui metu alicuius poteſtatis celat in iudicio veritatem: quia vterq; reus eſt, & qui veritatem

idē committunt. Nam qui dicit falſum teſtimoniū pro pecunia, Deum negat, qui eſt veritas. Similiter qui fraternā ſocietatem diſcordat & cōmaculat, Deum qui charitas eſt, prodit, maxime cū non ex infirmitate vel ignorantia hoc facit, immo faciendi opportunitatē quærit.

a ¶ Ven-

a ¶ Vendunt.] Quantum in ſe eſt. nam ipſe vendi non poteſt. 1. quæſt. 3. Saluator. vel vendunt, id eſt, à ſe ſeparent ſicut venditor rem venditam a ſe ſeparat & alienat pretio accepto: ita iſti Deum à ſe alienant pretio accepto. & ſic dicitur per ſimilitudinem.

Deus vendi non poteſt.

& omne id quod ſequitur ex illo dicit; vt 8 diſt. 8. quo iure, extra de do. & contum. cum dilecti, in fi. extra de offic. deleg. cum ſuper. ff. quod met. cau. l. 1.

g ¶ Negare Chriſtũ.] Sed quid ſi aliquis coactus negat Chriſtum ore, ſed corde non negat? non videtur peccare: nam

Chriſtũ negans etiã ſolo ore, peccat.

cunia negant, Deum pecunia vendunt [a]. Ipſe enim dixit: [Ego ſum veritas.] Cum ſocietatem fraternitatis aliqua diſcordiæ peſte cõmaculant; Deum produnt, quia Deus charitas eſt. Qui ergo charitatis, & veritatis iuſſa ſpernunt Deum vtique, qui charitas eſt & veritas, produnt, maximè cum non infirmitate [b], vel ignorantia peccant, ſed in ſimilitudinem Iudæ quærunt opportunitatẽ, qualiter arbitris [c] abſentibus mendacio veritatem, virtutem crimine mutent.

*Ioan. 14.* *1. Ioan. 4.* *Matth. 26.*

1 Vt 15 q. 1. § itaque.

## *Item Hieronymus in epiſtolam ad Titum, cap. 1. in extremo.*

¶ Chriſtum negat, qui peruerſis ſe ſocium facit.

C. LXXXIIII.

Exiſtimant quidam in eo tantum Chriſtum negari, ſi perſecutione quis à gentilibus comprehẽſus, ſe renuerit eſſe Chriſtianum. Sed ecce Apoſtolus omnibus, quæ peruerſa ſunt, factis [d], Deum aſſerit denegari, Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, veritas, ſanctitas, fortitudo. Negatur per inſipientiam ſapientia, per iniquitatem iuſtitia, per mendacium veritas, per turpitudinem ſanctitas, per imbecillitatem animi, fortitudo. Et quotieſcunque vincimur à vitijs atque peccatis, toties Deum negamus: & econtrario, quoties bene quid agimus, Deum confitemur. Nec arbitrandum eſt, in die iudicij, illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Chriſtum denegarunt, ſed † & illos omnes, quorum opere, vel ſermone, vel cogitatione Chriſtus negatus negat [e], vel confeſſus confitetur. De hac puto confeſſione, & diſcipulis præcipit dicens: [Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad extremum terræ.]

*Matth. 1.* † *al. ſed per omnia opera, ſermones, cogitationes Chriſtus vel negatus, &c.*

## *Item Auguſtinus tractatu 113. ad c. 18. Ioannis.*

¶ Qui Chriſtianum ſe negat, Chriſtum negare conuincitur. C. LXXXV.

ij Non ſolum abnegat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum; ſed ille etiam, qui cum ſit, negat ſe eſſe Chriſtianum. Dominus enim non ait [f] Petro, diſcipulum meum te negabis: ſed [me negabis.] Negauit ergo ipſum; cum ſe negauit eſſe eius diſcipulum. Quid autem aliud illo modo, quàm ſe negauit eſſe Chriſtianum? *Item in tractatu 66.* Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animę tuę. Quanta enim vita eſt cõfiteri Chriſtum; tanta mors eſt negare Chriſtum [g]. An Apoſtolus Petrus (ſicut eum quidam fauore peruerſo excuſare nituntur) Chriſtum non negauit; quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit?

*Luc. 22.* *Luc. 11.*

*Item ex concilio Arauſico.*

### ¶ De eodem. C. CVII.

Canonica inſtituta, & ſanctorum patrum exempla ſequentes, eccleſiarum Dei violatores α [c] auctoritate Dei, & iudicio ſancti ſpiritus à gremio ſanctæ matris eccleſiæ, & cõſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſque reſipiſcant, & eccleſiæ Dei ſatisfaciant. Burch. l. 12. c. 7. Iuo p. 3. c. 126.

α ¶ Violatores.] *In eadẽ collectione, & apud Burchardũ, & in duobus vetuſtis Gratiani codicibus ſequitur N. Ab alijs tamen Gratiani exemplaribus, & ab Iuone abeſt nota illa.*

*Item ex eodem.*

### ¶ Modus reconciliationis excommunicatorum. C. CVIII.

Cum aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emendationem promittit; epiſcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas eccleſię venire debet, & duodecim[d] presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumſtare debent β. Et ſi ille terrę proſtratus veniam poſtulat, & de futuris[e] cautelam[f] ſpondeat, tunc epiſcopus apprehenſa manu eius dextera, in eccleſiam illum introducat, & communioni Chriſtianæ reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet cũ illis precibus, Kyrie eleiſon, Pater noſter. Saluum fac ſeruum tuum. *Oratio*, Præſta quæſumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt eccleſiæ tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorum veniam conſequendo reddatur innoxius. Per, &c. Burc. l. 11. c. 7.

β ¶ Debent.] *Apud Burchardũ, qui etiam ex cõcilio Arauſico citat, hæc ſequuntur.* Vbi etiam adeſſe debent illi quib. iniuria, vel dãnũ illatũ eſt, *& multa alia, quæ omnino perlegenda ſunt*

Sacrilegi an ſint ipſo iure excommunicati.

1 Arg. ad hoc 23. q. 2. clerici Arch.

2 De hoc no. 22. q. 2. cum deuotiſſimã & extra de ſent. excom. tua. & ibi videas Arch.

Excõicatus an ſimplici verbo poſſit abſolui.

3 Hoc ſane intellige, ne contrarium extra de ſen. exc. cũ medicinalis. Arc.

qui fur.or re c. 1. videtur ergo, ꝙ hodie ſimplici verbo poteſt abſolui quis; quia omnis res per quaſcunq; cauſas contrahitur, per eaſdem diſſoluitur, vt extra de regulis iuris, omnis res.

PRESBYTERIS. Hæc eſt 10. pars q. in qua ponitur quæ poenitentia debet imponi illis, qui excommunicati celebrauerunt. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta eſt mentio de presbyteris excommunicatis, qui diuina celebrare præſumunt. Nunc verò docet Gratia quæ pœnitentia ſit eis iniungenda.

DE illis.] CASVS. Tempore Nicolai quidam presbyteri dum eſſent excommunicati, præſumpſerunt diuina officia celebrare: quo mortuo cum ipſi pęnitentiam agere vellent, quæſiuit clerus Salonitanus à Papa Ioanne, quæ pęnitentia ſit illis ſacerdotibus imponenda. Et reſpondet, ꝙ de iure deberent deponi; de miſericordia tamen Sedis Apoſtolicæ in ſancta communione permittuntur, ita vt tribus continuis annis in vnaquaque hebdomada in ſecunda & quarta & ſexta feria vino & carnibus ieiunent, & vltra lugenda non committant.

10 *Presbyteris vero, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt, quæ pœnitentia ſit imponenda Ioannes octauus clero, & ordini* † *Salonitano ſcribens definit dicens.*

† *al. Salernitano*

¶Quæ ſit pœnitentia ſacerdotum, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt.

C. CIX.

Iuo p. 14. c. 35. Pann. l. 5. c. 104.

DE illis presbyteris, qui tempore ſanctiſſimi prędeceſſoris noſtri domini Papæ Nicolai excommunicati ſacrum miniſterium † contingere præſumpſerunt; ipſi in ſe damnationis (ſicut ſacri canones ſtatuerunt [a]) ſententiam intulerunt. Tamen, quia miſeratio Apoſtolica veniam ſolet præſtare correctis, ob multitudinem miſericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus: vt ſancta communione ſaginati [b] ſtudeant tribus continuis annis per hebdomadam omni ſecunda α, & quarta, & ſexta feria à vino β, & à carne penitus ieiunare, & vltra lugenda nequaquam committere:

† *al. Myſterium*

α ¶Omni ſecunda.] *Apud Iuonem, & in aliquot vetuſtis Gratiani exemplaribus legitur,* omni ſecunda & ſexta feria: *in vno autem,* omni quarta, & ſexta feria.

β ¶ A vino.] *In Pannormia eſt,* aut à vino, aut à carne, *apud Iuonem,* à uino, aut aceto.

*Qui autem excommunicatis communicant, pro modo peccati pœnitentiam accipiant.*

*Vnde Vrbanus II. Genebaldo † Conſtantienſi epiſcopo.*

† *al. Gebehardo*

¶ Pro modo peccati puniantur, qui excommunicatis communicant. C. CX.

Iuo p. 14. c. 45. Pann. l. 5. c. 107.

SAnctis quippe canonibus cautum conſtat, vt qui excommunicatis communicauerit, excommunicetur. Ipſius † tamen pęnitentiæ, atque abſolutionis modos eo moderamine decernimus, vt quicunque ſeu ignorãtia [c], ſeu timore [d], ſeu neceſſitate negocij cuiuſquam maximi, & maximè neceſſarij, eorum ſe conuictu, ſalutatione, oratione, oſculatione † contaminauerit, cum minoris pęnitentiæ medicina ſocietatis noſtræ participationem † ſortiantur. Eos vero, qui aut ſpontaneo, aut negligenter [e] inciderint, ſub ea volumus diſciplinæ coerctione † [f] ſuſcipi, vt cæteris metus incutiatur.

† *al. Ipſi*

† *al. oſculove*

† *al. participium*

† *al. coertione*

a ¶Statuerunt] Sup. ca. ſi quis epiſcopus. contra, vbi eis negatur ſpes reſtitutionis, ſed nõ negatur quin à Papa 1 poſſint reſtitui.

1 Sub. non ab alio, 2. q 5. quarto. in fi. 23. q 4. eſt iniuſta. Lau.

b ¶Saginati] Pingue verbũ de pingui intellectu proceſſit 44. diſt. § fin.

QVI AVTEM CASVS Hic docet Grat. quod communicantes excommunicatis ꝓ modo peccati maioris, vel minoris debent pœnitere, quod probatur ſeq. c.

SAnctis] CASVS. Quidam communicauerunt excõmunicatis ex ignorantia, vel timore neceſſitate vel voluntate: quare quæſiuit Genebaldus epiſcopus Cõſtantienſ. ab Vrbano ſecundo, qualiter puniri debeant, vel ad ſatisfactionem recipi. Et reſpondet, ꝙ niſi reſipiſcant, anathematizari debent. Si vero ſatisfacere velint illi, qui ignorantia, timore, vel neceſſitate excommunicatis participauerunt, ſub minori pęnitẽtia ſunt recipiendi. Qui vero voluntate, vel negligentia communicauerunt, ita diſtrictè ſunt recipiendi, vt cæteris metus incutiatur.

c ¶ Ignorãtia.] Craſſa: quia verè ignorãs non eſſet excommunicatus. vnde lex dicit, Scientiam, non ignorantiã volumus obligari.

d ¶ Timore.] Extra quod metus cau. lacris.

e ¶ Aut negligẽter.] no. negligentiã comparari voluntati. ff. de regulis iur. l. latæ culpæ.

f ¶ Coerctione] Sed pone, quòd aliquis laicus iurauit ſe alij laico ſatisfacere: poſt abſolutionem vult eis ſatisfacere coram ſæculari iudice: nunquid iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de iſta ſatisfactione, cum illa ſit cauſa ciuilis? ſic, argumen. extra de donatio. inter virum & vxorem, de prudentia. extra de coniug. ſeru. cap. licet, vbi iudex eccleſiaſticus de libertate, ſiue de hęreditate cognoſcit, & pronunciat, & iudex eccleſiaſticus de cauſa natiuitatis cognoſcit, extra qui fil. ſint leg. cap. lator.

Quidam

Q Vidam clerici.] CASVS. In 11. cauſa q. 1. c. inolita. & capit. placuit. introduxit magiſter Grat. clericos litigantes de rebus proprijs. Sed quia poſſet dubitari, an clerici debeant habere propria, quia prædeceſſores eorum omnia habebant communia, de quibus dicitur: Multitudinis credẽtium erat cor vnum, & anima vna; nec quiſquam eorũ aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia: ideo ſuppont hanc 12. cauſam, in qua oſtendit, an clerici poſſint ꝓpria habere, & annectit de alienatione rerum eccleſiæ, & vtrum clericis liceat condere teſtamenta. Vt autẽ hæc omnia melius pateant, proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones, in hunc modum dicẽs: Quidam clerici, &c.

a ¶ Propria.] Supra prox. cauſa, quæſt. 1. in illo cap. inolita. & cap. placuit G induxit clericos litigãtes de proprijs rebus. Sed quia dubitari poſſet, an poſſint clerici habere ꝓpria: ideo ponit hanc cauſam, in qua quęrit an clerici poſſint ꝓpria poſſidere, & an poſſint res eccleſiæ alienare, & an poſſint condere teſtamentum. & vt hæc, & alia, &c.

b ¶ An vtriq;.] id eſt, eccleſię & ſacerdoti.

sed cõia erant omnia, ſm ꝙ loquitur J. ea. ca. 2. & ſi qua capitula, contrarium dicant, loquuntur de conſilio, vel ſecundum tempus primitiuæ eccleſiæ, vel de ijs qui tacitè, vel expreſsè renunciauerunt proprijs.

O Mnis ætas.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes.

tè vt 19. q. ... nũc autem expſsè cũ ... ua voce h... exprimũt.

# CAVSA DVODECIMA.

*Q Vidam clerici propria [a] relinquere volunt; de ſuis & eccleſiæ rebus teſtamentum conficiunt: de rebus eccleſiæ nonnulla largiuntur.*

*1 Modo primum quæritur, vtrũ liceat clericis proprium habere.*

*2 Secundo, an res eccleſiæ, quæ ab eis datæ ſunt, poſſint conſtare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt.*

*3 Tertio, ſi ante tempus ordinationis ſuæ, qui nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur, an poſſint ea relinquere quibus voluerint, an non.*

*4 Quarto, ſi de ſuis & eccleſiæ rebus aliqua acquiſiſſe noſcuntur, an vtrique [b] communiter, an ſingulariter eccleſiæ, vel ſacerdoti, iure proueniant.*

*5 Quinto, ſi teſtamenta liceat eis conficere.*

## QVÆSTIO PRIMA.

*C Lericos [c] nihil poſſidere, multis auctoritatibus iubetur †.* † *al. approbatur*

*Ait enim Toletanum concilium quartum, cap. 23.*

¶ Impuberes, & adoleſcentes in vno conclaui manentes probatiſſimo ſeniori deputentur. C. I.

O Mnis ætas ab adoleſcentia [d] in malũ prona eſt. Nihil enim incertius, q̃ vita adoleſcentium †. Ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui in clero impuberes †, aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno conclaui atrij commaneant † vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agãt, deputati probatiſſimo [e] ſe-

Anſel. l. 7. c. 1. Gen. 6. & 8. *Prouer. 30.* † *al. puberes* † *al. commorentur*

† Cõcor. gl... in verb. aue... tit. § his igi... tur, alias, hi... itaque, Inſt... de iuſt. & ...

C Lericos.] Hæc q̃o diuidit in duas partes. In prima probat magiſter per 17 aucto ꝙ nullus clericus debet habere proprium; quod tamen de regularibus intelligitur, qui proprijs renunciauerunt. Secunda ibi, [His omnibus.] lo. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericis liceat habere proprium: & hoc ordine procedit Gratianus. Primo probat, quod clerici non debent habere proprium. Poſtea contrarium. Et ſciat, quòd clerici, qui non abrenũciant proprijs, poſſunt habere propria, infra ead. queſt. epiſcopi manifeſta. ſint manifeſtæ. Si vero abrenunciauerunt tacitè vel expreſsè, non poſſunt habere propria. tacitè 19. q. 3 nunc autem. expreſsè cum viua voce hoc exprimunt. & hoc teneas quidquid Gratia. dicat.

Clerici poſſunt habere proprium.

c ¶ Clericos.] In hac prima q. ſ an clerici poſſint propria habere, Grat alleg pro & cõtra: deinde ſoluit in illo §. cũ ergo. & malè. Dic ergo, ꝙ poſſunt habere propria niſi renunciauerint 1 proprijs J ead. q. 1 ſint manifeſtæ Sed hoc nota, ꝙ in primitiua eccleſia omnes credentes, ſiue clerici, ſiue laici nihil proprij poſſidebant,

1 Scilicet tacitè, vel expreſse: taci-

tes. In prima loquitur de impuberibus clericis, & adoleſcentibus: quorum vita, quia ſemper ad malum prona eſt, ideo in vno conclaui omnes manere debent, deputari probatiſſimo ſeniori, qui magiſter ſit doctrinæ, & teſtis vitę eorum. In ſecũda parte loquitur de laicis pupillis eccleſiæ commendatis, quos prælatus eccleſiæ debet in omnibus cuſtodire. Si autem aliqui eorum cum adulti fuerint, luxurioſè viuere voluerint, ſi aliter corrigi noluerint, ponantur in monaſterijs, vt ibi diſtrictius viuant. Secunda pars incipit ibi, [Quod ſi aliqui.] Et nota, quod omnia c. quæ dicunt, quod clerici non poſſunt habere proprium, intelliguntur de illis, qui renunciant proprijs tacitè, aut expreſsè.

d ¶ Ab adoleſcentia.] In clericis expectantur 18. anni, & tunc quæritur, an velint in ſæculo perſeuerare, vt J. diſt. 28 de his. In monachis 14. vt J 20 q. 1. illud

e ¶ Probatiſſimo.] Pupillus. n. apud tales educari debet, qui non inſidientur eius pudicitiæ, vt ff. vbi pup. educ. deb. l. pen. Vel dic, ſeniori. i. presbytero, 84. diſt. porro.

Pupillus vbi dẽt educari.

a ¶ Ma-

a ¶Magiſtrum.] Not. ꝙ magiſter perhibere debet teſtimonium de vita diſcipuli, ſimiliter de eius doctrina, vt C. de aduoc. diuer. iud. l. nemini. ſic domeſtica teſtimonia quandoque admittuntur. ſic & pater perhibet teſtimonium de filio. 20. q. 3. præſens ſic & aliàs. 2. quæſt. 7. cum paſtoris, & inf. e. q. manifeſta 2 q. 1. Deus oĩpotens.
b ¶Pupilli.] Hic de laicis loquitur, qui ſunt commendati eccleſiæ.
b ¶Pupilli.] Pupilli, orphani, viduæ, liberti, miſerabiles perſonæ ſpectant ad iudicium eccleſiaſticum, vt 87. d. cap. 1 & 2. & C. quando imperator inter pu. & iud. l. vnica. §. ſi pupilli, & 16 q. 1. generaliter, quæ hic pro contrario ſignantur. Sed dic, tutela, idest, protectione io. Credo, ꝙ ſint de foro vtriuſque. B. vnde eccleſia tales tueri, idest nutrire non tenetur: ſed tueri, idest, protegere tenetur.

niori, quem & magiſtrum [a] diſciplinæ, & teſtem vitæ habeant. Quòd ſi aliqui ex his pupilli [b] exiſtunt; ſacerdotali tutela foueantur: vt & vita eorum a criminibus intacta ſit, & res ab iniuria improborum. Qui autẽ his præceptis reſultauerint; monaſterijs deputentur, vt vagantes animi, & ſuperbi ſeueriori regula diſtringantur.

*Item Clemens in epiſt. 5.*

Anſ. ibidem.

¶Omnibus clericis communis eſt vita ſeruanda. C. II.

Dilectiſſimis [c] fratribus, & condiſcipulis, Hieroſolymis cum dilectiſſimo fratre Iacobo epiſcopo habitantibus, Clemens epiſcopus. Communis vita, fratres, omnibus neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehenſibiliter militare cupiunt, & vitam Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum imitari volunt. ¶Communis enim vſus omnium [d], quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem [e] alius hoc ſuũ eſſe dixit, & alius illud; & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. ¶Denique Græcorum quidam ſapiẽtiſſimus hęc ita ſciẽs eſſe, ait, communia debere eſſe amicorum omnia: [In omnibus autem ſunt ſine dubio, & coniuges [f].] Et ſicut nõ poteſt, inquit, diuidi aer [g], neque ſplendor ſolis; ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnib. data ſũt ad habendum, diuidi debere: ſed habenda eſſe cõia. Vnde & Dominus per prophetam loquitur dicens: [Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, &c. ¶Iſtius enim conſuetudinis more retento etiam Apoſtoli, eorumq; diſcipuli, vt ꝑ dictum eſt, vna nobiſcũ, & vobiſcum cõem vitam duxere. Vnde, vt bene noſtis, erat multitudinis eorum cor vnum & anima vna [h]: nec quiſquam eorum, aut noſtrum de his, quæ poſſidebat [i], aliquid ſuũ eſſe dicebat: ſed omnia illis, & nobis erant cõia: nec quiſquam egens erat inter nos. ¶Omnes autem, qui domos, vel agros poſſidebant, vendebãt eos, & pretia eorũ, & reliquas res, quas habebant, afferebant, ponẽtes ante pedes Apoſtolorũ (ſicut nobiſcũ q-

Pſal. 132.

Act. 4.

cipio omnia fuerunt communia; ſed per iniquitatem eſt proprietas inducta, vt dicatur, hoc eſt meum, illud tuũ. Secundo auctoritate Platonis dicentis omnia debere eſſe communia, etiam vxores. Tertio auctoritate prophetæ Quarto, exemplo Apoſtolorum Quinto, exemplo Chriſtianorum primitiuæ eccleſiæ, qui vendebant agros, & pretia eorum dabãt Apoſtolis Sexto, exẽplo Ananiæ, & Sapphiræ, qui mortui ſunt ante pedes Petri pretio agrorum. In fine hortatur eos, vt ab Apoſtolicis regulis non recedant. Prima ratio incipit ibi, [Cõis enim vſus] Secunda ibi, [Deniqꝫ.] Tertia ibi, [Ecce q. bonum] Quarta ibi [Iſtius enim.] Quinta ibi, [Omnes vero.] Sexta ibi, Ananias,] Breuius repete: probat ſex rationibus, ꝙ omnia debẽt eſſe communia.
c ¶Dilectiſſimis.] Sex rationib. probat omnia eſſe communia. Et nota, ꝙ Papa hic ſe poſtponit, ſic poſtponitur ſup. 97. d. victor.
d ¶Omnium.] Vñ Tullius: Dulciſſima rerũ poſſeſſio communis ẽ, & dicit Philoſophus. Quietiſſime viuerent homines in hoc mũdo, ſi de medio ſublata eſſent duo verba, ſcilicet meum, & tuum.
e ¶Sed per iniquitatem.] Idest, per conſuetudinem iuris gẽtium æquitati naturali contrariam: ne ſit contra 1u. d. 8. c. 1 Vel iniquitatem, id eſt, per ſolicitudinẽ, vt ibi, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, idest de pecunia, quæ per ſolicitudinem eſt quæſita. 14. q. 5. §. ſed hoc multiplic ter.
f ¶Et coniuges.] Non quo ad vſum carnis, ſed quo ad vſum obſequij, vel quo ad dilectionem 37. d. omnino. Et eſt arg ꝙ verbum generale generaliter intelligendum eſt 19 d. ſi Romanorum. 2.
g ¶Aer communis dicitur quo ad vſum, vt inſt. de rerum diui. §. 1. ſed quo ad ius ædificandi cuius eſt ſolũ, eius eſt aer vſque ad cęlum, vt ff ꝙ vi aut clam, l. vlt. in fi. poteſt enim ædificare homo quam alte velit: tamen non excedat vſitatum modum altitudinis, vt C. de ędi. priua. l. 1.
h ¶Cor vnum, & anima vna.] Scilicet, vt ſint vniti vinculo charitatis.
i ¶Poſſidebat.] Ergo aliquis poteſt poſſidere rem, cuius non põt habere proprietatem. Argu contra, extra de præſcript. cauſam. Sed dic poſſidebat, idest, detinebat ſicut

Meũ, & tuũ turbant humanum otiũ.

Amicos facere de mammona iniquitatis qu eſt.

Dilectiſſimos.] CASVS. Hieroſolymis erant quidam qui proprijs renunciauerunt cum ipſis Apoſtolis; ſed non bene ſeruabant, & ideo Clemens Papa ſcribit Iacobo, & ſecum habitantibus, & primo ſalutans eos docet, ꝙ omnia debent eſſe communia. Et hoc probat ſex rationibus. Prima eſt, quia de iure naturali a prin-

Idẽ Alex. ... mo in l. ... d iu. om. ... col. 2. vbi ... cit, ꝙ pro ... iſerabilib. ... erſonis iu... ex ꝑt inter ... onere cũm ... ñ implo... rum per l. ... C. qñ imp. ... ter pup & ... d.

Conc. tex. i l. 1. & ſi C. quæ res pig. obl. poſſ. & in l. 1. §. cũ vrbem ff de off. præf. vrb.

dam veſtrum cognouerunt,& viderunt:)& diuidebantur ſingulis,prout cuique opus erat.¶Ananias autem vir auſterus, & Saphira [a] vxor eius, qui mentiti ſunt Apoſtolis de pretio agrorum ſuorum,quos vendiderant,nobis præſentibus in conſpectu omniũ circumadſtantium a conſpectu Apoſtolorum propter peccatum [b] eorum,& mendacium,quod fecerũt,mortui delati ſunt ambo.Cætera,quę de talib.cognouimus,& vidimus,nec recordatione [c],nec demonſtratione digna ſunt. Quapropter hæc vobis cauẽda mandamus,& doctrinis, & exemplis Apoſtolorũ obedire præcipimus [d] : quia hi, qui mandata eorum poſtponunt,non ſolum rei, ſed extorres fiunt. Quæ non ſolum vobis cauenda,ſed & omnibus prædicanda ſunt.*& infra* ¶Vnde conſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis: ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino vouiſtis,adimplere ſatagatis. Act.5.

*a* ¶In omnibus autem ſunt ſine dubio, & coniuges.] *Verba hac abſunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impreſſo,& duobus ipſius manuſcriptis codicibus,vno Vaticano, altero bibliotheca S.Marci Florentiæ,& ab Anſelmo.Hanc vero ſententiam a Platone acceptam hæretici quidam volebant in Chriſtianam religionem inuehere.Ita.n.ſcribit Epiph.hæreſi 32* Primum quidem,quòd ipſe Epiphanes cum patre ſuo,& ſectæ antiſtite Carpocrate, ac ſodalibus eius communes eſſe hominum vxores ſanciuit,ex Platonis de repub.libris occaſionem nactus, & propriam concupiſcentiam perficiens. *Verum apud veteres etiam Chriſtianos hanc vxorũ communionem vehementer damnari ſolitã Tertulianus in Apologetico euidenter teſtatur his verbis.*Oĩa indiſcreta ſunt apud nos præter uxores. In illo loco conſortium ſoluimus,in quo ſolo cæteri homines conſortium exercent: qui non amicorum ſolũmodo matrimonia vſurpant,ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant,ex illa credo maiorum, & ſapientiſſimorum diſciplina Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicauerunt, &c.

*Item Eugenius Papa ij.& Leo iiij.c.7.*

¶Iuxta eccleſiam, clericorum clauſtra conſtituantur. C. III.

NEceſſaria [e] etenim res exigit,vt iuxta eccleſiam clauſtra [f] conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis eccleſiaſticis vacent. Itaq; omnibus vnum ſit refectorium, ac dormitorium,ſeu cæteræ officinæ [g] ad vſus clericorũ neceſſariæ.Miniſtri vero poſt epiſcopum ſuper eos eligantur; quorum vita, atque doctrina illos potius exornet, quam dehoneſtet. Anſ.l.7.ca.5. & l.4. cap.2.

¶*Eſt caput ſeptimum concilij Romæ ab Eugenio ij. primum habiti,& poſtea a Leone iiij.innouati. Antea citabatur Leo ix.*

*Nec in atrio eccleſiæ alia ædificia, niſi clericorum ponantur.*

*Vnde Nicolaus Papa.* In concil. Salegunſt.c.12.

---

ſicut ſeruus dicitur poſſidere,ff de acq. poſſeſſ.quod ſeruus.
a ¶Et Saphira.]inf. 23.quæſt.8.legi.&c. Petrus.
b ¶Propter peccatum.]Propter peccatum moritur quis citius,vt 22.q.4.ca.vindicta. (Pctũm vitã abbreuiat.)
c ¶Recordatione.] Alias retractatione.
d ¶Præcipimus.].i. monemus,ſimile 28 q.1 ſic enim,videtur tamen q hoc fuit pceptum: quia primitiua eccleſia hoc potuit præcipere:ſicut continentiam. ſed ſi hoc hodie pciperetur,deformaret ſtatum eccleſiæ vniuerſalis: quod nõ debet eſſe.1.q.vlt.& ſi illa.Vel dic q præceptum erat eis qui tũc renunciauerant proprijs, non alijs, 17. q.1.c.1. (Cõtra hoc facit litera conſiliũ,&c. & hortamur &c. ſed ſæpe quæ ſunt pcepti conſulitur & monentur,vt in prædi.ca. ſic enim. Arch.)

NEceſſaria.]CASVS. Hic reprehenduntur quidam regulares, qui communiter viuere nolebant,nec volebãt habere prælatos, præcipiunt ergo duo Papę ſcilicet Eugenius & Leo,q communiter viuãt,& prælatos habeant tales,q eos exornent,& non dehoneſtent. [Miniſtri.] .i.plebani,vel archipresbyteri,vel œconomi,vel huiuſmodi. Sequens. §. cum e planus eſt.
e ¶Neceſſaria.].i.vtilis,& honeſta.
f ¶Clauſtra.] Idem dicitur de conſecra. d.5.in omnibus. ſu. d.32.præter.
g ¶Officinæ.] ſu.d. 32.ſi qui vero.cõtra. ſup.1. q. 2. ſacerdos contra,int eod. quia tua. ſed ibi loquitur de eccleſijs collegiatis.hic non,vel conſuetudo diuerſarum eccleſiarum ſoluit cõtrarium.

ADDITIO. Quia prouidet eis vt pauperibus non vt clericis,ſecundum H.hic autem loquitur quãdo viuũt in communi, & de communi, ſecundum Lauren.

a ¶Nulla

Atriū eſt cęmeterium.

a N Vlla.] ¶ In atrio.] Id eſt, in cęmiterio, quod habebit xl. paſſus in circuitu eccleſiæ maioris capellæ, vel minoris eccleſiæ xxx. vt infra 17 q 4. ſicut antiquitus. ſic palatium Imperatoris non eſt priuatorum parietibus coarctandum. C de oper. publ quicunque. Clericus.]

pars eorum. Tertio oſtendit, ꝙ clericus de decimis, & oblationibus viuere debet, & relinquere hæreditatē parentibus. Hoc vltimum eſt de conſilio, quod datur perfectis. Vel ſm vetus teſtamentum quando leuitæ de decimis, & oblationibus cotenti erant, ſicut dixit H. cum hodie etiā monachi ab hæreditate paterna, vel materna non excludantur, vt 18. q. 1. ſtatutum. & 19. quæſt. 3. præſens.

¶ Nec in atrio eccleſiæ, niſi clericorum ædificia ponantur. C. IIII.

Iuo p. 15. c. 178.

N Vlla ædificia in atrio [a] eccleſiæ ponantur, niſi tantum clericorum.

*¶ Ferè eadem leguntur in concilio Salegunſtadienſi, cap. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Iuone par. 15.*

*Item Hieronymus ad Nepotianum.*

¶ Clericus nihil ſæculare poſſideat. C. V.

Deuſdedit p 3. Anſel. lib. 7. c 2. Iuo p. 6. c. 1.

C Lericus, qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primo vocabulū ſuum: & nominis definitione prolata nitatur [b] eſſe quod dicitur. Si enim κλῆρος Græcè, ſors Latinè appellatur, propterea vocantur clerici, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Dominus ſors, id eſt pars clericorum eſt. Qui autem vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talem ſe exhibere debet, vt & ipſe poſſideat Dominum, & poſſideatur a Domino. Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit: [ Pars mea Dominus. ] nihil extra Dominum habere poteſt. Quod ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum: pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, ſi aurum [c], ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem; cum iſtis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. Si autem ego pars Domini ſum, & funiculus [d] hæreditatis eius; nec accipio [e] partem inter cæteras [f] tribus: ſed quaſi leuita, & ſacerdos viuo de decimis; & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor. Habens victum & veſtitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus ſequar.

*Pſal. 15.*

*Pſal. 15.*

*2. Timot. 6.*

*Item Ambroſius de fuga ſæculi, c. 2.*

¶ Nihil præter Deum debet curare, qui in eius ſortem eligitur. C. VI.

C Vi portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum: ne alterius impediatur neceſſitatis [g] munere. Quod enim ad alia [h] officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic noſtro officio decerpitur. [i] Hæc enim vera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio [k] domeſticorum, & quædam alienatio chariſſimorum: vt ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit †.

† *geſtis*] orig.

*Item Hieronymus ad quendam ſuum leuitam de duobus generibus bonorum.*

¶ Clericis, & Deo deuotis nec cauſas agere, nec aliquid proprium habere licet. C. VII.

D Vo ſunt genera Chriſtianorum. Eſt autem vnū genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum

b ¶ Nitatur.] Arg à nominis interpretatione. 16. q. 1. ſi cupis. nomina enim debent eſſe conſona rebus Inſt de donat. §. eſt & aliud.

c ¶ Si aurū.] Non tñ eſt peccatum habere diuitias, ſi adſint bona opera, vt 35. diſt. hęc autē ſcripſimus. ſed tunc eſt peccatū, ſi propter eas iuſtitia deſeritur, inf ea. habebat. vel cum homo in eis ſpem ſuā ponit, vt 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

Diuitias habere peccatum no eſt.

d ¶ Et funiculus ] Funiculus hic dicit menſura quędā, qua diuidebat hæreditas poſt funus defuncti, ſecundum illud. Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

Funiculus quid ſit.

e ¶ Nec accipio.] Monachus tamen ſuccedit in hæreditatē, vt 19 q. 3. non liceat & eccleſia nomine eius recipit, vt 18. q. 1. c 1. Vnde Ouidius: Alterius vires ſubtrahit alter amor.

f ¶ Inter cæteras.] Sed ſingulariter: & eſt argum. quod clerici non debent partiri hæreditatē cum fratribus.

C Vi] CASVS. Quidā rogauit Ambroſ. vt ſcriberet ſibi qualiter poſſet ſæculum fugere, & Deo ſeruire cui Ambroſ. reſcribit dicēs, ꝙ ſæculum duobus modis fugitur, ſ. renunciādo rebus proprijs, & ſæcularibus curis: & abdicando ſe à domeſticis perſonis & conſanguineis, vt ſuis ſe abneget, qui Deo ſeruire eligit.

C Lericus.] CASVS. Nepotianus rogauit Hier. vt dictaret ſibi libellum de clericorum vita. quod Hier. fecit. hoc ergo c per quod eſt pars illius libri, tria oſtendit, ſ ꝙ clericus debet nomen ſuum interpretari: & iuxta interpretationem viuere. Secundo oſtendit, quòd clericus non debet habere diuitias: quia cum his, qui talia poſſident dominus eſſe dedignatur, nec vult fieri

g ¶ Neceſſitatis.] Id eſt, ſolicitudinis.

h ¶ Officia.] Scilicet ſæcularia

i ¶ Decerpitur.] Id eſt, ſubtrahitur. ſic 99. diſt ecce.

k ¶ Abdicatio.] Quo ad carnalē affectum, vel copulam.

D Vo ſunt.] CASVS Quidam leuita rogauit Hiero vt aſſignaret ſibi differētiam inter clericos & laicos: & quod

contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit: vt ſunt clerici, & Deo deuoti, vide licet conuerſi [a], κλῆρος enim Græcè, latinè ſors. Inde huiuſmodi homines vocãtur clerici, id eſt ſorte electi. Oẽs enim Deus in ſuos elegit. Hi namq; ſunt reges, ideſt ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. Et hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio vero capitis, eſt temporalium omnium depoſitio [b]. Illi enim victu & veſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem [c] habentes, debẽt habere omnia communia. Aliud vero genus eſt Chriſtianorum, vt ſunt laici. λαὸς enim Græcè, eſt populus Latinè. His licet temporalia poſſidere, ſed nõ niſi ad vſum [d]. Nihil enim miſerius eſt, quàm propter nummum Deum cõtemnere. His conceſſum eſt vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, cauſas agere, oblationes [e] ſuper altari apponere, decimas reddere: & ita ſaluari poterunt, ſi vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Aug. ſer. 21. ad fratres in heremo.

*Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſionum, c. 1 & 2.*

Ioan. diac. in vita l. 2. c. 37.

¶ Clerici nihil poſſideat. C. IX.

Quia tua fraternitas monaſterij regulis erudita ſeorſum [f] non dẽt fieri † à clericis ſuis in eccleſia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta eſt; hanc dẽt inſtituere conuerſationem, quæ in initio naſcentis eccleſiæ fuit patribus noſtris: in quibus nullus eorum ex ijs, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia. ¶ Si qui vero [g] ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe non poſſunt continere, ſortiri vxores [h] debent, & ſtipendia ſua exterius accipere: quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, [quòd diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat.] De eorum ergo ſtipendio cogitandum,

Anſ. l. 7. c. 3. † *al. viuere.*

32. diſtin. ſi q vero. *Reſp. 2.*

*Act. 4.*

& quod eſſet officium vniuſquiſque. Hier. ergo reſcribit ei aſſignando duo genera hominum, ſcilicet clericos & laicos. clericorum eſt officium diuina contemplari, orationibus & diuinis officijs inſiſtendo: & ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare. iſti dicuntur reges: q a ſe & alios reges in virtutibus debent. & in ſignum huius rei geſtant coronam in vertice. Laicorũ vero officium eſt ducere vxorem, terram colere, & ea quæ continentur, in fin. capi. & oſtendit qualiter vtrũq; interpretent.

a ¶ Conuerſi] Conuerſi omnes dicũtur eccleſiaſticæ perſonæ, vt 17. q. 4. quiſquis, & verberans talem incidit in canonem. extra de ſent. ex com. non dubium. & habebunt habitum illorum cum quibus conuerſantur, vt 16. q. 7. in nota. & licet conuerſi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere, nam quidam talium profitentur, quidam non, vt 27. q. 1. vt lex. nam acolythi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, tamen non tenentur continere, vt 32. diſt. ſi quis eorum. quia poſſunt contrahere matrimonium legitimum. Item licet templarij ſint eccleſiaſticæ perſonæ, tamen poſſunt mouere arma ex permiſſione eccleſiæ.

Conuerſum verberãs incidit in canonem.

b ¶ Depoſitio.] Sic ſupra di. 23. prohibere. & ſi capilli, qui remanent, deſignãt q aliqua debemus retinere ad ſuſtentationem.

c ¶ Proprietatem.] Rerum eccleſiaſticarum: tamen bene cõcedendũ eſt, q clericus ſit dñs fructuum collectorum, ſed licet proprietas fructuum ſua ſit: tamen non poteſt eam in morte eius alicui largiri ratione teſtamẽti: ſed intuitu elemoſynæ ſic, vt extra de teſta. ad hæc ſicut hæres licet ſit dominus rerum, quas tenetur per fideicommiſſum reſtituere alij: tamen nihil poteſt inde alienare ff. ad Treb. deducta §. vlt. & l. quidam § ſi quis.

Pecuniam ſeruare vtiũ licitum eſt.

d ¶ Ad vſum.] Prohibetur etiam laicis ne ſeruent pecuniam, vt 47. di. ſicut hi hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona ſua ſtatim effundere, vt 86. diſt. non ſatis. & dic non niſi ad uſum, id eſt, non ad abuſum, bene enim poſſunt habere proprium.

e ¶ Oblationes.] Immo præcipitur eis oblationes dare vt 16. q. 1. ſtatuimus infra de conſ. diſt. 1 omnis Chriſtianus. 10. q. 1 qui ſacerdotes.

Quia tua.] CASVS. Tres quæſtiones fecit Aug. Gregorio: quibus quæſtionibus Greg. tres dat reſponſiones: Prima fuit, an clerici Anglorum debeant proprijs renunciare, & communiter viuere. & reſpondet q ſic, vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici coniugati. & in minoribus ordinibus conſtituti debeant habere ſtipendia eccleſiaſtica Et reſpondetur q ſic, ſicut eſt à patribus ſcriptum, q diuidebant, &c qui ſub regula eccleſiaſtica ſunt tenendi. Tertia fuit ſi quid ſupereſt communiter viuentibus de annuo redditu, quid debeat inde fieri. Et reſpondet quòd debet pauperibus erogari: & hoc probat auctoritate Chriſti dicentis: Quod ſupereſt. &c. Secunda pars ibi [Si qui vero ſunt] Tertia ibi. [Communiter autem viuentibus.]

f ¶ Seorſum.] Ergo monachus epiſcopus factus non poteſt habere proprium. ſed ſi hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit eccleſiæ, vt 18. quæſt. 1. cap 1. in fin.

Monachus factus e propriũ hè non pote

g ¶ Si qui vero.] Supra diſt. 32. ſi qui vero. & cap. placuit, hoc hodie non tenet 1. extra de cler. coniug. Ioannes &c 1.

1 Hæc eſt ra ſnĩa ſe dum Inn. & que hic dicit vetus. & it tur hodie q dr ind ere hical de cle. co iug. c 1 A

h ¶ Vxores] Si ſint clerici, nunquid ergo dormiunt cum alijs, vt ſup ead neceſſaria. nõ q: eſſet inhoneſtum re

rũ.

vxorato. Item, cantabunt ne cum clericis? quod videtur: quia aliter non perciperent ſtipendia, & quod hic dicitur, ſpeciale eſt in Anglicis: nec enim ſimul habebit qs eccleſiaſticum beneficium, & vxorem. extra de cler. con iug. diuerſis, & c. Ioannes. quod non eſt verum.

S Cimus ] CASVS. Quidam clerici catholici vouerant ſe nihil proprium velle habere: quod votum male ſeruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apoſtolorum, quibus erant omnia communia, & vt votum quod fecerunt Domino, fideliter cuſtodiant, ne damnationem, ſed præmiũ ſibi acquirant: quoniam melius eſt nõ vouere, quàm votũ, prout melius poteſt non adimplere. grauius enim puniũtur qui votum, vel fidẽ non ſeruauerunt, q̃ illi, qui nũquam votum fecerũt, & ſemper ſine fide fuerũt.

atque prouidendum eſt: & ſub eccleſiaſtica regula [a] ſunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent. Communiter † autem viuentibus iam de faciendis portionibus [b], vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod supereſt, in cauſis pijs, ac religioſis erogandum eſt? Domino, & magiſtro omnibus dicẽte: [Quod ſupereſt [c], date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.]

† *al. communi autem vita.*

*Luc. 11.*

*Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epiſt. vnica, cap. 1.*

¶Clericis omnia communia eſſe debent.

C. IX.

An. l. 7 c. 4.
Iuo p. 3. c. 139.

S Cimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes † Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in ſortem Dñi ſunt electi: id eſt clericos; ſicut in actibus legitur Apoſtolorũ: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.] *& infra.* ¶Quicunque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil proprium habere; videat, ne pollicitationem [d] ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod Domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat; quoniam ſatius eſt non vouere; quàm votum, prout melius poteſt, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem [e] perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam ſine voto finierunt; aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.

† *al. bonos.*

*Act. 4.*

In ead. epiſt. c. 6.

d ¶Pollicitationẽ.] Nota quod ex nuda pollicitatione, quã quis facit Deo, põt conueniri 22. quæſt. 5. capitu. iuramenti. ſic ex nuda pollicitatione facta Reipublicæ, vt ff. de pollici. l. 1.

Pollicitatio nuda qñq; obligat.

e ¶Aut fidem ] Hic videtur Vrbanus ſoluere q̃ſtionem Aug. 6. q. 1 quæro in fine. Dicunt tamen quidã magis puniendũ eſſe illum, qui ſemper fuit infidelis: quã illum, qui quandoque fuit bonus: nã illius opera quandoque viua fuerunt. tamen hæc litera contradicit eis. I.

*Item Auguſtinus in ſermone de communi vita clericorum.*

¶De eodem. C. X.

Serm. 51. ad fratres in heremo.
In conc. Aquiſgran. cap. 112.
Beda 2 Cor. 8. 11. q. 3 non ſunt audiẽdi.
[...]l. 7 c 6.
[...]om. 12. &
[...]Cor. 8.

N Olo [f], vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occaſionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apoſtolus non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis: propter vos fama noſtra non polluit, ſed pollere debet in vobis. Tenet quod dixi, atque diſtinguere. Duæ res ſunt

N Olo. ] CASVS. Ad euidentiam huius c nota ꝙ Aug. facit tres conſtitutiones. Primo cõſtituit, nullum ordinare clericum niſi proprijs renunciet. ſed quidã vt clerici fierent, ꝓprijs renunciabant; quod poſtea male ſeruabant. quare Auguſt. videns hoc eſſe multis occationem peccandi, primam cõſtitutionem retractauit, vt infra capi. certe. volens potius habere claudos quàm mortuos. Tertio iuxta voluntatem ſuorum clericorum primam conſtitutionem confirmauit: ſicut continetur in hoc cap. in quo ſtatuit, vt nullus clericus habeat proprium. Quod multipliciter oſtendit, rationes plures aſſignando, & ſi habuit, non poteſt facere teſtamentum: immo deponetur. facit etiam mentionem de prima conſtitutione, & eius retractatione inf. ca. certe. Sequens. §. qui non vult. patet.

a ¶Sub eccleſiaſtica regula.] Hic patet, ꝙ ſi aliquis in minoribus ordinibus conſtitutus ducat vxorem, non tamen poteſt more laicorum viuere. nec poteſt conueniri coram ſæculari iudice: nec verberari ſine ſacrilegio, vt 20. q. 3. eos. & 81. d. dictum. Io. quod falſum eſt, vt extra de cler. coniug. Ioannes. B.

b ¶Portionibus.] Ideſt, dandis decimis. monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt inf. 16. q. 1. decimas ext. de deci. fraternitatem.

[...]onachi nõ [...]entur ad [...]cimas.

c ¶Quod ſupereſt.] Videtur ergo quòd ſi aliquis ita pauper eſt: quod ei non ſufficiant ſua, videtur ꝙ non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto ſibi aliquis tenetur ſubtrahere neceſſaria, vt 86. diſtin. non ſatis. in fine,

[...]ecimas ſol[...] [...]re pauper [...] tenetur.

f ¶Nolo ] Aug. fecerat tres conſtitutiones: prima fuit ꝙ clerici non poſſent habere propria: ſed illa male ſeruabatur, & pluſimi erant tranſgreſſores: ideo ſecundo reuocauit eam, vt inf. c. certe. Tertio de cõſenſu clericorum ſuorum

conſcientia,& fama. Conſcientia neceſſaria [a] eſt tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famã ſuam, crudelis eſt. *& infra.* ¶Nulli liceat in ſocietate noſtra habere aliquid proprium: ſed ſi forte aliqui † habẽt, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infra.* ¶Enthecam nobis habere non licet. Non.n.epiſcopi eſt ſeruare aurum [b], & a ſe reuocare mendicantis manũ. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, vt plures triſtes relinquamus: quia, quod poſſimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergo enthecã. *& infra.* ¶Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & cõtra iſta præcepta facere; parum eſt vt dicam, non mecum manebit, ſed nec clericus erit. Dixeram [c] enim, & ſcio me dixiſſe, quòd ſi nollent ſuſcipere vitam ſocialem mecum; non illis tollerem [d] clericatum: ſed ſeorſum manerent, ſeorſum viuerẽt quomodo noſſent, Deo viuerent, & tamẽ ante oculos poſui, quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos [e], quàm plãgere mortuos [f]. Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo, quicunque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerẽ ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, ſocialis hæc vita, quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula clericorum. *Item ſupra.* ¶Qui non vult ✠ mecum manere, & in commune viuere, habeat libertatem; ſed videat, vtrum habere poſſit fœlicitatis hæreditatem †.

† *aliquid*] orig.

Inf. 2. q. 1. nobis. n.

Serm. 53.

Ser. 52. in extremo.

† *al. æternitatem.*

¶ *Initium huius capitis vſque ad verſ.* Qui habere voluerit *legitur in ſermone 2. de communi vita clericorum, ſeu 52. ad fratres in heremo: cætera vero partim in ſermo. 53. ad fratres in heremo, ſiue ſermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. ſiue 2. de quibus ſermonibus adnotatum eſt ſup. d. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. ſub hoc titulo,* Ex ſermone de vita, & moribus clericorum.

✠ ¶Qui non vult.] *In ſermone ipſo præcedit. c. certe ego infra eadem, & paucis interiectis ſequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

*Item ſermone tertio de communi vita clericorum.*

¶Non licet habere proprium ijs, qui ſuis renunciant, & communiter viuere ſpondent. C. IX.

Et epiſt. 109. ad monachas.

NOn dicatis [g] aliquid proprium: ſed ſint vobis oĩa communia. *& infra.* ¶Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occulte ab aliquo literas, vel quodlibet munus accipiat; ſi hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atq; conuincitur, ſecundum arbitrium presbyteri, vel præpoſiti grauius emendetur. *& infra.* ¶Cum ✠ huius noſtræ congregationis fratres non ſolum facultatibus, ſed volũtatibus proprijs in ipſa ordinationis ſuſceptione renunciauerunt, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati, & imperijs in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint; certum quippe eſt eos nihil habere, poſſidere [h], dare,

ſuorum confirmauit primam conſtitutionem, vt in hoc c.

a ¶Neceſſaria.] 11. q. 3. ſentit. cõtra. hoc ibi ſolutum eſt.

b ¶Aurum.] 86. diſt. fratrem, quod loquitur de illis, qui ante retractationem renũciauerãt proprijs, & tamen volunt habere proprium.

c ¶Dixeram.] In ſecunda conſtitutione quam feceram.

d ¶Non illis, tollerem.] ideſt, non præcluderẽ eos fieri clericos.

e ¶Claudos.] Quia adhuc temporalibus non renunciauerant.

f ¶Mortuos] ideſt, qui renunciauerunt proprijs, & tamẽ volunt habere propriũ.

NOn dicatis.] CASVS. Dicit Aug. in hoc c. quod qui renũciauerũt mũdo proprium habere nõ poſſunt: & ſi literas vel munus aliquod occulte receperint: ſi ſponte confiteãtur, parcetur illius. ſi autem de hoc cõuicti fuerint, ſecundum arbitrium ſui præpoſiti, vel presbyteri puniantur. Tales enim nihil poſſunt habere vel poſſidere, vel dare, vel accipere ſine licentia ſuperioris, & ſi de eius licentia aliquid receperint, de accepto fiat quod ſuperiori placuerit.

g ¶Non dicatis.] Extra de accuſa. ex parte. extra ne cler. vel monac. non magnopere.

h ¶Poſſidere.] Nunquid pauperi fame morienti tenentur ſubuenire ſine licentia? ita. nec obſtat. 1. q. 1. non eſt putanda quia in hoc caſu quilibet ei ſubueniret. res enim, quæ nobis ſuperabundant. pauperum ſunt, vt 47. d. ſicut hi. Si autem eſt in ſcholis, de licẽtia agere poteſt, & mutuare ſicut filiusfamilias, vt C. ad Mac. l. vl. ff. de iud. ſi lõgius §. filiusfamilias. arg. ſ ex. de off. iud. deleg. præterea. ff. de iuriſdi. omn.

…ligioſus …a veſte ꝗ …atẽ non …let,

omn.iud.l. 2. Sed nunquid veſtis eſt ſua, quam habet: vel nunquid dicitur poſſidere res temporales, vel veſtem? non videtur: quia veſtis qua ſemper vtitur ſeruus, de peculio domini eſt. ff.de peculio, id veſtimentum ſed ſeruus non poſſidet ea, quæ ſunt in peculio, vt ff.de

Exemplum.] CASVS. Dictum eſt ſu ꝙ clerici nõ debent habere propria. Sed quia poſſet aliquis dicere, ꝙ eccleſia non debet habere propria eadem ratione, quia ſi haberent clerici non poſſent ea poſſidere: ideo Gratianus ab hoc loco vſque ad §. his omnibus probat ꝙ eccleſia poteſt habere propria, & poſſeſſiones. & ꝙ clerici noĩe eccleſię poſſidere poſſunt, etſi nomine ſuo nihil poſſideãt. Probatur ergo in hoc ca. ꝙ eccleſia loculos & poſſeſſiones habere poteſt: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit. & qui furem admiſit, vt oſtenderet, quod quãdo eccleſia perſecutionẽ patitur a furibus, id eſt malis, patienter ferat. B.

vel accipere debere ſine ſuperioris [a] licentia. Quòd ſi propinquus, vel amicus, uel quilibet fratrum cuiquã aliquid offerre voluerit; primo quidem Priori inſinuetur: & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit.

*¶ Caput hoc ſumptum eſt ex ſermone 3 e de communi vita clericorum, in quo regula B. Auguſtini continetur, ac repetitur in epiſtola 109. ſed in ea ad monachas oratio conuertitur.*

α ¶ Cum huius noſtræ.] *Hac vſque ad ver.* certum eſt, *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum.*

β ¶ *Hæc habentur in primo regula c. 4.*

*Idem tractatu 50. ad c. 12. Ioannis.*

¶ De eodem. C. XII.

Exemplum [b] Domini accipe conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrauerunt; niſi quia eccleſia ipſius, loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit; niſi ut eius eccleſia fures [c] patienter toleret.

b ¶ Exemplum.] Ab hinc oſtẽdit, ꝙ eccleſia poſſit habere proprium: & hoc vſq. ad §. econtra.

c ¶ Fures.] Ideſt, occultos peccatores ſi. 23. q. 4 tu bonus. extra de tẽpo. ord. c. vl.

*Item Proſper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 9.*

Et io concil. Aquiſgran. c. 35.

¶ Eccleſiarum prępoſiti, rerum diſpenſatores efficiuntur. C. XIII.

Expedit facultates eccleſię poſſideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim proprię ſunt, ſed communes [d] eccleſię facultates: & ideo quiſquis omnibus, quæ habuit, dimiſſis, aut uenditis fit rei ſuę contemptor, cũ prępoſitus [e] fuerit factus eccleſię, omnium, quę habet eccleſia, efficitur diſpenſator. Denique ſanctus Paulinus, ut ipſi melius noſtis, ingentia prędia, quę fuerunt ſua, uendita pauperibus erogauit: ſed cum factus eſſet epiſcopus; non contempſit eccleſię facultates, ſed fideliſſime diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtendit & propria debere propter perfectionem contemni; & ſine impedimento perfectionis poſſe eccleſię facultates, quę † ſunt profecto communes, poſſideri. Quid ſanctus Hilarius?

† *qua ſunt profecto communia*] orig.

Expedit.] CASVS. In hoc c oſtendit Proſper, quòd eccleſia poteſt habere poſſeſſiones. & hoc probat duob. exemplis, ſcilicet Paulini, qui ſua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus epiſcopus, poſſeſſiones eccleſiæ poſſedit & diſpenſauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: qui factus epiſcopus nõ ſolum res eccleſiæ poſſedit, ſed etiam acquiſitis innumeroſis hæreditatibus fidelium poſſeſſiones eccleſiæ augmẽtauit. qui epiſcopi li ſciuiſſent eſſe peccatum eccleſiam habere poſſeſſiones, nũquam eas diſpenſandas ſuſcepiſſent.

Eccleſiaſticarum rerum dominium apud quẽ eſt

4 Et cum oĩa eius ſint, hoc tñ ip. calius ſup. 1. q.

3 Saluator. ver. quiſque. cap res quæ 16. q. 1. in canonib. ver. ſi quis. & hoc verum ſm Ray. & Vin. Arch.

ff.de acquir. poſſ quod ſeruus. Item qui ab alio poſſidetur: ipſe nihil poſſidet, vt ff.de adulte. 1 ſic eueniet. Sed dicas, ꝙ ex permiſſione pręlati ſui poſſunt poſſidere, vt ext. de ſta monac. c. monachi. Et nota quòd monachus ratione contractus nec agere poteſt, nec conueniri 1: ſicut ille qui ceſſit bonis, vt ff. de arbitr. item ſi vnus, in princ. Sed hoc notaui 11. q. 1. de perſona. Item cum monachus dicatur ſeruus, vt 54 diſt. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32 q. 3. c. vnico. nec enim velle videtur qui ex neceſſitate obtẽperat. ff. de regu iur. l. velle. Item agere non poteſt de iniuria ſibi illata, ſed tamen eius prælatus poteſt agere 2. niſi prælatus abſit, nec reliquerit procuratorem ad inſtar filij familias. ff. de iniu. ſed ſi vnus. §. ait prætor.

Ext. de fideiuſſ. de q- …uſdam. vbi de hoc.

Quod dic… not. extra de ſent. exc. … parochianis.

Vt ext. de … cler. cum di… … de con… cum dile… …tus. Arch.

a ¶ Sine ſuperioris] Ext de off. ord. quarto habet tamẽ ius eligendi; & ius accuſandi ſuum pręlatum ſiue abbatem, & illud poteſt facere ſine licẽtia abbatis, quia hoc iure ius conceditur. ext de accuſ ex parte.

d ¶ Communes.] Quæritur quis ſit dominus rerum eccleſiaſticarum, aut quid pauperes dicuntur eſſe domini? arg. ꝙ ſic. 16. q. 1. quoniã quidquid Poteſt dici, ꝙ eccleſia ſit domina, vt 16. q. 3. inter memoratos ſicut hæreditas eſt domina. vt ff. de acquir. re. do. hæreditas. Alij dicunt, ꝙ ipſe Deus 4 vt infra ea. q. 2 qui Chriſti, qui abſtulit. Vel dic dominium eſſe apud clericos, ſicut dominium rerum vniuerſitatis apud ciues. inſtitu. de re di. §. vniuerſitatis. dicuntur etiam pauperes domini, quia inde ſuſtentantur.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de verb. ſign cauſa. & per Innoc & Hoſt. extra de cauſa poſſ. cum ſuper. & ibi videas. Arch.

e ¶ Cum præpoſitus.] Et confirmatus. nam ante non poteſt adminiſtrare niſi ſit valde remotus, vt extra de ele. quòd ſicut, & c. nihil.

a ¶Si ſcirent.] Simile 7.q.1. omnis qui arg. bonum pro illis qui ſuis renunciauerunt, ꝙ ſemper præſumitur illos iuſtam cauſam & litem fouere, & eſt bonum. ſimi. ext de no.ope. nunc.c.1.

g ¶Concederet.] Ergo Imperium eſt apud eccleſiam Romanam, vt 96. diſt. in illa palea, Conſtantinus.
h ¶Synodo.] Nam ante eum non fuerunt generales ſynodi congregatæ, vt 15.d.c.1.
i ¶Baſilicas.] De conſe. d.1. nemo.

Viden-

nonne & ipſe omnia bona ſua aut parentib. reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis ſuæ fieret eccleſiæ Arelatenſis epiſcopus; quæ illa tunc habebat eccleſia, non ſolum poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit. Iſti ergo tam ſancti, tam perfecti pontifices, factis euidenter clamant poſſe, & debere fieri quod fecerunt. Qui vtique homines tam ſæcularium, quam diuinarum rerum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent [a] res eccleſiæ debere contemni; nunquam eas debuerant, qui omnia ſua reliquerant, retinere †.

Addita ex ori. hæc clauſula.

† al. ſuſcipere.

*Item Gregorius Fœlici epiſcopo de Acropoli, lib.2. epiſtola 29.*

¶Diaconi, vel quælibet religioſæ perſonæ regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

QVoniam Velina [b], Buxentina, & Blandana eccleſiæ, quæ tibi in vicino ſunt conſtitutæ [c], ſacerdotis noſcuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuæ earum ſolenniter operam viſitationis iniunximus: illud præ omnibus commonentes, vt ibi præfatarum eccleſiarum, ſiue diœceſeos earum, vel diaconi, vel religioſæ perſonæ inuentæ fuerint, diſtricte, canoniceque viuant.

Anſ.l.7.c.7.

*Item Melchiades [d] Papa.*

¶Quare in primitiua eccleſia prædia vendebantur. C. XV.

FVturam eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebant idcirco prędia in Iudęa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia; eouſque peruenit, vt nō ſolum Gentes, ſed etiam Romani [e] principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebāt, ad fidē Chriſti, & baptiſmi ſacramenta cōcurrerent. Et quib. vir religioſiſsimus Conſtātinus primum, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuerſum orbem, ſub ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, & prædia tribuere poſſe cōſtituit. Denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ, [f] ſedis beati Petri principis Apoſtolorum inſtituit: adeo, vt ſedem Imperialem, quam Romani principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro ſucceſſoribus q.† ſuis profuturam concederet [g]. Idem vero præſidens in ſancta ſynodo [h], quę apud Nicæam congregata eſt, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatā, ait; Vos a nemine dijudicari poteſtis: quia ſolius Dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis: & idcirco non poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tēpore, & deinceps, viri religioſiſsimi nō ſolum poſſeſsiones, & prędia, quę poſsederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ędificantes baſilicas [i]

Poly l.1. tit.10. Burc l.3.c.2. & 5. Iuo p 3.c.4 & 3. Pann.l.2.c.3.

† al. ſuiſque præſulibus.

QVoniam. Velina.] Not. plurium eccleſiarum viſitationem vni committi. Et eſt arg. ꝙ ratione propinquitatis aliquid ſtatuitur contra ius. ſic extra de poſtu. ad hoc. & ſi 10 remotionis. 63.d cum longe.
c ¶Conſtitutæ.] 7.q.1. cōſtitutum, & ſu. 61. d. obitum.
d ¶Melchiades.] Falſus eſt titulus: quia Melchiades fuit proxim' ante Silueſtrū, & eius tempore eſt Conſtantinus conuerſus. 96. d in illa palea, Conſtantinus.

FVturam.] CASVS. Dicebant quidā quod eccleſia nō debeat recipere pdia: & hoc probāt exemplo Apoſtolorū, qui in Iudæa prædia nō recipiebant, ſed pretia prædiorū, vt pauperes ſubſtentarent. quibus Melchiades Papa reſpondet dicēs, quod ideo Apoſtoli in Iudæa pdia non recipiebant, qa præuidebant eccleſiam ad Gentes tranſituram quod cum factum eſſet, principes Romanorum facti ſunt Chriſtiani: de quibus Conſtantinus fuit vnus, qui legem dedit, vt quique vellet fieri Chriſtianus, & eccleſiam fabricaret, & prædia eccleſiæ donaret & ipſemet multa donauit: & eccleſiam beati Petri inſtituit & ſedē imperialē ei reliquit: & ab illo tempore cœpit eccleſia poſſeſſiones habere: & Chriſtiani cœperūt eccleſias ædificare, & ſeipſos cōſecrare.
e ¶Romani.] Ergo Imperator eſt dominus totius mūdi ſu. 7.q 1. in apibus.
f ¶Primæ.] Vt ergo ꝙ eccleſia beati Petri ſit prior eccleſia beati Ioānis Apoſtoli Lateran. 2.10.q.1. ſāctorū, ſed expone primæ beati Petri. i. Apoſtoli: vel primæ, id eſt, Apoſtolicæ.

x Ad hoc facit expreſſe ſu. 3.q.6 dudum vbi L. approbat iſtā ſniam. Alij contra quia eccleſia Lateran. eſt patriarchalis, ſed eccleſia beati Petri nō, nec ēt epālis, ſed ē de epatu Portuenſi & iō exponunt vt ſequitur, & hoc tenet H.

VIdentes.] CASVS. Hoc.c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte oſtenditur ratio, quare eccleſia habet poſſeſſiones. ſcilicet quia plus vtilitatis confertur eccleſiæ de poſſeſſionibus quàm de pretio: cum ex his plura poſſint fidelibus miniſtrari. In ſecunda parte dicitur, ꝙ res eccleſiæ debent eſſe in poteſtate epiſcoporum. ex quibus debent communiter viuentibus neceſſaria miniſtrare. In tertia parte dicitur, quo nomine cenſeantur res eccleſiæ, ſcilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vſurpantis res eccleſiæ. Secunda pars incipit, ibi, [ ipſe vero. ] Tertia ibi [ ipſe. n. ] Quarta ibi, [ideo.]

in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrum per ciuitates, ac monaſteria innumera: in quibus cœtus Domino ſeruientium conueniret.

*¶ Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod conſtare nō poſſe recte animaduertit auctor gloſſæ. Fit enim in hoc capite mētio Nicenæ ſynodi: quo tempore (vt ex ipſa ſynodo Euſebio, & cæteris hiſtoricis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in ſcripto de primitiua eccleſia, & munificentia Conſtantini quod in collectione Iſidori, Lutetiæ bis impreſſa, ſequitur ſtatim poſt decreta Melchiadis, quemadmodum ſupra diſt. 88. ad c. decreuit. ad notatum eſt.*

*Item Vrbanus Papa epiſtola vnica c. 1.*

¶ Quæ prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur. C. XVI.

Anſ. l. 7. c. 6.
Burc. l. 3. c. 3.
Iuo p. 3. c. 5.

VIdentes autem ſummi ſacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe cōferre, ſi hæreditates, & agros quos, vendebant, eccleſijs, quibus præſidebant, epiſcopi traderēt; eo quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communē vitam † ducentibus, quàm ex pretio ipſorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere ſolebant, matricibus [a] eccleſijs tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. ¶ Ipſæ vero res in ditione ſingularum parochiarum epiſcoporū (qui locum tenent Apoſtolorum [b]) erant, & ſunt vſque adhuc & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Et quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. ¶ Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offerūtur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum eccleſię, quibus epiſcopi præſident, Domino adminiculante creuerunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus; vt nullus ſit in eis communem gerens † vitam, indigens; ſed oīa neceſſaria ab epiſcopo [c], ſuiſq; miniſtris percipit. ¶ Ideo ſi aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

† *al. fidem.*

† *al. ei gens*] *al. degens.*

Et Beda ad. c. 13. Io. & ibi gloſſa ordin.

*Item Auguſtinus tractatu 62. in Ioannem.*

¶ De eodem. C. XVII.

Anſ. l. 5. c. 32.
Poly. l. 3. vt 24.

HAbebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus [d] tribuebat. Tunc primum eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandū [e] eſſe de craſtino, nō ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis; ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

*Matt. 6.*

a ¶ Matricibus.] videtur ergo ꝙ tantum matrices eccleſiæ olim. habuerunt prædia & poſſeſſiones. vnde videatur ꝙ illa ſolennitas, quæ in alienatione rerum eccleſiæ ſeruari præcipitur 10. q. 2. caſellas alias hoc ius tantum de maioribus eccleſijs intelligatur: cum enim olim eccleſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhibenda in alienatione. ſed cū hodie augmentatæ ſunt poſſeſſiones eccleſiæ: ſufficit conſenſus capituli eccleſiæ; ad alienationem faciendam vt infra 12. q. 2. ſine.

Eccleſiaſticæ res facilius poſſunt alienari hodie quam olim.

b ¶ Apoſtolorum.] Epiſcopi tenent locū Apoſtolorum, vt hic, ſcilicet quo ad dignitatem. n. monachi quo ad renunciationem propriorum, & communem vitam 16. q. 1. ex auctoritate, omnes ſacerdotes quo ad ſacramētorum diſpenſationem. 11. q. 3. abſit 21. d. in nouo. 68. d. quorum vices.

Apoſtolorū locum tenēt viri eccleſiaſtici diuerſimode.

c ¶ Ab epō] extra de præb. c. epiſcopus. ADDITIO. Et ſic habes hic, ꝙ epiſcopus per ſe vel per alium tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti 70. d. ſanctorum. H.

HAbebat.] CASVS. Probatur in hoc exemplo Domini, ꝙ eccleſia poteſt habere poſſeſſiones: quia Dominus loculos habuit & quod dixit, non eſſe cogitandum de craſtino, non ita intelligendū eſt, vt nihil habeamus, ſed ne Deo propter mundana ſeruiatur ſequens §. patet.

d ¶ Indigentibus.] argum. de eleemoſynis fieri eleemoſyna. 16. q. 1. decimæ tributa.

e ¶ Cogitandū.] ſupra 1. q. 7.

1.q.7.conuenientibus. contra,vbi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris caſibus debemus occurrere 23. diſ. in nomine, Solutio cautela non prohibetur, ſed ſolicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur.47. diſt.c. omnes huius.& cap.ſicut hi.

Solicitudo nimia eſt & habita.

f ¶ Cadere.] ideſt, non aſſumere.

g ¶ Sanctitatem.] id eſt, minus periculum eſt eſſe manifeſtum ꝙ occultum & ſic non eſt contra 32.q.4.nemo vbi dicitur quod tolerabilior eſt culpa, ſi lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus, quod

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſt in qua probat, quod poſſunt habere propriũ tam clerici, quam epiſcopi, & eccleſiæ. & hoc probat per 11 auctor. Io. de Fant.

2 *His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quod ſi habuerint, non clerici erunt; non tamen clericatus eis tollendus eſt.*

*Vnde Auguſtinus in ſermone 2. de communi vita clericorum.*

al. 52. ad fratres in heremo.

CErte.] CASVS. Aug. fecerat conſtitutionem quandã ſcilicet, quod nullũ ordinaret clericum niſi communiter viueret, & proprijs renunciaret & ſi inueniretur tranſgreſſor, deponeretur. Poſtea clerici renunciabant & fiebant tranſgreſſores. quare Aug. conuocatis omnibus clericis ſuis mutauit conſtitutionem quàm fecerat, volens potius habere claudos, i. propria habentes, quàm hypocritas, id eſt tranſgreſſores: quia ſi habet propria, dimidius cadit, id eſt, imperfectus eſt: ſeu ſi renunciat proprijs, & habet poſtea propria, totus cadit: quia perfectionem non ſeruat exterius nec interius in anima.

¶Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

CErte ego ſum, qui ſtatueram, ſicut noſtis, nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: aut vellet recedere[a] a propoſito; recte illi tollerem[b] clericatum: quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum, cœptumque conſortium. Ecce[c] in conſpectu Dei, & veſtro muto conſilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus, & eccleſia; ſua maneant vbi volunt, & vbi poſſunt: non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malum[d] enim eſſe quis neſciat? malum[e] eſt cadere[f] à propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitum. *& poſt pauca.* ¶ Si non † ſeruat ſanctitatem[g] foris; dimidius cecidit: ſi vero intus habuerit ſimulationẽ, totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolẽti mecum communiter viuere.

Auſ.l.7. c.8.

†Si ſeruat.] orig.

*Econtra ſunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non ſolum alijs, ſed etiam epiſcopis.*

*Vnde in concilio Agathenſi, c.48. legitur.*

¶ De rebus proprijs, vel acquiſitis epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant. C. XIX.

EPiſcopi de rebus proprijs, vel acquiſitis[h], vel quidquid de proprio habẽt[i], hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouiſione[k] ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus †[l], ſiue de oblationibus; omnia † in iure eccleſiæ reſeruare cẽſuimus.

† *al. frugibus.*

† *al. omnia iure.*

a ¶ Recedere.] ideſt non aſſumere propoſitum, i. renunciandi vt ibi: Cadent à latere tuo.

1 Non habet proprietas. non n. inde cadit q non ſuſcipit ſecũdum Hug.

b ¶ Tollerem.] ideſt non admitterem.

c ¶ Ecce.] arg. aliquẽ venire contra factum ſuum. 17 q 2. Conſaldus. 35. q.9. quod qs 22.q 4 in malis & c. iurauit. 55. diſt. pœnitẽtes. ff de ijs quibus vt. indig. tutorem. Contra 32.q.5. horrendus. Argu. contra, 7.q.1. quam periculoſum 8 q.2. dilectiſſimi. 17. q.4. ſunt qui opes, C de tranſa. ex cauſa. C. de cap. & poſt. li. re. nec nos C. de remiſſio. & pig. debitum. ff de acqui. hære. qui ſuperſtitis. ff. de adopt. poſt mortem. contra. ff de ſerui. ruſtic. præ. per fundum. Ioan. Solu. quilibet poteſt venire contra factum ſuum vbi eſt expreſſum in iure. aliàs non. 55. diſt. pœnitentes B.

Facto proprio poteſt quis contrauenire.

d ¶ Malum.] id eſt, occaſio mali: quia rei familiaris cura ſine peccato vix poteſt exerceri. 21. diſtin. qualis. Vel intellige proprie, peius enim eſt per hypocriſim peccare, quam manifeſte, vt extra de hore. cum ex iniuncto. ff de ritu. nup. palam, & plus eſt veneno occidere quàm gladio. C de maleſi. l. vnica. & plus eſt perſuadere quam compellere. ff. de ſer. corrup. l. 1. §. vlt. & ſic non obſtat 32. q 4. nemo.

Hypocrita plus peccat quàm manifeſte derelinquens.

e ¶ Malum.] hoc ſcilicet.

quod clerici poſſint habere propria. quod verum eſt ijs qui renunciauerunt proprijs: in quo caſu loquitur vſque ad §. De rebus.

EPiſcopi.] CASVS. Statuitur in hoc c. ꝙ ſi epiſcopi habent aliquid de rebus propriis, poſſunt relinquere cui velint. Sed quidquid de rebus eccleſiæ habuerunt, totum eccleſiæ reſeruent.

b ¶ Acquiſitis] de proprio. Vel dic acquiſitis non occaſione eccleſiæ vt extra de teſta. quia vos.

i ¶ Habent.] de hoc dicemus infra ea.q.4. cap.1.

K ¶ De prouiſione.] Clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate poſſunt dare niſi talis ſit eccleſiæ conſuetudo, vt extra de teſta. ad hæc. & c. relatũ. §. licet.

Clerici nihil poſſunt dare in vltima voluntate.

l ¶ De fructibus.] nondum perceptis, arg. ff quemadmodum vſusfruc. amit. ſi vſusfructuarius, in fine. immo etiam de perceptis non poſſunt condere teſtamentum. extra de teſta. quia nos admonet.

MAniſeſta.] CASVS. Dicitur, ꝙ manifeſtum debet eſſe ijs. qui circa epiſcopos morantur, quæ ſunt res eccleſiæ, & quæ ſunt res propriæ epiſcoporum, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, vel conuerſo detrimentum patian-

SInt manifeſtæ] CASVS. Dicitur ꝙ res propriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione, vel contradictione quibus voluerit propria relinquere poſſit: iuſtum enim eſt, vt nec eccleſia nec propinqui epiſcopi detrimentum patianť, & in cauſas incidant, vel lites. Sequens c. planum eſt, & inducitur a cõtrario ſenſu, quaſi non ſufficiant ei ſua propria.

In cap. Martini Bracha. ex can. 4. conc. Antiocheni mutatis verbis, ſed ſalua ſententia.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.*

¶De eodem. C. XX.

MAniſeſta [a] autem debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent, his qui circa [b] ipſos ſunt, presbyteris, & diaconis; vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus tranſitus, res eccleſiæ nullo modo poſſint minui, & perire; neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur pro reb. eccleſiæ: vt nec eccleſia incurrat damnum, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

*Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, c. 40. vbi legitur.*

¶De eodem. C. XXI.

Anſ. l. 9. c. 167.

SInt manifeſtæ [c] res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ [d]: vt poteſtatem habeat de proprijs moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probantur [e], intercidant. Fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios [f], aut propinquos, aut ſeruos [g]. Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines; ut nec in eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant [h], qui ad eum pertinent, morſque eius α iniurijs malæ famæ ſubijciatur.

α ¶Morſque eius.] *Antea legebatur,* mortiſque eius iniurijs infamentur. *Reſtitutus eſt locus ex priſca verſione, cui totum reliquum caput conuenit. Græcè eſt,* καὶ τοῦ αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι, *ideſt,* & eius mors maledictis vndiq; appetatur.

† *al.* δυσφημία.

*Item in eiuſdem canonibus, c. 41.*

¶Ex rebus eccleſiæ epiſcopus ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat. C. XXII.

EX his autem, quibus epiſcopus indiget (ſi tamen indiget [i]) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrũ vſus & ipſe percipiat, vt nihil ei poſſit β omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

1. Cor. 9.

β ¶Ei poſſit.] *Legitur etiam,* eis poſſit *Nam & in gracis codicibus partim eſt* αὐτοῦ *partim* αὐτοὺς.

*Item ex concilio Antiocheno. c. 25.*

patiantur.

a ¶Maniſeſta.] Facit ergo inuentarium, vt 28. d.. de Syracuſanæ.

b ¶His qui circa.] Ideſt, vicedominis, vt 89. diſt. volumus. & capit. ſequenti. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ alij erunt teſtes vitæ ſuæ, ſupra 2. quæſt. 7. cum paſtoris.

c ¶Sint manifeſtæ.] Ideſt, diſtinctæ.

d ¶Dominicę.] ideſt eccleſiæ

e ¶Probantur.] Ex hoc & in auth. de eccl. titu. § interdicimus, coll. 9. ff. de dona. inter vir. & vxo. Quintus Mutius. C. e tit. etiã videtur, ꝙ ſemper res acquiſitę præſumũtur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi ꝓbetur contrarium. Arg. contra. C. arbit. tut ſi defunctus ibi. n. dr̃, quod tutor qui nihil ante habebat, poſtea per induſtriã ſuã multa potuit fuiſſe lucratus. vnde pupillus cogitur ꝓbare illas ſuas eſſe. Tu dicas, ꝙ ſi eps, vel alius prælatus ꝓmiſtim vtitur reb. ſuis & eccleſiæ cum non ſit facta diſtinctio, cogẽtur hæredes epi probare illas res nõ eſſe eccleſiæ: ſicut vxor cogitur ꝓbare res aliquas non eſſe mariti, quia promiſcue vtiť reb. mariti vt ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certũ eſt, ꝙ eps ante epiſcopatum habuit propriũ; tunc incumbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tãtum de rebus eccleſiæ. arg. inf. q. 4. ca. 1. & 2. Vel dic, quod ſi poſt mortẽ epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſſione rerũ, tũc hęredibus incumbit probatio. Sed ſi hęredes ſunt in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit, vt inf. e. q. 5. c. 1. in fine.

f ¶Aut filios.] ſup. diſt. de Syracuſanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum, quorum 1, canon iſte eſt.

g ¶Aut ſeruos.] Quos poteſt facere & liberos.

h ¶In cauſas incidant.] Ideſt, litigare cogantur.

i EX his.] ¶Indiget.] Quia de reb. eccl. non debet quis paciſci, ſi habet propria, vt 1. q. 2. clericos. & c. paſtor.

Clericorum bona an præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.

† Ar. contra ſu. e q. c. 2. & ſeq. Dic ꝙ licet illo tpe primitiuo nõ liceret clericis hr̃e propria: tñ Apoſtoli inſtinctu ſpiritus ſancti preuiderunt eccleſiam & clericos poſſeſſiones habituros. ſu. e. ſuturam & ſic potuit eſſe iſte canon. Apoſtolorũ. Arch.

EPiſcopus. ] CASVS. In concilio Antiocheno ſuper quatuor querimonia facta fuit de epiſcopis. Primo quòd res eccleſiæ vertebant in ſuos vſus. Secũdo, ꝙ res eccleſię ſine conſcientia clericorum detrectabant. Tertio, ꝙ domeſticis & cõſanguineis & propinquis de reb. eccleſiæ poteſtatem dabant, vt per huiuſmodi pſonas res eccleſiæ lęderent. Quarto, ꝙ quidam ex eis pauperib. alimoniam ſubtrahebant. vnde ſermo pdicationis, & hi q res eccleſiæ diſpenſabant, infamabantur: quare ſtatutum fuit in concilio Antiocheno, vt epi habeãt rerum eccleſiaſticarum poteſtatẽ ad ſui & fratrũ ſuorũ victum & veſtitum, ſi indigent. ſi vero ſuper prædictis quatuor accuſati & conuicti fuerint, pœnas ſuſtineant.

a ¶ Epiſcopus.] Hoc c. habes 10. q. 2. epſ.

b ¶ Vſib. ] Hinc oſtẽditur qua neceſſitate clerici debẽt eſſe cõtenti ſ. vt habeant victum & veſtitum; & ita referetur hic neceſſitas ad naturę neceſſitatem & eſt arg. cõtra illos, qui dicunt ſe pp neceſſitatẽ habere plures eccleſias.

c ¶ Fructus ] Ergo res mobiles non poteſt dare ſine conſcientia t. cleri ſui. extra de do. c. 2.

d ¶ Cõſcientia ] inf. ea q. 1. ſine. & c. alie nationes.

e ¶ Propinquis ] inf. 80. d. decenter.

a Hoc nõ vſ verũ. ext. de don. cęterũ vbi de hoc. & inf. c. e. 1. 10. q. 1. poſſeſſiones. in gl. in ſi. Arch.

ſcopis licet habere propria: ſed ex hoc mouet quandam quæſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dicitur ſup. in c. nolo ꝙ clericus habens propria non erit clericus? cui quæſtioni reſpondet Gratian. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdam epiſcopos in oriente habere vxores, & filios,

¶ Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet.

C. XXIII.

Anſ. l. 6. c. 163.

EPiſcopus [a] eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatẽ ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cũ ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quam in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus [b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: [ Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus. ] Quòd ſi contentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius cõmoda, vel agrorum fructus [c], non cum presbyterorum conſcientia [d], diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè res [a] lædantur eccleſiæ; ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent; ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero, & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quam ij, qui diſpenſant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet, approbante.

1. Tim. 6.

a ¶ Occultè res. ] *In verſione Dionyſii legitur*, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteri † lædantur fratre, eccleſiæ, *&* *concordat cum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici lædi videantur. *Gracè in codibus, qui lecti ſunt habetur*, εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λανθανόντως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας *id eſt*, vt ex his rationes eccleſiæ latenter lædantur.

† *al. cætera lædantur eccleſia.*

*Item in canonibus Apoſtolorum, c. 41.*

¶ Res eccleſiæ ſint in epiſcopi poteſtate. C. XXIIII.

Anſ. l. 5. c. 160.

PRæcipimus, ut in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſiores † [f] illi ſunt creditæ †, multo magis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros [h], & diaconos, & cum Dei timore, & omni ſolicitudine † miniſtrentur. Et his autem, quibus indiget, &c; *vt ſupra.*

† *pretioſæ* | orig. † πιστευτέον. i. credendæ.

† εὐλαβείας. i. integritate.

ſup. ea. c. his autem

*Cum ergo in cõcilio [i] Agathenſi, & Martini, et canonibus Apoſtolorum dicatur: [ Sint manifeſta res propria epiſcopi, ] cũ in eiſdẽ canonib. & in concilio Antiocheno*

PRæcipimus ] CASVS. Quæſitum fuit an epi debeant habere poteſtatem de reb. eccleſiæ. Et ridetur ꝙ ſic ad diſpẽſandum eas per preſbyteros & diaconos cum timore & ſolicitudine. Et hoc pbatur argumento a maiori, quia animæ hominum multo pretioſiores rebus ſunt illi commiſſis.

f ¶ Pretioſiores ] ſic inf. 16. q. 7. c. 1.

Vir pro dote non tenetur fideiuſſorem dare.

g ¶ Multo magis. ] Simile eſt qđ oſtendit ius, ex quo mulier credit ſe viro de corpore, dignum eſt, vt credat de dote reſtituenda, vnde non tenetur vir dare fideiuſſorẽ de dote reſtituenda, niſi vir laberet in facultatib. ex. de do. inter vi. & vxor. per veſtras. C. ne fideiuſſ. do. den. l. 1.

h ¶ Presbyteros ] ſup. 89. d. c. volumus.

CVM ERGO CASVS, Concludit Gratia. ex c. epi, & ex c. manifeſta. & ex c. ſint manifeſtę. & ex c. epſ. ꝙ epi filios, & quoſdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores, & filios, quibus licet habere propria alijs vero clericis, qui ab infantia clerici facti ſunt, non licet habere propria niſi retinẽdo ſua, a ſumptibus eccleſiæ abſtineant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

i ¶ Cum ergo in concilio. ] Concludit ꝙ clerici poſſunt habere propria.

a ¶ Quo-

a ¶ Quomodo ergo.] Modo quærit de contrarietate illorum capitu. ſup. nolo. & ſup. ea. expedit.
b ¶ Sed notandum eſt.] Male ſoluitur t. Sed dic. vt dixi ſup. ea in princip. quæſtionis.
Illi autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant. quæſitum eſt à Proſpero an ſine peccato poſſint hoc facere? Et reſpondet quod ſic, ſi præbendam diſpenſatori relinquant: qui quodammodo ſua relinquũt quando contenti rebus proprijs nihil de rebus eccleſię accipiunt.

Quod nul- ...nititur ra ...ne, nulla ...datur ve- ...tate, Lau. ...

*Præcipiatur, vt epiſcopus participet res eccleſiæ ſi tamẽ* (†al. rebus.) *indiget; nonne patenter oſtenditur, quod epiſcopus habeat libere propria? Dicendo enim: ſi indiget rebus eccleſiæ.] notat eum habere propria quę fortaſſe ſuis neceſſitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo*[a] *, clericus, ſi proprium habere voluerit, clericus non erit? & eps habens propria nõ ſolum non deſinit eſſe epiſcopus, verumetiã cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate; ¶ Sed notãdum eſt*[b] *, epiſcopos orientales vxores habere & filios quoſdam autem ex noſtris partibus, cũ in laicatu ſiue in minoribus ordinibus cõſtituti habeant vxores & filios, ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum vſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere ꝓpria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Quod fieri poſſe Proſper de vita contemplatiua, l. 2. c. 12. teſtatur dicens.*

¶ De ijs qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renunciare non poſſint. C. XXV.

ILli autem, qui tam infirmi[c] ſunt, vt poſſeſſionib. ſuis renunciare non poſſint; ſi ea, quæ accepturi erant diſpenſatori[d] relinquant nihil habentibus[e] conferenda, ſine peccato[f] poſſidere ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt; quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quę labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

*De rebus vero eccleſiæ, quæritur, an liceat eas per prębẽdas diuidi, vt annuos redditus quiſque ſibi ſpecialiter vẽdicet. Hoc non poſſe fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.]* (Act. 4.) *Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequãtur vitã, quorum in eccleſia gradũ adminiſtrãt. Non ergo aliq̃d propriũ ſibi vendicabũt, ſed erunt eis omnia cõmunia.*

*Item Vrbanus Papa ait in epiſtola vnica. c. 2.*

(Anſ l. 5. c. 35. Poly. l. 9. tit. 15.)

¶ Res eccleſię quaſi communes epiſcopus diſpenſet. C. XXVI.

REs eccleſiæ non quaſi propriæ[g], ſed vt communes & Domino oblatæ, cum ſummo timore non in alios quam in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

*Item ex ſynodo habita Roma ab Eugenio Papa II. cap. 16.*

¶ Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios vſus conuertere. Cap. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, alijſque pijs locis in pro



c ¶ Infirmi.] Scilicet animo.
d ¶ Diſpenſatori.] ſcilicet ſuo: vel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.
e ¶ Nihil habentib.] id eſt, pauperibus. 16 q. 1. c. fin.
f ¶ Sine peccato.] patet quod ſi clerico ſufficiant propria, non habebit eccleſiaſtica, vt 16 q. 1. quoniã quidquid. 1 q. 2 clericos & c. paſtor. & inf. c. ſi priuatum. 10 q. 3. cauendũ. Sed contra nemo ſuis ſtipendijs cogitur militare ext. de ſimo. cum ſit Romana & qui altario deſeruit, &c. vt ſu. c. ex his. Solu. hoc ca. de conſilio loquitur vel de clericis vagabundis vel loquitur de oblationib. quę illis non ſunt communicandæ, vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica. non vt ibi reſeruent, ſed vt diſtribuant pauperibus. 16 quæſt. 1. ca. fin.
DE REBVS. CASVS. Hic Gra mouet quãdã quæſtionẽ incidentẽ, an poſſeſſiones eccleſiæ poſſint diuidi per prębẽdas. Et primo probat, quod non exemplo apoſtolorum, & duobus c. ſeq. Sequens cap. patet.
g Res eccleſiæ.] ¶ Propriæ] Si ergo de reb. eccleſiæ emiſti equũ vel aliquod, illud nõ eſt tuũ ſed dicas, quod illud ſolum clericorum eſt quod ꝓbabili ratione conſumunt, 2. vt ſu. c. expedit. & inf. c. ſi priuatum & inf. c. q. 2. ſine exceptione. Quidquid enim habes ſupra illud quod ſufficit tibi, illud violenter detines, vt ſupra diſt. 37. ſicut.
Nulli.] CASVS. Præcepit Eugenius in ſynodo habita Romæ, vt nullus epiſcop⁹ res mobiles vel immobiles de eccleſijs

Clerici quæ bona hẽãt.

a Ad hoc facit quod le. & no. 44. di. in prin. ver. ſi ſacerdos & 47 diſt. c. ſicut hi ver. proprium. & ſup c. epiſcopi. ver. quidquid. vbi de hoc. Arch.

eccleſijs ſibi ſubiectis in proprios vſus aſſumat, ne maiores eccleſiæ locupletentur, & minores pauperes fiant. & qui contra hoc fecerint, canonica ſententia feriãtur.

a ¶ Enormiter ] Arg. q. epiſcopus de iure vnius eccleſiæ poteſt detrahere, & alij conferre: dummodo alij eccleſiæ grauia damna non infligat. vt infra e. q. 2. bonæ. Quid iuris ſit, dicemus ibi & 16. quæſt. 1. § quod autem.

d ¶ SI priuatum. ] Poteſt intelligi ſi, id eſt, quamuis priuatum ſeparatim aliquid eccleſiaſticum poſſidemus non tamen illud eſt noſtrum [quorũ procurationem, id eſt, quia tantum illius procuratio nobis eſt commiſſa. Vel dic priuatum, id eſt, proprium.

e ¶ Non

prio vſu habere: ne maiores enormiter[a] locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens canonica auctoritate coarctatus exigat.

*Si ergo res eccleſiæ, non quaſi propriæ ſed quaſi cõmunes habendæ ſunt; cum de communi nullus dicat; hoc meum eſt[b]; nec de rebus eccleſiæ, hæc eſt mea poteſt aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorũ, in qua nulli aliquid erat proprium; ſed eſſent illis omnia communia. His ita reſpondentur. Sicut perfectione charitatis manente, ſecundum diſcretionem eccleſiarum, diſtributio fit eccleſiaſticarum facultatum, dum alijs poſſeſſiones huius eccleſiæ ad diſpenſandum committuntur, ex quibus, licet res eccleſiæ omnibus debeant eſſe communes, primum tamen ſibi, & ſuæ eccleſiæ deſeruientibus neceſſaria ſubminiſtret†, reliqua, quæ ſuperſunt, fidelium vſibus miniſtraturus, ita & præbendę eccleſiarum eadem charitate manente, pie & religioſe poſſunt diſtribui: nec tunc rebus eccleſiæ vt proprijs, ſed vt communibus vtilitatibus deſerui turis: vt ex his quæ ſibi aſſignata ſunt, primum ſibi neceſſaria percipiat: ſi quæ vero ſuis neceſſitatibus ſuperſunt, in communes vſus eccleſiæ expendat[c].* Act. 4.

† al. epiſcopis ſubminiſtret.

*Vnde Auguſtinus ad Bonifacium comitem, epiſtola 50.*

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † [d] poſſidemus, quod nobis ſufficiat: non illa noſtra ſunt[e], ſed pauperum: quorum procurationem[f] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus.

† al. priuatim, quæ nobis ſufficiant poſſidemus. ] orig. & inf. 23. q. 7. quod autem. ] §. ſi autem priuatim.

*Oſtenſum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium & quomodo non. Item quomodo res eccleſiæ per præbendas diuidi poſſint.*

## QVÆSTIO II.

*NVnc quæri-*

SI ERGO. CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis duob. cap dicens: ſi res eccleſiæ ſint habendæ tamquam communes, & non tamquã propriæ, cum de communi nullus dicat. hoc eſt meum: ergo de rebus eccleſiæ nõ poteſt quis dicere, hæc eſt mea: quia ſi diceret, non videretur imitari Apoſtolos, quib. nihil proprij erat, ſed omnia communiter poſſidebant. Poſtea huic concluſioni reſpondet, dicens quod ſicut poſſeſſiones diuiſę ſunt per vniuerſum orbem, & aliæ ſũt aſſignatæ vni eccleſiæ, & aliæ alii: ex q̃bus licet res eccleſię debeant eſſe communes omnibus, diſpenſator tamen eccleſię ſibi & ſuis primo neceſſaria miniſtrabit, & reliqua q̃ ſuperſunt, fidelibus miniſtrentur: ita & prębendæ & prædia eccleſiarum inter canonicos diuidi poſſunt, vt ex his non tanquam proprijs, ſed communibus primo ſibi neceſſaria pcipiant, & reſidua in comunes vſus eccleſiæ expendant.

b ¶ Hoc meum eſt. ] falſum dicit nam res quæ communis eſt aliquibus, omnium illorum eſt 1, vt ff. de ritu. nupt. illud. vnde hoc verbum, ſuum, ambiguum eſt pro toto & pro parte. & qui iurat ſuum non eſſe, iurabit etiam ſibi commune non eſſe, ff. de ver. ſign. pupillus. § vlt & cum quis legat ſeruos ſuos, tam illi, qui ex toto ſui ſunt quam qui pro parte, intelliguntur legati, vt ff. de leg. 3. ſi quis ſeruos. Si autem eſt aliquid vniuerſitatis vel ciuitatis, illud non eſt cuiuſlibet, infra e. q. 2. qui manumittitur.

1 Ar. extra de vſu pal. c. 1. & de p̃ben. pro illorum. in prin. & de priuileg. paſtoralis. in prin. arg. ff. de contrah. empt. q tabulas, Arc.

c ¶ Expendat ] Mirum eſt quare Gratianus non inducit cap. quod poſſeſſiones eccleſiæ poſſunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propoſitum, vt inf q 2. quiſq; & cap. ſæpe fit, 10 q. 2. caſellas in fin. & 16. quæſtio 1. poſſeſſiones & quæſt. 3 clerici. argum. contra: inf quæſtio. 2. vobis. 10. q. 3. vnio, & ſupra ea. quia tua, & cap. neceſſaria.

e ¶ Non illa noſtra ſunt ] Id eſt, à nobis recipienda & retinenda.

f ¶ Procurationem. ] ergo prælati dicuntur procuratores rerum eccleſiaſticarum, vt hic, & 14 q 1. § 1. quandoque domini dicuntur. 16. q. 1. & temporis quandoque defenſores 16. q. 1. in canonibus. quandoque patres, vt 68 diſt. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem adminiſtrationem ſicut procurator Cæſaris, vt ff. de officio proc. Cęſaris. l. 1. modicum tamen donare poſſunt. extra de donat. cæterum. tamen loco domini habentur cum bene adminiſtrant: loco prædonis, cum male, vt ff. pro empto. qui fundum. §. ſi tutor.

Pręlati dñi procuratores rerũ eccleſiaſticarum.

NVnc quæritur. ] Hæc queſtio diuiditur in nouem partes: in quarum prima probat magiſter per ſexdecim canones, quod

res

tur [a], ſi ſacerdotes aliqua de rebus eccleſię dediſſe noſcũtur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate conſtabunt. Quod res eccleſiæ nullo modo diſtrahi poſſunt, & diſtracta poſſideri, multis auctoritatibus probatur.

Anacletus epiſto. 1. c. 2. Lucius. cap. 6. In concilio Trib. c. 7.

*Ait enim Stephanus Papa.*

¶ Eccleſiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

Burc. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

QVi Chriſti pecunias, [b] & eccleſiæ aufert, fraudat [c] & rapit [d]; vt homicida [e] in conſpectu iudicis deputabitur.

*¶ In epiſtolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: ſed in epiſtola prima Anacleti, ex quo citatur à Burchardo, & Iuone, & in concilio Triburienſi, & infra ea. c. qui abſtulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.*

*Item Pelagius Hoſtilio epiſcopo.*

¶ Quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſterijs à quolibet clerico vſurpatum fuerit, eccleſiæ reſtituatur. C. II.

AVguſtino [f] noſtræ ſedis notario ſuggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicaſſet quoſdam de clero tuo, & maximè parochiarum ad te pertinentium non pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, & aliqua huiuſmodi perpetraſſe, quæ à religioſo aliena ſunt propoſito. Charitatem vero tuam (vt competenti ſolicitudine debeat inſequi, vel vlciſci) noſtræ præceptionis auctoritate cupis communiri [g]. Qua de re præſentibus mandamus affatibus; vt competentis viuacitatis inſtantia, quidquid de ſacratis vaſis, vel miniſterijs à quolibet clericorum vſurpatum vel diſtractum fuiſſe compereris; ſine cuiuſquam moræ interuentu exigere non dimittas, & eccleſiaſticis vſibus reformare.

6. cap. c. 303.
† *al. ex decretis Bonifacij Papæ.*

*Item Bonifacius † Papa.*

res eccleſię vendi non debent, vel alienari in caſu non conceſſo, & ponit pœnas diuerſas alienantibus, & vendentibus eas quoquo modo. Secunda ibi, [Quæ vero.] Tertia ibi, [Monemus.] Quarta ibi, [Vobis enim.] Quinta ibi, [Statuimus.] Sexta ibi, Terrulas. [Septima ibi, [Item ſi rectores.] Octaua ibi, [Item ſi ſeruos] Nona ibi, [Ne vero.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum eſt, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non, & qualiter res eccleſiæ poſſint diuidi per præbendas. Nunc autẽ in hac 2. q. quæritur, an res eccleſiæ alienatæ poſſint apud alios remanere quibus alienatæ ſunt & certum eſt, ꝙ non, niſi ſint alienatæ in caſibus conceſſis à iure, vt ĩ e. aurum. & c. exceptione in quo ca. dicitur, ꝙ pro vtilitate poſſunt res eccleſiæ alienari, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. & procedit hoc ordine Grat. 1. probat, quod res alienari non poſſunt, nec alienatę poſſideri. vſque ad §. his omnibus auctoritatibus. poſtea ſupponit quoſdã caſus ſpeciales, in quibus licitè res eccleſiæ alienantur. Primum autem ca huius quæſtionis planum eſt.

Alienatio qđ comprehendit.

a ¶ Nunc quæritur.] Alienatio eſt omnis contractus per quem dñium transfertur, vt C. de fun. do. l. 1. ſed hic largius ſumitur alienatio? quia nec obligari poſſunt res eccleſię. Quid autem ſub ſe contineat hoc nomen, alienatio, dicitur ext. de reb. ecc. non alien. c. null. in Auth. de non alie. vel permut. coll. 2. §. nos igitur prohibentur res eccleſiæ alienari, vt ĩ. e. ſine, 10. q. 2. hoc ius. & res Cæ-

Eccleſiaſticę res i quatuor caſibus licitè alienãtur.

ſaris ff de leg. 1. apud Iulianum, §. vlt. Sed excipiuntur quatuor caſus, Cauſa neceſſitatis; vt ſi debitum vrget, vt in illa l. hoc ius. Cauſa pietatis pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, vt ĩ. e. aurum. Cauſa neceſſitatis vel vtilitatis, vt ĩ. e. ſine exceptione. Cauſa incõmoditat s, vel minoris vtilitatis, vt ĩ. ea. terrulas aliæ cauſæ poſſunt aſſignari: ſed ad has poſſunt oẽs canones reduci: res tamen eccleſiæ q̃ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, citra aliquã ſolennitatẽ alienantur, vt C. de admin. tut. l. lex quæ. §. vlt. C. quãdo decr. no eſt opus, l. vlt. & 96. diſt. bene. Sed aliæ res eccleſiæ cum ſolẽnitate alienandæ ſunt 1: & olim quidem duo de vicinis epiſcopis intererãt, & de cauſa alienationis cognoſcebãt, & ſubſcribebant, vt 10. q. 2. caſellas, in fi. ĩ. e. q cunque ſuffragio. & 17. q. 4. nullus. ſed hodie ſufficit cõſenſus capituli & epiſcopi, vt ĩ ea. c. ſine. & ſi res ſit modica, & neceſſitas magna, non eſt neceſſarius cõſenſus capituli, vt ĩ. e. terrulas. In rebus monaſteriorum alienãdis requiritur conſenſus abbatis & capituli et epi. ĩ eo. abbatibus. 17. q. 4. in venditionibus. Idem in eccleſijs parochialibus, vbi etiam conſenſus ſacerdotis requirit, infra ea. placuit. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. Facta alienatio contra dictã formã, eſt nulla, licet ſit in caſu licito 2: vt ĩ. e. ſine. ſed cum præſcripta forma facta, & etiam in caſu non conceſſo, tenet ipſo iure. arg. extra de his quæ ſi. à præla. ſine conſenſu cap. cum nos. extra de empt. & vend. cum dilecti. ſed ſi damnoſa fuerit eccleſiæ reſtituitur, vt extra de reſtit. integ. c. 1.

Eccleſię bona cum qua ſolennitate ſint alienanda.

1 Adde q̃ ſolẽnitates requiritur in alienatione rerum eccleſiæ, not. in auth. hoc ius porrectũ. q̃ eſt canoniza ta 10. qõ. 2. C. de ſacroſ. eccl.

2 Licito. Cõtrarium ex diametro ad hanc gl. not. Doct. in l. cũ his. §. eam trãſactionẽ. de trãſ. vide Anto. Cor. in ſing. ver. alienatio & qđ melius tenet gloſ. pen. ĩ. ead. c. c. ſine exceptione.

b QVi Chriſti pecunias] Large ſumitur, vt infra q. 3. per totum.

c ¶ Fraudat.] Occultè.

d ¶ Et rapit.] Vi.

e ¶ Homicida] Etiam eſt ſacrilegus, vt infra c. prox. & 16. q. 1. decimas.

AVguſtino] CASVS. Hoſtilius eps ſignificauit Auguſtino notario Papæ, ꝙ quidã clerici ſui diſtraxerant illicitè multa ſacra vaſa, vel miniſteria ſuarũ eccleſiarũ, ꝑ quæ reuocanda cupiebat auctoritate Apoſtolica communiri. Auguſt. ergo illud Papæ ſignificauit. quo audito Pelagius ſcripſit Hoſtilio epiſcopo, vt Apoſtolica functus auctoritate, ſine mora omnia reuocet ad vſus eccleſiarum, per quemcunque clericum fuerint alienata.

f ¶ Auguſtino] Aliàs incipit, Notario noſtrę ſedis Auguſtino ſuggerente, &c.

g ¶ Communiri.] Cum tñ & illud de iure cõi poſſe facere

z Simile eſt cere ſ. & ſic eſt contra id quod dicit lex, ſuperfluum eſt poſtulare qđ lex induſſit. C.de theſaur.l 1. ſed fit ideo, quia plus timetur quod ſingulariter pollicetur, quàm quod generali ſponſione fit, vt 23.diſt.quamquam.

huic ext de eſt ordin li ect.& c gra- ue n diſt n. cap.hn in ſi, anihid.

i ¶ Rectoribus.] Inuitis.

K ¶ Conſenſu.] Conſenſus enim prȩlati nō obſtat clericis repetentibus res eccleſiæ, vt ĩ.ead. non liceat. Sed re nō eſt ille tutus qui ab Imperatore poſſidet. C de quadr. præſcrip. bene. cū iſte poſſidet qui auctore prȩtore poſſidet,

NVlli.] CASVS. Docet Bonifacius Papa in hoc c. ꝙ quidquid fuerit ſemel eccleſiæ oblatu, Domini eſt, & ad ius pertinet ſacerdotum vnde quicūque illud inuaſerit, vel vſurpauerit, ſacrilegium committit: & ſi no emendauerit debet excommunicari. [Conſecratur] id eſt datur vel deputatur, vel offertur. [Sanctum,] id eſt eccleſiæ deputatum erit. [Sanctorum,] id eſt, ſacerdotum. & [Domino.] id eſt, ad honorem Domini. ſic conſtrue, quod omne ſanctum, quod conſecratur Domino, erit ſanctum.

a ¶ Nulli.] Quod ſemel eſt conſecratum Deo etiam, licet ſit alienum poſtea non fiet profanum, vt ĩ. 17 q 4. quæſtio ff. de rer diuiſ in tantum. arg. contra ſ diſt. 54. ex antiquis, & c. frequens.

b ¶ Conſecratur] id eſt, datur.

c ¶ Siue aïal.] Aliud ab homine. aliàs ſequeretur quod homo non eſſet animal.

d ¶ Sanctum ſanctorum.] id eſt, ad vſum ſanctorum ſacerdotum pertinet.

e ¶ Inuadit.] Ergo q ſeruū eccleſiæ inuadit, ſacrilegus eſt ſed fortè non eſt, ſed reputatur. ſic ſ. ea. c. 1.

f ¶ Excõmunicetur] Ergo nō omnis ſacrilegus ipſo iure eſt excommunicatus, vt ĩ. cap proxi. De hoc dixi 11 q.3 canonica.

## ¶ Quidquid Domino conſecratur, ad ius pertinet ſacerdotum. C. III.

NVlli [a] liceat ignorare, omne quod Domino conſecratur [b], ſiue fuerit homo, ſiue animal [c], ſiue ager, vel quidquid ſemel fuerit cõſecratum, ſanctum ſanctorum [d] Domino erit, & ad ius pertinebit ſacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis, qui a Domino, & eccleſia cui competunt, aufert, vaſtat, inuadit [e], vel eripit, & vſque ad emendationem, eccleſiæque ſatisfactionem, vt ſacrilegus iudicetur: & ſi emendare noluerit, excommunicetur [f].

Poly.l.6.tit 15. Burch.l.11.c 17. Iuo p 14.c.87. Pann.l.5.c.112.

*Item Gregorius vij. lib.6. Regeſti, in concilio, c.1.*

## ¶ Excommunicationi ſubiaceat, qui eccleſiaſtica prædia inuadit. C. IIII.

QVicunque militum, vel cuiuſcunque ordinis: vel profeſſionis perſona prȩdia eccleſiaſtica à quocunque [g] rege, ſeu ſæculari principe, vel ab epiſcopis inuitis, ſeu abbatibus [h]; aut aliquibus eccleſiarum rectoribus [i] ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de rectorum deprauato, ſeu vitioſo conſenſu [k], tenuerit, niſi eadem prædia eccleſijs reſtituerit excommunicationi ſubiaceat.

Poly.l 6.tit.15.

*Item Pius Papa, epiſt.2.*

## ¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia eccleſiaſtica vexat. C. V.

PRædia diuinis vſibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſibi † inſeruiant. Quapropter ab omnibus illius vſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium [l] dicata, à quibuſdam irruentibus vexentur [m]. Quod ſi quiſquam præſumpſerit, vt ſacrilegus [n] habeatur.

Poly. ibidem. Anſel.l.5.c.36. Iuo p.13 c 39. † al. ſuis vſibus

*Item Anacletus Papa epiſt.1.*

## ¶ De eodem. C. VI.

QVi abſtulerit aliquid

Et in epiſto. Lucij, cap.6. Poly. ibidem. Burc.l.11.c.18. Iuo p.14. c.88.

QVicunque.] CASVS. In hoc c. dicitur, quod quicūque prædia eccleſiaſtica à rege, vel ab alio principe ſæculari ſuſceperit, niſi reſtituat, debet excommunicari. Idem ſtatuitur de eo, qui ab inuitis prælatis bona eccleſiæ ſuſceperit, vel inuaſerit, vel de conſenſu eorum retinuerit.

g ¶ A quocūque.] Ille ergo conueniendus eſt, qui rem eccleſiȩ qualẽcunque detinet, licet exhibeat auctorem ſuũ, vt ĩ. 16. q. 1. in canonibus Sed diſtingue, an rem mobilem detineat, vel immobilem, vt C. vbi in rem act l 2. extra vt lite non cont quoniam. & hoc intelligas quãdo quis ſuo nomine aliquid poſſidet, vt tunc ſemper poſſeſſor ſit conueniendus. & tunc nō eſt neceſſe vocare illum cuius auctoritate poſſidet: ſecus ſi alieno nomine, vt extra vt lite non conteſt. q̃m. Item hoc ſcias, quod licet conuentus rei vendicatione poſſet dominum nominare. non tamen conuentus poſſeſſorio iudicio, vt hic.

Poſſidens rẽ eccleſiæ ſiue ſuo ſiue alieno nomine, an ſemp ſit cõueniẽdus. Poſſidens ab Imperatore non eſt ſemper tutus.

h ¶ ſeu abbatibus.] Inuitis.

ſidet, vt ff. de acq. poſſ. iuſtè. Sed dicas 1. iſtud obtinere in rebus priuatorū: quia nec eccleſia tuta eſt, ſi rem recipit ab Imperatore niſi eã prȩſcripſerit, vt 16 q.3 placuit 1.

1 Dicas gloſ ſing ſm Lu- do. Rom. ſin- gul 612. li 7. Alex. cõſ 52. lib 7. Felyn. c quæ in ec- cleſiarũ, col. 18. de cõſtit.

PRædia.] CASVS. Significatum fuit Pio Papæ, ꝙ quidam prȩdia eccleſiarum vſurpabant, & Deo cui tradita ſunt ſubtrahunt. quare Pius Papa ſtatuit vt quicunque hoc præſumpſerit, debeat vt ſacrilegus iudicari.

l ¶ Secretorum cȩleſtium] Id eſt, eccleſiæ.

ADDITIO. Vbi tractantur ſecreta cœleſtia. de conſecr diſt. 1. c. cap 1.

m ¶ Vexentur] Iniuſtè. nam ad tributa & ſeruitia tenentur. 11. q 1. ſi tributum, vel expone, vt ibi dixi.

n ¶ Sacrilegus.] Alia pœna ſacrilegij eſt ſecundum legem. ff. ad leg. Iul pecul. ſacrilegij. Alia ſecundum canones. 17. q 4. per totum.

QVi abſtulerit.] CASVS. Dicit Anacletus in hoc cap. quod Deus eſt pater noſter, & eccleſia mater: & ideo qui Dei, & eccleſiæ pecuniam aufert, vſurpat, & fraudat, homicida eſt, ſicut ille qui patri vel matri carnali abſtulit aliquid iniuſtè, dicitur homicida.

a ¶ Patri.

Arg.cōt. iſta ſup.93.d.dia om ſunt,in ſine.ſed ibi aliter exponitur.

a ¶Patri.] Homicida enim eſt, qui non paſcit patrem, vel matrem: vt 22.q.4. inter cætera.& 86.d. non ſatis in ſi.

I N antiquis.] CASVS. Quæſitum fuit a Io.Papa. quam pœnam debeat pati, qui inuadit aliena, & reſpondet quod dam villas ſuæ eccleſiæ combuſſerunt, & prædā inde exportauerunt. tñ ſæpe admoniti damnum emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Conſtantiæ Reginæ Galliæ, & ei primo applaudit commendando ipſam, & hoc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit, ꝙ damnū illud dēnt cū multiplicatione pœnæ reſtituere, & hoc probat per legē Lōbardā, & per exemplū Zachæi dicētis in p̄ſentia Chriſti ſe velle reſtituere quadruplū ſi aliquē defraudauit, vt continetur in Euangelio ſecundum Lucā. In tertia parte inſinuat ei, ꝙ in menſe Nouēbris præſentis anni, mittet in Galliā Petrū epiſcopū, & monet ipſam Reginam, vt cum eo, & cū aliis epiſcopis eiuſdē prouinciæ cōgregatis ſic faciat damnu emendari, vt cęteri terreātur. Secunda pars incipit ibi.] Dum, & ſęculi.] Tertia ibi, [Ea propter.

patri [a], vel matri, dicitque hoc peccatum non eſſe; homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creauit*: mater vero noſtra, eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. Ergo, qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat; homicida eſt.

* Concord. Alexand. de ſmo in l. cū alienam. C. de lega.

ſup.ea. qui Chriſti.

Et in epiſ.2. Euſebij Papæ ad Ægyptios, & in decre. Iulij.c.1 & Symmachus in 5 ſynodo.

*Item Ioannes Papa primus ad Zachariam archiepiſcopum.*

¶Quadruplum reſtituat, qui res eccleſiæ inuadit. C. VII.

I N antiquis eccleſiæ ſtatutis decretum eſt, vt qui aliena inuadit, nō exeat impunitus: ſed cum multiplicatione [b] omnia reſtituat. Vnde in Euangelio ſcriptū eſt: [Quòd ſi aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus ſæculi cautum habetur: [Qui rem ſurripit alienam, &c. *vt infra auctoritate [c] Euſebij Papæ.*

Burch.l. 11. c.25. Iuo p.3.c 149 & 13.& p.5. c.249.

Luc. 19.

inf.ea.in legibus.

*Item Gregorius ad Conſtantiam reginam Galliæ, lib.4. epiſt.33.ſen.c.77.*

¶Pro tenore ſæcularium legum puniantur inuaſores rerum eccleſiaſticarum. C. VIII.

C Vm deuotiſſimam † [d] dominam ſciam de cęleſti vita †, atque remedio animæ ſuæ ſedulo cogitare, culpam me committere vehementer exiſtimo, ſi ea, quæ pro timore omnipotentis Domini ſunt ſuggerēda, ſiluero: & te ſanctiſſimam de eccleſiaſtica pace ſedulo non commonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiſcopi noſtri proclamatio nuper contriſtauit, maxime cum villæ ſuæ, videlicet eccleſiæ a nequiſſimis prædonibus ſint deprædatæ, atque nocturnis incendijs more furum combuſtę: & dum ijdem maligni iuxta noſtri prædeceſſoris Bonifacij decreta pro violata emunitate [e] illud emendare noluerint, dum, & ſæculi leges [f] hæc eadem ita ſe habere voluerint, lege vulgari [g] teſte, in qua ſic ſcribitur: [Si quis manu armata vſque ad quatuor homines in vicum alterius ad male faciendum venerit; ille, qui prior eſt [h], pro illicita præſumptione componat [i] ſolidos nongentos: ſequaces vero eius, vnuſquiſque ſolidos octuaginta. Si vero incendium [k] fecerint, ibi nouies tantum componant: ſi prædā vero, in quadruplum reſtituant.

Burc.l.11.c 26 Iuo p. 13.c.34.

† *ſereniſſimam.*] Orig.

† *al. patria atque anima ſua vita ſedulo.*

Emunitas eccleſiæ quę ſit

lib 1 legum Longobard tit. de aggreſſ. in vic.fact.leg.1.

d ¶Cum deuotiſſimam.] Intercedit Papa pro eccleſia apud Reginam, ſicut alibi apud principem, vt 97.d eccleſiæ.

e ¶Pro violata emunitate.] Eadē emunitas priuilegiū quo gaudet eccleſia, vt in ambitu ſuo non fiat pugna, vel inſultus, vel rapina per quadraginta, vel triginta paſſus, vt 17.q 4 ſicut antiquitus. Quæ autem pœna pro emunitate eccleſiæ læſa ſit ſoluenda, hēs 17. q.4. ſi qs contumax.

f ¶Leges.] .ſ.Lombardæ.

g ¶Vulgari.] .ſ.Lōbarda.23.q.8. ſi quis membrorū, &c.pęſſimam.

h ¶Qui priorē] Nā tot sūt iniuriæ, quot ſunt iniuriātes, vt ff. de iniur ſi plures, & ideo pœna vnius non liberat alios, ff ad legem Aquil.itē Mela.§.ſed ſi plures.

Pœna pecuniaria an poſſit infligi ab eccleſia.

a *Et c.* licet vbi de hoc 14.q.1.qd dētur.in princ. vbi de hoc. Arch.

ꝙ ſecundum antiqua ſtatuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus.ſ. Euangelij, & Euſebij Papæ.

b ¶Multiplicatione.] Argu. pœnam pecuniariam poſſe ab eccleſia infligi.21.q.5.ſi quis cuiuslibet.22.d. quamquam, extra de arbi.dilecti.in fin. extra de relig. domi. conſtitutus.in fin. argum contra infra ead. fraternitas, vbi de hoc dicitur, & extra de pœnis.ſuam. a Sed illud poteſt intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

c ¶In auctoritate.] inf.ead.in legibus.

C Vm deuotiſſimā] CASVS. Iulianus epiſcopus conqueſtus eſt Papæ de quibuſdam, qui de nocte quaſ-

Pœna an poſſit excedere quadruplū.

DIœceſani cuiuſdam.] CASVS. Supra dictum fuit in 12 cauſa, ꝙ quidam clerici non debent habere propria. Sed aliquis quæreret vnde viuere debent: oſtendit Gratianus, quod de decimis & oblationibus viuere debent: ſed quia de decimis & oblationibus & ſepulturis ſæpe oritur contentio inter clericos & etiam laicos: ideo G. ſubnectit hãc 13. cauſam, in qua oſtēdit quid de decimis, & oblationib. & ſepulturis ſit obſeruandũ. Et vt competentius agat, proponit thema, de quo duas elicit quæſtiones. Eſt ergo caſus thematis talis. Quidã laici hoſtili metu cõpulſi in aliã diœceſim domicilia tranſtulerãt antiqua tñ prædia ſemper colebãt, quorũ decima-

tiones per quinquaginta annos, ſoluerant illi eccleſiæ, ad quam tranſierunt: & apud eam ſibi ſepulturas elegerunt: elapſis quinquaginta annis clerici quibus quondam ſoluerant, & a quibus tranſierunt, cœperunt mouere quæſtionem.

nendum ſit de diuiſione parochiarū: & Diony reſcribit ei dicens. ꝙ ipſe diuiſit parochias & cœmeteria eccleſiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos, vel ius inuadat: ſed vnuſquiſque plebem ſibi commiſſam intra terminos ſuos ita cuſtodiat, vt pro ſuis actibus glo-

## QVAESTIO I.

QVod priori[a] eccleſia hæc omnia iure perſoluenda ſint, actores his argumentis probare contendunt. Conſtat vnamquamque baptiſmalem eccleſiam habere diœceſim ſibi legitime aſſignatam: ſicut & parochiales eccleſiæ habent parochias ſibi diſtributas.

*Vnde Dionyſius Papa Seuero epiſcopo, epiſt. 2.*

¶Singuli ſacerdotes proprias debent habere eccleſias. C. I.

ECcleſias ſingulos ſingulis presbyteris dedimus: parochias, & cœmeteria eis diuiſimus[b]: & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos[c], aut ius inuadat: ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus, & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus commiſſis rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat. Poly l.4 tit. 32. Burc.l.3.c.43. Iuo p.3.c.47. Anſ l.5 c.73. Pann.l.2.c.43.

*In diœceſi autem deſignata quæcunque prædia coluntur; prouentus decimationum baptiſmali eccleſiæ aſſignatus debet ſolui. Quia ergo prædia hæc intra terminos noſtræ diœceſis continentur; & prouentus decimationum nobis legitime aſſignatus, noſtræ eccleſiæ perſoluendus eſt.*

2 *His ita reſpondetur. Decimæ a Deo conſtitutæ ſunt per Moyſem, vt perſoluerentur a populo filijs Leui pro miniſterio, in quo deſeruiebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filij Leui decimas, niſi ab eis, pro quibus offerebant* Num. 18.

QVod priori.] Hæc q. diuidit in tres partes: in prima quarum probatur, quod poſtquam eccleſiæ ſunt limitatæ, non debent decimæ ad alios vſus tranſire: nec mutari de parochia & hoc proſequitur vſque ad § illū, [His itaque, ] &c. Secunda ibi, [ His itaque.] Tertia ibi, [Ad hęc.] Io. de Fāt. CASVS. Hic intitulatur prima q qua quæritur cui eccleſiæ ſint perſoluēdæ decimæ. Et certum eſt, ꝙ decimæ prædiales ſunt perſoluendæ illi eccleſiæ intra cuius terminos pdia ſit a .reperiuntur, vt 16 q.1. ſi quis laicus. &c de decimis. niſi præſcriptio impediat. Perſonales vero, vtputa de artificio, vel negotiatione, ſunt perſoluēdæ illi eccleſiæ vbi per totum circulum anni audit diuina, vt 16 q̄ō. prima quæſtio Et procedit hoc ordine G primo probat, quod decimæ ſunt perſoluēdæ priori eccleſiæ: poſtea probat, quod ſunt perſoluēdæ illi eccleſiæ, ad quam ſe tranſtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & viciſſim ſibi reſpondentes.

Decimę cui eccleſię ſint dandę.

a ¶ Quod priori ] Hic ponit primam q an decimæ ſint dandæ illi eccleſiæ a qua ſe tranſtulerunt; vel ad quam ſe tranſtulerunt. Diſtingue ergo, aut decimæ ſunt prædiales: aut perſonales. Si prædiales, ſemper dandæ ſunt illi eccleſiæ vbi prædia ſunt ſita, vt 16. q. 1. ſi quis laicus. Si perſonales ſunt, quæ proueniūt ex artificio, vel negotiatione: tunc ſunt dandæ illi eccleſię vbi recipiunt ſacramenta, vt 16. q. 1. queſti. ſicut illi ciuitati eſt tributum ſoluendū vbi agri ſunt, vt ff. de cen. forma 1. Et hęc diſtinctio probatur extra de deci. ad Apoſtolicæ. tamen prędiales decimæ dantur ſecundum conſuetudinem loci. ext. de dec. cum ſint homines. & hæc vera ſunt circa veteres decimas: & dicēdum eſt circa nouas, vt ſemper dandę ſint illi eccleſię, in cuius parochia ſita ſunt prędia ſed ſi parochia non eſt limitata, in arbitrio eſt epiſcopi cuius eccleſię dentur nouallum decimę, vt ex. eo. quoniam. Item in dubio eccleſijs matricibus potius quam capellis dabuntur decimę, vt extra c. nuncios in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur vbi audiuntur frequentius diuina, vt extra eod. ad Apoſtolicę.

1 §. ſi vero qs ff. de cu. bo dā. l. 2. §. 1. arg. bonū. C. de mul. in quo loco mu. ſex. con gru l. vna in ſi. li. x. auth. de eccle. tit. §. ad hoc. Arch.

E Ccleſię.] CASVS Seuerus conſuluit Dion. quid te-

tiam a Domino percipiat.

b ¶ Diuiſimus ] ſiue Diony. diuiſit, vel diſtinxit terminos eccleſiarum, ſed non terminos epiſcopatuum, quia in gentilitate fuerunt diſtincti. vt 80. d. c. 1. ſimiliter termini prouinciarum ſunt diſtincti ante tempus Chriſti, vt 99. d. c. 1.

c ¶ Terminos,] Propter hoc inducitur c.

IN DIOECESI. CASVS. Concludunt actores ex ſupradicto cap. quod decimę illi eccleſię ſunt perſoluēdę intra cuius terminos reperiuntur prędia, de quibus decimę debent perſolui: & ideo concludunt decimas illorum prędiorum, de quibus contentio vertitur, ſuę eccleſię eſſe perſoluendas: cum intra terminos eiuſdem prędia ipſe colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hęc eſt ſecunda pars queſtio. in qua probat contra, ſcilicet quod ibi debent dare decimas vbi percipiunt baptiſma Ioan. de Fant.

CASVS Nunc rei reſpondēt allegationibus ſupradictis oſtendentes decimas iſtas non actoribus, ſed ſibi tantum ſoluendas, cum ipſi eis ſpiritualia quotidie miniſtrent. & hoc probatur 16. auctoritatibus, quas legendo literam per te videbis, ſi diligenter inſpexeris. & quę ſatis ſunt faciles.

Primitiæ vt decimæ ſoluendæ ſunt.

a ¶ Et primitias.] Primitiæ ergo debitæ ſunt ſicut, & decimæ. 16 q. 1. reuertimini. Quantitas primitiarum non eſt determinata, ſed qui plus dabat, quadrageſimam dabat partem: qui minus, ſexageſimam; & ſic licitum erat dare inter lx. & lx. quantum quiſque volebat. hoc erat in aridis, & liquidis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, vt ait. Hiero. ſuper Ezechielem & extra de deci. c. 1.

b ¶ Manuum veſtrarum.] Arg. quod non excuſantur monachi, qui proprijs manibus colunt agros, quin teneantur dare decimas: cũ illud ſit præceptum Domini; ſed illi legis latori nemo põt contradicere, vt 27. q. 2. ſunt qui dicunt. nec licet diſpenſare contra præceptum Domini, vel Apoſtoli. 25. q. 1. ſunt quidã. De hoc dicemus. 16. q. 1 decimas. & c reuertimini.

Monachi an teneãtur ad decima.

preces, & ſacrificia. Quia ergo nos ſeruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro iſtis preces, & ſacrificia; & ipſi debent nobis perſoluere decimas, & primitias[a] ¶ Item, cum decimæ darentur filijs Leui; non electione offerentis perſoluebantur, vt contempto Leuita, qui ſecum erat, ipſe aligeret, cui vellet decimas dare. Nam dictum eſt: [Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.] Ideo ex ſingulis tribubus, ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaqueq; tribus illis perſolueret decimas, qui ſecum erant. Nam Moyſes præcepit filijs Iſrael (ſicut legitur in Deuteronomio) [In loco quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo; illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocauſta, & hoſtias, & decimas, ac primitias manuum veſtrarum[b], & quidquid præcipuum eſt in muneribus veſtris, quæ vouiſtis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro vos, & filij, & filiæ veſtræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in vrbibus veſtris commoratur, Neque enim habet aliam partem, atque poſſeſſionem inter vos.] & infra. ¶ [Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia, quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus[c], famula, atq; Leuita, qui manet in vrbibus tuis.] ¶ Quia ergo nos intra muros vrbis illorum ſedemus, & eis habitatione iuncti ſumus; rite ab eis decimas accipimus, itẽ ait propheta: [Producens fœnum[d] iumentis, & herbam ſeruituti hominum.] Fęnum, & herba ex terra producitur: ſed quibus? iumentis irrigantibus eam, ideſt hominibus colentibus eam †, & in hoc ſeruientibus ipſi. Item Apoſtolus[f]: communicet aũt is, qui catechizatur[g] verbo, ei qui ſe catechizat in oĩbus bonis.] Hoc Galatis, Corinthiis aũt, probat ſpecialiter ſibi deberi ſumptus, qui eis ſpecialia miniſtrauit dicens. [Si nos vobis ſpũalia ſeminauimus; magnũ eſt ſi nos carnalia veſtra metamus[h]?] itẽ, [Si alij poteſtatis[i] veſtræ participes ſunt; quare nõ potius nos?] Item, [Quis plantat vineam: & de fructu eius nõ edit?] Nos plantauimus vineã, & nos nullius fructus eius edere? Item pręcepit Dominus per Moyſem, vt nemo mittat falcẽ in alienã meſſem. Hæc meſſis noſtra eſt, & nos nullis falcem in eam mittere? Item. Non alligabis os boui trituranti.] Nos ſumus boues triturantes: nos nullis alligare os noſtrum, & de noſtra tritura victum nobis quæritis? Item Apoſtolus, [Qui altario ſeruiũt, de altario viuant.] Sed nunquid de eo, cui non ſeruiunt? Item, [Qui in ſacrario operantur, cum ſacrario participant.] Sed nunquid cum illo, in quo non operantur? Nos ſeruimus altario: nos ei participare nullis? nos vero vacuos, & inanes dimittere quæritis: Item Apoſtolus: [Laborantẽ agricolam oportet primum accipere de fructibus ſuis:]

Deuter. 14. & 16.

Deuter. 12.

Pſ. 103.

tal. eum.

Gal. 6.

1. Cor. 9.

Ibidem.

Deuter. 23.

Deuter. 21.

1. Cor 9. ſed paulo aliter.

2. Tim. 2.

c ¶ Seruus.] Videtur hic quod laici cum clericis debeant vti decimis. & ſic eſt contra 16. q. 7. c. 1. Sed prout Hiero. teſtatur, in veteri teſtamento, quatuor modis dabantur decimæ. Primo de omnibus bonis, quæ habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de reſiduis nouem portionibus ſumebant decimam, & de hac ter in anno, cum aſcendebant in templum, paſcebant ſe & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de reſiduis portionibus ſumebant decimam, & reſeruabant ad vſus pauperum, & pupillorum. Item decimabant reſiduas partes, & ipsã deferebant in templum; de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima. nam de illa decima, quam populus offerebat Leuitis, ſumebant Leuitæ partem decimam, & offerebant eam ſummo ſacerdoti: & inde fiebant panes propoſitionis e. Hodie nec vna bene datur, & ideo fame & penuria, & alijs pœnis maledicti ſumus. 16. q. 1. reuertimini.

Decimæ olim dabantur quatuor modis.

e Hæc dicebatur decima decimæ hæc ſignificabat carnẽ Chriſti, quæ in ſacrificiũ eſt oblata: ſicut illa offerebatur in illis panibus propoſitionis, qui fiebant ex illa, ſm Hug.

d ¶ Fœnum.] Id eſt, temporalia.

e ¶ Seruientibus.] Id eſt, prædicatorib. ſeruientibus alijs.

f ¶ Item Apoſtolus.] ad Galatas 5.

g ¶ Qui catechizat.] id eſt, inſtruitur.

h ¶ Metamus.] Quaſi dicat, non. 1. q. 1. noſtri.

i ¶ Poteſtatis.] Sed ſi ita

*vos autem econtra quæritis? Nos ſumus agricolæ laborãtes: vos primum uultis percipere de fructibus noſtris? immo non primum: quia nec ultimum[a] nobis relinquere uultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis: & totum uſurpare contenditis: ut pro nobis uideatur dictum, fruſtatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat ſtipendijs ſuis unquam? quis paſcit[b] gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & uos ſtipendia noſtræ militię nobis queritis. Nos gregem paſcimus: & uos lac eius, & lanam accipere uobis uultis. Sapere[c] eſt, de alieno labore uictum quærere: ſi ſapere eſt, uelle quod non poſſis. ¶ Item Dominus dixit diſcipulis ſuis: [In quãcunque domum intraueritis, in eadem manete, edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt. Cum autem intraueritis primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingreſſi ſumus, & ei pacem obtulimus: uos autem quaſi otioſi alieno cibo paſci gaudetis? Videte, ne in uos uertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ Item propheta: [Sumite pſalmum[d], & date tympanum.] Iſti à nobis ſumunt pſalmum, & uos ab eis quæritis tympanum[e]? ¶ Item Leo quartus: [De decimis[f] non tantum nobis, ſed etiam maioribus noſtris iuſto ordine uiſum eſt plebibus tantum, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur debere dari.] ¶ Quibus autem plebibus debẽtur; illis, à quibus baptiſma accipiunt, an alijs? Nos eos baptizamus; & uos ab eis decimas ſumitis? Honeſta iſta interpretatio eſt: utinã inueniatis, qui ſic pro uobis interpretẽtur. Quia ergo nos rigamus populũ hunc, imbrẽ doctrinę ei miniſtrantes. quia colimus, cũ uomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes; ſi non uultis ſinere[g], uel † [h] patiamini[i] nobis cum fructificare, & qualia uobis fieri non uultis nobis inferre cauete, ne ſi pergitis dicere, quæ uultis, audiatis[k], quæ non uultis.*

2. Cor. 9.

Terentius

Luc. 10.

Terentius

Pſal. 80.

16.q.1. de decimis.

† al. ſaltem patimini

Tob. 4. Mat. 7.

Terentius

3 ¶ *Ad hæc. Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contendit, ita, ut ſi fides uerbis adhiberetur, nõ uerba pro uerbis. ſed res pro uerbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi uerba[l] dediſtis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos quòd ea, quę nobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti[m] quidem & philoſophico ore prolata ſẽtẽtia: ſuũ perſequi, eſt ne aliena rapere? Vnde ad uos hęc ſentẽtia manauit: niſi quia tãto ardore noſtra cõcupiſcitis, ut ueſtra putetis uobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde, cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptũ ex faucibus.*

Terentius.

ita poteſtatiuè vtuntur alij veſtris ſicut voſipſi, cur non magis etiam nos, qui intendimus ſaluti veſtræ?

a ¶ Nec vltimum.] Quandoque tamen dicitur primus non reſpectu vltimi, vt extra de verbor. ſignificatio Ioſeph.

b ¶ Paſcit.] Argum. bonum quod ibi dandæ ſunt decimæ, de grege, vbi grex paſtus eſt, & vbi concepit, non vbi moratur: nã & boues dicuntur eſſe de illo fundo, vbi laborant, non vbi morantur. vt ff. de fund. inſtruct. l. cum quidam. nam ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cũ vſus tantũ predij conſiſtit in paſtu pecoris, vt ff. de ſer. ruſti. prædi. pecoris. & quod ſit de foro illius vbi grex ſuus paſcitur, probatur, quia ibi poteſt conſtituere tugurium, vel officinam. vt ff. de ſer. ruſt. præd. veluti. ſed ratione tugurij, vel officinæ ſit quis de foro alterius, vt ff. de iud. hæres. §. 2. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabũtur decimæ vbi grex parturit, & vbi fœtus paſcitur. Præterea coloni non dant decimas 1. vbi laborant dominis ſuis, ſed vbi recipiunt ſacramenta, vt 16. q. 1. queſti.

Decimæ pecorum vbi ſunt dandæ.

1 Scilicet perſonales.

c ¶ Sapere.] Ironicè loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt velle illud quod non potes: ſcilicet de alieno viuere.

d ¶ Pſalmum.] Id eſt, ſpiritualia.

e ¶ Tympanum.] Id eſt. temporalia.

f ¶ De decimis.] Inf. 16. q. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quod iſtud cap. ſophiſticè inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantũ, hic autem agitur de prædialibus. & idem hic tenet Io. de Fant. Archid.

g ¶ Sinere.] Sponte.

h ¶ Vel.] Ideſt, ſaltem.

i ¶ Patiamini.] Scilicet coactè.

K ¶ Audiatis.] Verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

AD HAEC CALLIDA. Hæc 3. pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

CASVS. Hic reſpondet actores ſupradictis allegationibus, rationes pro ſe multiplices inducendo, & in ſumma concludunt, quod oblationes quotidianæ debent perſolui illi eccleſiæ, vbi quotidiana officia percipiuntur: decimæ vero prædiorum priori eccleſiæ perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt cap. 16. queſt. 1. ſi quis laicus.

l ¶ Verba.] Res dare pro rebus, pro uerbis uerba ſolemus.

m ¶ Sapienti] Ironicè loquitur.

a ¶ Re

*Sed videte, ne damnum effuſi vnguenti vobis recompenſare* [a] *quaratis. Conſtituiſtis vos plantatores vinearum, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia uobis aſſumpſiſtis: & debita nobis obſequia a nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus, quod ueſtrum eſt. Boni trituranti palea, & tegumenta ſeruantur: Sint hæc nobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores* [b] *uinearum, foſſores agrorum, rigatores camporum, trituratores areaꝝ, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede ueſtri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obſequijs, quæ pro ſpiritualibus quæ a nobis accipiunt, quotidie feruntur; prouenientes fructus decimationũ, & primitiarum nobis relinquite. ¶ Item præcipit Dominus diſcipulis ſuis, ut comederent & biberent ea, quæ apud auditores ſuos erant; ſed non iuſſit eis, ut dominos de domibus ſuis eijcerẽt, & reb. ſuis ſpoliarent. Non facile inuenietis, qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. Mus in pera, ignis in ſinu* [d]*, ſerpens in gremio male ſuos remunerant hoſpites. Vnde in prouerbijs dicitur: [ Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit, percutietur ab eo.] Tales inueniatis nobis* [e] *hoſpites, quales nobis eſſe uultis. Non ſufficit nobis edere, & bibere quæ in domo noſtra ſunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis; ex quibus uictum & ueſtitum habeatis: quib. cum Apoſtolo debetis eſſe contenti: ſed non uultis, quia imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere uultis. Vt autem uniuerſaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro nobis inducta ſunt, ſiue de laborante agricola, ſiue de eo, qui ſuis ſtipendijs non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum ueſtri operis, quẽ adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obſequijs iſtorum recipiatis: decimationes uero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: ne dum quæritis uſurpare quod ueſtrum non eſt, iuſta animaduerſione etiam illud cogamini amittere, quod uobis aliquo modo uidebatur competere. Quod autem hæ decimationes nullo iure nobis debeantur, facile probamus. Dicitur enim in quodam concilio; [ Si quis laicus* [f] *, uel clericus, ſiue utriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, &c.] Sicut in eodem capitulo in cauſa monachorum nota inueniuntur. Si ergo laicus, vel clericus, uel qualibet perſona, loca ſua proprietatis vendens, aut donans prouentum decimationũ ab eccleſia, cui legitime aſſignatus eſt, nullo modo poteſt abſtrahere; nec iſti de diœceſi ad diœceſim tranſeuntes, decimas ſuorum prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parochiæ continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poſſeſſorem de diœceſi ad diœceſim tranſire, quod poſſeſſionem de diœceſano ad diœceſanum transferre.*

ex. de Iudæis, c. etſi. citatur hoc tãquam vulgare prouerbiũ. *Serpens in gremio*] 2. *Tim.* 6.

16. q. 1. ſi quis laicus.

Iudas quare ſe ſuſpendit.

1 Ad idẽ qđ le. & no 1. q. 1. Chrs. Arc.

a ¶ Recompenſare.] hoc eſt dicere, videte ne ita contriſtemini de illa amiſſione, ꝙ propter hæc deteriora committatis ;ſ. ſuſpendatis vos, ſicut fecit Iudas q attriſtabatur de effuſione vnguenti, de quo ꝓpoſuerat decimam partẽ furari, ſicut de alijs reb. conſueuerat: vnde vt recõpenſaret illud dãnum, vendidit Dñm pro xxx. quæ ſunt decima pars trecentorũ tanti enim potuiſſet vendi vnguentũ. & ad ſimilitudinẽ Iudæ camerarij ſemper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis ſuis 1.

b ¶ Paſtinatores.] Paſtinare idem eſt quod colere ſic ponitur. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. 1.

c ¶ Recepta.] i. ſi deberetis, recipere aliquid, deberetis tantum mercedem recipere, vnde non confiterentur, quod aliquid recipere deberent extra de teſt. ex tenore.

d ¶ In ſinu:] Hæc verba habes ext. de Iudæ & ſi Iudæos.

e ¶ Vobis.] Sic 25. q. 2 ſic decet ſimile. 11. q. 3 priuilegium, & ext. de ſimo. quia, in fine.

f ¶ Laicus.] Vt 16 q. 1. ſi quis laicus.

AD hæc. Decimationes] Hæc quæ. diuiditur in 12. par

†Addequòd hæc dictio. ad hæc, aduerbialiter, & continuatiue ponitur idẽ in l 1. §. ad hęc C. de anna. excep.

## QVAESTIO SECVNDA.

AD hæc, † *Decimationes iſtæ, & ſi iure nobis debentur,*

*vt aſſeritis* [a] *; tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis ſilentiũ imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſarum domorum) vel centenaria ſicut prædia ſanctæ Romana eccleſia.*

*Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2.*

¶Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] eccleſiæ, necnon & diœceſes, ſi quæ ab al quibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicẽt, quod [d] tricennalis lex concluſit; quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare [f], quod legum tempus excluſit.

16 q. 3. c. 2. §. illud etiam.
Anſ. l. 5 c. 19.
Burc l. 3. c. 149.
Pann. l. c. c. 65.

*At illi contra. Cuius auctoritate nobis ſilẽtium impo nitis eiuſdẽ auctoritate veſtra ora claudimus. Ait enim idem Gelaſius: [Nulla* [g] *præſumptione ſtatum parochia*

16. q. 3. licet in regulis.

12. partes. In prima quæritur vtrũ præſcriptione tollanť decimæ, & probat, ꝙ ſic per c. ſeq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vnaqueque.] Quarta ibi, [Quòd de libero] Quinta ibi, [Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item quæritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obſeruatione.] Decia ibi, [Lugere] Vndecima ibi, [De mortuis] Duodecima ibi, [De his autem.] Io de Fant. CASVS Hic intitulatur ſecunda qõ. qua quæritur, an præſcriptione temporis ius pcipiendi decimas, & ius funerãdi tollatur; & reſpondet, ꝙ ſic, quadragenaria præſcriptione, vt infra 16 q. 4. volumus. olim tamen præſcriptio currebat tricennalis, vt ĩ c. 1. & continet hæc quæſtio duos articulos. Primus eſt circa ius decimãdi, vt in hoc §. Secũdus circa ius funerandi, vt inf. ea §. qũo. Reſpondent. ergo rei in hoc primo articulo, quod licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ, tamen a ſua actione excluditur prior eccleſia tricẽnaria, vel quadragenaria præſcriptione, & ad hoc inducit ſeq. c [Ad hæc] ideſt, contra hæc, vel præter hæc.

a ¶ Vt aſſeritis.] Hic de vna exceptione trãſitur ad aliã. ſi quis enim ſuccubuerit in vna exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam tranſire poteſt, vt extra de præſcrip. auditis. ff. de excep. nemo. ſimiliter de vna actione poteſt tranſire ad contrariam, qui in vna ſuccubuit, vt extra de iud. exam nata. & C. de inoffic. teſt. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid ſi iurauit; ꝙ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, ꝙ poſſit vnam poſt aliam proponere, vt extra de exceptio. paſtoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem propoſuit, ſi poſtmodum cum illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt inſtit. de excu. tut. §. qui ãt. Ad hoc dico, ꝙ ſi alicui competerent plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra præfixũ terminum non proponit omnes exceptiones; ſi in vna ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligitur inſt. de excu. tut. §. qui aũt, & ext. de excep. paſtoralis, ſi aũt ſunt contrariæ, vt ſi primo dixit ſe exemptum, tũc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tp̃s præfixũ poteſt aliã proponere, vt C. de inoffic. teſt. l. contra maiores. Sed in actionib. ita eſt dicendum, quòd ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam, ſi in illa ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam 1, vt ff de tribu. quòd in hæredem, § eligere. Item qui negat ſe aliquid debere, ſi vincatur, poteſt adhuc alia exceptione vti, niſi in caſibus a iure expreſſis, vt ff de reg. iur. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, & velit dicere ſe ſoluiſſe, nõ audietur, vt C de non. nu. pe. in authen. contra qui. & ita non eſt inconueniens, ſi de vna exceptione trãſit ad contrariã ſic 24. q 1. quiſquis. ext. de teſtib. ex tenore. ſic ext. de excep. cũ venerabilis.

b ¶ Tricennalis.] Hic tacite annectit ſecundam quæſt. ſcilicet an ius decimarum, vel etiam ius funerandi poſſit præſcribi. Et eſt expeditum. quod ius, i. liberaſ non dandi 2. decimas a clerico nomine eccleſiæ ſuæ poteſt præſcribi, vt contra epiſcopum, vt extra de præſcript. de quarta. Item vna eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiam alterius eccleſiæ, vt ext. de præſcri. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundum leges vt C. de relig. monumentorum. ſimiliter alia ſacramẽta eccleſiaſticá præſcribũtur, vt ext. de relig. do: cõſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum nõ continue dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſunt, cum non continuo poſſideantur, vt ff de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum non ſit continua, tamen ius percipiendi eſt continuum. Vel aliter licet perceptio non ſit continua, tamen cauſa percipiendi. (i. præceptũ Domini, quod perpetuum & continuum eſt) perpetua eſt. & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionẽ, quòd cauſa ſit perpetua & naturalis, vt ff. de ſer. vrba præd. foramen. ibi enim dicitur, ſi cauſam a cęlo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſſiones aliarum eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorum epiſcoporum xxx annis poſſiderunt. Quæſitum fuit a Gelaſio, vtrum ſint tuti, vel ſecuri tanti temporis præſcriptione. Et reſpond. quòd ſic, quia principũ ita emanauit auctoritas, vt poſt xxx. annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare. [Concluſit,] ideſt, acquiſiuit [Excluſit,] illas poſſeſſiones ab epiſcopis quorum erant.

c ¶ Facultates.] Sic conſtrue, facultates eccleſiæ, quæ ab aliquibus epiſcopis poſſidentur, ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi vendicent, ideſt, defendant.

d ¶ Quod.] ideſt, quia tricennalis lex concluſit, ideſt, acquiſiuit illas poſſeſſiones eis. Vel pone caſum, quod ille epiſcopus, qui præſcripſerat res alterius, cecidit a poſſeſſione illarum rerum: tunc enim licite poſſet eas vẽdicare a poſſeſſore, vt decimaſexta q tertia, § poteſt.

e ¶ XXX.] Cum eccleſia præſcribit contra priuatum 3. ſed ſi eccleſia præſcribit contra eccleſiam, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur xl. anni, vt 16. q 3. §. poteſt. in fine.

f ¶ Appellare.] Ideſt, interpellare.

AD ILLI. CASVS. Per c. ſup. dictum videbatur imponi ſilentium actoribus: & ideo actores eccleſiæ nituntur claudere os rei, eiuſdem Gelaſij auctoritate, quę eſt 16. quæſt. 3. licet in regulis. ubi dicitur, ꝙ ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli non poteſt. & ideo decimationes priori eccleſiæ aſſignatas nullus ſibi debet vſurpare.

g ¶ Nulla.] infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vin-

Actiones plures habens vna electa ꝑdat alias.

1 Adde an hoc ſit indiſtincte verũ per Cy. in l. edita. & ibi etiam Bald. C. de eden.

Decimæ an poſſint præſcribi.

2 De hoc et not 10. q 1. quia in gl. 2

3 Ar. ad hoc ext de p̃ſcri. illud. vbi de hoc. Arch.

*rum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt: patet quod nec nobis patrocinabitur, ut ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime aſſignatas, uindicabili*[a] *uſurpatione nobis uendicetis.* ¶ *Quomodo autem diſtinguenda ſint hæ auctoritates; in cauſa monachorum inuenietur.*

16. q. 4.

2 *Nunc autem*[b] *quæritur de iure funerandi; quæ harũ eccleſiarũ habeat ius tumulãdi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, coniugati in uno ſepulchro uidentur eſſe ponẽdi. Ait enim.*

In q. hebraicis in Geneſim, & de locis hebraicis.

¶ In ſepulchro parentum ſuorum filij ſunt collocandi. C. II.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 160. Iuo p. 3. c. 227.

EBron dicitur eſſe ciuitas quatuor[a] virorum; quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca duplici[c] cum tribus vxoribus ſuis, idest, Abraham & Sara Iſaac, & Rebecca, Iacob & Lia, præter[d] ipſum Adam, & Euam vxorem ſuam. Tobia dicit ad filium ſuum. [Cum acceperit Deus animam meam; corpus meum ſpelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum; ſepelias eam iuxta me in vno ſepulchro. *Ibidem.* ¶ Quos coniunxit[e] vnum coniugium; coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt; & quos Deos coniunxit, homo non ſeparet.

Tob. 4. & 14.

Burc. l. 3. c. 161. Iuo p. 3. c. 124. *Matth. 19.*

a ¶ Quatuor.] *Sic emendatum eſt cum antea legeretur, trium, Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæſtionibus. hebraicis in Geneſim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ Addictio hebraica ſignificat quatuor, & quatuor Patriarchæ hic numerãtur, qui ibi ſepulti ſunt: Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam cum vxoribus ſuis.*

Aliquid ſimile 9. confeſſ. c. 11. ex ſententia aliqñ matris ſuæ. Poly. ibid. Bur. l. 3. c. 162. & 165. Iuo p. 3. c. 225. & 226.

*Item Auguſtinus.*

C. III.

VNaquæque mulier ſequatur[f] virum ſuum, ſiue in

a ¶ Vindicabili.] Id eſt, iniuſta Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorum cap. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionẽ inf. 16. q. 3. Poſtea aũt annectit ſecundũ articulum huius quæſt. ſcilicet, vtrum ius funerandi præſcriptione tollatur. & certum eſt, quòd ſic, cũ quadragenaria præſcriptione omne ius, & omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondentes. Probant ergo actores, ꝙ ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere: quia vxores, & filij in ſepulchro uirorum, & parentum ſunt collocandi: quod probat ix. auctoritibus, & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per c. Hierony. (ſuperficialiter tamen) ꝙ omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶ Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæſtionis, ſcilicet, vbi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura. H. dicit ꝙ quilibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſibus, ſi velit tranſire ad epiſcopalem eccleſiam, vt inf. ea. vbicunque, vel ſi eligit ſepulturam in loco magis religioſo, vt extra de ſepul. fraternitatem. uel ſi velit ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum, vt inf. ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere poteſt quis eligere ſepulturam vbicunque uoluerit 1, ut extra eo. titu. cum liberum ſit, dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſiæ, ut eo. tit. nos inſtituta, etiam apud locum minus religioſum, ut extra eo. in noſtra, & omnia contraria intelligas, qñ eſt illectus, uel qñ ex contemptu, uel temeritate deſerit ſuã eccleſiam, uel quando legitimam portionẽ non uult relinquere eccleſiæ priori; parentes tamẽ non poſſunt filijs intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo, ut ext. de ſepul. de uxore. & extr. eo. tit. in noſtra. in fi. ſi quis autem in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogetur, cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, ut extra eo fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Sepulturę electio vnicuique libera eſt.

1 Dummodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate. inf. c. placuit ſm L. & H.

EBron.] CASVS. Dicit in hoc ca. Hie. uxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris uirorum ſuorum. & hoc probat exemplo quinq; uirorum ſcilicet, Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq duo c. patẽt per ſe.

c ¶ In ſpelunca duplici.] Id eſt, quia duo receptacula habuit in uno recipiebantur maſculi, in alio fœminæ.

d ¶ Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur iclusiue 2 ſic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fin.

2 Sed excluſiue ponitur 16 q. 1 adijcimus. Ar.

e ¶ Quos coniunxit. Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euangelio Matthęi intelligatur. & eſt ſi. 28. q. 1. idololatria.

VNaquęque.] Hęc eſt 3. pars q in qua probat, ꝙ omnes non poſſunt ſimul ſepeliri. Io. de Fan.

f ¶ Sequatur.] Nunquid ergo tenetur ſequi virum vagantem? Videtur quod non, vt 34. q. 2. ſi quis. ſic nec libertus tenetur ſequi patronum vagantem, vt ff de ope. lib. quod niſi ar. ff de procu. ſed & hę. §. non ſolum. ff. de an. leg. l. Męuia, § 1 Sed contra. quia etiam tenetur ſequi leproſum. extra de coniug lepro. cap. 2. & 3 Credo, ꝙ ſi ſciret eum eſſe hiſtrionem, tenetur eum ſequi, aliàs non. H tamen dicit, ꝙ ſemper debet ipſum ſequi, & dicit, ꝙ illud c. ſi quis eſt abrogatum: ſimiliter dicit, ꝙ debet ipſum ſequi etiam ſi mittatur in carcerem, vel ſi cogatur ire in exercitum Sed eadem ratione debet ipſum ſequi quoties dominus petit à viro, qui eſt ſeruus, vt ſeruiat ſibi lex. tamen dicit, ꝙ poſtquam libera nupſit voluntate patroni, ꝙ amodo non debet ſeruire pa-

Vxor an teneatur ſequi uirum uagãtem.

trono. propter ſuſpicionem: ſed patronæ ſuæ poteſt honeſte ſeruire, vt ff. de ope. lib. ſicut.

a ¶ In morte.] Hoc eſt conſilium, vt extra eo. tit de vxore. Quærit H. pone, quod mulier plures viros habuit: quem illorum debeat ſequi in ſepultura ſibi eligenda ſecundũ Io. non eſt quæſtio, quia poteſt eligere ſepulturam. vbi uoluerit. H dicit 1, quod tenetur vltimũ ſequi: ſicut ultima eccleſia ſuccedit clerico. 18. q. 1. c. vno. ſicut ultimum virum ſequit in ſomici. & honore ff ad muni. filij. §. 1.

e ¶ Econtra.] Reſponſio defenſorum.

f ¶ Arbee ] Id eſt, Ebron.

g ¶ De Cethura.] Quæ etiam Agar dicitur.

h ¶ Rachel.] Vxor Iacob.

i ¶ Arbitrium.] Sic extra de offic. deleg. de cauſis.

k ¶ Vltima ...

Vxor quæ plures viros habuit, cum quo ſepelietur.

1 Iſtam opinionem ſequitur Alex. de Imo in l. cum quædã col. 3 ff. de iur. om. iud.

vita, ſiue in morte [a]. *Item Gregorius.* ¶ Soror Beati Benedicti ſepulta eſt in ſepulchro quod ipſe ſibi præparauerat: vt quorum mens vna fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora ſepultura non ſepararet. B. Greg. l. 2 dialect. c. 34.

*¶ In pleriſque vetuſtis caput hoc emendatum eſt ſuperiori, nec ipſa prorſus auctorum verba afferuntur.*

*Itẽ Ioſeph moriens in Aegypto rogauit fratres ſuos, ut tempore uiſitationis [b] ſua oſſa ſua ſecum deferrent, & in ſepulchro patrum ſuorum ea collocarent. ¶ Item. Dictum eſt prophetæ [c], qui contra præceptum Domini comederat in Bethel: [ Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.] ¶ Item. De nonnullis legitur in libro Regum: [ obiit, & appoſitus eſt ad patres ſuos. ] hoc eſt in ſepulchro patrum ſuorum. Item. In nouo teſtamento [d] beatus Philippus legitur ędificaſſe ſibi ſepulchrum, in quo ipſe, & filię eius quieuerunt. ¶ Item Beatus Seuerus Rauennatum archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit. in quo ſe, & uxorem. & filiam collocauit. ¶ His omnibus exemplis colligitur, quòd in ſepulchris parentum corpora filiorum collocanda ſunt. Quia ergo parentes iſtorum apud priores eccleſias ſepulti ſunt; & hi apud eaſdem debent tumulari. ¶ Econtra [e], Adam, ut aſſeritis. in ciuitate Arbee [f] tumulatus eſt. Sed nunquid omnes filii eius ſepulti ſunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo, non tam facile poſſet includi. ¶ Item Abrahã ibi ſepultus eſt. Sed nũquid Iſmael, & Madai, & alii, quos de Cethura [g] genuit, ibi ſepulti ſunt? Item Iſaac ibi ſepultus eſt. Sed nunquid Eſau cum eo tumulatus eſt? ¶ Item Iacob ibi collocatus eſt. Sed nunquid aliquis filiorum eius preter Ioſeph ibi ſepultus eſt? Rachel [h] quoq; non in Ebron, ſed iuxta Betheleem † tumulata legitur. Exemplo igitur iſtorum liquet, quòd liberum eſt filiis ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum, & liberum eſt eis alibi pro locorum, & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitium inuenire. Non ergo hoc exemplo iſti coguntur ſepeliri in ſepulchris patrum ſuorum ¶ Item, quæ legibus definita ſunt, mutari non licet. Quæ autem legibus expreſſa non ſunt, arbitrium [i] ſequuntur humanæ voluntatis. At legibus definitũ eſt, quibus decimę ſint perſoluende; & ideo dantibus mutari nõ licet. Vbi autẽ quiſque tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt; & ideo in voluntate tumulandi conſiſtit.*

Gen. 50.

3. Reg. 13.

Rufinus hiſt. eccle. l 3. c. 31.

In vita SS. to. 1 & in pemœnio eccleſiæ Rauennati.

Gen. 25.

Gen. 35. 49. & 50.

Gen. 35.

† in vulgatis legebatur, Bethel.

16. q 1. admonere.

*Vnde beatus Gregorius ait.*

¶ Vltima voluntas defuncti ſeruari debet. C. IIII.

VLtima [k] voluntas defuncti modis omnibus conſeruari debet.

SOROR. CASVS. Probat H. in hoc c. quod omnes de eadem parentela, & coniugati oẽs sũt in eodem ſepulchro ponendi, & hoc probat exemplis 5. & auctoritatibus.

b ¶ Viſitationis. ] Id eſt, cum Deus eos viſitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. Aegyptiaca ſeruitute: & hoc petijt, quia ignominioſum erat tunc, quod aliquis non ſepeliretur in ſepulchro patrum ſuorũ, vt ſtatim ſequitur. vel quia in ſpiritu viderat. quia dominus reſurgere dẽret ibi, & ꝓuidebat multos reſurrecturos ibi cũ illo, & ipſe forte erat vnus ex illis.

Ioſeph in ſepulchro maiorum ſepultus fuit certa ratione.

c ¶ Prophetæ ] Abdo ſcilicet. hanc hiſtoriam habes 1. q. 1. ſi quis inquit.

d ¶ In nouo teſtamento. ] Id eſt, tempore noui teſtamenti. non fuit ille Philippus Apoſtolus, ſed unus de ſeptem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS Concludunt actores ex ſupradictis x. auctoritatibus vel exemplis, quod iſti parochiani, qui ſuperſunt, apud eccleſiam ſuam cum parentibus ſunt tumulandi, quia parentes apud illam ſepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nũc reſpondent rei, quod vxores, vel filij non coguntur virorũ ſuorum, vel parentum ſepulturas ſequi: ſed vbicunque voluerint, ſuo corpori ſepulturam poſſunt quærere pro locorum, & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, vna ratione, & vna auctoritate. Et omnia plana ſunt vſque ad § [quod de libero.]

k VLtima. ] Vltima voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt, vt in Authen. de nupt. §. diſponat coll. 4 & ſi quis eam non ſeruat, hoc ipſum quod ei eſt relicta, ab eo auferrur, vt 11. q. 4. Silueſter. & hoc intelligas cum

Defuncti voluntas ... ſemper ... uanda.

cum voluntas eſt rationabilis. nam ſi moriens exhæredare vult filium ſine cauſa, hæc voluntas non eſt ſeruanda, vt infra ead. ſi quis. ſimiliter ſi quis præcipiat corpus ſuũ iactari in mare, vt ff. de cond. inſtit. quidam. ſed ipſe moriens bene poteſt mutare volũtatem ſuam, nam ambula-

non ſerui, ſeruus enim teſtamentum condere non poteſt, & ad hoc inducit ſeq. cap. & non facit iſte §. ad principale propoſitum Gratiani.

Illud etiam.] CASVS. Ampliatus ſeruus Romanę eccleſiæ conduxerat quędam prędia, de quibus tertiam partem, vel quartam iuxta Siciliæ prouinciæ morem rapę reddebat: qui cum ægrotaret, condidit teſtamẽtum. Præcepit ergo Gelaſius Honorio ep̃o, vt omne peculiũ & omnẽ ſubſtantiã eius, filijs eius fideli deſcriptione faciat tradi, vt per eos eccleſia reddat indẽnis ſic poſuit Ben. hunc caſum H. vero ponit ſic Ampliatus iſte ſeruus erat eccleſiæ Romanæ, & cuiuſdã patrimonij eccleſiaſtici procurationem geſſerat cũ quibuſdã filijs ſuis: ex qua adminiſtratione adhuc nõ reddiderat ratiocinia Teſtamentum tamẽ licet eſſet ſeruus, facere volebat. Scribit ergo Gelaſius Honorio ep̃o mandans ei, vt non permittat illum facere teſtamentum, & ſi contingerit eũ mori, totum patrimonium eccleſiæ ſibi commiſſum faciat deſcribi, & intactum apud filios ſeruari donec ipſi pro tẽpore ratiocinia reddant, & eccleſiam ſeruent indemnem. Sed certe ego Barthol. Brix. magis approbo caſum H.

¶ *Sententia huius capituli habetur lib. 3. epiſt 9. in verbis, quæ referuntur infra* 16. q 1. admonere c. *itemque lib. 9. epiſt.* 20. Neceſſe eſt, inquit, vt ſi impletum hoc fuerit, defuncti diſpoſitio conſeruetur. *Sic enim in manuſcriptis: licet in vulgatis ſit,* depoſitio conſeruetur.

4 *Quod de libero, & non de ſeruo intelligendum eſt. Seruus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.*

*Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio epiſcopo.*

¶ Seruus teſtamentum facere non poteſt. C. V.

Iuo p. 16. c. 111.

Illud etiam ſinceritatem tuam volumus nõ latere; ad nos fuiſſe perlatum, ꝙ Ampliatus conductor [a] (quem non ſolum ſeruum conſtat eſſe eccleſiæ, ſed ita eius rationibus à multis temporibus implicatum, vt etiam ſi eſſet ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) auſu temerario molitus fuerit cõdere paginam teſtamenti, cuius omne peculium eccleſiaſtico iuri legib. non dubitetur obſtrictum [b]. Quapropter his præſumptionibus vice noſtra, tua fraternitas cõtradicat [c]; nec fieri prorſus aliqua ſurreptione permittat. Ac ſi eidem quidquam humanitus forte contigerit, quia grandæuus eſſe memoratur; mox eius ſine dilatione ſubſtantiam præcipiat humanitas † tua filijs eius duntaxat, quibus patrimonium probatur eſſe commiſſum, ſub fideli deſcriptione contrahi; donec vniuerſis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernaſſe cognoſcitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† *al. vnanimitas*

5 *Quia ergo ſecundum Gregorium vltima voluntas defuncti conſeruanda eſt; pro iſtorum voluntate corpora eorum ſunt tumulanda, non pro arbitrio veſtræ diſpoſitionis.*

*Item in Triburicenſi concilio legitur.*

¶ *In Triburicenſi impreſſo cap.* 15. *habetur eadem ſententia, ſed non ijſdem omnino verbis expreſſa.*

16 q. 1. vbicunque. Burc. l. 5. c. 237. Iuo p. 3. c. 271.

¶ Vbi quiſque decimas perſoluerit, ibi ſepulturam eligere debet. C. VI.

Vbicun-

a ¶ Conductor] impropriè dr̃ ſeruus cõductor Nam nec ſeruus aliqd debet, nec aliquid ei debetur: ſed potius per talia verba reſpicitur factũ, quàm ius, vt ff. de pecu. nec ſeruus.

b ¶ Obſtrictum.] Non intellige obſtrictum, id eſt, obligatum: quia cum peculium quod ſeruus habet, ſit domini, domino non poteſt res ſuas obligare, vt ff. de regul. iur neque.

c ¶ Contradicat] Non tanquam hæredibus, quia ſeruus non poteſt habere hæredem, vt C. commu. de ſucc. ſeruus. ſed conſuetudo eſt plurium locorum, quod filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

Seruus heredem habere non poteſt.

bulatoria eſt voluntas defuncti, vt ff de adimen. leg l. 2. ſed pone, ꝙ quis iurauit, ꝙ non veniret contra voluntatem ſuam, nunquid poteſt venire contra? Videtur ꝙ non: 1 quia hoc iuramentum non vergit in interitum ſalutis æternæ. ergo eſt ſeruandum, vt extra de iureiur. ſi vero. Sed contra nemo poteſt ſibi indicere legẽ: 2 vt non liceat ſibi recedere à priori voluntate, vt ff. de legat. 3. ſi quis, in prin. & libertatem ſupremi iudicij nemo poteſt conſtringere, vt ff. pro ſoc. cum duobus, § Papinianus, in fi. argum. contra extra de iureiur. cum cõtingat. Ioan. hoc plene notaui in quæſtionibus. B

1 Quod & verum eſt hic arg. C ſi aduerſus vend. auth. ſacramenta, extra de iureiurã. cum contingat, ſm Io. de Fan.

2 Dicas, ꝙ nemo põt ſibi imponere legem, niſi interſit alte-

QVOD DE LIBERO. Hæc eſt quarta pars q. in qua probat contra, ſcilicet, quòd ſeruus non poteſt facere teſtamentum & hoc probat per c. ſeq. Ioan. de Fant.

CASVS Dictum eſt ſ. ꝙ vltima voluntas defuncti modis omnibus eſt ſeruanda. Nunc vero dicit Gratia. quòd hoc intelligendum eſt de voluntate liberi hominis, &

QVIA ERGO. Hæc eſt quinta pars, in qua dicitur, ꝙ nullus ſine cauſa debet dimittere ſepulturam patrum, & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propoſitum, & concludit ex illo cap. Greg. ſ. vltima voluntas, ꝙ quilibet poteſt ſibi eligere ſepulturam pro arbitrio ſuo, & non pro arbitrio prioris eccleſiæ, & ad hoc probandum inducit ſeq. cap.

Vbicunque.] CASVS. Triburien. concilium ſtatuit, quod

rius, ff de ſer tut. quod ea, ſm Goff. cui ita no. extra de conſt ex literis. Arch.

966 Decreti ſecunda pars.

que [a] tempornm, vel locorum facultas tulerit; apud maiorem eccleſiam, vbi ſedes eſt epiſcopi, ſepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci aſperitatem hoc difficile fuerit viſum; apud eccleſiam, in qua religioſorum canonicorum, vel monachorum, vel ſanctimonialium religioſa congregatio communiter degerit, ſepeliatur. Si autem, & hoc ineptum viſum fuerit; vbi quis decimas perſoluebat viuus, ibi ſepeliatur & mortuus.

*Quia ergo decimam [b] nobis perſoluebat viuus; & apud nos ſepeliendus eſt mortuus. Item, ſi quis de prouincia ad prouinciam tranſiret, & ibi domicilium ſibi collocaret, liber factus [c] à ditione prioris iudicis, iuriſdictioni illius iudicis ſubijceretur, in cuius prouincia ſedem ſibi eligeret. Quia ergo iſti à veſtra diœceſi in noſtram tranſierunt; liberi à veſtra ditione, noſtro iuri ſubijciuntur. Noſtrum eſt ergo ius funerandi eos.*

*Sed obijcitur illud Melchiadis Papæ.*

¶ Propria temeritate ſepulturam parentum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno concilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate [d] aliam eccleſiam, niſi cui vſus antiquorum parẽtum canonica inſtitutione ſubiacere perhibetur, ſepulturę cauſa adire procuret niſi infirmitatis [e] cauſa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progreſſus. Ad hæc, ſi quis prælatus contra hoc agere ſategerit; eccleſiaſtico vinculo ſe ſubdi cognoſcat.

*Sed*

quod ſi quis poteſt, debet ſepeliri apud epiſcopalem eccleſiam: ſin autem, apud aliquod monaſterium, vel eccleſiam regularem. Sed ſi hoc aptè fieri non poteſt, ſepeliatur apud illam eccleſiam vbi viuus decimas magis perſoluebat. Et dicit H. quòd illud quod dicitur de epiſcopali eccleſia, intelligitur de illis, qui habẽt antiquam ſepulturã in epiſcopali eccleſia: quia de omnib. ciuilibus nõ poſſet intelligi, quia non impediuntur ratione loci, vel temporis: nec de illis, qui ſunt in epiſcopatu, cum ratio & conſuetudo nõ obtineat, nec de peregrinis poteſt intelligi, cũ eis c. contradicat: quia tales, ibi decimas nõ perſoluunt.

a ¶ Vbicunque.] ſed nonne quilibet ſepeliendus eſt, vbi recepit ſacramenta eccleſiaſtica? vt ĩ c. prox. & extra eo. tit in noſtra. Ad quid ergo diuiſa eſsẽt cęmiteria, ſup. ead. cap. 1? Reſp. verum eſt. Sed iſtud ca. inſtruit, ꝙ ſi quis vult eligere aliam ſepulturã, ꝙ hunc ſeruabit ordinem in eligendo. potius enim eliget epiſcopalẽ eccleſiam, quam alteram. ſi tamẽ alio modo eligit, ſtandũ eſt voluntati ſuæ: dum tamẽ habeat iuſtam cauſam eligendi, epiſcopo autẽ non præfigitur talis doctrina. nam poteſt eligere ſepulturam in minori eccleſia. vt 12. q. 2. bonæ. & intelligo quod ſemper ex temeritate, vel contemptu, vel ex electione mutatur ſepultura, niſi appareat certa cauſa mutationis, vel niſi ſeruet hunc ordinem, qui hic ſtatuitur in eligendo ſepulturam.

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei, quòd apud ſuam eccleſiam iſti parochiani ſunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis cap. ſcilicet, quia viui epiſcopo eccleſię decimas perſoluerunt: ergo ibi ſepeliendi ſunt. ſecunda ratio, quia poſtquam quis tranſit de prouincia in prouinciam, liber factus eſt à iuriſdictione prioris iudicis, & ſubijcitur illi in cuius prouincia ſedem collocauit: vnde iſti ſubijciuntur iuriſdictioni ſecundæ eccleſiæ, & apud eam debent ſepeliri.

b ¶ Decimam.] Perſonalem.

c ¶ Liber factus.] Hoc eſt verum, quando plenè ſe trãſtulit, vt 21. quęſt. 2. ſi quis iam tranſlatus ſecus ſi transferret ſe ad ſecundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & ſecundum, vt ff. ad municip. ſi quis inſtructus. Et quod hic dicitur, intellige quòd quis poteſt ſe transferre de vno foro ad aliud re integra. nam ſi quis in vno loco eſt conuentus, licet tranſeat ad aliud forum, tamen in priori foro reſpondebit, vt ff de iuriſd. om. iud. l. pen. Item & hic ſcias, quod ſola habitatio nõ facit aliquem eſſe de iuriſdictione alicuius, niſi per decem annos ſteterit ibi, 1 vt C. de inco. l. 2. lib. 10. niſi quo ad hoc quod ibi reſpondebit 2, vt ff. de iudic. hæres.

SED OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijciunt actores contra reos, & inducunt ſeq. cap. ſed per illud non reſpondent vltimæ allegationi reorum, ſed ſolum illis quas collegerunt ex illo cap. vltima voluntas. & etiam ex illo cap. vbicunque.

PLacuit.] CASVS. Quæſitum fuit à Melchiade Papa, vtrum aliquis poteſt ſepulturam nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum ſuorum deſerere? Et reſpondet quòd non. ſi quis prælatus contrafecerit, debet excommunicari.

d ¶ Temeritate.] Iſtud verbum ſoluit contraria: nam aliàs poteſt quis ſibi eligere ſepulturam, vt extra eo. c. 1. & cap. cum ſit liberum, & cap. in noſtra.

e ¶ Niſi infirmitatis.] Hoc eſt contra H. qui dicit, quòd in tribus caſibus poteſt mutari ſepultura, vt dixi in ſumma. hic habet locum diſtinctio decret. extra eodem titu. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iſte §. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit G. quandam ſolutionem pro reis, dicens quod aliquis ex temeritate, ſcilicet ſuperbia, vel odio, vel vanis perſuaſionibus, vel muneribus illectus non debet eligere ſepulturam nouam, & contemnere ſepulturam parentum ſuorum, ſed rationabili cauſa, & iuſtam nouam eligere poteſt. Nec obſtat quod dicit Gregor. quod vltima voluntas libera debet eſſe: quia libera eſt cum quis certa ratione ductus, nouam ſibi quærit ſepulturam. In ſecunda parte ponit quandam ſolutionem aliorum, quæ videtur facere contra reos, dicentium, quòd libera eſt voluntas vltima cuiuſcunque, non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiendo. Vnde teſtamentum dicitur; quia eo quiſque liberè teſta-

Sepulturam an poſſit aliquis ſibi eligere.

Forum mutare, an alicui liceat.

1 Idem tunc dicas cũ de iuriſdictione ſecundi, cũ eo animo larẽ mutat, vt ibi ꝑmaneat. C. de incol. ciues, ſm Lau.

2 Scilicet ratione cõtractus: & in alijs caſib. notatis 3. q. 6. in ſumma. Io. de Fan.

ſtatur. In tertia parte obijcit Gratianus, ꝙ etiam in teſtamento non videtur libera voluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: vna Auguſtini dicentis, ꝙ pro numero filiorum debet fieri diſtributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, ꝙ quilibet debet medietatem eorum, quæ teſtatur eccleſiæ ſuæ relinquere. Tandem dicit ꝙ Aug. loquitur exhortatiue, vel de conſilio. ne pater iratus filium exheredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel vt quidam] Tertia ibi, [Sed non videtur libera.]

a ¶Sed aliud.] G. hic ponit duas ſolutiones.

b ¶Vel vt quidam.] Secunda ſolutio.

c ¶Sed non videtur.] Nunc obijcit ſolutioni ſuæ.

d ¶Medietatem.] quandoque tertiam, ſecundum conſuetudines diuerſas, vt ext. eo. tit. certificari.

*aliud* [a] *eſt ex temeritatis ſuperbia vſum antiquorum parentum non ſequi: atq; aliud, rationabili occaſione nouã ſibi ſepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ auctoritatem nititur, qui ſuperbia, vel odio ductus, ſiue uanis perſuaſionibus, aut uarijs munuſculis illectus, ſepulturã parentum ſuorum ſequi contemnit* a. *Secundum Gregorium autem liberam habet uoluntatem; qui certæ rationis cauſa nouum ſuo corpori quærit hoſpitium. ¶Vel vt quidam* [b] *diſtinguunt, libera eſt ultima uoluntas cuiuſq; non in ſepultura ſibi eligenda, ſed in teſtamento conficiẽdo. Vnde & teſtamentum appellatur: quia eo quiſque libere teſtatur, quod poſt ſuum deceſſum de proprijs rebus fieri uelit. ¶Sed non uidetur* [c] *libera teſtatoris uoluntas; cum ſecundum Auguſtinum pro numero filiorum debeat fieri teſtamentaria diſtributio facultatum: ueluti, ſi quis habet unum filium; Chriſtum putet alterum: ſi uero duos; Chriſtum faciat tertium: & ſic per ordinem. Et ſecundum Leonem quiſque medietatem* [d] *eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinquere, apud quam fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini non eſt iubentis: ſed dehortantis: ne quis iratus filium ſuum exhæredaret, atque totum Chriſto relinqueret. Ait enim in ſermone 2. de uita clericorum.*

[Margin: inf. c. pro ximo.]

[Margin: ext. tit. de ſepul. ca. relatum.]

[Margin: Siue ſerm. 52. ad fratres in heremo: omittuntur autem verba aliquot.]

a ¶Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis ſequitur,* Ait Leo epiſcopus, &c. *& ponitur integrum caput*, relatum *extra tit. de ſepult. quod etiam refertur ab* Iuone *par. 7. c. 150. & ab Anſelmo l. 5 c. 55. & in* Polycarpo *lib. 4 tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus vetuſtis, & valde emẽdatis hoc idem caput ponitur poſt verſ.* Sacramenta ſuſcepit. *Et certe verba iſta,* & ſecundum Leonem, &c. *indicant alicubi hãc Leonis auctoritatem a Gratiano eſſe relatam.*

¶Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur. C. VIII.

SI quis iraſcitur [e] filio ſuo, & moriens exhęredat eum; ſi viueret, non eum placarem? nõ ei filium recõciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacem, cuius appeto [f] hæreditatem? Sed plane ſic faciat; quod ſæpe hortatus ſum. Vnum filium habet; putet Chriſtum alterum: duos habet, putet Chriſtum tertium: decem habet, Chriſtum vndecimum faciat; & ſuſcipio.

[Margin: In conc. Aquiſgran. c. 122. Iuo p. 3. c. 178.]

*Hac nimirum auctoritate menſura teſtatoris præfigitur, non quam cogatur exoluere, ſed quam prohibetur* [g] *tranſcendere.*

*6 Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginienſi concilio 4. c. 95.*

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totam hæreditatem recipere cum pater filium ſuum exheredabat, quos reprehendit Auguſtinus, cum potius debeant patri filium reconciliare, quàm hęreditatem appetere. Vnde docet, quod ſi pater vult tantũ relinquere Chriſto quantum vni filiorum paratus eſt ſuſcipere. [Non eum.] id eſt, non ne. & ponitur interrogatiue, & litera ſequẽs ſimiliter ponitur interrogatiue.

e ¶Iraſcitur.] Hodie .n. non poteſt quis exhæredare filium ſuum niſi habeat iuſtam cauſam exhęredationis, & illa debet ſcribi in teſtamẽto, vt de li. præte. authen. non licet tñ ex iracundia omnia ſua dare poteſt eccleſię, dum tamen relinquat legitimã filijs, vt 17. q. 4 ſunt qui opes. Item ſi quis relinquit bona ſua eccleſiæ propter defectum filiorum honeſtum eſt, quòd eccleſia reſtituat ei bona ſi cœperit habere filios, vt 17. q. 4 c. vlt.

[Margin: 1 Pater ſine cauſa filium exhęredare ñ poteſt.]

f ¶Appeto.] Sic 22. q. 2. non enim.

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gra. quandã ſolutionẽ falſam, dicens, ꝙ Aug. non præcipit teſtatori, vt tñ Chriſto relinqueret quãtum vni filiorũ, ſed ꝓhibet ne plus Chriſto relinquat quàm vni filiorum, quod falſum eſt, cũ pater filijs ſuis vltra tertiã, ſi ſunt quatuor vel pauciores; vel medietatẽ, ſi ſunt ſex, & vltra relinquere non teneatur, vt in auth de trien & ſe. circa prin. In fine oſtendit, ꝙ qui oblationes defunctorum reddere nolunt, ſunt excõicandi. Primum c. quod ſequitur, planum eſt.

g ¶Prohibetur.] Falſum dicit, quia etiam totum dare poteſt eccleſiæ, vt 16. q. 3. perlatum [1] dum tamen legitimam relinquat filijs, vt C. de inoff. teſt. auth. nouiſſima.

OBLATIONES. Hæc eſt 6. pars quæ. in qua probat magiſter, quod ille qui detinet oblationes defunctorum, quas

[Margin: 1 Et c. ſi qua quæ ſignant pro contrarijs: ſed intellige prohibetur tranſcendere ex calore iracundię, & ex odio, vel prohibet .i. diſſuadet, & cõſulitur ei .i. conſilio Aug. ſuadet, & conſuluit ei, vt non trãſcendat eam ſm H. hęc vltima expoſitio vr̃ melior quã prima, vt nõ cõtradicat, qđ dic vt ſup. c. prox. in gl. 1. Arch.]

quas defunctus mandauit, peccat mortaliter, & hoc pro bat per tria c. lo. de Fant.

a Qvi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs: ſed de illis, quæ relicta ſunt eccleſijs qui enim debitas oblationes tenet, vel decimas, vel primitias, excommunicatur, vt 32. d. præter hoc, & 16. q. 1. ſtatuimus.

quadrupliciter dr̃. ſ. terra nondum dedicata, hæc vendi pōt, vt ar. 12 q. 2. aurū. Item dr̃ ſepultura officium ſepeliendi, illud ſine ſimonia vendi non pōt, vt 1. q. 1. dictum Tertio dicitur terra dedicata. Quarto ius ſepeliendi: hæc vendi non debent, vt inf. ea. in eccleſiaſtico.

¶Excommunicentur qui defunctorum oblationes eccleſijs negant. C. IX.

QVi oblationes [a] defunctorum aut negant eccleſijs [b] aut difficulter reddunt; tanquam egentium [c] necatores excommunicentur. Burc. l. 3. c. 142. Iuo p. 3. c. 208.

*Item ex concilio Vaſenſi. 1. c. 4.*

¶Vt infideles eijciantur ab eccleſijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

QVi oblationes defunctorum retinent, & eccleſijs tradere demorantur, vt infideles ſunt ab eccleſia abijciendi: quia vſque ad inanitionem fidei peruenire certum eſt hanc pietatis diuinæ exacerbationem; quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudine, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi enim tales quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi ſunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit, congruente ſententia, qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum eſt; eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium [e].] Deuſdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 155. ſup. 12. q. 2. gloria.

*Item ex concilio Agathenſi. c. 4.*

¶Qui oblata eccleſiis, aut teſtamento relicta retinere præſumpſerint, excommunicentur. C. XI.

CLerici, vel ſæculares [f], qui oblationes parentum aut donatas, aut teſtaméto relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donauerint eccleſiis, vel monaſteriis, crediderint auferendum; ſicut ſancta ſynodus conſtituit, velut necatores pauperum, quouſque reddant excludantur [g] eccleſiis. ¶Si quis autem clericus furtum eccleſiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur. Burc. l. 3. ca. 140. ex concilio apud Valētias. Iuo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. c. 5.

7 *Item quæritur [i], an pro ſepultura mortuorum aliquid ſit exigendum. De his ita ſcribit Grego. lib. 7. regeſti, in diſt. 2. epiſ. 55. Ianuario epiſcopo Sardiniæ.* & in conc. Meldenſi, c. 72.

¶Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt. C. XII.

QVeſta eſt nobis Nereida fœmina clariſſima, quod ab ea centū æ ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraterni- Poly. l. 8 tit. 5. Iuo p. 3. c. 101.

b ¶Negāt eccleſijs.] ſi autem cōfitentur, q̃ debeant, ſed exceptionem aliquā proponunt quare dare non dēnt, audiendi ſunt, vt ff. de leg. 1. ſi domus. §. qui confitentur ext. de off. de leg. ex parte 2.

c ¶Egentiu.] Vt 66. d. palee, & 16. q. 1. de decimæ & extra de re... ſi quando.

Qvi oblationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q̃ excommunicandi ſunt qui tradere nolunt eccleſijs oblationes defūctorum. Et hoc probat tribus rationib. Prima eſt, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorū non ſeruant. Tertia, quia pauperibus neceſſaria ſubtrahunt. In ſecunda parte dicitur, q̃ tales ſacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.

d ¶Et quidam.] .ſ. Hieronymus, vt 12. q. 2. gloria epiſcopi.

e ¶Sacrilegium.] Alibi dicitur talis homicida, vt 12. q. 2. qui abſtulerit.

CLerici.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod clerici vel laici ſunt excommunicandi, qui nolunt reſtituere oblationes, quas parentes dederunt in vita, vel reliquerunt in teſtamento. vel qui volunt auferre eccleſiæ id quod ipſi donauerunt. In ſecunda parte dicitur, q̃ clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. [Peregrina communio.] idest viaticum in morte, cum incipiunt peregrinari, idest, recedere de hac vita. Secunda pars incipit ibi. [Si quis autem.]

f ¶Vel ſæculares.] ideſt, laici.

g Excludant.] Ar. q̃ ſacrilegi nō ſunt ipſo iure excōicati.

h ¶Peregrina] .i. commorabit̃ inter laicos, vel peregrina. i. cum receſſit, vel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVÆRITVR. Hæc eſt 7. pars q. in qua prohibet ne pro ſepultura aliquid exigatur, niſi detur ſpontanea voluntate, & hoc probat per 4 c. lo. de Fant.

CASVS. Quærit hic Grat. incidenter, an pro ſepultura mortuorum ſit aliquid exigendum. Et certe ſepultura

i ¶Item quæritur] Hic ponit incidentem qōnem ſ. an ſepultura poſſit vendi H. ponit quatuor ſignificationes huius nominis ſepultura. Quandoq; dr̃ ſepultura locus vbi quis ſepelitur talis locus licite venditur, ſi non eſt ſacer, vel religioſus. i. qui non ſit in cœmiterio aliquo, quia licite venditur ad eccleſiam ædificandam, vel ad cœmiterium ampliandum, vt 12. q. 2. aurum. Secundo modo dicitur ſepultura, ipſa ſepultura iam facta, & hæc vendi non poteſt, ſpecialiter ſi locus eſt ſacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in ſepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi poteſt. Quarto dicitur ipſe actus, vel officium ſepeliendi, & illud non poſſunt vendere clerici, qui ex officio ſuo ad hoc tenentur, vt infra eadem præcipiendum, & 1. quæſt. 1. dictum. & extra de ſimon. non ſatis.

Sepultura an poſſit vendi. 1 Hoc iō q; ſupra fecerat mentionem de iure ſune randi. ſm ſ.

QVeſta eſt.] CASVS. Nereida conqueſta eſt Grego. de epiſcopo Ianuario, qui pro ſepultura filiæ ſuæ ſolidos

dos centum ab ea exigebat. Greg. verò reſcribens ei dicit, ꝙ hoc vitium de eccleſia ſua remoueret: vnde præcipit ſibi ne de cætero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro ſepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde ſi paganus ille pro

in ſeq. cap. & ille Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] .ſ. Ephron, & licet ꝰ diceret de filijs Seor in plurali, dicit tamen poſtea in ſingulari de Ephron, quod ipſe tenuit.
a ❡ Seor ] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati ſunt deſcendentes ab eo propter famam ipſius

† *al. non erubeſcat*

tas veſtra velit † exigere. *& infrà.* ❡ Hoc autem vitium & nos, poſtquam, Deo auctore, ad epiſcopatus honorem acceſſimus, de eccleſia noſtra omnino vetuimus; & prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus: memores, quia dum Abraham à filijs Ephron β, hoc eſt à filijs Seor [a], ſepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit [b]; ne commodum videretur de cadauere conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium, vel in alienis denuo tentari præſumatur, admoneo: Sed ſi quando aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri conceditis; ſi quidem parentes ipſis proximi, vel hęredes pro luminarib. ſpontè quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligioſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) dicatur eccleſia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo compendium γ.

*Gen. 23.*
*Act. 7.*

α ❡ Centum.] *Dictio iſta abeſt à nonnullis exemplarib. Gratiani, & epiſtolarum B. Gregorij. Sed quia in alijs earundem codicibus etiam manuſcriptis legitur, non eſt inducta.*
β ❡ Ephron.] *Locus hic variè legitur. In epiſtolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc eſt,* à filijs Emor: hoc eſt Ephron filio Seor. *& Geneſ. 23. habetur,* intercedite pro me apud Ephron filium Seor.
γ ❡ Compendium.] *Poſt hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani ſecundi, quæ placuit hic afferri, ne planè interirent, quòd alibi non facile inueniuntur, & vnum eorum citatur extra de ſepult. c. certificari.*

Vrbanus II. Gothfredo Magalonenſi epiſcopo.

❡ Mortuorum, qui in monaſterijs ſepeliri deſiderant, aut omnino iuxta prædeceſſoris noſtri Leonis decretum, partem eleemoſynarum mediam, aut iuxta diſpenſationem noſtram in Lateranenſi concilio promulgatam, partem tertiam parochialibus eccleſijs ſtatuimus derelinquendam.

Idem eidem.

❡ Capellanos quoque monachorũ, ſicut reliquos parochiętuę clericos, debitã tibi obedientiam perſoluere volumus.

*Item Hieronymus in quæſt. Hebr. ad c. 23. Gen.*

❡ Etiam coacti de ſepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 2. c. 26.

POſtquam pretio victus eſt Ephron, vt ſepulchrum venderet argento, licet cogente [c] Abraham: vau litera, quæ apud illos pro ω [d] legitur, ablata de eius nomine

b ❡ Renuit.] Primo enim commendatur in fine cap. poſtea tamen cõuictus precibus ſumpſit quadringentos ſiclos argenti. & inde vituperatur in ſeq. cap.

POſtquam ] CASVS. Hieronym⁹ docet in hoc c. quod nullus debet vẽdere ſepulturam. Et hoc probatur exẽplo Ephrõ. qui licet cogẽte Abraham acceperit aliquid pro ſepultura, poſtea vocatus eſt Ephran, id eſt, imperfectus, cũ primo vocaretur Ephrõ. id eſt, perfectus; & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, ꝙ de iuſtis fiunt iniuſti, qui pro ſepultura ab inuitis aliquid extorquẽt. cum etiam Ephron de iuſto ſit factus iniuſtus, & tamẽ inuitus accepit. Secũda pars incipit ibi, [Fiant igitur.] [Memoriã.] id eſt, ſepulturam.

c ❡ Cogẽte.] Per preces populi, & licet contractus factus ad clamorem populi teneat, non tamen electio, vt extra de elec. Oſius. & 61 diſtinc. miramur, in principio. & 8. quæſtio. 1. ſi ergo.

d ❡ Pro ω ] O, eſt vltima litera Græcorum: & α, prima. & deſignat ω, conſummationem, & perfectionem α, initium & imperfectionẽ. & Hebręi ponunt vau, pro ω, in iſta dictione Ephron, quę ablata eſt. &c. & videtur hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: ſed nunquid Abraham peccauit, q coegit ipſum vendere locũ talem, maximè quia locus ille iam deputatus erat ſepulturę, erãt enim ibi ſepulti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, ꝙ neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic a Hieron. Reſpon. non propter ſuum factum, ſed propter futuros, volens oſtendere, quòd illi peccarent, qui tali modo venderent.

ille pro ſepultura nil accipere voluit, multo fortius ſacerdotes nil accipere debent. Spontè tamen oblata refutare non debent. Iſte Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: ſed poſtea victus precibus pretium pro ſepultura accepit, & de hoc reprehenditur

a ❡ Ephron ]

eſt, pro Ephron [a] appellatus eſt Ephran [b]: ſignificante ſcriptura non eum fuiſſe conſumatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶ Sciant igitur, qui ſepulchra venditant, nec coguntur, vt accipiant, pretiū, ſed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen ſuum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

*Item ex concilio Triburienſi, c. 16.*

Iuo p. 3. c. 251.

¶ De eodem. C. XIIII.

IN eccleſiaſtico [c] namque libro ſcriptum eſt: [ Mortuo non prohibeas gratiam, ſciens, quoniam omnes moriemur. ] & item: [ omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertuntur. ] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibi [α], & quoniam mors tibi futura eſt: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis eſt terra: ſed, vt pſalmiſta commemorat: [ Domini eſt terra, & qui habitant in ea. ] ſi terram [d] vendis, inuaſione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepiſti à Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum ſit omnibus omnino Chriſtianis, terram mortuis uendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velit.

*Eccl. 7.* *Eccl. 40.* *Gen. 3.* *Pſal. 23.* † *al. Dominicæ.* † *al. nomen Domini.*

[α] ¶ Ibis.] *In codicibus vulgatis, erat,* reuerteris: *& ſequebantur hæc,* & alibi de homine dictum eſt, terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra ſumeris: *quæ ſunt ex puncta: quia abſunt à pleriſque vetuſtis, & ab originali.*

*Item ex concilio Varenſi.*

Burc. l. 3. c. 159. Iuo p. 3. c. 222.

¶ De eodem. C. XV.

PRecipiendum eſt ſecundum canonum auctoritatem, vt de ſepulchris, & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant: niſi forte qui ſepelitũ, viuens iuſſerit eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, aliquid de ſuis rebus tribuere aut etiam poſt mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt eius eleemoſynam facere de rebus illius aliquid ſponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris eccleſiæ † illius alliquid exigatur; ſiue ab illis, qui locis, & villis † præſunt. ¶ prohibendum eſt etiam ſecundum maiorum inſtituta, vt in eccleſia nullatenus ſepeliantur; ſed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] eccleſiæ. Intra eccleſiam vero, aut prope altare, vbi corpus & ſanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur [f].

† *al illis aliquid.* † *al. vicis.* † *al. extra eccleſiam.*

a ¶ Ephron.] Id eſt, perfectus.
b ¶ Ephran] Id eſt, imperfectus

IN eccleſiaſtico.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Triburien. utrum terra cœmeteriata uendi poſſit pro ſepultura? & reſpondetur, ꝙ non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, una Salomonis, & alia Dauid: & una rōne: ſponte tamen oblata recipi poſſunt. Ratio incipit ibi, [ Si terram uendis. ] Quare interdictum ſit, id eſt, interdicatur, uel quare, id eſt, ergo.

c ¶ In Eccleſiaſtico.] Ideſt in eccleſiaſte r. & ille liber eſt Salomonis, & incipit: Vanitas. Eſt alter qui dicitur eccleſiaſticus qui incipit Omnis ſapientia a Domino, & ille liber eſt Ieſu filij Syrach.

d ¶ Si terram ] Sacram uel religioſam, & dico, ꝙ terra ſit ſacra, uel religioſa auctoritate pontificis, nō ex eo, ꝙ mortuus infertur ad locum, ut extr de reli. dom. ad hoc Sed ſm legē ſecus eſt: nam ſi transfertur corpus ad aliũ locum, deſinit locus eſſe religioſus, uel etiã ſi capitur ab hoſtibus, ut ff de reli. cum in diuerſis, & l. cum loca Et no. ꝙ qdqd eſt ſacrum, eſt religioſum, ſed non conuertitur, ubi n. mortuus infertur, fit religioſus 2 ſed non ſacer. ut ff de re. di in tantum § ſacræ Item dicitur locus religioſus, ubi corpus eo ꝓpoſito ponitur, ut ibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, ut ff de relig. ſi qs eo animo. & remoueri poteſt quandocunque placuerit, ut C. eo. tit. l. nec dū. Et licet partes hominis in diuerſis ſepulchris ſepeliantur, nō ideo oīa loca ſūt religioſa: ſed tantū ubi caput eſt ſepultum, ut ff. eodem. cum in diuerſis. Item nec totus locus deputatus ſepulturæ fit religioſus, ſed ille i quo corpus eſt humanum. ut ff. eo. l. 2 §. ſepulchrum.

2 Hoc non eſt verum, ſi mortuus eſſet excõicatus. & ita ſentit Goff. extr. de ſepul. ſacris. & ibi de hoc per Ber.

PRæcipiendum.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ pro ſepultura ideſt pro hominibus ſepeliendis clerici nihil exigent niſi in duobus caſibus: ſcilicet: ſi defunctus iuſſit aliquid eccleſiæ dari, & niſi uiuente ſponte aliquid obtulerit. In ſecunda parte dr, quod intra eccleſiã nullus eſt ſepeliendus, ſed in cœmiterio, uel etiam in arcubus muri eccleſiæ. Secunda pars incipit ibi, [ Prohibendum eſt. ]

e ¶ In exhedris.] Exhedræ dicuntur quædam uoltæ, quæ exterius adhærent parietibus eccleſiæ 3.

f ¶ Sepeliantur.] Si ſint modicæ perſonæ, vt infra eo. nullus. & ideo prohibetur fieri ſepultura in eccleſia, quia locus ille ſpecialiter Deo dedicatus eſt: cui mors vltra non dominabitur.

3 Exhedræ hodie dici pñt loca, q̄ ĩ periſtylijs canonicorũ aut monachorum, i. clauſtris vulgo capitula dñr vide Suidam in ad no. priorib, ad l. ſi vero ff. de ijs qui deiecerant.

Qui-

Quibus peccata.] Hæc eſt 2. pars q. in qua dicitur, φ nullus debeat ſepeliri in eccleſia niſi ſit ſanctus niſi in atrio, vel in exhedris, & ponit etiam, φ proficiant mortuis cœmiteria, & qualiter, & vbi animæ ſunt defunctorum, & hoc probat per 8. auct. Io. de Fant. damnantur, quia loca ſacra eos non liberant, ſed temeritas accuſat eos.

a ¶A ſacris locis.] id eſt, ab orationibus, quæ in eis fiunt, vel ad literam intelligas, quia locus non ſanctificat hominem, vt 40. d. non loca.

CA-

¶*Extat caput hoc in concilio Nannetenſi. c.6. ex quo citatur a Burchardo, & Iuone: ſed quia potuit eſſe repetitum in aliquo Vaſenſi, ſeu Vaſenſi non eſt mutatum. In epitome quidem conciliorum eſt in Vaſenſi, c.3.*

*Item Auguſtinus.*

¶A ſacris locis non iuuantur poſt mortem, quibus peccata non ſunt dimiſſa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5.
Burc. l. 3. c. 152.
Iuo p. 3. c. 214.

Quibus peccata dimiſſa non ſunt, a ſacris locis [a] poſt mortem adiuuari non poſſunt, quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in ſacris locis ſe ſepeliri faciunt, reſtat, vt ſua præſumptione iudicentur, quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat.

in conc. Tributien. cap. 17.

§ *Caput hoc a Burchardo etiam, & Iuone citatur ex Auguſtino, & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agẽda pro mortuis. c. 2. ſed videtur confectum ex duobus locis, lib. 4. dialog. B. Gregorij, vno quidem in c. 51. altero aũt in c. 53. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam capite quidem 51. cum narraſſet quandam ſanctimonialem, quæ in eccleſia ſepulta fuerat, viſam fuiſſe ibi cremari ex eo colligit.* Qua ex re aperte datur intelligi: quia hi, quibus peccata dimiſſa non fuerint, ad eruendum iudicium ſacris locis poſt mortem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memoraſſet corpus cuiuſdam Valẽtini è ſepulchro per demones fuiſſe extractum, & extra eccleſiã proiectum, hæc ſubiungit.* Ex quo, Petre collige, quia his, quos peccata grauia deprimũt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciant: reſtat, vt etiam de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberẽt: ſed & culpa temeritatis accuſẽt.

*Item Greg. lib. 4. dial. c. 50.*

Nic. ad conſulta. Bulgarorum c. 99.

¶Quibus proſit in eccleſia ſepeliri. C. XVII.

Poly. ibidem.
Burc. l. 3. c. 153.
Iuo p. 3. 216.

Cum † grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur [b], quòd eorũ proximi quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorumque ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Dño preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt, nõ ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in eccleſijs ponuntur.

*Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.*

¶Qui ſepeliantur in eccleſia. C. XVIII.

Burc. l. 3. c. 233.
Iuo p. 3. c. 274.

Nullus mortuus intra eccleſiam ſepeliatur, niſi epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles [c] laici.

*Quòd vero mortuis proſit iuxta eccleſiam ſepeliri, quidve ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. oſtendit dicens.*

CASVS. Dicitur in hoc ca. quod non prodeſt decedentibus in mortali delicto, ſi in ſacris locis ſepeliantur: immo ſi ibi ſe faciant ſepeliri, de ſua præſumptione

Cum grauia peccata.] CASVS. Quæſitum fuit a Gregorio, vtrum proſit mortuis in cœmiterio ſepeliri. Et reſpondet φ ſic, ſi cum mortali delicto non deceſſerũt, quia proximi eorum ſepulturas aſpicientes pro eis orant ad Dominum. ſi vero cum mortali deceſſerint, potius obeſt, quam prodeſt. Sequens ſicut in §. patet.

b ¶Sepeliantur.] Ecce ratio vna, quare homines potius ſunt ſepeliẽdi apud eccleſias quã alibi. Secunda ratio, quia ſpecialiter commendantur patrocinijs ſanctorũ illorum, in quorum nomine dedicata eſt eccleſia illa, vt inf. ea. non æſtimemus. In fin. Tertia rõ eſt, quia minus ibi vexãtur a ſpiritibus immundis, vnde in cœmiterijs dicitur eſſe requies defunctorũ, vt 12 q. 2 aurum lex tñ alia conſideratio ne præcipit ne corpora in ciuitate ſæpe ſitenẽ, ne ciuitas corrumperetur fœtore, vt C. de reli. & ſum. fun. l. mortuorũ, & hinc arg. φ ibi potiꝰ ſepeliẽdi ſunt homines vbi eſt maior cõcurſus populorum, vt in cathedralibus eccleſiis, vt ſup ead. vbicunque

Sepeliantur corpora in eccleſiis aut cœmiteriis.

c ¶Nullus.] ¶Fideles.] Vocãtur laici hic fideles a fidei virtute, ita vt faciãt miracula 1 Alii intelligunt a fide baptiſmi. Sm hoc intellige. C. de ſacroſ. eccle. l. 2. Vel dic φ omnis Chriſtianus põt ſepeliri in eccleſia, ſed non gentilis, vt inf. de con. e. d. 1. eccleſia, & hoc intelligas, niſi alias in mortali deceſſerit, vel impœnitens, vel niſi eccleſia interdicta ſit, vel niſi ſint torneamenta in quib. propter terrorem interdicitur eccleſiaſtica ſepultura, ext. de tornea. c. 1. & ext. de ſag. ſuper eo.

1 Hæc fuſa fuit L. & H. Sed quod ſequit. fuit ſententia B. Bis. quam H. reprobat.

Non-

¶Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliantur. C. XIX.

Iuo p.2.c.112.

NOn æſtimemus † ad mortuos, pro quibus curam gerimus peruenire; niſi quòd pro eis ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs [a] ſolenniter ſupplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus proſint: ſed his tantum, quibus dum viuunt, comparatur, vt proſint. Sed quia non diſcernimus [b] qui ſint; oportet ea pro regeneratis omnibus [c] facere †: vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint, & debeãt peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis, quibus nec obſunt nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt. ¶Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſarijs ſuis, quo † pro illo fiat ſimiliter a ſuis. ¶Corpori autem humando quidquid impenditur; non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundum affectum, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habet. Vnde oportet, vt quam poteſt, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] receſſerit, qui gerebat †. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem non credunt; quanto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, ſed tamẽ reſurrecturo [e], & in æternitate manſuro, impenſum eiuſmodi officium, ſit etiam quodammodo eiuſdem fidei teſtimoniũ. ¶Quod vero quiſque apud memoriam martyrum ſepelitur; hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

† al. exiſtimemus.

† al. quod

Eph. 5.

† al. regebat.

*E contra [f] Hieronymus in epiſtola ad Gal. c. 6. ad ea verba: [vnuſquiſque onus ſuum.]*

¶Poſt mortem orationis viuentium mortuis damnatis non proſunt. C. XX.

IN præſenti ſæculo ſcimus ſiue orationibus, ſiue conſilijs inuicem poſſe nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Chriſti venerimus; non Iob [g], non Daniel [h], nec Noe [i] rogare poſſe pro quoquam; ſed vnumquemque portare onus ſuum.

¶*Verba B. Hieronymi ſunt hæc*. Obſcure licet, docemus per hanc ſententiam nouum dogma quod latitat, dum in præſenti ſæculo ſumus, ſiue, &c.

*Verum hoc de impenitentib. accipiendum eſt, de quibus propheta dicit. Non dabit Deo placationẽ ſuam, nec pretiũ redẽptionis animæ ſuæ: & ideo frater non redimet eum, ſed laborabit [k] in æternũ, & viuet adhuc in finem*

Pſal. 48.

NOn æſtimemus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd iſta bona virorum proſunt defunctis, ſcilicet, ſacrificiũ, oratio, & eleemoſyna, quæ defuncti in præſenti vita egerunt vt eis prodeſſent, & quia neſcitur qui ſint, pro omnibus regeneratis generaliter orare debemus. In 2. parte dicitur, quod ſpecialius & cum maiori diligentia oramus pro conſanguineis nris. In 3. parte dicitur, ꝙ ſeruitium impenſum corpori defuncti non prodeſt defuncto. ſed eſt ſolatiũ viuorum: quia cum illi, qui reſurrectionẽ non credunt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In 4. parte dr, ꝙ ſi defunctus ſepeliatur apud eccleſias martyrum, prodeſt ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secũda pars incipit ibi, [Diligẽtius.] Tertia ibi, [Corpori.] Quarta ibi, [Quod vero.] Sequens cap. cum patet.

a ¶Sacrificijs.] Aut ieiunijs parentum, vt inf. ea. c. animæ.

b ¶Quia non diſcernimus.] Arg. ꝙ rõne dubitationis melius eſt totum & ſuperfluum facere, quàm nihil facere, vel etiã aliquid omittere. ſic 42. diſt. quieſcamus. 24. q. 3. corripiantur. Item ratione dubitationis fiunt q̃ aliàs eſſent illicita, vt ext. de ſepul. ſacris. extra de viu. in ciuitate 11. q. 1. nolite. & ratione dubitationis poſſum vẽdicare incertã partẽ, vel rẽ ff. de rei. ven. quæ de tota & nũmos meos non poſſum vendicare, ſi ſint miſti alijs. ff. de ſolutio. ſi alieni.

Dubitatiõis ratione fiũt aliqua.

c ¶Omnibus.] infra ea pro obeuntib. cõtra ſolu. eccleſia pro omnibus viuis ſiue bonis ſiue malis poteſt orare generali ſiue ſpeciali oratione 1 & pro Iudæis, & paganis, vt conuertantur: quod de nemine eſt deſperandum, dum eſt in vita iſta, vt inf. de pœn. d. 7. nemo ſed pro paganis, vel Iudæis mortuis non eſt orandum nec pro cathecumenis: ſed pro baptizatis mortuis orandum eſt generali oratione, vt hic dicitur, & 13. quæſt. 5. ſicut, & hoc ſiue ſint damnati, ſiue nondum tamen hoc non conſtet: ſed ſpeciali oratione non eſt orandum pro eis mortuis, quos conſtat eſſe damnatos, ſic loquitur illud cap. pro obeuntibus, ſed pro illis, qui non ſunt damnati, oratione ſpeciali, & generali oramus, licite, niſi ſi ſint valde boni, vt inf. ead. tempus.

Eccleſia an poſſit pro oĩbus orare.

1 De hoc ẽt not. 11. q. 3. ſi quis eps, & ibi dixi. Arch.

d ¶Cum ille.] ſcilicet ſpiritus.

e ¶Vt reſurrecturo] Niſi enim quis reſurrecturos ſperaret, & c. 2. eſt ergo hoc ſignum quòd credamus futuram reſurrectionem, vt inf. ea. habent.

f ¶Econtra] Contra id quod dicit, quòd poſſumus orare pro mortuis Ioan.

g ¶IN præſenti.] ¶Iob.] ideſt, coniugati.

h ¶Daniel.] ideſt, Virgines vel continentes.

i ¶Noe.] i. rectores eccleſiarum, & hoc intellige deceſſerint in mortali, ſic 25. d. qualis.

k ¶Sed laborabit.] ideſt, punietur æternaliter.

Pro

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiſcopus quæſiuit à Gregorio ſi liceat ſpecialiter pro defunctis celebrare diuina, & oblationes offerre. Et reſpōdet ꝙ pro catholicis licet: pro impijs autem ſpecialiter hoc fieri non licet.

ANimę.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quatuor proſunt defunctis, ſcilicet oblatio ſacerdotum, preces ſanctorum, amicorum eleemoſynæ, & ieiunia cognatorum. In ſecunda parte dicitur, quod illa obſequia, quæ fiunt circa corpus mortui magis ſunt ſolatia viuorū quàm defunctorum ſubſidia: non tamen ideo corpora defunctorum, & maxime iuſtorum ſunt abijcienda. iſtud tamen ſeruitium quod corpori impendit, apud Deum nō perit, multo magis eleemoſyna, quam viuentibus & ſentientibus facimus apud Deum, perire non debet.

a ¶ Pro

*De alijs autem intelligi non poteſt.*

*Vnde Gregorius Papa ſecundus Bonifacio epiſcopo, epiſtola vltima.*

¶ In pœnitentia defunctis bona proſunt viuentium. C. XXI.

Poly. l. 8, tit. 7.

PRo obeuntibus quippe conſuluiſſe dignoſceris, ſi liceat oblationes offerre, ſancti ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoria faciat, & quamuis omnes peccatis ſubiaceamus; congruit, vt ſacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs [a] (quamuis Chriſtiani fuerint) tale quid agere licebit.

† al. idem

*Item †.*

¶ Animæ murtuorum quatuor modis ſoluuntur. [b] C. XXII.

Poly. l. 8. tit. 6. Burc. l. 19. c. 112. Iuo p. 15. c. 124. Aug. de cura ꝓ mortuis, c. 2. & lib. 1. de ciui. c. 12. & 13.

ANimæ [a] [b] defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ Curatio vero funeris, cōditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa; oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & objicienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quos uiuentibus, & ſentientibus exhibemus: ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.

α ¶ Animæ.] *Horum verborum vſque ad ver. curatio, nullus auctor inuentus eſt. Et Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

*Item Auguſtinus in Enchiridio, c. 109. & 110.*

¶ Ante diem iudicij, ſacrificijs, & eleemoſynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent. 4. diſt. 45. Anſ. l. 7. c. 170.

TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas [d] abditis [e] receptaculis continet, ſicut vnaquæq; digna eſt vel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dū viueret.

b ¶ Animæ.] Hoc c. eſt quaſi pars illius, non eſtimemus.

c ¶ Exanimis.] .i. exanimatis. i. mortuis, & eſt hic arg. ꝙ magis meretur homo impendendo aliquid viuis. quàm mortuis. Vnde patet, quod ſicut ieiunium alicuius liberat mortuū, multo potius alteri⁹ ieiunium prodeſt viuo. quod concedo ſi ille eſt vicinè coniūctus illi, vt dixi 83 d. presbyter, in gloſ. & ita.

ieiuniū p⁹ pdeſt viuis quā defunctis.

TEmp⁹.] CASVS. Licet Beneuen. diuiſerit hoc cap. in duas partes, ego tamen Bart. 8 hoc ca. diuido in quatuor partes. In prima parte dicit. quod inter mortem hominis & iudicium futurū animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæque digna eſt requi e vel ærumna. In ſecunda parte dicitur, ꝙ beneficia viuorum proſunt defunctis, q in præſenti vita ita egerunt vt ſibi prodeſſent. In 3. parte dr̄, ꝙ hęc beneficia nō proſunt ſumme bonis, vel ſūme malis, ſed mediocriter bonis & mediocriter malis. In 4. parte dr̄ ꝙ pro ſumme bonis fiunt gratiarū actiones: ſed pro non valde malis ꝓpitiatione: ſed valde malis beneficia nō ꝓſunt, ſed ſunt conſolationes viuorū: ſed in mediocriter bonis operant plenā remiſſionē: in mediocriter vero malis mitiorē dānationē. Secūda pars incipit ibi, [Neq; negandū eſt.] Tertia ibi, [Eſt enim qdā.] Quarta ibi, [Et poſt pauca.]

a ¶ Pro impijs.] Sed nunquid eccleſia orabit pro illis quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur ꝙ ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane. arg. contra 21. q. 3. Cyprianus? Reſpond. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, vt cum quis ſuſpendit ſe, vel præcipitat, aut alio modo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23. quæſtio. 5. placuit. & quæſtio. octaua, quicumque clericus. ſecus ſi eſt dubium. vnde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reſiquijs, audiuimus. & 23. quæſtione 5. placuit.

…randū ne …ſt pro his q … mortali …ctō deceſſe …ant.

d ¶ Animas.] Non ſumme bonas: nam tales credo ſtatim ad cœlos volare, juxta illud. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum. 25. d. ſanctorum.

e ¶ Abditis.] Id eſt, locis nobis occultis: Ex his verbis vide-

¶Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt, qui cum viuerent, vt hæc ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt nõ requirat iſta poſt mortem; nec tam malus, vt ei, non proſint iſta poſt mortem. Eſt vero talis in bono, vt iſta non requirat: & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita tranſierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quod poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. *& poſt pauca.* ¶Cũ ſacrificia altaris, ſiue quarumcunq; eleemoſynarum pro baptizatis [a] defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes [b] ſunt; pro valde [c] malis, etſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationis ſunt. Quibus autem proſunt; aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio; aut certe, vt tolerabilior fiat ipſa dãnatio.

L.8.tit.7.

L.8.tit.6. Burch.l.8.c.119.

9 *De obſeruatione autem tertij, ſeptimi, trigeſimi, vel quadrageſimi diei quæritur, vnde exordium ſumpſerit.*

*Ambroſius in lib. de obitu Theodoſii Imperatoris dicit fere in principio.*

¶Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur. C. XXIIII.

QVia alij tertium [a] diem, alij triceſimum, alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt; Poly l. 8 tit 7. Ant.l.7.c.169.
quid doceat lectio [d], conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies: Sic enim dinumerantur dies ſepulturæ. Et luxit eum Iſrael [β] ſeptem diebus:] Hæc ergo ſequenda ſolemnitas, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt: [Quia planxerunt filij Iſrael Moyſem diebus triginta: & conſumati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis † impletur officium. Gen. 50. Deuter. 34.

a ¶Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur.* Quia alij tertium diem, & triceſimum; alij ſeptimum, & quadrageſimum. *Verum in miſſalibus Romanis tam antiquis quam recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in c. nullus ſup. d. 44 & inf. de conſec. d. 5. ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

† Scilicet humanæ conſolationis, & officii humanitati debiti, vt docet Ambro. in lib. de Abraham patriarcha, & Io. Chryſoſt. vbicunque inf. ead.

videtur, quod Auguſtinus dubitabat quo animæ defunctorum recedant, cum infernus ſit ſub terra, & cœlum ſit ſupra, vt 23.q.4. hæc autem.

a ¶Pro baptizatis.] Tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiant generaliter * pro oĩb. ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet, vt inf. de conſ. d. 5 non mediocriter.

b ¶Propitiationes.] Idest, vt Deus propitius ſit eis.

c ¶Pro valde.] Hic Aug. diſtinguit quatuor genera hoium, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis non eſt orandum: iniuriã enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de celeb. Miſ. cum Marthe, §. vl. Itẽ nec valde malis proſunt, ſed mediocriter bonis, proſunt, vt citius liberẽtur ab igne purgatorij *, mediocriter malis proſunt ad hoc vt minus puniãtur, nunquam tamen liberabuntur: & ſecundum hoc etiam patet, quod oratione ſpeciali oramus pro illis qui deceſſerũt in mortali: dummodo nõ ſint ſummè mali: licet ar. contra ſu. eo. pro obeuntib. ſed pone quod aliquis dat eleemoſynã pro eo, qui deceſſit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus, eleemoſynæ, vel orationes proſunt talib. ad minorẽ pœnam, vt hic dicit, ergo aliquantulũ de pœna ſublatum eſt. Ponamus quod centeſima pars pœnæ ſit ſublata per vnam eleemoſynã: ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa: ergo iſte liberatur, qd' hic negatur. Ad hoc dico, quod ſi prima eleemoſyna tollit centeſimam partẽ pœnæ, ſecũda eleemoſyna etiã tollit tantam pœnam, ſed non tantum in quantitate, ſed tantum in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſoluo illud quod objicitur de indulgentijs, quod ſi propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium, vel venialium, per oblationẽ ſecundi denarij tollitur tantum in proportione, non tantum in quãtitate: & ſemper aliquid remanet, licet omne argentum effunderetur.

DE OBSERVATIONE. Hæc eſt 9. pars quæſt. in qua continetur quod in ſeq. c. declaratur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſup. quod ſacrificia, vel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiunt pro mortuis: ſed quia hæc obſeruantur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & propter hoc inducit ſeq. c. Quia.]

QVia. CASVS. Quæſitũ fuit ab Ambr. vnde ſumpſit initium obſeruatio 3 7 & 30. & 40. diei in officijs mortuorum. Et ſoluit: quod a veteri teſtamento: & hoc probat auctoritatẽ Gen. & Deut. nam filij Iacob ſeruauerunt aromatib. conditum in Aegypto 40. dieb. & cũ portarent eum ſepeliendũm in ſpelunca duplici, luxerunt eum 7 dieb. Similiter legitur, quod filij Iſrael luxerũt Moyſen 30. dieb. De initio tertij diei nõn dr̃ aliqd in hoc c.

d ¶Lectio.] Scilicet Geneſis 50.

* Hoc cæteris parib. nõ eſt verum. vide S. Th. quol 2. art. 14.

Hoiũ genera quatuor ſunt.

* Vide San. Th. 4 ſen. d. 45. 2 q. ar. 2.

Eleemoſynæ defunctis proſunt.

1 Hoc vult dicere: prĩa eleemoſyna tollit centeſimam totius pœnæ, ſecũda non totius cẽteſimam, ſed reſiduũ. & ſic de al. is & ſic ẽt itelligit qd inf. dicitur. Arc.

LVGERE. Hic incipit x pars q in qua probat per 4. c quod non debemus plangere mortuos ex diffidentia tanquam non debeant reſurgere. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter ſit lugendum, & quod lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis non liceat ſed intuitu pietatis licet, vt infra ea. habentur.

β ¶ Iſrael ſeptem.] *Codices B. Ambroſii habent* & Iuxit eum Aegiptus ſeptuaginta diebus: *quemadmodum habet editio lxx. & vulgata. Sed tamen viſa eſt ferri poſſe lectio hæc, quæ eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulo poſt in eodem c. 50. Gen. hæc adduntur de Ioſeph, & cæteris filijs Iſrael.* Veneruntque ad aream Adad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi impleuerunt ſeptem dies.

10 *Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra quam, pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.*

¶ Nec pro noſtra nec pro aliorum morte triſtari debemus. C. XXV.

QVàm præpoſterum eſt, quàmque peruerſum, vt cum Dei voluntatem fieri poſtulemus [a]: quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus non ſtatim vocati eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis: & volumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti [b]. *Item paulo inferius.* ¶ Nobis quoque ipſis minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quam frequẽter, † atque manifeſte de Dei dignatione præceptum eſt; † vt conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos acceſſione † Dominica de ſæculo liberatos: cum ſciamus non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, vt proficiſcentes, & nauigantes ſolẽt.

† *al. accerſitione.*
† *al. vt.*
*Pſal. 23.*

*Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 26 in c. x1. epiſtola ad Hebræos.*

¶ Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI

VBicumque [c] ſepeliamur; Domini eſt terra, & plenitudo eius. Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex puſillanimitate contingit.

*1 Theſſ 4.*

*Hic autem ex diſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: [Nolumus nos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini.] ſed addit: [Sicut & cæteri, qui ſpem non habent.] Pietatis nãque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequijs pias lacrimas impendiſſe legimus.*

¶ Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent de mortuis triſtari non debent. C. XXVII.

Et in regeſto B. Gregorij. lib. 7. epiſt. 111.
Anſ. l. 7 c 171.
Bur. l 19 c. 129.
Iuo p. 15. c. 139.

HAbent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſatio-

QVàm præpoſterũ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes in prima parte, oſtenditur, q ſicut ſerui rebelles à dominis ſuis non remunerantur, ſic nos cæleſtibus præmijs non honoramur: cum quotidie dicamus. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: & tamen dolentes & inuiti de hoc ſæculo recedimus, quando vocamur à Domino. In ſecunda parte dicit Cyprianus. q Deus multoties ſibi reuelauit, vt inter homines prędicaret mortuos nõ eſſe lugendos: quia non amittuntur, ſed præmittuntur in patriam vitæ ad inſtar proficiſcẽtium & nauigantium. Secunda pars incipit ibi, [Nobis quoque.] Seq. ca. planum eſt.

a ¶ Poſtulemus.] cũ dicimus, Fiat voluntas tua. & eſt argum. q opere id complere debemus quod voce proteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.

b ¶ Inuiti.] Sic 23 q. 5 ad fidem. & ſic eſt arg. q non debemus conſequi commodũ ex eo quod inuiti facimus, vt ff ad Treb. ſi patroni, §. ſecũda, ſic 17. queſtio. quarta, ſunt qui opes. 8. quæſtio prima, ſciendum.

c VBicũque.] [Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus, Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.] Argu contra, [Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.]

HOC AVTEM. CASVS Nunc ſoluit Grat dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli: ſed propter pietatẽ lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc inducit duo ſequen. capitulo.

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugent mortuos ſuos, quia excuſationem habent

habent cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimium cõtriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc probatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus vos ignorare, &c. [Apud alios,] id eſt, laicos aut idiotas.

a ¶ Neſciunt.] Id eſt, non credunt. Ioan.

ſpondet ꝙ non, donec aliquid agitur hic, ſed poſtea per mortuos q vadunt ad eos ſciunt non oia, ſed q̃ illi permittuntur audire, & q̃ illos recordari licet: aut ꝑ Angelos,

quod uiden... non poſſint... ſub. ſ. quan... tũ permitt... diuina po... tia, ſecund... Ioan. de ho... ſatis no. a... ] ꝓx c. 1. ...

*Sed tn. V... de S. Th. 4. ſent. di. 45 q. 3. art. ... & diſt. 49 q. 2. ar. 1.*

nem: qui vitam alteram neſciunt [a] qui de hoc ſæculo ad n elius eſſe tranſitum non confidũt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; contraſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentię quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prędicat, torqueri [α] mæſtitia, dicente Apoſtolo: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] *1. Theſſ. 4.*

α ¶ Torqueri.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idem habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur*, contra quodquiſque prędicator, queritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis videbatur mixta eſſe lectio vtraque, hoc modo*, contra hoc, quod quiſque prædicat quærere iuſtitiam amaus, dicente, &c.

*Item ex concilio Toletano 3. c. 22.*

¶ De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam funebre β† carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos aut familias cędere omnino prohibemus. Sufficiat autem quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum: Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens: (De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.) Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ huius plorauit ęrumnas reſuſcitandum. Si autem † poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. † Religioſis tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

*† al. funeris precia mentis.* *1. Theſſ. 4.* *Io. 11.* *† al. enim.* *† al. A religioſis.*

α ¶ Nam funebre.] *Hinc vſque ad verſ.* ſuffi ciat. *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint quæ in hoc canone prohibentur.*

11 *De mortuis etiam quæritur, vtrum ſciant* [c] *ea, quæ hic à viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait: [Abraham pater noſter neſciuit.]* [d] *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens cap. 15.* *Eſa. 63.*

¶ Mortui ex ſe neſciunt, quod hic à viuis geratur.

C. XXIX.

FAtendum eſt neſcire quidem mortuos, quid hic agatur; ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, & qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Pñt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt audire aliquid mortui, qnod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra.*

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toleta vtrũ mortui ſepeliendi ſint cũ pſalmodia & luctu. Et reſpondet ꝙ cum pſalmodijs ſic. & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormiẽtibus autẽ, &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat; religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶ Religioſis] Illi n. magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi luctu, quàm laici.

DE MORTVIS.

Hęc eſt 11. pars quæſtio. ſecũdum Ioann. de Fant.

CASVS. Facit Gratia. quandam incidẽtem queſtionem, vtrũ defuncti ſciant q̃ in mundo geruntur à viuis? & reſpondet quod non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

Defuncti vtrum ſciut q̃ hic agunt.

c ¶ Sciant.] Mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni, qui adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc non fruuntur viſione Dei, vt infra ea. fatendum. ſed boni, qui fruũtur viſione Dei, ſciunt quid agatur hic: iuxta illud Greg. Quid eſt ꝙ neſciant qui vidẽtem omnia vident? [1] Et alij dicũt ꝙ boni dñr ſcire omnia quę ſunt eis neceſſaria.

1 Dñt qdam ꝙ aiæ immediate uident in ſpeculo Trinitatis ſicut Angeli: vñ Beda ſuꝑ Lucã in illo euãgelio, Hõ qdã erat diues. &c. vbi dr quod Iuſti qui vident claritatẽ, nihil eſt in creatura

d ¶ Neſciuit.] Quia nondum erat hoſtia oblata, per quã aperta fuit ianua paradiſi, vt extra de baptiſ. maiores. Ioan.

FAtẽdũ.] CASVS. Quæſitum eſt ab Au. vtrũ mortui ſciãt quid in hoc mundo agatur à uiuis? & re-

¶Multi quoque α ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt [a], ſicut econtrario Paulum ex viuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

α ¶Multi quoque.] *Apud B. Auguſtinum ſic legitur.* Mitti quoque aduiuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex uiuis raptus eſt, diuina ſcriptura teſtatur. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum. Veritatem vero ſuæ ſententiæ confirmat B. Auguſtinus aliquot alijs exemplis ſcripturæ ſacræ: quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

Et in Vormacien. c. vlt.

11 *De his autem, qui in patibulis ſuſpenduntur, quæritur, an iuxta eccleſias ſint ſepeliendi. De quibus in Moguntinenſi concilio 2. ſub Rabano, c. 27. ita ſtatutum eſt.*

¶Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur. C. XXX.

Burc. l. 11. c. 76. Iuo p. 14. c. 124. Pann. l. 5. c. 122.

QVæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis [b] ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt cōfeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ, an non. Quibus reſpondimus, ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicum iuſſum danda eſt: cur non eis β, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim. [Non vindicat Deus bis in idipſum.]

Naum primo, ſecundum lxx.

β ¶Cur non eis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino, & Vormacienſi, inductis aliquot verbis, quæ potius perturbabant, quam illuſtrarent.*

PALEA. C. XXXI.

Ext. de fur. c. 2. In Triburienſi, c. 31. Poly. 6. tit. 16. Burc. l. 11. c. 59. Iuo p. 13. c. 45.

FVres, & latrones, ſi in furando, aut deprædando occidantur; viſum eſt pro eis non orandum. Si comprehenſi, aut vulnerati presbytero, vel diacono confeſſi fuerint, communionem γ eis non negamus.

γ ¶Communionem.] *Antea legebatur,* confeſſionem. *Emendatum vero ſic eſt ex Burchardo, Iuone, & Decretali. quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburienſi, & in eo, quod extat, habetur ſententia c. 31. copioſius expoſita: vbi etiam diaconi nulla fit mentio, ſed ita dicitur,* Deoque, & ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶ *Sic in omnibus codicibus, in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem, et in Decretali: ex quibus ſunt multa emendata, & magni ponderis.*

¶De eodem. PALEA. XXXII.

Sententia habetur ext. de homic. c. 2. Poly. ibidem. Burc. l. 11. cap. 60. & l. 19. c. 5. inter feciſſi furem. Iuo p. 13. c. 46.

SI fur, aut latro captus in præda abſque occiſione pōt comprehēdi, & tamen interficitur; quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus, qui interdicti ſunt, à thoro, a gladio, ab equitatu ſe abſtineant In tertia, quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum: vel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſiâ viciſſim vtantur, & temperate. Sin autem a veridicis

los, qui præſentes ſunt rebus, quæ in mundo aguntur, aut per ipſos, qui quandoque ad nos venire creduntur, ſicut econtrario Paulus viuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

a ¶Credūt.] Et male, quia ſunt phantaſmata, vt 26. qō. 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hęc eſt 12. pars q. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quæritur an homines, qui ſuſpenduntur in patibulis, ſicut ſepeliendi in cœmeterio. Et reſpondetur, ꝙ ſic, ſi ipſi pœnituerint.

QVæſitum.] CASVS. Quidam quæſierunt in concilio Moguntiñ. vtrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpēduntur, ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpondet quòd ſic, ſi digne pęnituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur, ita communio corporis Chriſti, vel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptum eſt. Nō vindicat Deus bis in idipſum.

b ¶In patibulis] Licite ergo ſepeliuntur ſuſpenſi & concremati, dummodo hoc fiat auctoritate principis, vt ff de cadaue. l. 2. & non eſt cōtra. 23. qō 5. placuit. Quæri conſueuit, quare liberetur ille qui fugit ad eccleſiam, & non ille qui recipit corpus Chriſti, cum corpus Chriſti, maius ſit omnibus, vt de conſe d. 2. nihil. Reſpond. quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo aīam liberat, & non corpus. Vel dic. ꝙ priuilegiū eccleſiæ eſt. & ñ dēt trahi ad cōſequētiā, vt inf. 17. q. 4. ſicut, nec aliqđ priuilegiū trahendum eſt ad cōſequētiā 7 q. 1. quæſiſti, & 16. q. 1. frō.

Sepeliri pñt ſuſpenſi. Eccleſia & non corpus Chr̄i ꝓtegit malefactorē.

1 Ad idē ex. de priuileg. ſane. verūtñ qui tali fugitiuo deferret, beneface ret, ſed non ſtatutum ſm Vin Sed tu defendas, ꝙ talis eſt per eccleſiā defendendus, ꝗa corpori Chr̄i aliquares antepo ni non dēt. 1. q. 1. c. multi. c. d. 1 ecce. de conſe. d. 1. nihil. Ar chid.

Anonici cuiuſdam ] CASVS. Supra in proxima cauſa clerici introducuntur litigantes de ſpiritualibus. Nunc autem ſubnectit Grat. hanc 14 cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendens qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittendi, vel aſſumendi: Addit ēt de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & vtrum eleemoſynę fieri poſſint de male acquiſitis. & vt hæc omnia facilius pateant, proponit thema, de quo ſex elicit quæſt.

7. c. 1. & 2. nec laicus pōt repetere decimas; quia eas nō poteſt poſſidere, vt extra de præſcr. cauſam ad hoc enim vt quis poſſit aliquid repetere, requirit ꝙ fuerit in poſſeſſione iuris, vel facti, vt extra de teſt. ſpoliat. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem niſi probauerit

comprobatur teſtiaus, quod ſine odij meditatione ſe, ſuaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & α capi non poterant; pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus, niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. At ſi presbyter eſt, non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pœnitentiam agat.

α ¶Et capi non poterant.] *Loco iſtorum verborum in codicibus Gratiani erant, hac,* & pariter pœniteant, *qua videntur pugnare cum proxime ſequentibus,* pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex cateris collectoribus.*

# CAVSA XIIII.

*Anonici † cuiuſdam eccleſia quæſtionem mouent de pradijs; teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent.* † al. clerici.

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis ſua repetere* [a].

2 *Secundo, an illi teſtes ſint audiendi.*

3 *Tertio, an illud ſit vſuras exigere.*

4 *Quarto, an liceat clericis, vel laicis a quolibet vſuras expetere.*

5 *Quinto, an eleemoſyna de vſuris fieri poſſint.*

6 *Sexto, an vſurarij pœnitentiam agere valeant, niſi, quod male acceperunt, reſtituant.*

## QVAESTIO I.

*Vod autem ſua repetere non poſſint, facile videtur poſſe probari. Ait enim Dominus in Euangelio: [Si vis perfectus* [b] *eſſe, vade, & uende omnia, qua habes; & da pauperibus.] Quia ergo iſti iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere.* Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10.

*Multo ergo minus licet eis repetere; quia non debet repeti quod poſſideri* [c] *non licet.* ¶*Item.* [*Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere,* Matth. 5.

a ¶ Sua repetere. ] Omnes clerici, qui habēt proprium, vel habere poſſunt poſſunt repetere ſua: ſi non habent propriū non poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſūnt, ſi ſunt prælati: vel ſi prelati non ſunt de mandato ſuperioris poſſunt ea repetere, vt 16 q. 1. monachi 2. Item omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilib. perſonis de mandato ſuperioris. vt 86 diſt. peruen t. — Clerici an poſſint ſua repetere.

Vod autē ] CASVS. Hic intitulatur 1. q. qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certum eſt, quòd omnes qui renunciauerunt proprijs, cum nihil habeant, ſua repetere non poſſunt, nomine tamen eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris experiri poſſunt, & eſſe in iudicio, vt 16. q. 1. monachi clerici vero ſęculares, & omnes, qui non renunciauerunt proprijs, ſua repetere poſſunt, quia neque lege, neq; canone prohibētur. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione Primo probat v. auctoritatibus, ꝙ clericis ſua repetere non licet, & hoc duabus, Domini, & alia Apoſtoli, quarta Greg. quinta Carthaginen. conc. tandem allegatis rñdet duplicem adhibendo ſolutionem, & ita omnia plana ſunt vſq; ad §. [Sicut ergo.]

b ¶Perfectus.] Ideſt, ſine mortali peccato, & ſine veniali. nam curam propriorum non poſſumus habere ſine peccato, vt 25 d. qualis.

c ¶Poſſideri. ] Simile eſt 3. q. 1. patet: vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum. quia nihil proprium poteſt poſſidere, vt ſup d. 8. quo iure, & 23. q.

rit, quòd poſſederit, vt extra de off. delegat. conſultationibus. vnde patet, quòd quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appel. ſignificauerunt. & extra de reſt. ſpol. olim. Inuenio tamen, ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non pōt. nam petitur reſtitutio conſanguineę, cū qua de iure qs nō pōt cōmiſceri, vt ext. de reſt. ſpol. literis. Itē ſeruus petit reſtitutionem rerum dñi abſentis, quas de iure non poteſt poſſidere, vt C. ſi per vim, vel alio modo. l. 1. ſimiliter vxor poteſt petere res a viro ſibi datas ſi ſpoliata eſt: quarum rerum dominium non poteſt habere. ff de vi & vi — Reſtitutionē quandoque petit qui poſſidere nequit.

vi arma l. 1 . §. deijcitur . Item habens plura ſtipendia petit reſtitutionem alicuius: cum tamen de iure non poſſit illud poſſidere cum alijs, vt extra de præben. referente. Ioan. Ego credo ſaluo meliori conſilio, ꝙ laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem, cum latro reſtituatur,

Laicus poteſt decimas petere quibus ſpoliatus eſt.

c ¶ EPiſcopus. ] ¶ Prouocatus. ] Id eſt, in iudicium vocatus: debet.n per alium litigare, vt no. 5. q. 3. cap. vlti. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere: ſicut nec tutor pupilli, vt ff. de adminiſt tuto. l. quoties §. ſicut autem.

*dimitte ei & pallium.] ¶ Itẽ Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios : [Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis [a] oĩno peccatum eſt in vobis.[Item Gregorius exponens: [Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius [b] redigar poteſtate.] inquit: [Cum mens concepta deſideria ſequitur, ſeruire rebus conuincitur , quarum amore ſuperatur .]*

1. Cor. 6.
L. 5 mortal. c. 8. ad 3. c. Iob,

*Item ex concilio Carthaginienſi 4. c. 19.*

¶ Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget. C. I.

EPiſcopus nec prouocatus [c] pro rebus tranſitorijs litiget.

*Quia ergo [d] generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere; patet, quòd iſtis non licet ſtare coram iudice. ¶ His ita reſpondetur. Prohibetur perfecto, in iudicio ſtare captando lucrum, ſed nõ euitãdo damnum. Vel aliter: Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ nõ vt ſuis ſed tanquam ad diſpẽſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib. de vita cõtemplatiua: [Sacerdos, cui diſpẽſationis cura cõmiſſa eſt, &c. [require in cauſa eius, à quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur. ¶ Sicut ergo iſti nõ ſua poſſident; ita nec ſua repetunt; ſed res eccleſiæ quarũ procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibẽtur contendere, ſic intelligendum eſt: videlicet, vt nõ ſibi ſtent coram iudice, ſed alijs. Alijs autem corã iudice aſtitiſſe, & pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorũ [e] legimus. Hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorũ neceſſitatibus profutura repetunt, & ita non prohibentur ſtare coram iudice. ¶ Illud vero Euangelij: [Si quis abſtulerit ſibi tunicam, & c. non eſt præcipientis, ſed exhortantis.*

ſup. 1. q. 2. ſacerdos.

*Vnde Auguſtinus ait libro 19. contra Fauſtum, c. 25.*

¶ Peccat qui vltra debitum exigit, non qui ſibi debita repoſcit. C. II.

QVod debetur [f], & ſi benigne dimittitur, non tamen inique repetitur. Peccat autem, qui exigit vltra [g] debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis [h] inſtituit. Sed tu eo longe es à peccato iniuſti exactoris:

Fur ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt cõueniri.

d ¶ Quia ergo. ] Require ſupra. 1. q. 2. ſacerdos.

SICVT ERGO CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, ꝙ clericis ſua repetere nõ licet: poſtea reſpondet dupliciter allegatis. Et primo ſic ſcilicet quod perfecti nõ debent contendere in iudicio captãdo lucrum, ſed vitando damnum poſſunt eſſe in iudicio: ſecundo dicit, ꝙ licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cũ nihil habeant: tamen res eccleſiaſticas tanquam cõmunes, quarum procurationem gerunt. repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed alijs, ſcilicet pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

e ¶ Sanctorum. ] ſu. 12. q. 1. expedit.

ILLVD. CASVS. Non reſpondet auctoritati Euangelij, ſi quis, &c. & dicit quod conſilium Domini eſt & non præceptum: & ad hoc inducit ſeq. cap.

QVod debetur. ] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug vtrum ſit peccatum repetere ſua ? Ei reſpondet quod non, licet non poſſint benigne remitti. ſed illi peccant qui vltra debitum exigunt, contra quos lex pœnam talionis inſtituit: ſed qui nullo modo petunt, remoti ſunt à peccato. & pœna iniuſte petentis. [Eo. ] i. in tantum. [Quo.] ideſt inquantum.

De facto, qđ dic vt no. 16. 7. c. 1. Arch.

ſtituatur, vt extra de reſt. ſpol. in literis. cum laici quotidie poſſideant i. decimas ex tolerantia prælatorum, ſecus in hæretico cum ſit excommunicatus, vt extra de hære. excommunicamus & decre. illa, cauſam. dicit detinere, & non poſſidere. B.

a ¶ Habueritis. ] Iniurioſe. ita vt ſcandalizemini propter hoc.

b ¶ Sub nullius. ] Id eſt, ſub rei temporalis poteſtate nolo redigi: intantum vt aliquem oſtendam, iuxta illud: Et mihi res: non me rebus ſubmittere conor, vt extra de verb. ſig. intelligentia.

Horatius in epiſtolis.

f ¶ Quod debetur. ] Ex aliquo maleficio, vel intellige ex quolibet debito.

g ¶ Vltra. ] Videtur ergo. quod non poſſit licite peti pœna dupli, vel quadrupli à fure, vt no. 12 q 2. in antiquis. quod concedit Hu. ſed non eſt ita, quia hoc habetur ex canone quod peti poſſit. 11. q. 2. in legibus.

h ¶ Talionis. ] cõtra delinquentem, ſ. vt tanta ſatisfactio petatur ab eo, quãta iniuria præceſſit, vt 23. q 3. lex differentiæ, vel loquitur de pœna talionis infligenda actori, qui iniuſte litigat: quia calumnioſè agens punitur in ſumptibus litis, vt extra de pœnis. calumniam. hoc

1 De hoc no. 12. q 2. fraternitas ibi videas, & facit ad hoc ext. de ſent. excõ. quãuis &c ea noſci tu vbi plene hoc nota. đ.

a ¶ Nullum.] Scilicet quo ipſe teneatur alijs, vel aliter id eſt, nulli vult ſoluere pœnam pro peccato debitam.
b ¶ Debitum.] Id eſt, pœnam, debitam ex peccato.
c ¶ Sic &.] Hic eſt §.
d ¶ Cetera.] Idē ꝙ omnia ſunt concilij: ſicut illud, qui percuſſerit te in vnā maxillam, &c.

Nam pro ſe quis teſtificari non poteſt. ſed contra ſe ſic & ideo cum iſti ferunt teſtimonium ſuper rebus eccleſię ſuæ, quæ ſpectant ad ſuam vtilitatem, non ſunt audiendi. Poſtea ſoluit dicens, ꝙ in cauſa criminali eſt hoc ſeruandum, ſed in cauſa eccleſiæ bene admittuntur do-

quò omnino nō exigis debitum: ideoque bonus magiſter ait: ] Qui te percutit in vnam maxillam, præbe ei & alteram. ] præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nullum [a] habet debitum [b].

*Luc. 6.*
*Matth. 5.*

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus capitulum hoc coniunctū eſt ſuperiori, & confectū eſt ex verbis B. Auguſtini li. 19. contra Fauſtum. c. 35. hinc inde acceptis, & interdū etiam immutatis. Quare praſtat integrum illud caput perlegere.*

*Sic* [c] *& cætera* [d] *accipias. Item in libro de ſancta virginitate* a, *c. 14. & 15.*

a ¶ Virginitate.] *Reſtituta eſt citatio ex* Polycarpo. *Antea citabatur*, ex ſermone Domini in monte; *Sic etiam* §. Quod præcipitur *reſtitutum eſt B. Hieronymo.*

## ¶ De eodem. C. III.

QVisquis præceptis non obtemperat; reus eſt, & debitor pęnæ. *& paulo poſt.* ¶ Præcepto Domini nō obedire, peccatum eſt: conſilio ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Itē Hieronymus*† *libro primo contra Iouinianum.* Quod pręcipitur imperatur; quod imperatur [e], neceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pœnam habet. *& infra.* ¶ Vbi conſilium datur, offerentis arbitriū eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis β.

Poly. l. 1. ti. 24. Cap. 15.

† in vulgatis erat, Greg. *in epiſt. ad Iouinianum.*

β ¶ Seruientis.] *Sequebantur hæc verba*, vt obediat: vel imperantis, vt ei obediatur, *quæ ſunt ex puncta auctoritate codicum vetuſtorum & originalis.*

## QVAESTIO II.

DE eo autē, quod quæritur, an de ſuis fratribus [f] teſtes producere poſſint multis auctoritatibus videtur eſſe prohibitū. Leges enim tā ſacrorū canonū, quā ſecularium principum prohibēt aduerſus aliquem †; teſtē de ſua domo produci. Cōtra ſe. n. quiſq; teſtari pōt, pro ſe uero minimè. Quia ergo iſti producuntur, vt ꝓ ſeipſis teſtimonium ferant. (Non. n. vtilitatis ſuæ eccleſiæ ſe penitus immunes arbitrantur futuros) patet, quòd eorum vox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio † hæc, & teſtium

† *al. extraneum.*

† *al. diſtrictio.*

QVisquis.] CASVS. In hoc c. & ſequenti aſſignatur differentia inter pręceptum & conſilium. quia peccatum eſt non obedire præcepto, & pœnam ſuſtinet, qui non obſeruat. conſilio vero nō obedire peccatum non eſt; ſed qui non obedit, minus boni adipiſcitur.

QVod præcipitur imperatur.] Hic Greg. innuit differentiam inter præcipere & imperare ideſt nā aliàs Aug. dicit quod Cęſar præcipit faciendum eſt; quod imperat, tolerandum eſt, vt 23. q. 1. militare. Item inter mandatum & præceptum videtur eſſe differentia quia finitur 1. mandatum morte mandatoris, vt extra de offic. deleg. relatum [1]. ſed præceptum non vt in authen. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus colla. 9. Itē quandoque ea quæ ſunt præcepti, conſuluntur, vt 28. quæſt. 1. ſic enim. quandoque etiam quæ ſunt mandati. præcipimus vt ſic æquiparentur pręceptum & mandatum. vt C. de adi. & obligat. ſi quidam. Item quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur, vt 11. quæſtio. 3. rogo.

1 Hāc gl. approbat & dicit eā ueram & notabilē Ale. de Imo. in l. more. coll. x ff. de iu. om. iu. & ꝑ Spe. in ti. de iu. deleg. §. reſtat ad fin. 1. col. & in ti. de leg. § finitur. ver. ſed pone de facto. 2 Ope exceptionis, ut dicā 18. q. 2. dudū ibi uideas. 63. diſ. principali. Arch.

DE eo autē.] CASVS. Hic intitulatur ſecūda quæſtio, qua quæritur, an fratres vel domeſtici teſtes ſint audiendi. Et ſcriptum eſt, ꝙ in cauſa criminali non admittuntur, vt 2. q. 5. c. 1. niſi quando clerici accuſant ſuum prælatum, vt 2. q. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q. 6. c. 1. ſimiliter in cauſa ciuili domeſtici teſtes non admittuntur, vt 4. q. 3. etiam in re propria clerici tamen tam pro ſua eccleſia, quam pro aliena bene admittuntur, vt inf. ea. c. 1 & c. quanquam. Et procedit hoc ordine. Primo probat, quod fratres, & domeſtici teſtes non ſunt admittendi: poſtea dat ſolutionem. Dicitur ergō, ꝙ tam leges, quam canones prohibent domeſticos teſtes admittendos extraneum aliumi, domeſtici teſtes, vt in ſeq. c. patet.

f ¶ An de ſuis fratribus.] in cauſa criminali nunquam admittuntur domeſtici vt 3. q. 5. cap. 1. niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum canonici accuſant prælatum ſuū, vt 2. quæſt. 7. lator. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. quæſt. 6. cap. 1. ſimiliter in cauſa ciuili non admittitur domeſticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam n. ſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, ut inf. eod. cap. 1. & extra de teſti. inſuper. Similiter ad probandum conſanguinitatem admittitur domeſticus, ut 35. q. 6. cap. 2 ſiue agatur ad contrahendū, ſiue ad dirimēdū matrimonium, ut extra qui matrimon. accu. poſſ. uidei

Teſtificari pōt quoque domeſtici

Sed

Sed pro alio impedimento matrimonij domeſtici non admittuntur, etiam ſi velint probare affinitatem, vt extra de teſti. in literis. Ioan. Sed contra videtur dicere decre. extra de teſta. ſuper eo. & ſic de facto ſeruatur: & in illa decret. in literis ſuſpicio erat contra eum: quia ſteterat

alijs literis ſuper teſtibus recipiendis ſibi miſſis prius. a ¶ Stephani.] vnus canonicus poteſt inducere in teſtimonium ſuum concanonicum contra einſdem eccleſiæ canonicos: quia non eſt magis domeſticus vni, quàm alij: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit, vt ff. de ritu nupt. nõ ſolum § 1. ſicut & poteſt ipſum inducere cõtra ſuũ prælatum, vt 2. q. 7. lator. Sed nunquid poteſt eum inducere contra canonicum alterius eccleſiæ. Hug. dicit ꝙ nõ. Tu potes dicere ꝙ ſic. quia nõ eſt domeſticus illius, ſed eccleſiæ tantũ. ſimiliter plątus ille poteſt induci in teſtem pro eccleſia ſua: dum tñ alius conſtituat, qui nomine eccleſiæ agat, vt ext. de teſt. inſuper. 2 nec dicunt iſti ferre teſtimoniũ in propria cauſa: quia cauſa eccleſiæ nõ eſt in cauſa ſingulorũ, vt 12. q. 2. qui manumittitur ſic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamenti, in quo aliqd ei relictũ eſt, vt inſti. de teſta. §. legatarius. Sed nonne talibus imperatur ab eccleſia; ergo non poſſunt eſſe teſtes pro illa, vt 4. quæſt. 3. idonei? Sed illud eſt in fauorem religionis. nã contra rationem pro religione iudicatur, vt ff. de relig. & ſump. ſunt perſonæ. Sed licet dicã. quod vnus canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici, non tamen dico, ꝙ poſſit eſſe iudex ſuꝰ contra extraneum, quia minor cauſa repellit aliquem a iudicio, quàm à teſtimonio, vt extrà de offic. deleg. cum R.

Canonicus pro canonico teſtificari poteſt.

*examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaque. In criminali enim cauſa non licet teſtem de propria domo produci: in ciuili autem prælatis eccleſiæ licet.*

*Vnde Paſchalis II. Guidoni Archiepiſcopo Viennenſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens.*

¶ Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt. C. I.

SVper prudentia tua plurimum admiramur, quòd in negocio beati Stephani [a], clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ namque ſunt ſpecies cauſarum: nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus † ſi quidem accuſatorum, & teſtium illa diſtrictio obſeruanda eſt, quæ in canonibus continetur; ne qui ad probationem domeſtici aſſumantur. Cæterum in poſſeſſionum, vel huiuſmodi negocijs hi potiſſimum aſſumendi ſunt, qui eadem negocia tractauerunt [b], de quorum auditu, & viſu [c] hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo ijdem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſę illius; nullatenus remoueantur, ſed ſicut alijs literis deliberatum eſt, inter S. Ioannis, & S. Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

† *al. criminalibus*

2 Ad idẽ ff. de verb. ſign. princeps. C. de digni. ius ſenatorum, ſed contra, quia executores negociorũ, & adminiſtratores in eiſdem negocijs teſtes eſſe non poſſunt. ff. de teſt. mandatis. Arch.

*Poteſt etiam intelligi aliter. Domeſtici ad probationem non admittantur, vt pro his videlicet, quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant. Hi autem (ſicut ſupra de actoribus dictum eſt) non pro domeſticis, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium pauperum, teſtimonium dicant. In conficiendis autem inſtrumentis ſæcularium negociorum presbyteri non vocentur ad teſtimonium: ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit, iubente epiſcopo teſtimonium dicant.*

Contra rationem cõmunem pro religione iudicatur.

*Vnde in Synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. ſtatutum eſt, c. 13.*

¶ In conficiendis inſtrumentis ſacerdotes ad teſtimonium non vocentur. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31.

QVanquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur; tamen ipſi in ſæcularibus negocijs pro te-

teterat cum vxore per ſeptem annos, ꝙ etiam ibi ſuper affinitate inducebantur domeſtici. Præterea, vt notauit ibi T. familiares ſui erant, vel domeſtici, quibus imperare poteſt ratione dominicę vel patriæ poteſtatis: aliàs domeſtici bene admittuntur. 1 B.

SVper prouidentia.] CASVS. Guido archiepiſcopus Viennenſis Apoſtolicæ ſedis legatus in cauſa, quę vertebatur inter canonicos S. Stephani, & canonicos ſancti Ioannis, canonicos ſancti Stephani ad perhibendum teſtimonium veritati recipere nolebat, quia domeſtici erant: quare Paſchalis ſecũdus ſcribit ſibi, & docet, quòd in cauſa criminali teſtes domeſtici non aſſumantur, ſed in ciuili eccleſiaſtica potius ipſi quàm alij recipiantur. præcipit ergo ſibi, vt a teſtimonio ferendo nullo modo repellat clericos B. Stephani, dũmodo idonei videantur. [Alijs literis,] quibus cauſam illam cõmiſerat ſibi: vel

1 Alij cõtra 4. q. 3. ẽt ciui li iure. nam mercenarij ſũt domeſtici ff de pęn. recipiendũ, §. furti C. de his q ad ecc. cõtug. pręſenti. Arch.

b ¶ Tractauerunt.] Quia ea, quæ in capitulo geſta ſunt, melius poſſunt probari per canonicos, quam per alios, vt extra de teſtib. veniens, in fi. licet lex dicat aliàs inter domeſticos, facile quid confingi poſſe pro negotij qualitate, vt C. de donat. data.

c ¶ Et viſu.] 3. q. 9. teſtes

POTEST. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima ſoluit aliter quam ſuperius dixerat, dicens ꝙ domeſtici ad teſtimonium non admittuntur pro eo cuius ſunt domeſtici. ſupradicti autem clerici non pro domeſticis admittuntur, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium. In ſecunda parte dicitur, ꝙ presbyteri in contractibus ſæcularium non debent ad teſtimonium vocari: ſi tamen caſu interfuerint, iubente epiſcopo, teſtimonium ferre poſſunt, vt in ſeq. c. docetur

QVanquam.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eugenio, vtrum

ſtimonio, α, aut conficiendis inſtrumentis non rogentur [a]; quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit. Si autem β euentu [b] aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint [c], vbi nullæ idoneæ ſæcularium inueniantur perſonæ; ne veritas occultetur [d] & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, vt aut coram ſe [e] & competentibus [f] iudicibus, aut aliter [g] honorificè veritatem attollant †.

† *al. teſtificentur*

α ¶ Pro teſtimonio.] *Sic eſt emendatum ex concilijs Eugenij ſecundi, & Leonis IIII. & Polycarpo. Antea enim legebatur,* pro conficiendis inſtrumentis ad teſtimonium non rogentur.

β ¶ Si autem.] *In concilijs ipſis & Polycarpo legitur,* ſi enim euentæ cauſæ aliquid viderint, &c.

## QVÆSTIO III.

*Vòd autem [h] præter ſummam emolumenta ſectari, ſit vſuras exigere, Auguſtini auctoritate probatur, qui in pſalmum trigeſimumſextum, ad verſ. [Tota die] ſcribit dicens.*

### ¶ Qui plus, quàm dederit, accipit, vſuras expetit. C. I.

SI fœneraueris homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm [i] dediſti, expectes

Sent. 3. diſt. 37. Iuo p 13. c. 17.

vt tum ſacerdotes ſint vocandi ad teſtimonium ſuper conficiendis inſtrumentis in negocijs ſæcularibus? Et reſpon. quòd non, ſi tamen caſu interfuerunt vbi laici non inueniuntur idonei, iubente epiſcopo poſſunt dicere teſtimonium, ne veritas occultetur.

a ¶ Non rogentur.] An poſſit clericus cogi, not. 2. quęſt. 6. ſtatuendum.

b ¶ Euentu.] 4. q. 3. ad fidem.

c ¶ Vel audierint.] Et hoc eſt in illis caſibus, vbi teſtimonium valet de auditu, vt 3. quæſt. 9. ſi debitum.

d ¶ Occultet.] Iſtud eſt regulare quod in defectum probationum quilibet poſſit cogi, vt extra de teſt. cog peruenit. immo talis admittitur, qui aliàs nō eſt idoneus, vt 4. q. 3. item ſerui reſponſio ſimile eſt 55. diſt. priſcis. & de conſecr diſtinct 4. in neceſſitate. & C. de hæret. l. vlt.

Clerici non coguntur teſtificari.

e ¶ Coram ſe.] Sed qualiter teſtatur clericus coram epiſcopo cū cauſa verſatur coram laico iudice, cum cōtinentia cauſę diuidi nō debeat, vt extra de ſequeſtr. ad hæc? Reſpon hoc eſt priuilegium clericorum, quod nō coguntur coram quolibet iudice teſtificari ſicut egregiæ perſonę non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, vt ff de iureiur. ad perſonas 1

1 Ad idē ext. de teſt. ca. ſi quis, & maxime cū tūc iurare debeant: quod facere nō debent laico. 21. q. vlt. ca. vlt ſecundū Io. de Fant.

f ¶ Competentibus.] Scilicet iudicibus eccleſiaſticis.

g ¶ Aut aliter] Id eſt, vt committat epiſcopus aliquibus qui recipiant teſtimonia ipſorum.

QVod autem.] CASVS. Hic intitulatur tertia quæſtio, in qua quæritur, vtrum ſit vſura, ſi aliquid præter ſortem exigatur? Et certum eſt, quòd ſic: niſi cum eccleſia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium eccleſiaſticum de manu laici redimatur: quo caſu fructus eccleſiaſtici fundi prę ter ſortem retinebit, vt dicit Innoc. III. in prima decret. de feud. & Alex. de vſu. in prima decret. in 6. Similiter non licet aliquid expectare præter ſortem, vt ȷ̄. ead. c. 1. Spes enim facit vſurarium ſicut ſimoniacum. arg. 1. q. 3. non ſolum.

Vſura aliquā nō cōmittitur. licet vltra ſortē qd accipiatur.

h ¶ Quod autem.] Hic quæritur, an vſura ſit vltra ſortem aliquid recipere? Et certé ſic: niſi in quinque caſibus. Primo in caſu fauore eccleſiæ, extra de vſur c. 1. & c. conqueſtus. Secundo, & cum fideiuſſor ſoluit ſortem & vſuras, poteſt vſuras petere, vt ff. de fideiuſſ. conſtitutus. Tertio, & cū pęna petitur præter ſortem, vt 12. q 2. in legibus. Quarto, & cum petitur vſura tanquam intereſſe, dicam ȷ̄ ea q 4 quoniam multi. & ff pro ſoc l. ſocius qui. Quinto, & cū recipitur aliquid pro re, quæ non conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, ſicut in locatione. Item in ſexto caſu ratione incertitudinis, vt extra de vſur. in ciuitate. & non ſolum quodcunque lucrum, ſed etiam ipſa ſpes facit hominem vſurarium, vt ȷ̄ ead. cap. 1. ſicut facit hominem ſimoniacum, vt 1 quæſt. 3. non ſolum. Ad intelligentiam autem huius quæſtionis ſcias, quòd duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti

Contractus duo ſunt gratuiti.

ſunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certum eſt, & ſequitur, quòd ſit gratuitum, alioquin eſt vſura. Item ſi commodatum non eſt gratuitum, non quidem eſt vſura, ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato, ſtatim deſinit eſſe commodatum: quia aut recipitur aliquid pro re ipſa, aut pro vſu rei. ſi pro re ipſa aliquid recipitur, aut eſt pecunia, aut alia res. Si pecunia, eſt emptio ſeu venditio: ſi alia res, erit contractus permutationis: ſi pro vſu rei accipitur pecunia, erit contractus locationis: ſi res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes iſti contractus ſunt liciti laicis etiam cauſa negociationis, vt 88. diſtin. fornicari. Clerici tamen inquantum poſſunt debent abſtinere ab emptione & venditione: quia illud non facile fit ſine peccato, vt ȷ̄. de pœnit. diſt. 5. qualitas. tamen in cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis negociari, vt extra ne cler. vel mona. cap. 1. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, vt 91. diſtinc. clericus victum. & 21. q. 1. c. 1. de conſecr diſt. 5. nunquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negociatione, ſed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apoſtolis, vt 22. quæſt. 1. c. 1.

SI fœneraueris.] CASVS. Aliquis dedit pecuniam mutuam, & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitum fuit ab Auguſtino, vtrum ſit vſurarius? Et reſpondet quòd ſic.

i ¶ Plus quam.] Supple quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura. ſed in equo & domo aliud eſt: quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum. & eſt ea ratio, qua in prædictis quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, transfertur dominium, cum illud ſit mutuum. Vnde res illa ſtatim eſt periculo 2 illius qui recipit eam. vnde inconueniens eſſet vt nomine illius rei magis grauaretur 3; ſed domus & equus non ſunt periculo ſui: vnde non eſt inconueniens, ſi aliàs grauetur pro re tali dando aliquid. ad hoc facit ff de iureiur. cum qui. Sed contra hoc obijcitur. Pone quod aliquis vendat vſum

2 Periculo l. ſi vnus ex ſocijs, §. ſi vnus, ſ. loc.

3 Arg. ff de iureiur cum qui.

vſum pecuniæ, & recipiat in ſe periculum pecuniæ. talis contractus non eſt vitioſus, quia cum vſus ſit illius qui vendidit, licite poteſt eum vendere 1 & ſic habes, ꝙ aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniã, & aliud in hoc caſu, alias non: & hoc ideo, quia pecuniá non deterio-

nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. q. 3. totum.

P Lerique.] CASVS. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus de lucro mercium partem recipiebant; quæſitum fuit ab Ambr. vtrum hoc debeat reputari vſura? Et reſpondet quod ſic, & non solũ hoc, ſed ẽt quidquid vltra ſortẽ exigitur quocumque nomine cenſeatur dicitur vſura, & adhoc probandum auctoritatem legis Moſaicæ inducit. Sequens ca. planum eſt.

accipere, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti †, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud: ſi plus quàm dediſti, expectas [a] accipere, fœnerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

*Item Hieronymus ſuper Ezechielem, lib. 6. ad c. 8.*

& inid. gl. ord.

¶Quidquid ſupra datum exigitur, vſura eſt. C. II.

Sent. ibidem. luo p. 13. c. 18. Pann. l. 3. c. 160.

P Vtant quidam vſurã tantum eſſe in pecunia [b]. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti *. *Item ibidem.* ¶Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari, & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt; ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.

*Item Ambroſius in lib. de Tobia, c. 14.*

¶Quidquid ſorti accedit, vſura eſt. C. III.

luo p. 13. c. 26.

P Lerique refugientes præcepta [c] legis [d], cum dederint pecuniã negotiatoribus [e], non in pecunia vſuras exigunt; ſed de mercibus eorum, tanquam vſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant, quid lex [f] dicat *. [Neque vſuram, inquit, eſcarum accipies, neque omnium rerum.] *Item paulò poſt.* ¶Et eſca vſura eſt; & veſtis vſura eſt, & quodcumque ſorti accedit [g], vſura eſt; quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. *Item paucis interiectis.* ¶Si quis inſtaurandum conuiuium putat; ad negotiatorem [h] mittit, vt abſynthiaci † a cupellam ſibi gratis deferat; ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut tyriacum † requirat: ad lanium, vt hilam † ſibi procuret; ad alium, vt poma [i] ſibi adornet.

Deut. 23.

† al. abſynthiati. † al. theriacum. † al. vuluam.

c ¶Præcepta] Nolũt quidam facere cõtra legẽ, ſed faciũt fraudem legi. Ille vero facit fraudem legi, qui obſeruat verba legis, ſed mentem eius circumuenit, vt ff. de legi fraus. Fit fraus legi quatuor modis. De re ad rem. i. qñ in fraudem datur aliqua res, vt hic & 1. q. 1. ſunt nõnulli, tal s eſt fraus Macedoniani. ff. ad Macedon. l. ſed Iulianus §. mutui. Itẽ de pſona ad perſonã, vt cũ quis ſub perſona alterius exercet vſurã, vt 46. d. ſicut non ſuo, & cum maritus nõ poteſt aliquid dare vxori, ſupponit aliã perſonam cui dat, vt ff. de dona. inter virum & vxo. hæc eſt rõ. §. vlt. Item de vno contractu ad alium contractum fit fraus, vt cũ mulier non poſſit dare aliquid viro, fingit ſe vẽdere ei: vt ff. de dona. inter virum & vxo. ſi ſponſus. §. circa ſic 16. q. 1. ſi ſacerdotes. Item de

Legi ſit fraus quadrupliciter.

a ¶Abſynthiaci.] *De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoq́; inſtaurandus conuiuijs aptum eſt, meminit Dioſcori-*

vno contractu ad alium fit fraus, ſed alio modo, vt cum mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem, vt ff ad Velle. quamuis. 33. q. 5 mulierem 3.
d ¶Legis.] ideſt, canonis legitimè agentis. ſ legis propheticæ dicentis. Qui pecuniã ſuã non dedit ad vſuram, &c.
e ¶Negotiatoribus.] Videtur, ꝙ ſi quis pecuniam ſuam dedit negotiatori, vt inde emat merces, & det ſibi partem lucri, ꝙ illud ſit licitum. quod non concedo ſi periculum ſpectet ad recipientem, vt ſit inter eos contractus mutui. ſed ſi per illa verba ſocietatem contrahunt, & tunc periculum ſpectat ad vtrumque; tunc bene licitum eſt, ꝙ vnus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem, qui deeſt in pecunia, vt ff. pro ſo. l. quinta.
f ¶Lex.] Moſaica.
g ¶Accedit.] Ex pacto.
h ¶Ad negotiatorem.] Cum credidit pecuniam.
i ¶Poma.] Videtur ergo, ꝙ vſura differat in hoc a crimine ſimoniæ, quia crimen ſimoniæ non committitur in modico, vt extra de ſi. & ſi quæſtiones, ſed non eſt ita, & c ſi quæſtiones intelligas, ꝙ non præſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

3 De hac materia plene not. extra de priui. quanto. ibi vidas in ſumma Hoſt. de contrah. emp. §. vlt.

Simonia in modico committitur.

rioratur, ſed aliæ res deteriorantur. Item nonne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam, venditor tenetur ei ad antidora, vt extra de teſta. cum in officijs, & ff. de peti. hære. ſed & ſi. §. conſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliam. quare ergo illam naturalem obligationem non prodeſt deducere in ciuilem. ſ vt pactum fiat pro illa danda, ad quam tamen tenetur, cum etiam alia pacta interueniant in ſpiritualibus, ad quæ alias quis tenetur. extra de præben. ſignificatum. & extra de elect. ſignificaſti.
a ¶Expectas.] Ex pacto ſecundum quoſdam, vel etiam ſine pacto: quia ſola ſpes facit vſurarium, vt hic. Sed quid ſi mutuet eo pacto: vt ſibi etiam remutuet cum opus habuerit? Non credo quod illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactum 2.
P Vtant.] CASVS. Quidam pecunia mutuata pecuniam pro vſura recipere nolebant, ſed munuſcula, quod dicebant non eſſe vſuram ſed Hieron. dicit quod quid vltra ſortem recipitur, vſura reputatur.
b ¶Pecunia.] Stricte ſumitur hic nomen pecunia

Quod

Vod vero nec.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur vtrũ laicis, vel clericis liceat vſuras accipere? Et certum eſt, ꝙ non niſi in caſibus notatis ſup. in prox. q. & in apparatu, & in ſumma illius qonis.

SI quis obligatus.] CASVS. Quidam clerici vſuras centeſimas exigebant, vel aliquid aliud præter ſortem, & vilius emebant, vt carius alijs vendant, quare fuit conſtitutum a Martino Papa, vt qui de cætero talia fecerint, deponantur. Item eſt caſus ſequentis capituli.

*des lib. 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit,* & roſato, atque abſynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer. l. 7. c. vlt.*

a ¶Ex *fortaſſe*, abſynthiaco, *aut* abſynthiato. cap. l. 1. c. 125.

*Item ex concilio Agathenſi.*

¶Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vſura eſt. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 126. Iuo p. 6. c. 200. Pann. l. 3. c. 161.

VSura eſt, vbi amplius requiritur, quàm datur. V. g. ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modiũ vnum, & ſuper aliquid exegeris.

*Ecce euidenter oſtenditur, quòd quidquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.*

## QVÆSTIO IIII.

*Vod vero [a] nec clericis, nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſii, & aliorum.*

*Ait enim Gelaſius Papa ſcribens epiſcopis per Lucaniam, & Siciliam. c. 17.*

¶A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant. C. I.

diſt. 28. conſequens § proinde. Iuo p. 12. c. 28.

CLerici aut ab indignis [b] quæſtib. nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum; aut in quocumque gradu ſint poſiti; ſi ceſſare [c] noluerint α, mox a clericalibus officijs abſtinere cogantur.

α ¶Si ceſſare noluerint.] *Hæc non ſunt in epiſtola, neq; referuntur ſupra diſ. 88. c. conſequens. ſed non ſunt expuncta ob gloſſam.*

*Item ex concilio Arelatenſi primo, quod confirmauit Papa Silueſter, c. 12.*

¶Excommunicentur miniſtri, qui fœnerantur. C. II.

Iuo p. 13. c. 10. † *De miniſt* ]ori.

MIniſtri †, qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam [d], eos a communione abſtinere.

*Item ex concilio Tarraconenſi, c. 2.*

¶Qui volunt eſſe in clero, a ſtudio negotiationis abſtineant. C. III.

Burc. l. 2. c. 122. Iuo p. 13. c. 13. & p. 6. c. 197.

CAnonum ſtatutis firmatum eſt, vt quicumque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel vendendi [e] carius ſtudio non vtatur. Quod certe ſi voluerit exercere, cohibeatur a clero.

*Item ex concilio Martini Papæ, c. 62.*

¶Alienetur a clero, vſuras, aut ſuperabundantiam exigens. C. IIII.

in capitulis Mart. Brach.

SI quis oblitus timorem Domini, & ſanctam ſcripturam, quæ dicit; [Pecuniam ſuã non dedit ad vſurã.]

Pſal 14.

a ¶Quod vero.] Nulli licitum eſt vſuras ſumere, nec etiã Iudæ, vt extra de vſu. poſt miſerabilem. videtur tamen, ꝙ in caſu licitũ ſit etiam Chriſtiano ſumere vſuram, vt inf. ea. ca. vl tamen licitum eſt aliquando vltra ſortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæſtio. ſup. in ſumma.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelaſius in hoc c. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuslibet negotiationis ſe abſtineant: alioquin in quocumq; gradu fuerint: deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶Indignis.] Licitas enim negotiationes poſſunt clerici facere, vt extra ne clerici, vel monachi. c. 1. & hoc cũ eis ſua nõ ſufficiunt, vt 91. diſ. clericus.

c ¶Si ceſſare.] Non ergo ſtatim deponẽdus eſt clericus propter vſuras. 47. d. ca. 1. argu. contra. 47 d. c. 2. Sol. ſtatim deponendus eſt, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpẽſandi 1.

1 Vel de turpi lucro hoc intellige: ſed contra in vſura ſm L. de hoc leg. & not. extra de vſu. præterea. ibi videas, Arch.

d MIniſtri.] ¶Datam.] Sup. 46 d non licet.

CAnonum.] CASVS.] Quidã clerici emebant vilius, vt carius venderẽt, & hoc faciebant ſtudioſa cupiditate lucrandi. Ideo ſtatutũ fuit in concilio Tarraconenſi, vt de cętero hoc non faciant, alioquin deponẽtur [Studio] ideſt, ſtudioſa cupiditate.

e ¶Vel vendendi] in eadem forma: ſed in rudi materia poſsũt emere chorium, & chartas, & inde facere ſotulares, & libros, vt 21 q. 1. c. 1. & 91. d. clericus. nec eſt negotiatio. ſed artificium.

a ¶ Ex quolibet.] 21. quæſt. 3. placuit.

SI quis clericus.] CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tpe ſoluendam: quæſitũ eſt in Niceno concilio, ſi tẽpore ſtatuto ad ſolutionẽ faciendam velit recipere frumentũ, vel aliam ſpeciẽ loco pecuniæ, ſub quo pretio debeat eã recipere. Et rñdet, ꝙ ſub eo pretio, quo vendi poteſt tpe ſolutionis faciendæ, & tm̃ recipiat ſub eo pretio donec perueniat ad ſummã, quam mutuauit Si vero non vult ſpeciem, ſed pecuniã recipiat eam ſine augmento. Ita videt mihi quęſtio huius c. formanda, licet Beneuen aliter eã formauerit: nec in ea caſus poſitio à ſua differt niſi in formatione quæſtionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuent. Sequens c patet.

poſt hanc cognitionem magni concilij a fœnerauerit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet [a] negocio turpe lucrũ quęſierit, aut per diuerſas ſpecies vini, vel frugis, vel cuiuſlibet rei, emendo, vel vẽdendo aliqua incremẽta ſuſceperit; de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

a ¶ Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharenſis: quoniam hanc ſententiam accepit ex capite 17. concilij Niceni, quod citatur infra ead. c. quoniam, & in duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus poſt hoc continuo illud ſubiungitur.*

*Item ex concilio Tarraconenſi, c. 3.*

¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt. C. V.

Iuo p. 6. c. 369. & p. 13. c. 14. Pann. l. 3. c. 59.

ij SI quis clericus ſolidum [b] in neceſſitate prę̃ſtiterit; hoc [c] de vino, vel frumento accipiat, quod [d] mercandi [e] cauſa tempore ſtatuta [f] decretum [g] fuerit venundari. Cæterum ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam; ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

† In vulgatis erat Agathenſi 3.]

*Item ex concilio Carthaginienſi* † *3. c. 16.*

¶ Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

Anſel. l. 7. c. 153. Burc. l. 2. c. 124. Iuo p. 6. c. 198. & p. 13. c. 9. Pann. l. 3. c. 158. Rab. pœn. c. 32.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accommodauerit: ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eandem, quantam dederit accipiat: & quidquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

& in concil. Aquiſgran. c. 62.

*Item Leo Papa, epiſt. 1. c. 3.*

¶ Etiam laicis vſura damnabilis eſt. C. VII.

Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 2. c. 123. Anſel. l. 7. c. 149. Iuo p. 6. c. 65.

NEc hoc quoque prętereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicam in eos qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

& in Aquiſgran. c. 40.

*Item ex Niceno concilio, c. 17.*

¶ Eijciantur à clero turpia lucra ſectantes. C. VIII.

diſt. 47. quoniam multi. Burch. l. 2. c. 120. Iuo p. 13. c. 8.

QVoniam multi clerici auaritię cauſa turpia lucra ſectantes, oblıti ſunt diuini pręcepti, quo dictum eſt: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] fęnerantes, centeſimas exigunt; ſtatuit hoc ſanctum concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negocio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæſtum [h], deijciatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu. (Pſal. 4.)

† al. commentus

¶ *Supra diſt. 47. hic idem canon affertur ex verſione Dionyſii, qui nunc ex priſca, quæ eſt in collectione Iſidori.*

capit. l. 5. c. 132.

*Item Iulius Papa.*

b ¶ Solidum] ſ. pecuniam numeratam.

c ¶ Hoc.] Id eſt, tm̃.

d ¶ Quod.] Id eſt, quantum.

e ¶ Mercandi.] Si deberent vendi.

f ¶ Tpe ſtatuto.] .i. ſolutionis tempore.

b ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur, ff. de abig. l. 1. vbi perpenditur, ꝙ magis quis punitur pro boue quã pro oue: quia pro boue dat 5. boues: pro oue 4. Sed dicas, ꝙ ibi dicitur ꝙ dabit 4. oues: intellige præter illam quam abſtulit. Item eſt contra. ext. de ſimo. & ſi quæſtiones. vbi non cõmittitur ſimonia in modico, ſicut in magno. ſed intellige ꝙ ita non præſumitur committi in modico ſicut in magno. quãque tamen pro modico nec ma-

Simonia nõ fit in modico.

pro minima re, ff de dolo. idem.

c ¶ Fornicatione.] Hu. dixit magis peccari cũ pulchra, quam cum deformi: quia magis voluptuoſe cognoſcit pulchram: ſed in deformi quàm citius poteſt abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura ſunt quæ ſuadent commiſceri pulchræ quàm deformi: ſcilicet pulchritudo eius & libido.

QVidam ſacerdos.] CASVS. Supra in proxima cauſa tractatum eſt de auaritia, quæ obumbrat mentem clericorum: ſed quia incontinentia idẽ facit: ideo ſubnectit xv. cãm, in qua de incõtinen-

*nico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimē ſibi illatum: quorundam clericorum ſibi patrocinia quærit: illi vero non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus, & abſque ſynodali audientia illum ſententia ferit.*

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, ſint imputanda.*
2 *Secundo, an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*
3 *Tertio, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus.*
4 *Quarto, an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*
5 *Quinto, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*
6 *Sexto, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*
7 *Septimo, an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare.*
8 *Octauo, ſi ſponte confeſſus, aut ab alijs conuictus fuerit, quod ante ordinationem peccauerit; an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

## QVÆSTIO PRIMA.

Ea in l. de duabus animabus, c. 10. Sent. 2. diſt. 47.

*Quod autem[a] ea, quæ alienata mente fiunt, non ſint[b] imputanda, facile videtur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatē videntur conſiſtere: Eſt autem voluntas (vt ait Auguſtinus lib. 1 retractat. cap. 15.) animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non imitandum[c], vel adipiſcendum[d]. Quod propterea[e] dictum eſt, vt hac definitione volens a nolente diſcerneretur. ¶ Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porro infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi, eſt ignorantia. Carnis infirmitas, eſt concupiſcentia[f].*

tinentia tractat, & de his quæ fiunt mente alienata: & de aliis multis, quæ vt melius pateant, thema proponit de quo octo elicit quæſtiones.

CASVS. thematis talis eſt. Quidam cum eſſet clericus, fornicationem commiſit: poſtea ſacerdos factus furioſus quendam hominem interfecit. recuperata ſanitate mulier quam cognouit, ipſum apud epiſcopũ accuſat. Die vero Dominica epiſcopus cauſam examinat: ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem eps ille confeſſionē verberib. extorquens, abſque ſynodo epiſcoporum, & concilio illum condemnauit.

Quod autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probatur, quod ignorantes & pueri non peccant, ſi ignorãtia eſt inuincibilis, ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire, quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit, & non dedit operam, non excuſatur a toto: ſed a tanto, i. deſt, in parte. ita intelligenda eſt litera vſque ad c. [Merito quæritur] Secunda ibi, [De furioſis] Ioan. de Fan.

CASVS Hic intitulatur prima quæſtio, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et reſpon. quod non, vt inf. ea. aliquos. & c. illa. & ſup. 1 q. 9. indicas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, quod ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputantur: poſtea probat contrarium: & reſpondet allegatis: tandem dat veram ſolutionem, vt int. ea §. vlt. Oſtendit ergo primo G. quod ſiue peccata procedant, ex voluntate, ſiue ex carnis infirmitate, ſemper imputantur ad pœnã. quod probat quatuor auctoritatib. poſtea probat contrarium: cũ peccatũ ſecũdum Auguſtinũ ſit adeo voluntariũ, vt nullo mõ ſit peccatum, niſi de voluntate procedat.

a ¶ Quod autem.] Not. quod ſi quis eſt ita alienatus mente, quod neſcit quid faciat: nec diſcernit, nec intelligit: non imputatur ei quod facit. J. ea. aliquos. & c. illa. & 17. q. 2. Cõſaldus. & 1 q. 9. indicas. Quidam tamen diſtinguunt, quod ſi ſua culpa incidit quis in alienationem mẽtis, imputatur ei: ſi ſine culpa, non, vt inf. ead. ſi quis inſaniẽs. quam diſtinctionem non admitto. G. allegat pro & cõtra. Et ad intelligentiã eius, quod dixi, not. quod infirmitas alia eſt aiæ: alia eſt carnis. Infirmitas aiæ duplex eſt: vna dicitur ira, vel odiũ, vel delectatio; & hæc eſt peccatum: & quæ ex tali infirmitate fiunt, imputantur. Alia eſt pœna, vt eſt obliuio, ignorantia. & quæ ex hac fiunt, quandoque imputãtur, quãdoque non. Similiter infirmitas carnis duplex ẽ. Vna eſt fomes peccati, ſcilicet originale peccatũ * & quæ ex hac cauſa fiunt, imputãtur. Alia eſt pœna peccati, vt febris, & furor: & quæ ex hac cã fiunt non imputantur, ſi non diſcernit quid agat.

Mente alienato an ſit imputandũ quod facit.

Animę infirmitas eſt duplex.

* *Fomes nõ eſt proprie originale peccatum.*

*Concilium Tri. ſeſſ. 5. in extremo quinto anathematiſſimo.*

b ¶ Non ſint.] Melius eſſet ſine non. quia primo probat, quod imputantur.

c ¶ Non imitandum.] Ideſt, non faciendum.

d ¶ Vel adipiſcendum.] Ideſt, faciendum.

e ¶ Quod propterea] Ideſt in diffinitione voluntatis, ideo ponitur affirmatio, & negatio, vt oſtendatur qua voluntate quis dicatur volens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & voluntate ad aliquid nõ faciendum dicitur quis nolens: & ſic omnis nolens dicitur volens: & eadem qualitas dici poteſt voluntas, & noluntas. Nã nolle facere idem eſt quod non velle facere vnde lapis non dicitur nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam ſecundum regulam iuris, eius eſt nolle cuius eſt velle, vt ff. de reg. iur. l. eius. Hinc patet, quod Aug. vult quod eadem vis animæ ſit vis concupiſcibilis, & vis iraſcibilis. Nam per vim cõcupiſcibilem appetimus aliquid: & per vim iraſcibilem deteſtatur aliquid.

Animæ vis eſt duplex.

f ¶ Concupiſcentia.] Ideſt, fomes originalis peccati.

a ¶ Ad pœnam.] Sed non ſemper puniuntur peccata, quæ prouenıunt ex ignorantia 34.q.2 in lectum

b ¶ Ignorat.] Id eſt, qui appetit ignorare, vel qui contemnit ſcire: vel negligit ſcire, cum poſſit quærere a peritioribus. Vnde quædam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum qui ad literam aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quædam ex negligentia: & ſecundum hoc magis, vel minus punitur. 11.q.3. excellentiſſimus. c. quoniam. & capitu. ſina

Ignorantia eſt triplex.

c ¶ Zelum.] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebantur 1. contra diſcipulos Domini, & ipſum Dominum: & ipſe Dominus in cruce pro illis orauit, cum dixit: Pater dimitte illis: quia, &c. Lucæ 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſcientiam, id eſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſcientiam alij autem ſcienter deliquerunt. 23. quæſt. 1. paratus.

Zelũ bonũ quidã ex Iudæis habuerunt.

1 Iſti erant ſimplices, & errabant nõ in motu ad ſeruiendum ſed in modo ſeruiendi, Lau.

d ¶ De corpore.] Id eſt, de dominio carnis, in qua mors eſt. ſupra diſt. 5. ſed penſandum. palea eſt.

e ¶ Semper.] Allegando dicit.

f ¶ Cui.] Hic allegat in contrarium, quod ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, Defenſor.

SED HOC. CASVS Superius dictum eſt, quod peccatum vſque adeo eſt voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium, ſed quia multum facere videbatur pro defenſione ſacerdotis luxurioſi: ideo eius impugnator dicit, ꝙ auctoritas illa Auguſt. intelligitur de eo quod eſt tantummodo peccatum: & non de eo quod eſt pęna peccati. & ad hoc probandum inducit duas auctoritates Aug quamuis quodammodo voluntaria peccata] dici poſſint quæ à neſcientibus, & coactis perpetrantur. [Non immerito.] ſed merito non omnimodo non voluntaria dicit, ſed quodammodo voluntaria dici poſſunt.

g ¶ Sed hoc.] Eſt notula impugnatoris.

h ¶ Nullo modo.] Quædam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non pœna; & quædam pœna peccati, & non peccatum. Pœna peccati, ſicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autẽ eſt ſimpliciter peccatũ, qđ ex libera voluntate procedit. Quidam tñ dicunt, ꝙ oẽ peccatum præter peccatum primi parentis ſit peccatum, & pœna peccati, peccata enim quæ quotidie facimus ſunt pęna ori-

Pctm̃ & peccati pœna diuerſa ſũt.

*Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam* [a]*. Vnde de quibuſdam ignorantibus dictũ eſt: [Si quis ignorat* [b] *ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Chriſtus ait Apoſtolis: [Extra ſynagogam facient vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe præſtare Deo.] De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos: [Teſtimonium illis perhibeo, quia zelũ* [c] *Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.] Nullũ tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem hæc ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ natura languore fiunt: quæ, niſi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apoſtolus lege carnis grauatus diceret: [Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore* [d] *mortis huius? &c.] ſiue ergo penes voluntatem, ſiue penes infirmitatem peccata conſiſtant, ſemper* [e] *imputantur ad pœnam. Cui* [f] *ſententiæ illud Auguſtini de vera religione, cap. 14. contrarium videtur: [Vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt: vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium; & hoc quidem adeo manifeſtum eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi: aut fatendum eſt voluntate committi.] Sed hoc* [g] *non generaliter de omnibus peccatis intelligendum eſſe idem Auguſtinus in lib. 1. retract. cap. 13. oſtendit dicens: (Vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo* [h] *peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt videri falſa hæc definitio: ſed ſi diligenter diſcutiatur, inuenitur eſſe veriſſima. peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati †. Quamuis & illa quæ non immerito* [γ] *non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſint non † voluntaria dici.) Idem in eodem libro, capitu. 15. (Definitio peccati, quam diximus; peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia uetat, & vnde liberum eſt abſtinere, propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pęna peccati.]*

1. Cor. 14.
Io. 16.
Rom. 10.
Rom. 7.
Sent. 2. diſt. 35.
Et in l. de duabus animabus c. 11.
† hic omittuntur aliquot verba.
† *ſine voluntate cõmitti.*] orig.

α ¶ Cogente.] *Hæc ſunt addita ex B. Auguſtino, vt verba ſequentia melius intelligantur.*

β ¶ Imitandum.] *Apud B. Auguſtinum in lib. de duab. animab. & lib. 1. retractationum legitur. amittendum. ob gloſſam tamẽ non eſt mutatum: ſed ſublata eſt priore loco vox, imitandũ, quæ abeſt etiam à manuſcriptis Gratiani codicibus. Nam in vulgatis erat,* ad aliquid imitandum, vel non imitandum

γ ¶ Non immerito.] *In libris B. Auguſtini impreſſis legitur,* immerito.

*Item lib. 4. quæſtionum, q. 24. ad c. 18. Numerorum.*

¶ Non ſunt peccata uolentium, niſi neſcientium. C. I.

MErito quæritur, quæ ſint ipſa peccata nolentium, vtrum quę à neſcientibus committuntur; an etiam poſſit rectè dici peccatum eſſe nolentis: quod facere compellitur [a]. Nam & hoc contra voluntatem facere dici ſolet: ſed vtique vult [b], propter quod facit: tanquam ſi peierare nolit; quod tamen facit α, cum vult viuere, ſi ſcilicet quiſquam, niſi fecerit mortem minetur. Vult [c] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per ſe ipſum appetendo, vt falſum iuret; ſed vt falſum iurando viuat. Quod ſi ita eſt, neſcio vtrum poſſint dici iſta peccata nolentium, quæ hic dicuntur expianda. Nam ſi diligenter conſideratur fortè ipſum peccare nemo velit, ſed propter aliud fit, quod vult qui peccat. Omnes quippe homines, qui ſcientes faciunt; quod non licet, vellent licere. Vſq; adeo ipſum peccare nemo [d] appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud, quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita ſe habẽt, non ſunt peccata nolentium; niſi neſcientium [e], quæ diſcernuntur à peccatis volentium.

Senecæ dictũ aureum.

Neſcire dr quis multipliciter.

α ¶ Tanquam ſi peierare nolit, quod tamen facit.] *Hęc non ſunt in vulgatis codicibus B. Auguſtini.*

*Digeſt. tit. de iniurijs, le. 3.*

Lib. 47. digeſt. tit. 10.

C. II.

ILlud relatũ peræq; eſt, eos qui iniuriam pati poſſunt, & facere poſſe: ſanè ſunt quidam, qui facere non poſſunt, vt puta furioſus [f], & impubes, qui doli capax [g] non eſt. Namque hi iniuriam pati ſolent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequẽs erit dicere hoc, ſiue pulſent, ſiue conuitium dicant, iniuriam

originalis peccati: ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cũ omnis pœna a Deo ſit: & nullum peccatum à Deo ſit ergo nullum peccatum eſt pœna. Item omnis pœna eſt paſſio: & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio non eſt dicendum ꝙ peccatum ſit pœna, ſi aũt alicubi inuenias quod peccatum eſt pœna, expone, id eſt pro quolibet peccato debetur pœna: quia eſt pœna & paſſio animæ.

MErito.] CASVS. Duæ ſunt hic quæſtiones: quarum prima eſt, an peccata neſcientium dicantur peccata nolentium? Et reſpondet quod ſic: & iſta reſponſio eſt in fi. cap. Secunda eſt, an peccatum, quod quis per metum facit. dicatur eſſe peccatum volentis, vel nolentis? & reſpondetur ꝙ volentis. quia licet quis nolit directè ipſum peccatum ad quod compellitur, indirectè tamen vult illud per aliud quod habere non poteſt ſine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de peierante. Hæc ſi ita ſe habent, ſequitur ꝙ peccata coactiua ſunt volentium.

a ¶ Compellitur.] Refert qualis ſit coactio ſ. an abſoluta, vel conditionalis, vt extra quod metus cau. ſacris.

Sed cõt. q a ... violẽtia nõ infertur. 32. q 5. §. autem. in ... dic ut ... bi not.

b ¶ Vult.] Arg. ꝙ coacta voluntas, eſt voluntas, vt hic & 23. q. 7. diſplicet. & q 6. vides & 74. diſt. conſuluit. & ff. quod me. cau. ſi mulier. §. vlt. Eſt ergo in iſtis caſibus arg. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 28. q. 4. inter cætera. & ff de ritu. nup. ſi patre. Sed hoc non eſt verum, vt extra de ſpon. veniens &c. cum locũ. & 31. q. 2. c. 1. & 2. Item ſicut coacta voluntas eſt voluntas, ſic decepta voluntas dicitur voluntas, vt 20. q. 3. conſtituit. & extra quod met. cau. cum dilectus. & extra de conuer. coniu. ex parte. Arg. contra. ff. de lib. ho. exhi. l. 9. ſi quis volentem tamen coacta licentia non eſt licentia, vt arg. 33 q. 5. notificaſti.

Matrimonium coactẽ factum non tenet.

c ¶ Vult] Certe argumentatio hæc non valet: volo hoc, ergo volo omne quod ſequitur ex illo: vt iſte vult fornicari, ergo vult dãnari: niſi intelligas indirectè, & per conſequentiam, vt diſt. 8. quo iure.

d ¶ Nemo] Vnde Seneca. Et ſi ſcirẽ Deos ignoſcituros, homines autẽ neſcituros adhuc dedignarer peccare.

e ¶ Neſcientium.] Sic neſciens non peccat & ſic eſt contra 32. q. 7. quemadmodũ. Sol. varijs modis dicitur quis neſcire. Dicitur enim neſcire qui nõ ſcit id, quod facit eſſe peccatum, vel non ſcit tantum eſſe peccatum quantum eſt: & talis neſciens punitur, licet nõ adeo grauiter, vt 8. diſt. conſuetudo & pone exemplum de tali. 14. q. 5 fortè. Itẽ dicitur neſcire qui facit factum, ſed neſcit qualitatem facti. talis quandoque punitur ſi errat in iure. ſic ignorabat Paulus concupiſcentiam eſſe peccatum. extr. de conſti. nam concupiſcentiam. quandoq; non punitur, ſcilicet cum errat circa factũ ipſum, 34. quæſt. 2. in lectum. Item dicitur neſcire propter caſum ſequentem, vt ſi aliquis uolens interficere Leonem dum vult defendere hominem, caſu interficit hominem, vt 50. diſt. ſæpè. Item dicitur neſcire qui omnino neſcit, vt puer, ebrius, furioſus. talis enim non peccat infra. eo. aliquos.

ILlud] CASVS Reddit nunc Grat. ad principale propoſitum, & inducit legem iſtam ad probãdum, quod ea quæ fiunt ex ignorantia, vel mente alienata, non imputantur. Caſus ergo ſic ponitur. Quæſitum fuit à iuriſperito, vtrum quicunq; poteſt pati iniuriam, poſſit facere iniuriam? Et rñdet ꝙ ſic, niſi ſit furioſus, vel impubes, qui non eſt doli capax. nam illi iniuriam pati põt, facere vero nunquã, cũ iniuria non procedat niſi ex voluntate. & probat duobus exemplis, ſ. exemplo iocoſè aliũ percutientis, & eius interficientis liberũ hominem, quem putat eſſe ſeruum ſuum. Et no. ꝙ lex iſta (vt dicit Hu. & Ioan. Bene.) malè ponitur hic, cum inducatur pro defenſione ad oſtendendum, ꝙ ea, quæ fiunt mente alienata, non imputãtur: ſed dẽret legi poſt. §. ſequentẽ, vel in ſequenti. §. poſt illud verbũ [non proceſſerũt]

a Et hoc oſ no videas ꝙ le. & no. e tit. ca. ... & de hom. ex hibita in gl. ꝙ ei & in glo. ex hoc Arch. d.

f ¶ Furioſus.] Not. quod furioſus facit, idem eſt, ac ſi caſu accidiſſet, vt ff. de adm tut. l. vlt in fi.

g ¶ Qui doli capax.] Si enim eſt doli capax, bene punitur, vt extra de delic. pue. c. 1. 2. & de conſec. diſt. 5. eos, ſed in impubere minori diſtinguitur, an delinquat ex animo, an ex culpa, vt C. ſi aduer. deli. lib. 1. & 2.

a ¶ Ses

feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam ſi non ſentiat, poteſt facere nemo; niſi qui ſcit ſe iniuriam facere,& ſi neſciat, cui faciat. Quare ſi quis per iocum [a] percutiat, aut dum certat; iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit †, dum putat ſeruum ſuum [b]; in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur.

† al. ceciderit

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus à capite* merito, *vſque ad cap.* mulier, *nulla eſt diſtinctio capitulorum*.

*Itaque, vt ex premiſſis apparet, ſiue ex voluntate ſiue ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici poteſt: ſed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corrupta † carnis coniunctione. Porro alia eſt infirmitas, quæ propriè carnis dicitur: quæ elementorum, ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tandem diſſoluitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Vna, quæ vitium appellatur, quo anima à Deo ſeparatur, vt eſt ira, odium & alia huiuſmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipſa non ſit peccatum; eſt tamen pęna, & cauſa peccati, vt eſt obliuio, & ignorantia. Furor autem, cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati: vt febris, & cæteræ paſſiones, quas propriè carnis dicimus eſſe: quarum motus, id eſt, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. ¶ Sed obijcitur de Lamech, qui cum cęcus eſſet, Cain interfecit: nec eum excuſauit cęcitatis infirmitas. Vnde dictum eſt: [Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties:] Sed cęcitas ignorātiæ ſimilis eſt. ¶ Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quædam vero minimè. Cæcus namque ſi debitum ſuæ vxori ſe credens reddere, alienā polluit, non eſt reus [c] adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat; quia ab eo penitus [d] hoc debet eſſe alienum, homicidij reus habetur. Mens vero alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioſo in maleficijs ſubuenitur: ut non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt α. Quod non ſolum humanis, ſed etiam diuinis legibus noſcitur approbatum.*

† al. coniuncta carnis corruptione

Gen. 4.

*Ait enim Auguſtinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.*

α ¶ Proceſſerunt.] *Hoc loco in vulgatis erant interiecta hæc verba,* ff. tit. de iniurijs. Illud relatum. require ſupra, *quæ abſunt à manuſcriptis, ideoque inducta.*

C. III.

Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, exceptis illis

Eiuſ. p. 1. c. 30.

a ¶ Per iocum] Dum tamen locus ille non ſit noxius, vt extra de præſumpt. c. 1. nam ludus noxius eſt in culpa, vt ff. ad l. Aquil. nam ludus.

b ¶ Seruum ſuum.] Secus ſi alienum ſeruum, vel etiam aliquē liberum voluit percutere, & percuſſit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarum, illi qui percutitur, vt ff. de iniur. cū qui. §. iniuria. & hoc ideo, quia hic omnib. modis intendit nocere, & ſi non illi cui nocet: ſed ſecus in caſu priori. Et eſt arg. q̄ ſi aliqs credit ſolutā cognoſcere, & cognoſcat vxoratam, vt q̄ non puniat quaſi adulter. ι

ι Iſta fuit ſnia dñi Pileí, ſ. q̄ non punitur pro hoc tamen q̄ non committitur adulterium ſine dolo. ff. de adul. l. penul. ad idē facit ff. de iniur. itē apud Labeonē, §. ſi quis, Arch.

ITAQVE CASVS. Cōcludit Grat. ex ſupradictis dicens, q̄ peccata imputātur, ſiue ex volūtate, ſiue ex infirmitate procedāt poſtea reſpondet huic concluſioni diſtinguens, q̄ infirmitas carnis eſt duplex. Alia eſt concupiſcentia carnis, q̄ imputatur, & hæc non dr̄ propriè infirmitas carnis. quia accidit aīæ ex cōiunctione carnis. Alia eſt turbatio elementorum, & humorum, quę dr̄ propriè infirmitas carnis, vnde febris, & furor oriūtur, quæ non imputātur. Similiter infirmitas animi duplex eſt. Alia eſt mala qualitas, vt ira & odiū, quę imputant. Alia eſt obliuio, vel ignorantia, quæ non imputātur, cum ſint pęna peccati. Sed poſtea obijcitur de Lamech, quē non excuſauit infirmitas cęcitatis cū Cain interfeciſſet ſagittādo. Et tandē ſoluit dicēs, q̄ cęcitas & ignorantia ſimiles ſunt. Nā ex vtraq; quędam fiunt q̄ imputant, & quædā quę non imputātur nā ſi cęcus cognoſcat aliquā, quā putat eſſe ſuā vxorem, nō eſt reus adulterij. Si vero cęcus aliquē perimat iactādo, reus eſt homicidij qa officium alienum vſurpat. Sed furioſus cū non ſit compos mētis, in occidēdo non peccat, quia deliberare nō poteſt vnde pupillo & furioſo in maleficijs ſubuenitur. Et ad hoc inducit legem illam, ſcilicet, illud.

c ¶ Non eſt reus.] Vt 34. q. 2. in lectum.

d ¶ Penitus.] Cum enim inſiſtit quis operi illicito, tunc non excuſat caſus, ſecus ſi licito: quia tunc excuſat, vt 50. diſtinct. ſæpe.

quæ deberet hic legi. & c. ſeq. ſcilicet, firmiſſimè.

Firmiſſimè] CASVS. Petrus quæſiuit ab Aug. vtrum quilibet ſit accepturus vitam æternam, niſi fuerit bapti-

baptizatus, & pœnitentiam egerit: & reſpondet quòd non, niſi fuerit baptizatus ſanguine ſuo, vel in aqua; vel niſi habuerit cordis contritionem: & docet quod baptiſmus, & pœnitentia adultis ſit neceſſaria. paruulis vero baptiſmus ſolummodo ſufficit, quandiu ratione vti

baptiſmus fluminis, flaminis, & ſanguinis, ideſt, aquæ, & ſanguinis, & contritionis, vt de conſec. d. 4. c. baptiſmi vicem.

EX EO AVTEM. CASVS. Concludit Grat. ex ſine ſuperioris cap. ſcilicet quòd nec adulto nec paruulo

qui pro nomine Chriſti [a], ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominum accepturum vitam æternam; qui non hic à malis ſuis fuerit per pœnitentiam, ideſt per baptiſmũ [b] liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, & pœnitentiam de malis ſuis agere, & fidem catholicam ſecundum regulam veritatis tenere, & ſacramentum batiſpmatis accipere: paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere poſſunt; ſacramentum fidei, quod eſt ſanctum baptiſma, quamdiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt, ſufficere ad ſalutem.

*Ex eo autem quod in fine huius auctoritatis dicitur: [Quamdiu, ſcilicet, rationis eorum ætas capax eſſe non poteſt] euidenter datur intelligi, nulli poſt baptiſmum peccata imputari, ſiue ſit adultus ſiue impubes, niſi rationis ſit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Auguſtino in eodem libro, c. 3. redditur, quare ſua facta eis non imputentur. [Animalia igitur, inquit, præſentis ſæculi curſum, atque ornatum ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt voluntatem: quæ de ſuis factis nullam rationem redditura ſunt, quia rationabilia nõ ſunt. Nunquid enim de bobus [c] cura eſt Deo?* (1. Cor. 9.) *Homines vero, quia rationales facti ſunt, & de ſe, & de omnibus rebus quas in uſum vitæ præſentis acceperunt, rationem reddituri ſunt Deo: & pro ſuorum actuũ qualitate recipient aut pœnam, aut gloriam.] Sacræ tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conſcientiam peccati, ſed quia refricant memoriã facti.*

*Vnde Auguſtinus ſuper Leuiticum ad c. 20. q. 74.*

¶Non propter culpam, ſed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier acceſſerit.

C. IIII.

Leuit. 20. Iuo p. 9. c. 108.

MVlier, q̃ acceſſerit ad omne [d] pecus, & vult aſcẽdi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei ſunt.] ¶Quæritur, quomodo ſit reum pecus: cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infra.* ¶Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam.

2 *De furioſis autem euidentiſſime ſcribit Auguſtinus in libro quæſtionum veteris, & noui teſtamenti, q. 2. in fine, ita dicens.*

poſt baptiſmum peccatũ imputatur niſi vtatur ratione: ſicut nec brutis animalibus aliquid imputatur. Et ad hoc probandum inducit auctoritatẽ Auguſtini. reperitur tamen in ſcriptura animalia eſſe interfecta nõ ratione delicti, ſed quia facti memoriam refricant, vt infra ſeq. cap.

c ¶De duobus.] Scilicet quo ad vitam æternam: ſed quo ad vitam temporalem bene. iuxta illud Homines & iumẽta ſaluabis Domine, ſcilicet pro ſalute temporali prouidendo eis neceſſaria: iuxta illud. Omnia expectãt a te Domine, vt des illis eſcam in tempore opportuno

MVlier.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quod mulier quæ acceſſerit ad aliquõ pecus, debet interfici, & pecus ſimiliter. In ſecunda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auctoritatem: & dicit quod animalia iubent interfici, nõ quia peccauerint, ſed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi. [Quæritur quomodo.]

d ¶Ad omne.] i. ad aliquod ex omnib. ſi. eſt 1. q. 7. ſi quis omnem.

e ¶Memoriam.] Si. eſt. 81. d. valet. Aliqui tamen reſeruantur thuribula laminaq; & plubice exponuntur, vt 7. q. 1 denique & de conſec d. 2. & dixit: ſed illud ad terrorem fit, &c.

DE FVRIOSIS.

vti non poſſunt.

a ¶Pro nomine Chriſti.] Dum tamen adſit charitas. aliter non ſufficit alicui ad ſalutem pati martyrium, vt 90. d. neque.

Baptiſmus triplex.

b ¶Per baptiſmum.] Debere addere tertium membrum, ſcilicet baptiſmum contritionis. Eſt enim triplex

eſt 2 pars q. in qua intendit probare q̃ ignorantes ex toto, furioſi & ebrij non peccant in illo actu, ſed peccant ſe inebriãdo, & hoc probat p 9 auctoritates. Io. de Fant.

CASVS. Quia facta eſt ſuperius mentio de furioſis, ideo nunc euidenter oſtendit Gra. quod ea quæ fiunt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit ſeq. cap.

Aliquos

ALiquos ſcimus.] CASVS. Quidam furioſi quoſdam interfecerunt. Quæſitum fuit ab Augu vtrum eis imputetur? Et reſpondetur ꝙ non, quia non ex voluntate fecerunt, ſed impellente furore, & neſcientes fecerunt.

vſque ad reconciliationem cum propinquis occiſi, vel vſque ad mortem ſummi pontificis, in qua omnes fugitiui ſecure redibant ad propria.

m ¶ Hoc igitur.] id eſt, primo dictum.

SAne.] CASVS. Oſtendit Ambroſ. in hoc cap. ebrietatem

¶ Culpa non neceſſitate, ſed voluntate reum conſtringit. C. V.

ALiquos ſcimus ſubito dementes factos fuiſſe, ferro, lapidibus, morſibus, multis nocuiſſe: quoſdam etiam occidiſſe: captos autem induſtria, & iudicijs † [a] oblatos minime reos [b] factos; eo quod non voluntate, ſed impellente vi [c] neſcio qua hæc geſſerint neſcientes. Quomodo enim reus conſtitueretur, qui neſcit [d] quid faciat. — Ivo p. 13. c. 92. — † al. iudicibus.

*Item Ambroſius in Hexameron in tractatu primi diei.* — Lib. 1. c. 8.

¶ Reus voluntate, non neceſſitate conſtringitur. C. VI.

ILla cauenda ſunt, quæ ex noſtra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles paſſiones corporis. Quorum igitur nos ſumus domini [e]; horum [f] principia [g] extrinſecus [h] non requiramus, nec deriuemus in alios, ſed agnoſcamus [i] ea, quæ propriè noſtra ſunt. Quod. n. poſſumus nos facere, ſi volumus: huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs adſcribere. Ideo etiam in iudicijs iſtis voluntarios [k] reos, non ex neceſſitate cõpulſos culpa ſtringit, pęna condemnat. Neque. n. ſi per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti eſt: quin etiam ipſius diuinæ legis [l] oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, refugij facultatem, vt poſſit euadere. Hoc igitur [m] de eo, ꝙ propriè malum videtur; dictum ſit. Mala enim non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. Cæterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauit: quia nec contraria iſtis α in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur. — Deuter. 4. & 19.

α ¶ Nec contraria iſtis.] *Emendatum eſt ex originali. Nam antea legebatur:* quia neceſſaria iſta in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis huius capituli eſt in verbo*, numerauerit.

*Idem in libro de Patriarchis, c. 6. lib. de Abraham.*

¶ Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt. C. VII.

SAne diximus vitandam ebrietatem; per quam crimina cauere non poſſumus. Nam quæ ſobrij cauemus; per ebrietatem ignoranter committimus *& paulo poſt.* ¶ Neſciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent; iacent ſepulti; ideoque, ſi qua per vinum deliquerint; apud ſapientes iudices venia [n] quidem facta donantur, ſed leuitatis damnantur † [o] auctores. — † *notatur*] orig.

a ¶ Et iudicijs.] i. iudicibus.

b ¶ Reos.] id eſt, condemnatos.

c ¶ Vi.] i. furore.

d ¶ Qui neſcit.] Hic manifeſte vides, ꝙ ea q̃ a furioſis fiunt, nõ imputantur 1 vt in. c. prox. & 3. q. 9. indicas. licet quidã dicant, quòd ſi culpa ſua quis incidat in furorem, imputatur ei. inf. ea. ſi quis inſaniens.

1 An furioſus vel prodigus alienare poſſit ante interdictionem, vel poſt, ſibi factam: not. ff. de cura. fur. l. 1. & tacit. ff. de teſt. is cui.

ILla cauenda ſũt.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Ambro. quæ ſunt illa, quæ imputantur alicui, & quę non: Et reſpondet ꝙ peccata quæ procedunt ex volũtate, imputantur, & etiam quæ procedunt ex imperitia. In his tamen locus erat refugij in veteri teſtamento, quod probat auctoritate legis Moſaicæ: ſed ægritudo, paupertas, mors, & ignobilitas, cum nõ ſint mala, nõ imputantur.

e ¶ Domini.] id eſt, auctores.

f ¶ Horum.] id eſt, vitiorum.

g ¶ Principia.] id eſt, cauſas.

h ¶ Extrinſecus.] id eſt, alijs non imputemus.

i ¶ Agnoſcamus.] i. nobis attribuamus ea.

k ¶ Voluntarios.] Quia vaſis iræ, &c. vt 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

l ¶ Legis.] Moſaicę. Tangit quod legitur in Exodo. & Deuteronomio, ꝙ tres erãt ciuitates refugij vltra Iordanem 2 & tres citra 3 quarum talis erat vſus, ꝙ ſi quis hominẽ nolens occidiſſet, & fugiebat ad vnam illarũ: ibi de conſanguineis occiſi erat tutus, ſed ſi antequam illuc peruenisset inuentus fuiſſet, ille qui poterat eſſe vltor ſanguinis effuſi, impune occidebat eum: ſed poſtquam illuc venerat, ſi propinqui occiſi volebant eum conuincere, quòd ſponte occidiſſet eum, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius, tradebatur illis ad occidendum, erat autem ibi fugitiuus

Ciuitates refugij erant tres.

2 Nomina iſtarum ciuitatũ ſunt iſta Boſor. Ramoth, Golã.

3 Scilicet Cades Sichem, Ebron.

tatem eſſe vitandam, per quam ſi qua mala faciũt ebrij apud ſapientes impunita relinquuntur, & donantur venia: & de hoc damnantur, quia faciles fuerunt ad bibendum vltra modum.

n ¶ Venia.] id eſt, minori pœna, quàm ſi ex certa ſcientia feciſſent 4.

4 Ad hoc ff. de re mil. oẽ delictum. §. quiſſe.

o ¶ Damnantur.] Et etiam redarguunt eos, qui ſunt nimis

mis faciles ad inebriandum ſe. Alij intelligunt quòd non punitur de eo quod ebrius fecit: ſed tantum pro eo quod leuis erat ad inebriandum ſe.

SI cōcupiſcentia.] CASVS. Oſtendit hic Aug. ꝙ ſi homo vigilans extra mentem poſitus aliquid per concu-

INebriauerunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Geneſ. [inebriauerunt, &c.] In ſecunda parte verba Auguſt. exponentis verba illa: dicit n. quod propter inceſtum Loth, puniri non debet: ſed quia nimis fuit facilis ad inebriandum. Secunda pars eſt ibi, [Quapropter] Ita videtur caſus ponēdus ad hoc, vt faciat ad propoſitum Grat. gl. tamen diuerſimodè verba illa exponunt.

*Item Auguſtinus lib. 1. de ciuitate Dei, c. 25.*

¶ Inobedientia, vel concupiſcentia non habet culpam in corpore non conſentientis.

C. VIII.

SI concupiſcentia [a] vel α inobedientia [b], quæ adhuc in membris moribundis habitat [c], præter noſtræ voluntatis legem, quaſi lege ſua mouetur; quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque † culpa eſt in corpore dormientis [d]?

† Adde ꝙ hæc dictio abſq; ponit hic excluſiuè. cōcordat l. minime. & ibi glo. C. de appel.

α ¶ Concupiſcentia vel.] *In originali legitur*: Quòd ſi illa concupiſcentialis inobedientia.

*Idem libro 22. contra Fauſtum, c. 44.*

¶ Loth non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur.

C. IX.

Iuo p. 9. c. 116. Gen. 19.

INebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. ¶ Quapropter culpandus eſt [e] quidem: non tamen, quantum [f] ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

*Item Ambroſius libro primo de Iacob, & vita beata, cap. 3.*

¶ Nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate. C. X.

†*quod in alios deriuemus*] orig.

NOn eſt, ꝙ cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam β [g], niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quę inferuntur reluctantibus [h]. Voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum inuidia [i], quam † in alios deriuamus [k]. Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur [l] γ. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictū poſſidet, niſi ſe prius peccatorum ære [m] ei vendiderit.

β ¶ Aerumnam.] *Apud B. Ambroſium legitur*, culpam. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus ſequebatur*, & acquirit iuri ſuo: *quæ ſunt expuncta, quoniam abſunt à manuſcriptis, & originali.*

*Idem in libro 2. de Cain. & Abel, c. 4.*

¶ Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit.

C. XI.

NEc is, qui inui-

e ¶ Culpandus eſt.] Videtur ergo ꝙ peccat qui neſciens in ebrietate aliqd facit vt hic, & 35. d. ſexto die. Sed dic ꝙ hic nō erat Loth neſciēs, natura. n. nō patitur, ꝙ aliqs neſciens coeat: ſed dicitur neſciens, q̄a neſciebat eſſe filias ſuas. credebat. n. eſſe vxorem ſuam.

f ¶ Quantū.] Tripliciter exponitur hoc. Quidā ſic exponunt quod punit pro inceſtu, & pro ebrietate, vel aliter: nō punitur quantum inceſtus meretur, ſcilicet ſi eſſet ex deliberatione. Alij dicunt, quod nullo modo punitur pro inceſtu: ſed tantū pro ebrietate: quę ebrietas tātum eſt veniale peccatum, vt 25. diſtinc. §. criminis. Lau.

Loth etiam ebrius peccauit.

NOn eſt.] CASVS. Quidam peccata, quę cōmittebant, in alios deriuabant: ſed probat Ambr. ꝙ crimina ex propria voluntate cōmittuntur, per quæ quis ſe diabolo ſubijcit: ſicut quis ex propria volūtate miles Chriſti efficitur.

g ¶ Aerumnam.] Id eſt, pœnam vel culpam.

h ¶ Reluctantibus.] Id eſt, ex toto diſſentientibus, ſcilicet cū eſt abſoluta coactio. 50. diſtinct. presbyteros.

cupiſcentiam, vel inobedientiam faciat, non committit mortale peccatum: & hoc ad inſtar dormientis, in quo concupiſcentia ſine culpa ſua lege mouetur.

a ¶ Si concupiſcentia.] Id eſt, fomes originalis peccati.

b ¶ Vel inobedientia.] Id eſt, originale peccatum: quod ex inobedientia proceſſit.

c ¶ Habitat.] Non enim tollitur penitus originale in baptiſmo † quo ad ſui eſſentiam: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, vt ĩ de conſec. diſt. 4. cap. 2.

† Immo tollitur totum illud quod verā, et propriam peccati rationē habet. Cōc. Trid. ſeſſ. 5. in vlt. anathematiſmo.

d ¶ Dormientis.] De hoc dictum eſt, an dormiens peccet, ſupra diſt. 6. teſtamentum. Io. de Fan.

i ¶ Inuidia.] Id eſt, pœna.

K ¶ In alios deriuamus.] Id eſt, alijs exemplum damus.

l ¶ Auctionatur.] Id eſt, emit. Vel auctionatur, id eſt, per auctionem petit.

m ¶ Peccatorū ære.] Id eſt, peccatis delectantibus. nam ipſum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

NEc eis] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis caſu interfecit aliquem, miniſter Dei eſt: quod probat auctoritate Deuter. ſicut leuita miniſter eſt remiſſionis. In ſecunda parte dicitur, ꝙ cum interficitur aliquis impius,

Chriſtus

tus [a] aliquod fecerit homicidium, extra miniſterium eſt. Siquidem lex ait de eo: [ Quia Deus dedit eum in manus eius [b].] Manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt. Exod 21. Deut. 19. Leuita [c] igitur miniſter remiſſionis [d] eſt. Percuſſor autem, qui tamen non ex diſpoſitione, ſed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ miniſter eſt vltionis. ¶ Illud quoque ſpecta: quia cum interficitur impius, Chriſtus [e] infunditur [f]: & vbi abominatio [g] aboletur, ſanctificatio conſecratur [h] α; quia Dominus dixit: [ In ea die, qua interfecero omne primogenitum [i] Aegypti, ſanctificabo mihi omne primogenitum Iſrael.] Num. 3. Quod non ad unum [k] diem affictionis Aegypti referes, ſed ad omne tempus β.

α ¶ Conſecratur.] *Apud B. Ambroſium legitur*, congregatur.
β ¶ Omne tempus.] *Poſt hæc in originali ſequitur, c. cum renunciatur, infra 32. q. 1.*

*Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit miniſter Dei ſit, cum innocentem furore perimens mortis nequaquam obnoxius ſit, cum ſubito dementes eorum, quæ faciunt, reatum minimè geſtent; patet hunc ſacerdotem homicidij reum non eſſe: vnde nec ſacerdotio priuari debet.*

*Obijcitur autem illud, quod eſt in pęnitentiali Theodori.* In concilio Vormacien. c. 28.

¶ In ſe reuerſus pœnitentiam agat, qui inſaniens aliquem occidit. C. XII.

j SI quis inſaniens aliquem occiderit; ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia [l] imponenda eſt. Burc. l. 6 c 25. Iuo p. 10. c. 154.

¶ *In concilio Vormacienſi, & apud Burchardum, & Iuonem hęc ſequuntur*, quam ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

*Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria* [m] *culpa ad furorem perduxit.* ¶ *Item obijcitur. Sunt quędam, quæ etſi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obeſt* [n] *ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt, etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.*

*Vnde Hieronymus ait.*

¶ Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit. Auctor operis imperf. in Matthęum, hom. 28.

C. XIII.

ij SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam [o], pal-

Chriſtus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi, [ Illud quoque.] [ In manus eius.] Id eſt, occidentis caſu.
a ¶ Inuitus.] Hoc vult dicere, ꝙ cum aliquis caſualiter occidit hominē, non peccat, vt 23. quęſt. 5. ſi homicidium.
b ¶ Eius.] Scilicet occidentis.
c ¶ Leuita.] Id eſt, ſacerdos.
d ¶ Remiſſionis.] Peccatorum.
e ¶ Chriſtus.] Id eſt, gratia Chriſti.
f ¶ Infunditur.] Alijs: alij enim per hoc emendantur.
g ¶ Vbi abominatio.] Id eſt, perſona abominabilis.
h ¶ Conſecratur.] In alijs.
i ¶ Primogenitū.] Totum hoc myſticè pōt legi: & ſic appellant primogenita Aegypti, vitia, quæ quotidie facim', primogenita Iſrael virtutes.
k ¶ Non ad vnum.] Ecce qualiter indiffinita exponitur vniuerſaliter. ſic 1. q. 3. Saluator. circa fi. 28. q. 1. idololatria.
CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ ſacerdos iſte non eſt reus homicidij. et ideo ſacerdotio priuari nō debet, ſed cōtra hoc ſtatim obijcit ſeq. c. cuius patet.
SI quis.] l ¶ Pœnitentia.] Iſtis imponitur pęnitētia: & ſi non deliquerunt. ſed hoc fit ad cautelam, vt 50. di. presbyteros. & 34. q. 2. in lectū. & ne diſciplina eccleſiæ deſeratur, vt 23. q. 5. excōmunicatorum. Ioan. de Fant.
SED HOC. CASVS. Modo ſoluit ſupradictum c. G. & dicit, quòd poteſt de eo intelligi, qui ſua culpa incidit in furorē. Poſtea obijcit contra hoc, & dicit ꝙ quædam ſunt, quæ nō deijciunt promotum, nec imputātur ad pęnam, ſed impediunt executionem. Vnde ſicut parentum ambitio impedit promouendum, etſi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etſi executionem impediant, & ad hoc inducit ſequens capitulum.
m ¶ Propria.] Hæc opinio nō eſt approbanda, quia ſatis ipſo furore puniſ, vt 3 q. 9. indicās, ff. de off. pręſi. l. diuus.
n ¶ Obeſt.] Vt 1. q. 5. c. 1. Ioan. de Fant.
SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis corrigendo diſcipulum ſuum caſu eum occiderit, non imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatē reſpicit, & non factum, ſed quantū ad legem promotionis eſt reus: in qua opus requiritur, & voluntas. & hoc probat Hier. exemplo virginis oppreſſæ: quæ & ſi non peccauerit, inter virgines tamen conſecrari non poteſt.
o ¶ Propter diſciplinam.] Leuis autem caſtigatio permittitur magiſtro, vt ff. ad l. Aquil. ſed & ſi. §. vlt.

a ¶ Quan-

a ¶Quantum autem ad legem.] Moſaicam, quæ permittebat ꝙ ſi quis caſu occidiſſet hominem, dummodo nō inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occiſi interficere occiſorem ſecundum quoſdam: ſimiliter ſm leges canonum impeditur a promotione, i ſecun-

Quia talis e cætero nō poterat promouerit, nō ia peccauerit, ſed pp horrorē facti & pp eccleſiaſticā diſciplinam ſeruandam. ſed H. credit ꝙ iſte nō debeat repelli a promotione ſed quid, quid hic dicatur dic ꝙ bene p ſū diſtinguit 50. d. § caſu. Arch.

mam alicui dederit, & euentu occiderit, ſicut fieri ſolet; quantum ad gratiam, inocens eſt: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem [a], reus eſt: quia opera requirit. ¶Item ſi in perſecutione virgo fuerit oppreſſa; repellitur lege [b], quia opus inſpicit, non voluntatem [c]; in gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur; quia non opera quærit, ſed voluntatem.

32. q. 5. de pudicitia.

¶ *Verba huius capitis vſque ad verſ.* Item ſi in perſecutione, *leguntur in homil. 28. operis imperfecti, ad c. xi. Matthæi reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & ſimillima in comm. B. Hieronymi in idem xi. c. Matth. Ipſa autem prorſus B. Hieronymi verba referuntur inf. 32. q. 5. de pudicitia, verſ. ſinga.*

*Sicut ergo, qui propter diſciplinam caſu homicidium facit, quantum ad legem reus eſt, quantum ad gratiā* [d] *innocens: ſic iſte ſacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus probatur.* ¶*His ita reſpondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt.* [e] ¶*Non. n. poteſt ad ſacerdotium prouehi, qui aliquando inſanuit* †. *Veruntamen ſi poſt ſacerdotium furere cœperit: non ideo ſacerdotio carebit: niſi forte nunquam ad ſuæ mentis officium illum redire contingat.* ¶*Sicut de quodam epiſcopo Gregorius ſcribit in regeſto ad Eleutheriū epiſcopū: [Quamuis* [f] *triſte ſit nobis, &c.] vt ſup. in cauſa: [Longa inualetudine grauatus.]*

† Adde idē eſſe in matrimonio, vt no. in l. furor & ibi concor. ff. de ſponſa.

7. q. 1. quamuis.

## QVÆSTIO II.

*P*Ro impenſis [g] *vero patrocinijs in Tarraconenſi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo ſic ſtatutum legitur, capitulo 10.*

ſecundum quoſdam: quod non concedo, vt dixi 50. d. de his, vel intellige quod hic dicit, quādo exceſſit modum in corrigendo.

b ¶Lege.] Canonica, quia non poteſt inter virgines conſecrari, vt 33. q. 4. ille.

c ¶Voluntatem.] Sic 14. q. 9. ſi quid inueniſti. inf. ea q. 6. c. 1. in fi.

SICVT. CASVS. Infert G. ex ſupradicto c. dicens, ꝙ iſte ſacerdos innocens eſt quo ad Deum: ſed quantum ad executionem officij reus habetur.

d ¶Ad gratiam.] Scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. verā ſolutionem dicens, ꝙ multa impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promotum. Vnde ſacerdos iſte & ſi promoueri non poſſit, non carebit ſacerdotio iam ſuſcepto: niſi forte nunquam ad ſanam mentem rediret, & ad hoc inducit c. ſup. 7. q. 1. quamuis ſit triſte.

e ¶Deijciunt.] Vt 68. ſicut 19. d. Petrus, & turpius eijcitur, &c. 50. d. quicunq; & ext. de iureiu. quemadmodum.

f ¶Quamuis.] i. ſ. inf. 7. q. 1. quamuis.

PRo impenſis.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an clerici pro impēſis patrocinijs ſalaria petere poſſint. Et reſpondetur clerici aut ſunt religioſi, aut ſunt ſæculares. Religioſi exigere non poſſunt, vt inf. ea §. vlt. q. a poſtulare nō poſſunt, niſi in cauſa monaſterij ſui, & de Abbatis licentia, vt 16. q. 1. monachi. ■ vero ſunt ſæculares, coram ſæculari iudice poſtulare nō poſſunt, ſi ſunt in ſacris ordinibus conſtituti vel in minoribus, ſi habeant beneficium vnde viuant: niſi in propria cauſa, vel eccleſię ſuę, vel miſerabilium perſonarum, vt dicebatur in concilio Lateran. de poſtulando. Clerici in criminali cauſa corā ſæculari iudice non poſſunt aduocare, vt 15. d. aliquantos. ſed coram eccleſiaſtico aduocabūt: epiſcopi tamen, & ſacerdotes aduocare non poſſunt, vt 5. q. 3. quia epiſcopus.

Clerici an poſſint aduocare.

g ¶Pro impenſis.] Hic quæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationib. Primo ergo ſcias, ꝙ clericus in cauſa criminali corā ſæculari iudice non poteſt allegare, vt 15. diſtin. aliquantos, & 23. q. 8. his a quibus niſi ad hoc vt ſupplicet pro eis, vt 14. q. 6. ſi res, & 23. q. 5. c. 1. & 2. & c. reos. Itē in ciuili cauſa corā ſæculari iudice non aduocabit niſi pro ſe & eccleſia ſua, & pro miſerabilibus perſonis, & hoc ſiue ſint in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti: dummodo beneficijs eccleſiaſticis ſuſtententur, & ſi non habent beneficium tunc ſi ſunt in minoribus ordinibus, poſſunt, vt extra de poſtul. clerici. epiſcopi autem, & ſacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vileſcant dignitates ipſorum, vt 88. diſtin. perlatum, & 15. q. 5. denique. ſed coram eccleſiaſtico iudice licite poſſunt petere ſalarium, ſi ſunt in ſacris ordinibus vt inf. ea. c. 1. Derogatum tamen eſt huic canoni per contrariam conſuetudinem, nemo enim cogitur facere de ſuo beneficium, vt 10. quæſt. quima, precariæ. Item dignum eſt eum recipere emolumentum, qui præſtat obſequium, vt 12. quæſt. ſecunda. charitatem. Item nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare, vt ext. de ſi c. um ſit. in parte deciſa. immo eſt expreſſum, extra de præſcri. cum ex officii. Religioſi vero & monachi vel regulares non niſi pro ſua eccleſia debent aduocare, & abbate ſuo præcipiente. 16. quæſt. 1. monachi. 10. quod dicit de ſacerdote, hodie corrigitur, vt extra de poſtul. capit. vlt. B.

Obſer-

OBſeruandum.] CASVS. Quæſitum fuit in Tarraconenſi concilio, vtrum clerici more ſæcularium aduocatorum pro patrocinijs munera exigere poſſent. Et reſp. quod non, ſed ſponte oblata poſſunt recipere, & ſi quis contra fecerit, tanquam vſurarius deponatur.

